Petrum fratrem ſuum ei adduxit. Ex quo patet ꝙ beatus Andreas hanc prerogatiuam a deo ꝓmeruit ꝙ fuit primus diſcipulus Chriſti,& per conſequens primus chriſtianus. ¶ Item in ſecũda Bethania omnibus pijs actibus ibi per Chriſtum & circa Chriſtum geſtis, tam in inuitatione Simonis ꝗ in conuerſione Marię Magdalenę & miniſterio Marthę ac reſuſcitatione Lazari,& pluribus alijs pietatis actibus,ipſe Andreas pręſentialiter interfuit & cooperabatur ſicut Chriſto placuit. Et in hac ſanctiſſima obedientia totius perfectionis beatus Andreas Chriſtum ſemper ſecutus fuit:factus cum Chriſto & pro Chriſto obediens vſq; ad mortem,mortem autem crucis:vbi ſibi congruit illud.Iob.xxiij. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus,nec declinaui ex eis &c.

Beat' Andreas fuit primus chriſtianus.

¶ Ad idem Sermo.II.
Et in numero.III.

Indica mihi quem diligit aĩa mea,vbi paſcas.Cañ.j. ¶ Inuenta habitatione Chriſti ſponſi animę ex quęſtione incipientium qua dicebatur/Rabbi vbi habitas:conſequenter accipiamus quęſtionem in perſonis proficientium & actiuorum/& dicamus cũ ſpõſa.Indica mihi quem diligit anima mea,vbi paſcas?

¶ Vbi ſcd̃m Berñ.aduertendum ꝗ eleganter ſponſa amorem ſpiritus a carnis diſcernat affectu:dilectum exprimere magis affectiõe ꝗ nomine volens,nõ ſimpliciter quem diligo:ſed o inquit quem diligit anima mea,ſpiritualem deſignans dilectionem. Indica(inquit) mihi vbi paſcas?Quę enim prius quęſierat, Rabbi vbi habitas?nũc dicit,Rabbi dic mihi vbi paſcas?Non enim ſufficit animę iam ꝑfectę ſcire habitationem ſpõſi,ſed vlterius quęrit de refectionis loco. Indica(inquit)mihi vbi paſcas?quę eſt quęſtio animę profectę profectu ſpirituali ad perfectionem tendentis. Ad hanc autem quęſtionem reſpondet ſponſa alia:guſtum diuinę ſuauitatis experta in pſona perfectorum.Cañ.vj.Dilectus(inquit)meus deſcendit in ortum ſuum vt paſcatur in ortis. Ecce ꝙ locus refectionis ſponſi eſt ortus in quo ipſe paſcitur & ſpõſa cum illo,ad quod inuitat eam amoroſe dicens.Cañ.v.Veni in ortum meum ſoror mea ſpõſa.Et ibi hortaẽ cõuiuas ad comedendum,ſubdẽs. Comedite amici & inebriamini chariſſimi. ¶ Quis autem ſit iſte ortus:ſciendum ꝙ ortus iſte eſt fertilior pars animę portio ſuprema.ſ.mẽtis,in quo Chriſtus habitat,paſciẽ,& paſcit:de quo orto dicit ipſe ſpõſus Cañ.iiij. Ortus cõcluſus ſoror mea ſpõſa,ortus cõcluſus. Et bene aĩa in qua Chriſtus habet cõuiuiũ ſuũ,dr̃ ortus ꝓpter tria. Primo propter ei' delicioſam amœnitatẽ. Scd̃o propter ꝑparationis ſtudioſam venuſtatẽ. Tertio ꝓpter tria

A

B

Aĩa ꝑfecta dr̃ ortus chriſti ꝓpter tria

propter fructuũ dulcoroſam vbertatem. De primo eſt illud Eſa.lj. Ponet deſertũ eius quaſi delicias & ſolitudinẽ eius quaſi ortũ dñi. Anima eñ in principio ſuę creatiõis fuit rudis quaſi deſertũ abſq; cultura virtutũ. Hanc deus poſt pfectum ſpiritualẽ ponit delicias ſpiritualiũ cõſolationum quibus delicianť ītã deus q̃ anima in cõui uio iſto ſpũali. Et q̃ prius erat ſolitaria degẽs in ſeipſa abſq; cõmu nione diuine grę:illa poſtea efficiť ortus dñi per fœcũditatem bo norum & exuberãtiam gratiarũ. Vel aliter poſſumus dicere ꝙ de ſertum diciť aĩa q̃ omnia ꝓ Chriſto deſeruit,& ip̃a ab omnib⁹ vitijs eſt deſerta:& talis etiã dr̃ ſolitudo,ꝓ quanto relictis omnib⁹ creatu ris ſoli deo intẽdit. Sic beatus Andreas qui relictis oĩbus ſecut⁹ eſt dñm. Ad hũc ortum delicioſum aĩa inuitat ſpõſum Can.v.dicens. Veniat dilectus meus in ortũ ſuum.i.viſitet meã mentẽ in qua gra tiarum ſuarũ germina plãtauit. De ſcdo ſcilicet de ꝑparatiõe huius orti põt exponi illud Heſter.i. Vbi dicit ꝙ ſeptẽ dieb⁹ iuſſit Aſſue rus cõuiuium ꝑparari in veſtibulo orti & nemoris,qđ regio cultu & manu cõſitum erat. Septem dies ſeptẽ illuminatiões ſunt in qui bus verę cõtemplationis cõuiuium ꝑparať. Prima eſt gratiarũ ſa cramẽtalium:ſecũda virtutũ:tertia donoꝝ:quarta beatitudinũ:quin ta cõſiliorũ:ſexta vltima pfectio actiuę vitæ:ſeptima pfecta diſpo ſitio vitę cõtemplatiuę. Qua ꝑparatione habita in orto aię cõuiuiũ

C ſpõſi pfecta contemplatiõe celebrať. ¶ De tertio.ſ.de fructuũ vber tate:notandũ ꝙ in hoc orto ꝓter fructus virtuoſoꝝ operum q per tinent ad actiuos:creſcũt fructus ſapidiſſimi ptinentes ad cõtepla tiuos,quibus fructibus libenter veſciť ſpõſus. Primus eſt oĩmoda cõuerſio rationis in deũ. Siquidẽ in vita actiua ratio deo iungiť,at tamen obſequẽtem ſibi ſenſualitatẽ nõ deſerit,dum curã corporis in deſiderijs pficit:in cõtemplatiua vero ratio tota in deũ cõuertiť, ita vt nullus reſpectus de his q̃ requirit ſenſualitas habeať. Guſtato eñ ſpiritu deſipit oĩs caro:vt dicit Grego. Secũdus fructus eſt ple na cõmutatio amari in dulce,nimirũ actiua in motibus virtutũ de lectatur & tribulationib⁹,q̃ꝛ̃s eas libẽter ſuſtineat,tñ grauari ſe re putat:vñ quęcũq; ſit actiua pfectio,diſcretiua tñ eſt cõmodi ab in commodo,ſed cõtemplatiua tanto amore feruеſcit:vt amara cõuer tit in dulcia,incommoda reputat cõmoda. Nã quo totaliter deo in cumbit,eo nõ ſolum inter hmõi nõ diſcernit,imo vnũ ꝓ altero in differẽter ſumit. Et ſi ſenſus aborſus dulcedie aliqđ incomodi natu raliter adhuc ſentit:hoc amor amplexãs qđ appetit cõtemplãti aię dulciſſimũ eſſe facit Gen.xxix. Videbanť eis dies pauci prę magni tudine amoris illius. Tertius fruct⁹ eſt impletio ꝑcepti dilectionis dei:quod ſcđm quoſdam nõ impleť niſi in cõtemplatione & raptu.

Hos fructus apṗhendit beatus Andreas in cuius perſona congrue aſſumit illud Cañ.viij. Aſcendam in palmā vt apṗhendam fructus eius. Ipſe em̄ libens & gaudēs aſcendit in palmā crucis,& ibi apṗhendit fructus dulciſſimos in virtute ſanctę crucis Chriſti,quorum fructuū dulcedine aborſus exclamauit. Nō me permittas dñe Ieſu Chriſte magiſter bone famulum tuū de ligno ſolui,quia virtutem ſanctæ crucis agnoui,nec ꝑmittas iam ſecretis tuis inhęrētem humanis cōuerſationibus tradi. Ecce cū quanto gaudio & quāta dulcedine pœnā crucis amplexatus fuit. Nec mirū,quia iam in cōuiuio ſpōſi interna dulcedine paſcebat:& ideo cōuenienter dicere potuit illud.ij.Regum.ix.quod dixit Miphiboſeth ad Dauid. Poſuiſti me dñe inter cōuiuas menſę tuę. Quos quidem cōuiuas verus Dauid Chriſtus paſcit in orto aiæ ſpiritualibus delicijs internę ſuauitatis:& in futuro paſcet in cœlo gaudijs æternę iocūditatis &c.

¶Ad idem Subſermo.I.

Et in numero.iiij.

INdica mihi quem diligit aīa mea,vbi cubes? ¶Hæc eſt tertia quæſtio. Poſtq̄ em̄ aia ſponſa Chriſti ex pria quęſtione didicit habitaculum,& cōſequēter ex ſecūda quęſtione ꝑuenit ad ſponſi cœnaculū,adhuc non contenta, tertio q̄rit de ſponſi cubiculo dicens,Indica mihi vbi cubes? Quia (vt dicit gloſ.)poſt paſtū quęritur reqes. At ſponſus oſtendens ei cubiculū ſuū ponenſq; ſe ſuper lectū aduocat ipſam ſpōſam ſororem ſuam dicēs ei illud.ij.Regū.xiij. Veni cuba mecū ſoror mea,quod fuit verbū in figura Amon,quod dixit ad Thamar ſororem ſuam ſpecioſiſſimam,quæ ſignificat aiam omni ſpecie & pulchritudine virtutū decorā,quā Chriſtus ad lectum ſuū ad qeſcendum ſecum puriſſimo amore vocat. Et hoc primitus ardētiſſime deſiderauerat ſpōſa cum inuēto cubiculo & lectulo ſpōſi dicebat Cañ.j. Lectulus noſter floridus eſt,hoc eſt amplexibꝰ noſtris vt decet paratiſſimus. Quid ergo reſtat niſi ſanctiſſimoꝝ amplexuum copula beata & deſiderantiſſima mutuę qetis ſuauitas. In q̄bus q̄dem verbis ſponſæ lectulus noſter floridus,tria ſignant,& ſignanter ſunt aduertenda. Primo qa dicit lectulus/nō lectus,& ꝑpter tria. Primo ꝑpter humilitatem quę in tali anima eſt profundiſſima: quia vt dicit Gregor. Hic proprie humilium decor eſſe ſolet, vt de ſe ſentiant infra q̄ ſint. Secundo propter vnitatem. Iſte namq; lectulus ita arctus eſt q; duos capere non poteſt. Vnde niſi ſponſus & ſpōſa vnum eſſent: vnum dico vnitate gratiæ,non naturę: ſecundum illud.j.Corin.vj. Qui adhęret deo vnus ſpiritus eſt. Et ad hanc lecti paruitatem ſiue anguſtiam referre poſſumus illud: quod dicitur Eſaiæ.xxviij.

A

Locus in quo Chriſtus quieſcit, quare dicatur lectulus.

Coangustatum eſt ſtratum ita vt alter decidat,id eſt quicunq; alter ſcilicet non amore & gratia vnitus & quodā modo ipſe:quemadmodū dicit philoſophꝰ ꝙ amicus meꝰ eſt alter ego. Et ſi hoc de amore hūano, quanto magis de amore diuino. Tertio ꝓpt breuitatē. Hęc ei qes interna & quā habet aīa hic i cōtēplatiōe,breuis & modica eſt reſpectu quietis ęternę,vt dicit Grego.Secundo ſignanter dicit,noſter non meus:quia iſte lectulus eſt cōmunis tam ſibi q̄ ſponſo. Nā ſponſa in eo quieſcit per quietem internę ſecuritatis :ſponſus vero per delicias amoroſę ſuauitatis.prout ipſe dicit Prouerb. viij. Delitię meę eſſe cum filijs hominum.Tertio dicit,floridus per quod innuit ꝙ iſte lectulus eſt in eodem ortu florigero i quo ſenſus paſti fuerunt.Talis enim anima virtutibus & donis florigera, eſt lectulus in quo Chriſtus libenter cubat,& ad cubādum ſecum ſponſam vocat.

B

Chriſtus quieſcit cū anima deuota tribꝰ modis.

Sciendum autem ꝙ in tali lectulo ſcilicet anima florigera,ſpōſus delectabiliter cubat tribus modis:quia per ſuum amoroſum cubatū fœcundat tres vires ad imaginē pertinentes.Nā primo cubat in memoria per amabilē pœnitētiam ſuę maieſtatis,quod patet per Aug. qui dicit.x.Cōfeſ.Tu dn̄e dediſti hāc dignationē memorię meę, vt maneres in ea,perdulcem videlicet amplexum tuę amabilis pręſentię vbi te inueni nō niſi in te & ſupra me.Secūdo cubat in intelligētia per contemplationē luciferā diuinę veritatis.vnde dicit Augu. vij. Cōfeſ. Intraui in intima cordis mei vt potui te duce:quoniā factus es adiutor meus.intraui & vidi qualicunq; oculo animę meę ſupra mentē meā quādam lucem incommutabilē:te deū meū.Tertio cubat in volūtate per amplexū ſynceriſſimę charitatis & per guſtum mellifluum diuinę ſuauitatis,de qua Aug.xij.Cōfeſ.Intrem in cubile meū.i.in interiora mentis meę.vbi ſcilicet tu cubes:& cantem tibi amatoria cantica,& recordans cœleſtis Hieruſalem,extendo me in eā ſurſum corde & feruenti deſiderio:& nō auertar donec in eius pace fiam,per dulcē ſcilicet amplexū diuinę pręſentię & ſaporem intimum pręguſtatiōis ęternę.

C

Quare ſponſa nō pōt quieſcere niſi in lectulo Chriſti.

In eodē lectulo quo ſponſus cubat ſpōſa ſummo deſiderio cubare cū ſponſo deſiderat,nec aliter quieſcere poteſt propter tria.Primo quia talis anima in ſolo bono diuino ſuū finem conſtituit & in eo ſolo ſuam delectationē quęrit. vnde Aug. j Cōfeſ. Feciſti nos domine ad te & inquietū eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.Conſtat autē ꝙ diuinā pręſentiā nullibi ſecurius et dulcius poſſidet q̄ in ſeipſa,ergo &c.Secūdo quia talis anima tātam delectationē inuenit in ſeipſa ꝙ omnis extrinſeca delectatio reſpectu ſui quaſi mœror & triſtitia reputatur.quod expertus.Aug.j.Cōfeſ.dicebat.Quis mihi domine dabit requieſcere in te. Quis mihi dabit vt venias in cor meum & inebries illud ſuauitate amoris tui &

obliuiſcar mala mea,& vnum bonum meum amplectar te? Tertio
talis anima non poteſt quieſcere extra ſe:quia per rerum exteriorũ
varietatem claritas & ſuauitas diuinę pręſentię ſibi obũbratur: pro
pter quod ꝓpriũ eſt tali animę quietē quęrere i ſeipſa: quia ibi inue
nit ſponſum cubantē in lectulo:ſine quo prę amoris magnitudine
viuere non poteſt.vnde Aug.j.Cōfeſ.Peto domine vt venias in me:
qui nō eſſem niſi eſſes in me. Nō enī ego eſſem deus meus,qui nō
eſſē niſi tu eſſes in me:an potiꝰ nō eſſē niſi eſſem in te.ex quibꝰ vult
Aug.ꝙ deus eſt vita animę:nō ſolū in eſſe naturę,ſed multo potius
in eſſe gratię. Ex quo patet ꝙ anima multo nobiliꝰ eſſe habet in deo
q̄ in ſeipſa. propter qd̄ talis anima nullā aliā quęrit delectationē niſi Nota.
in ſolo deo dicēs cū propheta.Renuit conſolari anima mea,memor
fui dei & delectatus & exercitatus ſum,& defecit ſpiritus meus.Vbi
eſt notabiliter aduertēdum,ꝙ ſi ſola meditatio & memoria de deo.
tantam delectationē menti ingerit ꝙ ſpiritū mētis in defectū ſui ad
ducit,quātum dulcedinis tūc ingerat mēti actualis pręſentia dei, qui
ad modū ſponſi in anima dulciter cubat,Diſcernat qui poteſt: quia
hoc eſt inexplicabile omni linguę &c. Nec prętereūdū circa pręmiſ
ſa ꝙ ſponſa quęrens,vbi paſcat & vbi cubet:ſponſus notabiliter adie
cit in meridie.hoc ideo quia dies contemplationis habet mane, ve D
ſper & meridiē:iuxta diuerſas ſui ſpecies. Habet enī cognitionē quę Dies cōtē
eſt prima pars cōtemplationis & prima hora diei iſtius ,quę minus plationis
habet de ſpirituali lumine & ardore. Deide habet meditationē quę habet ma
eſt ſecunda pars habens plus de lumine & ardore,ſed poſtea ſequi ne, veſper
tur meridies q̄ ē pcipua luminoſitas & feruor Solis qualis eſt ſpiritua & meridiē
liter in ipſa viſione & raptu:quo meridie declināte dies contempla
tionis tendit ad veſperam.Quod ergo pręcipuū habet contempla
tio,hoc ſibi ſponſa poſtulat indicari. In hac autem meridie beatus
Andreas cum Chriſto cubauit in lectulo crucis , quando ſplendore
nimio de cœlo circūdatus eſt,vt prę ipſo ſplendore oculi eum hu
mani non poſſent aſpicere cum ipſo lumine glorificans deū & gau
dens emiſit ſpiritum:pergens ad dominum Ieſum Chriſtum:quod
nobis concedat.

¶ Ad idem Sermo.iij.& in numero.v.

VEnite & videte Ioan.j.¶ In verbis iſtis ponitur diſcipulo A
rum a Chriſto felicior inuitatio Felices quidem fuerant
interrogando Chriſtum:ſed feliciores ſunt in inuitatione
Chriſti:quia inuitat eos ad illud pro quo interrogauerant.
Inuitat autem Chriſtus inquirētes ſe ad duo.primo ad veniendū.vñ
dicit,venite.ſecundo inuitat ad videndū.vnde addit,& videte.Sic &
Angelus dixit mulieribus quęrētibus Chriſtū ad ſepulchrum. Ve

Tria requiruntur ad liberé ſe quendum Chriſtum

nite& videte locũ.Quantũ ad primũ ergo dicit,venite:nõ tm̃ paſ-
ſibus corporis ſed etiã affectione mentis & imitatiõe operis. Circa
quod ſciendũ ꝙ ad hoc ꝙ quis libere poſſit venire ad Chriſtum &
poſt Chriſtũ,tria requiruntur. Primũ eſt ꝙ poſtponat oia retrahen
tia.Secũdũ ꝙ volũtarie aſſumat crucis inſignia. Tertiũ ꝙ perfecte
ſequatur Chriſti veſtigia:& hęc tria innuuntur Mat.xvi. Qui vult
poſt me venire abneget ſeipſum. Ecce primũ ſcilicet ſuiipſius ab-
negatio,& tollat crucem ſuã. Ecce ſecũdum,ſcilicet proprię carnis
mortificatio:& ſequatur me. Ecce tertiũ ſcilicet vitę Chriſti confor
matio. Quę omnia indicãt q̃ laborioſum ſit ſequi Chriſtũ & ei' ve-
ſtigia imitari. De primo patet. Nã mens perfecta & maxime contẽ
platiua debet ſeipſam abnegare vel deſerere quo ad tria. Prio quo
ad omnẽ affectionẽ & amorẽ naturalẽ quẽ habere poſſet,ſiue ad ſe-
ipſum ſiue ad proximos vel propinquos ſiue ad res exteriores, ſi-
ue etiam ad deũ. Ad ſeipſum quidẽ:ne ſeipſum amet propter ſe ſed
propter deũ.vt dicit Aug.in Soliloquio. Qꝫ ſi vita ſuimet ſeipſum
impediret a cõprehẽdenda ſapientia:ꝙ ipſam fugeret. Et hoc mo-
do mens ſecundũ Berñ.ſeipſam ſibiipſi furatur: inquãtũ ſeipſam
nõ diligit propter ſe ſed propter deũ. Ad propiquos etiã vt eos nõ
amet niſi in ordine ad honorẽ dei. Vnde ſi parẽtes te inſtigant ad
aliquid quod ſit cõtra diuinũ honorẽ:in hoc caſu ſunt odio haben-
di. Et tunc ſecundum Hiero.odium in parentes eſt pietas in deũ
Ad res etiã exteriores vt de eis nihil appetat pręter victũ neceſſa
riũ:vel in ordine ad deũ,vt in rerũ vſu ſe reputet ſolũ quendã procu
catorẽ & diſpenſatorẽ ipſius dei. Abnegandus eſt inſuper amor na
turalis ad ipſum deũ:quia talis amor eſt recuruus prout deus dili-
gitur propter bonũ noſtrũ quod ex eo conſequimur:puta beatitu-
dinẽ quam oẽs naturaliter appetimus:quia talis amor eſt imperfe-
ctus,& dicitur amor cõcupiſcentię. Deũ aũt diligere debemus amo
re amicitię & propter ſe. Vnde dicit Aug.in Soliloquio. Ego ſolam
propter ſe amo ſapientiã:cętera vero vel adeſſe mihi volo vel de-
eſſe mihi timeo propter ipſam. Ex quibus patet ꝙ q̃diu amor ſui-
ipſius vel propinquorũ exteriorum hominẽ inquietare poteſt: vel
B etiã q̃diu in amore dei aliquid proprij cõmodi admiſcetur:nõ perfe
cte abnegauit ſemetipſum. ¶ De ſecundo patet,nam ſecundũ Aug.
Crucẽ tollere nihil aliud eſt q̃ carnẽ propriam mortificare. Eſt au-
tem caro mortificanda nõ ſolũ quãtũ ad opera ne ſcilicet carnis ope
ribus ſeruiamus.ſed quantũ etiã ad eius deſideria, ne ſcilicet illici-
tis deſiderijs vnq̃ conſentiamus. Et de hac motificatione ſcribitur
Gal.v.Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerũt cũ vicijs
& concupiſcentijs. Et ſecundum glo.hoc quod dicit cũ vicijs refert

ad opera.quod autē ſubdit: & concupiſcentiiſq; refertur ad deſide-
ria,hęc aūt crucifixio nihil aliud eſt q̄ motuū & cōcupiſcentiarū car-
nalium repreſſio intantū ꝙ per eas caro & paſſiones ſenſitiuę par-
tis totaliter edomentur,ꝙ nūq̄ vſum & iudiciū rationis impediant. Carnalia
Sciēdū aūt ꝙ hęc carnalia deſideria ſunt tripliciter mortificāda.Pri deſideria
mo quidē mortificando deſiderium naturalis coniunctiōis animę ſunt trib⁹
& corporis.Hoc aūt fit cum aliquis intrepide mortē pro Chriſto ſub modis
ire diſponit, & ad hoc quilibet fidelis tenetur caſu neceſſitatis im- mortificā-
minēte de naufragio fidei,alias non tenetur ad hoc niſi ſecundum da.
animi pręparationē.vnde de Aug.& de quibuſdam alijs confeſſori
bus cantatur.O martyr deſiderio.Secundo mortificando deſideriū
neceſſitate nutritionis,ita ꝙ corpus non nutriatur propter volupta
tem ſed propter ſolius naturę neceſſitatē.& hoc non propter ſe ſed
propter diuinū honorē.vt ex hoc deo liberius & vigoroſius ſeruia-
tur.Vnde homo debet imaginari ꝙ deus ſedeat in mēte expetēdo
corporis neceſſaria tanq̄ ſui mancipij, & quicquid homo ſumit de ci
bo & potu per hoc intendat nō ſibi ſubuenire ſed deo propinare et
miniſtrare.Tertio mortificādo deſideriū cōmodi corporalis vt de
talib⁹ homo nō plus expetat q̄ ſtrictę neceſſitati ſuę naturę ſufficiat
Et de his duobus ſic dicit Aug. in Soliloquio. Omnino me de cibo
& potu ſiue balneis cęteraq; corporis voluptate interroges.tantum
enim de ea peto quantū in valitudinis opem cōferre poteſt Taliter
beatus Andreas & cęteri apoſtoli ſeipſos abnegauerāt & omnia car
nalia deſideria pro Chriſto mortificauerunt ꝙ hoc ipſum quod ni-
hil habebāt ſibi ſummas diuitias reputabant.vt dicit Hugo.In hoc
etiā ſumme gaudebāt ꝙ cōtumelias & tormēta ꝑ Chriſto pati de-
bebant.Et ideo beatus Andreas gaudēter patibulum crucis aſcēde-
bat & in ea alacriter mortem per Chriſto ſuſtinuit. ¶De tertio pa- C
tet:nam venire ad Chriſtum nihil aliud eſt q̄ ſe eius vitę conforma-
re.Vita autem Chriſti pręcipue verſabatur circa tria in quibus nos Vita Chri-
ſibi conformare debem⁹ ſcilicet circa paupertatē,humilitatē,& aſpe ſti verſaba
ritatē.Chriſtus eñ in ſuo ingreſſu nobis reliquit exemplū ſyncerißi- tur circa
mę paupertatis.Pro progreſſu exemplū profundiſſimę humilitatis pauperta-
ſed in egreſſu exemplum acerbiſſimę pœnalitatis. Primū patet. nā tem humi
in ingreſſu in hūc mundū fuit pauperrimus omniū pauperum. imo litatem et
omnium creaturarū,quod patet ex hoc : quia cuilibet rei prouiſus aſperitatē
eſt locus ſuę naturalis quietis quod ſoli Chriſto negatū fuit,qui non
habuit vbi caput ſuū reclinaret:vt patet Mat.viij.Ob hoc aūt Chriſt⁹
tantā paupertatē ꝑ nobis aſſumere voluit,vt ſua paupertate nos di
taret.ij.Cor.viij.Cū eſſet diues ꝑ nobis egen⁹ fact⁹ eſt,vt ipi⁹ inopia
diuites eſſemus.Nā precioſiores ſunt pāniculi illi quib⁹ Chriſtus,

non tm̄ pauper ſed ipſa paupertas inuoluitur omni purpura, glorioſius eſt hoc preſepe auratis regum ſolijs: vt dicit Bern̄. Scd̄m patet. Nam in ꝓgreſſu Chriſtus ꝑ nobis tātū ſe humiliauit quantumcūq; ſe humiliare potuit: ꝓpter quod dicit Apl̄us ꝙ ſemetipſum exinaniuit: quia quātum ad aſpectum fragilitatis omnino videbatur potentia & ſapiētia diuinitatis euacuatus. Vn̄ Chriſtus ꝓpter nimiam ſui humiliationem ſe vermi cōparat in ps̄. Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominū & abiectio plebis. Ob hoc autē ſecūdū Aug. Chriſtus tm̄ voluit ſe humiliare, vt nos in cœleſti gloria exaltaret: cui cōſonat Bern̄. di. Singularis illa maieſtas voluit mori vt viuerem⁹, ſeruire vt regnarem⁹, exultare vt repatriaremur, humiliari vt nos exaltaret/& ſup omnia bona ſua nos cōſtitueret. Tertium patet. Nā Chriſtus in egreſſu tantam amaritudinē pœnarum ꝑ nobis pati voluit vt nos ab æterna morte liberaret: & vt nobis pœnas pro peccato debitas ꝑ nobis miſericorditer exolueret. Eſa. liij. Vere dolores nr̄os ipſe tulit. Et quia in his tribus debemus ſequi Chriſtū: vt patet prima Petri. ij. ideo ad iugē eorum memoriam nos inducit. Thren̄. iij. Recordare paupertatis meę & trāſgreſſiōis. i. ꝓfundę humiliationis, qua omnē gradum humilitatis trāſgreſſus ſum, abſynthij & fellis. In his aūt tribus beat⁹ Andreas ꝑfecte Chriſtum ſecutus fuit. Et primo ęqualis in pauptate, quia oīa terrena ꝓpter Chriſtum cōtempſit. Secūdo in humilitate, quia deſpectiſſimum genus mortis elegit. Tertio in mortis acerbitate, quia ꝑ biduum in cruce

D pependit, & acerbitatem pœnarū alacriter ſuſtinuit. ¶ Quantū ad ſcd̄m vbi inuitat nos ad videndum dicēs, Videte, cōſideranda ſunt duo. Primo quare voluit ꝙ viderent. Secūdo quid viderunt. Quare voluit ꝙ viderent, ratio eſt. Cū em̄ ipſos vellet in diſcipulos ſuos recipere, qui deberēt eſſe teſtes doctrinę & operum ſuorum: teſtimonium autem de viſu validius eſt cęteris, vnde voluit eos videre facta ſua. Quid autem viderunt: ſciendum ꝙ quantum ad p̄ſens viderūt tria. Primo viderunt hoſpitij ſui humilitatem. vnde hic dr̄, ꝙ viderunt & dixerūt vbi maneret: vt videlicet ſcirent vbi poſſent eum frequentius inuenire. Scd̄o viderūt faciei ſuæ gratioſitatē. Faciei inquā filij dei in hūana natura, in quam faciē deſiderant angeli ꝓſpicere. Et licet prius eā viderēt in via dicēte Ioāne baptiſta. Ecce agnus dei. in hoſpitio tn̄ ſecū familiariter colloquētes aptius & clarius eum viderūt. Tertio viderūt vitę eius ſanctitatem in conuerſatione ſua, q̄ tota exēplaris fuit. Io. xiij. Exemplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et licet ibi ꝓ tūc pauca viderint: poſtea tn̄ inſeq̄ndo eū plura & inumerabilia fc̄tā ſuę ſc̄titatis & maieſtatis viderūt, q̄ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror

mundum eos capere qui ſcribendi ſunt,libros.vt dicitur Io.vi.
Sequitur. Et mãſerunt apud eum die illo.vbi vt dictum eſt tang̃ ſ̃
eorum apud Chriſtum feliciſſima mãſio. ❡Circa quod ſciendũ E
ꝙ tres ſunt dies manſionis apud Chriſtum ſcd̃m triplicem ſtatum Tres dies
correſpondentem triplici vocationi Andreę & quorũdam aliorũ mãſionis
diſcipulorum.Primus dies reſpicit ſtatum incipientium,quã:ũ ad apud xp̄m
primam vocationem,quæ fiebat his verbis aſſumptis. Venite et
videte.Et tunc manſerunt apud eum die illo,vtiq; propter doctri
nam.de quo die dicit beatus Aug.O q̃ beatum diem duxerũt & q̃
beatam noctem.ſteterunt eñ ibi ab hora veſpertina vſq; in cra-
ſtinum,& fuit primus dies vocatiõis eorum. Secundus dies reſpi-
ciens ſtatum ꝓficientium fuit in ſecũda vocatione,quando irruẽti
bus turbis iuxta ſtagnum Genezareth intrauit nauem Simonis &
Andreę. Et tũc vocauit eos ad familiaritatem,& ſecuti ſunt eum,
& hic fuit ſecundus dies,ſed iterum ad ꝓpria redierunt. Poſtmo-
dum tertio & vltimo vocauit eos ad ſui diſcipulatũ,quod reſpicit
ſtatum perfectorum,quãdo eo ambulãte ſecus littus maris voca-
uit eos ad piſcationem ſpiritualem dicẽs. Venite poſt me,faciam
vos fieri piſcatores hoim. Qui relictis omnib⁹ ſecuti ſunt eum &
ei poſtmodum ſemp adhęſerunt:nec vltra ad propria redierunt.
Et hic fuit tertius dies quaſi tertia illuminatio eorũ:& ab iſto die
manſerunt,nõ ſolum apud eum, quod erat incipiẽtium,imo etiã
manſerũt in eo,quod eſt perfectorum.vnde ipſe ait ad eos.Io.xv.
Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt facere fru-
ctum a ſemetipſo niſi manſerit in vite,ſic nec vos niſi manſeritis
in me.Per hũc diem perſeuerantiſſime mãſit in eo beat⁹ Andreas
qui ex nimio amore ad eũ,nullatenus voluit ſeparari a cruce dicẽs
hęc verba.O bona crux quę decorem & pulchritudinem de mẽ-
bris dñi ſuſcepiſti,accipe me ab hominibus,& redde me magiſtro
meo,vt per te me recipiat qui p te me redemit.Ecce quomodo cũ
magiſtro & in magiſtro ſuo ſemp voluit manere.Quod vobis &c.

❡De ſancta Barbara Sermo vnicus:
Et in numero.VI.

ORtus cõcluſus ſoror mea ſpõſa:ortus ꝯcluſus. Cañ.iiij.
❡Legitur ꝙ beata Barbara erat cõcluſa in quadam A
turri ꝓpter eminentem pulchritudinem eius,in qua
ſancta virgo reſidebat virtutibus plena:cuius rei cõſi-
deratiõe cõuenienter de ea verba ꝓpoſita ſunt aſſum-
pta. In quibus cõmendatur a trib⁹.ſ.a Chriſti amoroſa cõiunctiõe
ſoror mea ſpõſa,a ſua virtuoſa fructificatiõe,ort⁹,a diligẽtis cuſto
dię cõcluſione,concluſus:& hęc tria cõpetũt cuilibet virgini ſacrę.

Primo inquantum virgo eſt Chriſto ſingularis amoris priuilegio
cõiũcta & hoc dupliciter:videlicet quo ad incomparabilem nobi-
litatem & quo ad ſingularẽ amabilitatẽ. Ratione primi appellatur
ſoror:ratione ſecundi ſponſa. O quanta nobilitas virginis ſanctę
q ſoror dicta eſt verbi ęterni:& ideo dedignari debet velle alicui
ignobiliori ſe copulari. Ignobiliora autem ea ſunt omnia ſub ver-
bo:cũ ipſa ſit ſoror verbi. Vnde Ambro. in libro de virginitate di
cit de quadam virgine nobili. Quę cũ ſolicitaretur & vrgeretur ad
nuptias a parẽtibus & propinquis ad ſacroſanctũ altare cõfugit.
Quo eñ melius virgo fugeret q̃ vbi ſacrificiũ virginitatis offert:
ſtabat ad arã dei pudoris hoſtia, victima caſtitatis, nũc capiti dex-
terã ſacerdotis imponẽs, quę ait parẽtibus. Quid agitis vos pro-
pinqui: q exquirendis adhuc nuptijs ſolicitatis animum, iam du-
dum prouidum habeo ſponſum, illo quẽ affertis meliorẽ repperi:
quaſlibet excogitate diuitias:nobilitatẽ iactate, potentiã prędica-
te. Habeo enim cui nemo ſe cõparet:diuitẽ mũdo:potentẽ impe-
rio:nobilẽ cœlo:ſi talẽ habetis nõ refuto. nõ reperitis, nõ prouide-
tis mihi parẽtes ſed inuidetis. Sed nõ ſufficit nõ amare actu priua
tiuo alia a verbo:ſed requiritur q virgo deuota totum ſuũ amorẽ
vnice & ſingulariter in ipſum verbũ proijciat actu affectiuo, cui⁹
ratione dicitur ſponſa. De his duobus Apoſtolus. Omnia arbitra
tus ſum vt ſtercora. Et hęc duo fuerunt in Beata Barbara, quare
ipſa dicta eſt ſoror & ſponſa verbi. Primũ eñ in eo patet q patri
nuptias ſuadenti indignata reſpondit. Secundũ in eo q ipſa con-
tinue de dilecto meditabatur. Cuius ſignum erat crucis i marmo-
B re inſtitutio & feneſtrę tertię erectio. ¶ Secundo virgines deuotę
cõmendantur a virtuoſa fructificatione ortus. Eſt aũt ortus vtilis
in fructu & amœnus aſpectu. Per primũ diſignat virtutũ vbertas
per ſecũdũ exemplaris honeſtas:quę duo ſpecialiter virginib⁹ cõ
petunt. Primũ ſcilicet virtutũ vbertas virginibus cõpetit:imo ipſę
ad hoc ſpecialiter tenentur triplici ratione. Prima ſumitur ex par-
te carnalis fœcũditatis:quo eñ virgines fructũ corporis ſui profer
re recuſant propter Chriſtũ, eo ipſę ſe ad fruct⁹ ſpirituales producẽ
dos expreſſius obligãt & aſtringunt. vnde qui offert deo virgini-
tatem non offert hoſtiã mortuam ſed viuentem, cuius eſt operari
opera virtuoſa ſecundũ Ambro. Et dum caro que eſt impeditiua
ſpiritus abdicatur, ſpirit⁹ ad opera ſua liberior redditur, ac per hoc
magis oblagatur:alias ſunt ſicut lampades vacuę. Secunda ratio
ex parte florigerę proprietatis. Virginitas enim flori comparatur
Flores autem ſunt primordia fructuũ. iuxta illud. Flores mei fru
ctus honoris. Vnde Ciprianus. Virginitas eſt flos eccleſiaſtici ger.

Quare pl⁹ ceteris debent virgines abundare virtutibus.

minis,decus atq; ornamentũ gratię.Vnde etiam virgo dicta eſt aurora virtutum.alias eſt ſicut flos cadens de arbore ſine fructu. Tertia ratio ſumitur ex parte inhabitatiõis diuinę. Pręcipue enim in virginib⁹ habitare dignatur,vnde illud Cañ Aperi mihi ſoror &c. pertractans Ambro.in libro de offi. Quanta eſt(inquit, virginitatis gratia quę meruit a Chriſto eligi vt eſſet corporale dei templũ in quo habitauit corporaliter plenitudo diuinitatis:ſed templũ dei non decet eſſe vacuum ſed potius ornatũ. Vnde Hiero. Ornetur morum ſanctitate virginitas,& perfectum gradum perfectio ſubſequatur. Quibus autem virtutibus magis cõueniat virgines florere. ℂSciendum q᷑ tribus ſecundum Aug. qui dicit. Quid eſt

C

Virtutes quibus potiſſimũ debent virgines florere.

virginitas? mentis integra fides:ſolida ſpes:ſyncera charitas. Has habuit Beata Barbara. declara ex legenda. Sunt & nihilominus alię tres virtutes pręcipuę virginibus cõpetentes. Prima eſt paupertas ſpiritus ſiue humilitas. Aug ad ſacras virgines. Deuota virgo nec ſermonis iactantia,nec diuitijs,nec generis nobilitate debet ſe extollere:ſed in humilitate & paupertate ſpiritus Chriſto accepta debet q̃diu vixerit,permanere. vnde Luc. j. Reſpexit humilitatem ancillę ſuę Augu. Melius eſt humile coniugium q̃ ſuperba virginitas. Secunda eſt patientia voluntaria. Qui eñi perfecte ſuperauerunt paſſiones venereas quę ſunt fortiſſimę, faciliter ſuperant omnes alias propter colligantiam paſſionum. vnde virgo perfecta debet eſſe quaſi impaſſibilis vel ſaltẽ inuicibilis. vnde ſpõſa dicit Cañ. vl. Ego murus. Sic beata Barbara.& dic omnes paſſiones eius. Tertia eſt ſedula oratio. Cum autem oratio ſit aſcenſus mentis in deum:hoc maxime conuenit illis qui ſunt a corpore eleuati ad angelicam conuerſationem. vnde ſicut Angeli non ceſſant laudare deum,ſic virgines. Et licet aliqui Angeli occupãtur quandoq; circa inferiora per miniſterium : hoc tamen faciunt ordinãdo in deum,ſic virgines. vnde virginibus competit eſſe cõtemplatrices. Exemplum de Ioanne euãgeliſta. Et certe deus libenter virgines exaudit. iuxta illud quod cantatur de ſancta Barbara. Virginis filius virginalem precem libenter exaudit. Et licet omnibus virginibus cognati ſint Angeli ſecundum Hiero. pręcipue tamẽ Beata Barbara comparatur Angelo propter tria. ℂPri-

D

Beata Barbara comparatur Angelo propter tria.

mo propter pulchritudinẽ,quia Angeli ſunt natura pulcherrimi. vnde Beatus Greg. de pueris pulchris de Anglia dicebat. Bene dicuntur Angli,quia vultu nitent vt Angeli. Sic Beata barbara pulcherima fuit. vñ ꝑpter ipſius pulchritudinẽ pater ei⁹ fecit fieri turrim in qua ipſam cõcluſit donec cogitaret quid cũ ea faceret. Secũdo ꝑpter ſubtilitatẽ. Angeli eñi ſunt ſubtiles ita vt deſcendunt

in terrã cœlo integro remanẽte. Sic ipſa cũ pater iratus propter fractionẽ idolorũ & negationẽ ipſorũ gladio vellet eam perforare, pertranſiuit murum illeſum: & inuenta fuit ducta ad montẽ: vt in ipſius legenda patet. Tertio propter miniſterij finalem vtilitatẽ. Angeli enim cuſtodes noſtri, miniſterium maxime in morte hominis exhibent. Lucę.xvj. Factum eſt vt moreretur mendicus: & portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ. Sic. B. Barbara licet deuotis ſem per ſuis orationibus miniſtret: maxime tamen in extremis impetratrix eſt huius gratię: vt ſine viatico corporis Chriſti mori non poſſint: vt apparuit in multis ſuſpenſis & rotatis. Corpus aũt Chriſti communicantes cuſtodit in via ne diabolus ipſis appropinquet. Quod nobis concedat.

¶ De Sancto Nicolao Sermo .I. Et in numero .VII.

PVer eram ingenioſus: & ſortitus ſum animam bonã: et cum eſſem magis bonus veni ad corpus incoinquinatũ. Sap.viij. In iſtis verbis ſanctus Nicolaus commendatur ex tribus. Primo quidẽ a naturę excellentia. Secundo a gratię affluẽtia. Tertio a vitę ſanctimonia & a paſtorali eminentia. Primũ notatur cũ pręmittitur. Puer eram ingenioſus. Secundum cũ ſubditur. Et cũ eſſem magis bonus. Tertiũ cũ annectitur: veni

A in corpus incoinquinatũ. ¶ Circa primũ eſt ſciendum ꝙ excellentia ſuę naturę hic innuitur ex tribus. Primo a vitę innocentia, quæ notatur cũ pręmittitur. Puer eram. Secũdo a prudẽtię perſpicacia quę notatur cũ ſubditur: ingenioſus. Tertio a gratię redundantia: quę notatur cum annectitur, & ſortitus ſum animam bonã. De primo enim patet. Puer enim dicitur nõ ſolũ ab ętate ſed magis ab innocẽtia & puritate, quę quidẽ puritas & innocẽtia pręcipue viguit in beato Nicolao de quo legitur ꝙ puerilibus annis innocenter domi tranſactis &c. Et iſtam puritatem in beato Nicolao tria luculenter commendant. Primũ eſt omnis carnalis delectatiõis repreſſio quia virginalem integritatem perfectiſſime ſeruauit, & conſortiũ fœminarũ ſtudioſiſſime declinauit. Secundũ eſt omnis glorię mũdialis deſpectio. vnde de ipſo legitur. Gloriã mũdi ſpreuit cũ ſuis oblectationibus. Tertium eſt continua mentis eleuatio & ſpiritualis exercitij frequẽtatio: nam frequẽter eccleſię limina terebat & aſſiduis orationibus vacabat, in quibus plerũq; magnum feruorem deuotionis ſentiebat. Propter quod mens ipſius cum Helya in curru igneo & equis igneis frequenter in Paradiſum ſpiritualiter rapta fuit per quandã diuini amoris inflammationem & diuinę ſuauitatis pręguſtationem. De ſecundo patet, nam eius ingenio-

Ex tribus apparet puritas beati Nicolai.

ſitas apparet ex tribus. Primo quia fuit ſtudioſus in virtutibus agēdis. quod patet quia ab ineunte pueritia vſq; ad decrepitam ętatē vitā ſanctā & virtuoſam duxit: vt patet ex legēda. Secūdo quia fuit prudens & aſtutus in periculis euitandis, quod patet: quia prudenter cauit mundi fallacias & viriliter expugnauit dęmonū aſtutias. Et quia cōtra iſtos tres hoſtes adeo viriliter decertauit: ideo ei congruit quod ſcribitur Sap̄. x. Certamē forte dedit illi vt vinceret. Signanter autē dicit vt vinceret: quia per ſuum exercitium virtuoſum tria vicit quę cōmuniter mētis puritatē maculāt. ¶ Primū eſt peccati oblectatio: & hāc vicit per peccati aſpernationē & cōtinuam in lege dei meditationē. Secundū eſt cogitationū infeſtatio: nā quibuſdam ineſt tantus tumultus cogitationum ꝙ nec vnum Aue maria cū quiete mentis dicere poſſunt: & tales omnē dulcorē deuotionis amittunt iuxta illud. Muſcę moriētes id eſt cogitationes vagę & volatiles. perdunt ſuauitatē vnguenti. & hanc vicit per mētis feruidā recollectionē: quia in feruore deuotionis & in ſapore diuinę meditationis ſe iugiter recollegit. Tertiū eſt paſſionum moleſtatio. Paſſiones enim ſenſitiuę partis ita cōtinue moleſtant animā ſeu hominē vt quaſi in continua pugna eſſe videamur: propter quod legitur Iob. vii. Militia eſt vita hominis ſuper terram Hanc aūt vicit per feruidā dei dilectionē & omniū carnaliū deſideriorū virilem & vigilē repreſſionē. Tertio eius ingenioſitas apparet in hoc quia fuit ſolicitus in meritis cumulandis: quę quidē cumulauit, & reſpectu ſui per inſolitam abſtinentiam: quia feria quarta & ſexta ſemel tm̄ mămas bibit. & reſpectu proximi per largitatis effluentiā, quia triplici pōdere auri nephas ſtupri prohibuit. & reſpectu dei per feruidę deuotionis inſtantiam: quia frequenter in orationibus pernoctabat. ¶ De tertio patet. Nam quia ad meritum hominis non ſufficit puerilis innocentia: nec ſenilis prudentia: ideo tertio additur complementum meriti ſcilicet gratię redundantia: cum annectitur. Et ſortitus ſum animam bonam. Hęc aūt bonitas per efficaciam gratię cauſabatur in potētia animę. Nā primo in rationali habuit pręcipuā dilectionē. in apprehēſione veri: quia verbū dei quod eſt panis & cibus animę libenter & frequenter audiebat & memoriter retinebat. Nam eccleſiā dei frequentabat & quod ibi de ſcripturis patulo aduertebat auditu non immemor armariolo condebat in pectore. Secundo in cōcupiſcibili habuit intimā dilectionē in affectione boni: quia veritatē quā de ſcripturis intellexit, in ſtomacho mentis ſuę quę eſt memoria, reponens: & igne charitatis decoquens: in cibum ſalutiferum digeſſit, qua mens ipſius refecta ad omnem virtutis actum roborata fuit. Nam ſicut cibus indigeſtus malos humores generat & corpus

Beati Nicolai ingenioſitas ex tribus innoteſcit.

B

Tria vicit Nico. quę puritatē maculare ſolent.

Eccli. x.

C

corrumpit:ſic ſcientia quę non fuerit ardore charitatis digeſta & in
bonos mores tranſformata:peccatum inducit, vt dicit Bern̄. ſuper
Can̄. Quia ſcienti bonũ & non operanti peccatũ eſt illi:& ideo do-
cet ibidem ꝙ tota vtilitas ſcientię cõſiſtit in modo ſciendi, vt ſcias
quo ordine,quo ſtudio,quo fine queq; ſcire oporteat. Quo ordine:
vt illud pri⁹ qđ maturi⁹ ad ſalutē. Quo ſtudio vt id ardēti⁹ addiſcas
qđ vehemēti⁹ ad amorē iflāmat. Quo fine:vt nõ ad ianē gloriā:ſed
ad ędificationē tui & ꝓximi. Tertio in iraſcibili habuit maximā forti-
tudinem in deteſtatione vitiorũ. vnde merito potuit dicere cũ pro-
pheta. Omnē viā iniquitatis odio habui:quia ſemp veritatē medita-
batur guttur eius:& labia ſua deteſtabantur impiũ, quos cum toto
niſu non ſolum viuacitate,ſed etiam pietate operis ad veritatē re-
duxit. vnde vere ſibi competit quod ſcribitur in ps̄. Dilexiſti iuſti-
tiam & odiſti iniquitatē,propterea vnxit te deus deus tuus oleo lę-
titię prę conſortibus tuis. Et hoc ideo dicit propheta:quia diuina
Triplici p̄- clementia triplici pręrogatiua gratiarum ipſum prę cęteris epiſco-
rogatiua pis dotauit. Pria attenditur in mira electione paſtoralis officij,quā-
dotatus ē do voce lapſa de coelo dignũ ſummo ſacerdotio oſtēdebat. Secun-
Nicolaus. da in varia coruſcatione ſupernaturalis miraculi,vnde de ipſo dici-
tur. Deus qui beatum Nicolaum innumeris decoraſti virtutũ mi-
raculis &c. Tertia attenditur in foecunda reſudatione ſalutaris olei:
quia ex eius tumba ſacrum reſudat oleum,quo liniti ſanantur,cęcis
viſus,ſurdis auditus redditur,& debilis quiſq; ſoſpes reſilijt:& per
iſta tria quę anima ſua diuino munere eſt ſortita excluditur triplex
malũ nobis ſecũdũ Bern̄ ex primo peccato inflictũ. Sumus em̄ faci-
Nota tri- les ad decipiendũ propter ignorantiam rationalis: fragiles ad reſi-
plex malũ ſtendũ propter impotentiā iraſcibilis,& debiles ad operādũ propter
ex primo infectionem concupiſcibilis:quod declarat ſubdens. Nam ſi diſcer-
peccato in nere volumus inter bonũ & malum:decipimur ſi tentamus facere
flictum. bonũ:deficim⁹ ſi conamur reſiſtere malo:deuicimur & ſuperamur.
Sed contra iſta tria beatus Nicolaus fuit illuſtratus in rationali per
lympidam cognitionem veri,inflammatus in concupiſcibili per fer-
uidam operationē boni,& roboratus in iraſcibili per validam repreſ-
ſionē omnis mali. Et ideo merito nobis pro ſpeculo virtutis prępo-
nitur. ¶ Secundo commendatur beatus Nicolaus a gratię affluētia
D cũ ſubditur. Et cũ eſſem magis bonus,& hoc conuenienter. Nā in
gratia ſuſcepta non ſtetit ſicut pigri & negligentes nec ab ea decidit
ſicut reſiſtentes:ſed magis in ea gradatim profecit: quouſq; ſum-
mum apicem virtuoſę perfectionis attingeret, quia ſicut creuit in
naturali ętate,ita creuit i virtuali bonitate iuxta illud ps̄. Ibũt de virtu

te i virtutē videbiꝭ deus deorū in Siō,id eſt in apice claręcōtēplatiōis vię vel patrię.Circa quod eſt ſciendū ꝙ cum Chriſtus nobis fuit exēplum totalis perfectionis profectus virtutis in quolibet homine in hoc attenditur ꝙ vitam chriſti imitetur & eius exemplis conformetur:ad quod hortatur Apoſtolus ad Ephe. v.Imitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Hęc autē imitatio attēditur in trib⁹ i qb⁹ btūs Nicolaus in tribus gradibus virtualis perfectionis Chriſtū fuit ſpecialiter imitatus.Primus eſt omnium terrenorum perfecta deſpectio. Secundus eſt omnis commodi corporalis libera declinatio.Tertius eſt ſui ipſius omnimoda abnegatio. In primo gradu res exteriores libere propter Chriſtum contemnimus.In ſecundo omnia commoda corporis libere propter ipſum abijcimus In tertio voluntatē noſtram in omnibus agendis & patiendis voluntati diuinæ prompte ſubijcimus.Et hęc tria perfecte fuerunt in beato Nicolao,propter quod in virtuoſo progreſſu fuit Chriſti perfectus imitator. Primū patet.nam perfectus ſectator Chriſti debet relinquere mundum & omnes res temporales & ſequi Chriſtum in paupertate voluntaria, qui fuit pauperrimus omnium creaturarum vt viſum eſt ſupra. Et non ſolum res exteriores debet relinquere, verum etiam terrenorum occupationem & ſollicitudinem debet prorſus abijcere,exēplo Petri qui dixit.Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te.Hoc autem beatus Nicolaus fecit quando totum ſuum patrimonium indigentibus diſtribuit & paupertatem euangelicam ſecutus fuit.Et quia omnia onera mentem deprimentia ſic deiecit,ideo ad magnū gradū virtutis & perfectionis aſcēdit vt ſic de ipſo verificetur quod ſcribiꝭ in p̄s. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit,quia feruidū conatum proficiendi iugiter continuauit.Secundum patet,nam corpus proprium relinqui debet propter Chriſtum per carnis mortificationem & cuiuſlibet commodi corporalis abiectionem,exemplo Chriſti qui corpus ſuum ieiunijs & orationibus & multis laboribus pro noſtra ſalute per triginta tres annos inceſſanter attriuit. Pro cuius imitatiōe beatus Nicolaus arctam vitam duxit quā etiam a pueritia inchoauit,quando feria quarta & ſexta ſemel tm̄ in die materna vbera ſuxit,& poſtmodum pro Chriſti imitatione per totam vitam ſuam corporis commoda poſtpoſuit & corpus ſuum ſpiritui ſeruire coegit, vnde poterat dicere cum Apoſtolo . Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, frequenter enim in animo reuoluebat illud ad Romanos.vj.Si Chriſto complantati (per carnis ſcilicet caſtigationem) facti ſumus ſimilitudini mortis eius ita et reſurrectionis erimus, quod etiam ſponſa per ſpiritum ſanctum

Beatus Nicola.Chriſtum pręſertim i trib⁹ imitatus eſt.

edocta fecit cũ diceret Caň.v. Surrexi:& hoc per corporalis commodi plenã abiectionẽ:vt ſic mente pura & eleuata oſtium cordis mei aperirem dilecto meo. Tertiũ patet:nã nõ ſolũ res exteriores & cõmoda corporis relinquenda ſunt propter Chriſtũ, ſed etiã ipſa anima relinqui debet per proprię voluntatis abnegationem. & hoc magis precioſum & nobilius obſequium eſt quod Chriſto poſſumus exhibere renunciando propter Chriſtũ proprię voluntati:quia nihil eſt in homine nobilius & adeo liberum ſicut propria voluntas. vnde hęc volũtas Chriſto oblata ſecundum Aug. eſt cũctis acceptior oſtijs. Et in hoc beatus Nicolaus fuit perfect⁹ Chriſti imitator quia dicitur Ioannis. viij. Non veni facere voluntatem meã,ſed voluntatem eius qui miſit me. Vnde ad hanc imitationẽ Chriſtus indiffe renter omnes perfectos hortatur Mat.xv. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum. ſuper quo loco dicit Baſilius. Abnegatio ſui ipſius eſt totalis vitę priſtinę obliuio:voluntatis proprię perfecta abnegatio:ita vt qui viuit ſibi non viuat, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt. Et quia beatus Nicolaus hoc modo vitã cœleſtem in terris duxit ideo bene dicere potuit cũ apoſtolo Phi.iij. Noſtra cõuerſatio

E in cœlis eſt. ¶ Tertio cõmendatur a vitę ſanctimonia & paſtorali eminentia cũ annectitur. veni ad corpus incoinquinatũ. per quod ſecundum gloſſam intelligitur vel Corpus Chriſti myſticũ,vel etiam congeries virtutũ. quorum vtrũq; eſt incoinquinatũ:quia neq; habet maculã neq; rugam. vt patet Ephe.v. Vnde per hoc quod dicit veni ad corpus incoinquinatũ, apte ſignatur eius vitę ſanctimonia. Si per corpus intelligatur congeries virtutũ. vel etiã paſtoralis eminentia. ſi per hoc intelligatur corpus Chriſti myſticum:vnum tamẽ eſt diſpoſitio ad aliud,quia propter vitę ſanctimoniam fuit diuinitus ſublimatus ad paſtoralem eminentiam. Ad cuius ampliorẽ euidentiam duo ſunt vidẽda. Et primo de modo qualiter ad iſtud corpus venerit. ſecundo de cauſa propter quam ad eminentiam paſtoralem ſublimatus fuerit. Propter primum eſt ſciendũ ꝙ ad iſtud corpus primo venit mirabiliter reſpectu dei:quia diuinitus electus fuit quando voce lapſa de cœlo hunc eſſe dignũ ſummo ſacerdotio declarauit. Secundo hilariter reſpectu proximi:quia poſtꝙ ſic fuit petentibus diuinitus reuelatus,& per epiſcopũ qui hoc indixerat pręſentatus:omnes in immenſum gaudebant:& certatim dei magnalia attollebant. Tertio humiliter reſpectu ſui,quia faſtigium epiſcopalis honoris hũiliter recuſauit. & eo intuito aſſumptus fuit. ¶ Propter primũ eſt ſciendũ ꝙ ad paſtoralem eminentiam fuit ex cauſa triplici ſublimatus. Primo quidem ex eius affectione ſynceriſſima. Nam in tantę perfectionis gradu miniſtrare illi qui eſt candor lucis

F Trip'ex cauſa ſublimationiſ Nico. ad ẽpatum.

ęternę:nulli congruit:niſi mentibus puris & ſynceris a cuiuſlibet impuritatis macula defœdatis.iuxta illud ps̄. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat Et ideo bene poterat dicere. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. Quā quidē puritatem beatus Nicolaus habuit,quando in ſuo officio nihil aliud q̄ dei honorem & proximi ſalutē quęſiuit. Secundo ex eius dilectione feruentiſſima. Prelationis enim officiū nō eſt ex vanitate ſeu cupiditate appetendum,ſed potius ex charitate humiliter ſuſcipiendū. Quę quidem charitas debet eſſe tanti feruoris,vt pro loco & tempore paratus ſit animā ſuam ponere pro ipſis ſubditis,In cuius ſignum ſecūdum Chryſoſto. Chriſtus a Petro petijt ſi ipſum diligeret,anteq̄ paſtoralē curā gregis dominici ſibi committeret. Hanc autem feruidam charitatē beatus Nicolaus habuit quando feſtinanter ad iudicem currens:tres pueros innocenter damnatos liberauit. Tertio ex eius amminiſtratione vtiliſſima:quia ſuum miniſteriū fructuoſe & vtiliter executus fuit paſcens ſubditos verbo doctrinę:& exēplo bonę vitę.& ſubſidio temporalis ſubſtantię.vt patet in tritico a nautis mutuato,quod ad indigentiū ſuſtentationē augeri ſuis precibus impetrauit. Et quia talenta virtutū & donorum ſic vtiliter in vſum & fructum ſalutis ſubditorum conuertit:ideo iuſte a domino meruit audire illud Matth.xxv. Euge ſerue bone & fidelis &c. Signanter autem ſecundum Chryſo. ſeruus bonus dicitur quia nihil eorum quę ad bonitatem morum pertinent omiſit. Fidelis vero dicitur:quia nihil horum vel eorum quę ad dominum pertinent ſibi appropriauit. Ideo autem ſecundum Hiero. dicit,Super pauca fuiſti fidelis:quia licet dona quę in pręſenti habemus videantur multa, tamen ſunt pauca & exigua in comparatione ęternorum bonorum: per quę noſtrum deſiderium perfecte ſatiabitur. Et ideo ſubditur. Supra multa te conſtituam. Cuius multitudinis copioſitas eſt ęterni gaudij immenſitas,vt dicit Grego.& ideo bene concludit. Intra in gandium domini tui. Ob hoc autem ſeruus fidelis intrare in gaudium domini ſui iubetur,vt per hoc deſignetur:ꝙ illius gaudij magnitudinem nullus poteſt comprehendere ſed potius ipſum gaudium omnes vires rationalis animę comprehendet:& eas quadam indicibili ſuauitate perfundet:quod nobis concedat.

¶ Ad idem Sermo.ij.& in numero.viij.

AB infantia creuit mecū miſeratio. Iob.xxxj. Verba iſta licet literaliter intellecta dicantur de beato Iob,ab innata pietate & miſeratione commendato: Allegorice tamen ſumpta conueniunt ſancto Nicolao in ſanctitate & perfectione conſummato. In quibus beatus Ni-

colaus commendatur q̃tum ad tria quæ ſanctitatem integrant & conſummant quo ad omnes tres ſtatus ſanctitatis. Primo commendatur de infantili innocentia & puritate quantum ad ſtatum incipientium, in eo quod dicitur ab infantia. Secundo commendatur de virtuali creſcentia & ſanctitate q̃tum ad ſtatum proficientium, in eo ꝙ additur. Creuit mecum, nam proficientium eſt ſemper creſcere. Tertio commendatur de miſerationis effluentia & liberalitate quantum ad ſtatum perfectorum, in eo quod ſubditur miſeratio: quia perfectorum eſt perceptas gratias in proximos

A effluere. ⸿Quantum ad primum notandum ꝙ bene per infantiam ſignatur ſtatus innocentium & incipientium. Regulariter enim volentes ad perfectionem ſanctitatis peruenire oportet ab infantia vel pueritia inchoare: quia vt dicitur prouerbialiter, Curuum ſe prębet quod ad vncum creſcere debet. Vnde dicit Ciprianus, de duodecim abuſionibus. Sicut fructus non inuenitur in arbore in qua prius non apparuit flos, ſic nec in ſenectute hominem conſequi poterit virtus: qui in adoleſcentia ſua alicui diſciplinę non laborauit. Nolens vero beatus Nicolaus in ſenectute honore debito priuari: ſtuduit in iuuentute floridis virtutibus ornari. Talis enim ętas informationi iuuenũ maxime cõuenit. cuius rationem reddit philoſophus in de memoria & reminiſcentia, vbi dicit ꝙ iuuenes ſunt ſicut mollis cęra quę faciliter recipit impreſſionem. Senes autem ſicut paries congelatus, & ideo in iuuentute informationi iuuenum maxime inſiſtẽdũ eſt. Sunt enim pueri ad modũ ſpeculi bene terſi & politi, quod ſi terrenis applicatur, terrenum: ſi cœleſti, cœleſte repręſentat ſimulacrũ. ſic puer ſi bonis moribus imbuitur efficitur bonus. ſi vero malitia: malus efficitur. Cui alludit dictũ Senecę. Educatio (inquit) iuuenum maximã diligẽtiã plurimũ deſiderat: facile enim eſt adhuc teneros annos cõponere difficile vero vicia quę nobiſcũ creuerũt, reſcindere. Hanc diligentiam beatus Nicolaus ab infantia habuit, qui ab infantiæ ęuo deuote deo ſeruire ſtuduit, quod patuit in eo ꝙ bino hebdomadę die a la-

Nota de informatiõe iuuenũ.

B ctę matris ſemel fugẽdo ieiunauit, quod fuit euidens ſignũ futurę ſanctitatis iuxta illud Prouer. xx. Ex ſtudijs ſuis cognoſcitur puer ⸿Circa quod ſciẽdum ꝙ in pueris ſunt ſeptem indicia futurę probitatis, quę omnia beatus Nicolaus in ſe habuit. Primũ eſt honeſta agilitas, de qua Seneca. Iuuenis ad honeſta agilis: ſignum oſtendit futurę dignitatis. Hanc habuit beatus Nicolaus: qui in pueritia eccleſias frequentabat. In hac virtute imitemur ipſum: quia frequentatio eccleſiarum eſt euaſio tribulationum corporalium & ſpiritua

Septẽ indicia futurę probitatis in pueris quę in ſancto Nico. reperta ſũt

lium.vt patet.Numeri.xvij. Vbi quandocūq; aliqua tribulatio orie
batur Moyſes & Aaron in tabernaculum domini currebant: tanq̄
ſerui dei veri ad dominum ſuum deuota oratione clamantes. in
quo dabat nobis exemplum,vt quilibet noſtrum in tribulationi-
bus ſuis clamet ad dominum. Exemplum in Chriſto,qui licet
non indigebat cum per ſe omnia poſſet: tamen vt exemplum
orandi nobis daret multoties orabat. vt ſicut dicitur Matthęi
xiiij. Dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Iterum. Sede-
te hic donec vadam & orem.vſq;,pater ſi fieri poteſt & cętera. Se-
cundum eſt manſuetudo. Eccleſiaſtici. xv. Fili in manſuetudine
opera tua perfice & cęter.a Manſuetudo enim eſt velut culcitrum
molliſſimum in lecto floridę conſcientię, in quo animus cum deo
quieſcit, quę & conſeruat animam ab ira ne frangatur: ſicut fœ-
num vas vitreum. Hanc beatus Nicolaus habuit: quia a iuuentute
fuit manſuetus. Tertium eſt ſobrietas. Apoſtolus. Iuuenes orate
vt ſobrij ſitis. Sic beatus Nicolaus cum adhuc ratione non vteretur: Tit.ij.
ſpiritu ſancto docente quarta & ſexta feria ieiunabat. Et hoc ideo vt
aſſueſceret portare iugum domini. Seneca. Melius retinētur quę te-
neris ętatibus imprimuntur. Quartū eſt verecundia. Boetius. Senū
veritas & iuuenum verecundia: vtroſq; bene decorat. Hāc habuit
beatus Nicolaus non in ſe tantum ſed in alijs, vt patet in virginibꝰ
Quintum eſt obedientia parentū quam cōtulit apoſtolus. Filij obe- Eph.vi.&
dite parentibus veſtris, hoc eſt ſignum futurę probitatis. ¶ Poſſet Colo.iij.
C
quis dicere. Quid eſt obedientia? Reſpondeo proprię voluntatis ab
negatio & diuinę voluntatis applicatio. Hanc habuit beatus Nico-
laus: quia cum audiret & intelligeret a domino dicente in euange-
lio. Niſi quis renunciauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt me-
us &c. Statim Epiphano patre ſuo & Ioāna matre defunctis cœpit
cogitare qualiter diuitias ſuas ad honorem dei expenderet. Vnde
in ſignum futurę obedientię ſtatim prima die natiuitatis ſuę dum
balnearetur, inſtinctu ſpiritus ſancti ſtetit erectus in pelui, tanq̄ pa-
ratus ad obediendum pręceptis dei. Sextum eſt ſi dolet de iniuria
parentum. Tullius. Signum honeſtatis eſt lachryma in oculis ad in
iniuriam aliquam factam parentibus ſuis. Hoc habuit beatus Ni-
colaus: quia cum videret q̄ iniuria irrogaretur dei filio in membris
ſuis a conſule, qui data ſententia tres innocentes iuuenes iuſſit de-
collari, eoſdem liberauit: vt patet in legenda. Item de eadem iniu-
ria potes dicere de nobili viro cui rogatus filiū impetrauit cū pater
cū ſcypho faceret iniuriā deo. Septimū ſignū eſt futurę ꝓbitatis. Si i
uenis a parētibꝰ lōge exiſtens anxiat̄, quod eſt ſignū vere dilectiōis

Sic beatus Nicolaus ſciēs ſe longe eſſe in regione diſſimilitudinis anxiebaꝛ & dicebat. Heu mihi qa incolatus meus &c.cui dn̄s cō-patiens miſit ad eū angelos ad cōſolandum eum,qui eum orantē inuenerunt & vltimo dicētem. In manus tuas dn̄e &c.& ſic aīam

D eius deo p̄ſentauerunt. ¶ Quantum ad ſecūdum de eius virtuali creſcentia quod reſpicit ſtatum ꝓficientium:& notatur in eo quod

In tribus creuit Ni co. more ꝓficiētiū.

addiꝛ,Creuit mecum: Notandū ꝙ proficientes debent creſcere in tribus. Primo in tētationum forti reluctatione ad ſeipſos.Quia eñ diabolus ꝓficientes fortius impugnat:qa ipſi eum charitatis operibus grauiter infeſtant:opus eſt vt fortiter ei reſiſtant,corpus ieiunijs & caſtigationibus macerando. Vñ.j.Petri.v.Sobrij eſtote & vigilate,qa aduerſarius veſter diabolus &c.Sic fecit beatus Nicolaus qui ſicut in īfantia incepit ieiunare a lacte:ſic poſtea in iuuētute & ī tota vita ſua corpus macerando cōtinuit ab incentiuis vicioꝝ. Vnde de eo legiꝛ,ꝙ totus virgineus & puellaris & caſtus viuebat. Nā mulierum cōſortia deuitans ſe totaliter in vitę puritate cōſeruauit. Secūdo debent creſcere in humilitate & ſui depreſſiōe erga deum: licet eñ ꝓficientes creſcere debeant in omni virtute:quia de ipſis eſt illud p̄s. Ibunt de virtute in virtutem:p̄cipue tamen in humilitate,quę eſt cęterarū virtutum cōſeruatrix. Iuxta illud Gregoꝛ.in Homil. Qui ſine humilitate virtutes cōgregat,in ventum puluerē portat:debet autem humilitas in his vigere maxime qui alijs p̄feruntur.iuxta illud Eccl.iij.Quanto maior es,tāto humilia te ī omnibus.vñ Bern̄.in ep̄la. Nulla ſplendidior gemma in omni p̄cipue ornatu ſummi pōtificis q̄ humilitas. Om̄is dignitas dignitatis nomine indigna eſt,ſi humiles eſſe dedignanꝛ:igitur qui alijs p̄fertur, intra ſe in ſecretario mētis in cathedra p̄ſideat humilitatis. O humilem & ſublimē,nō eſt eo ſublimior qui intra ſe deſpectior:ſic eñ decet nos adimplere omnē iuſtitiam.i.perfectam humiliationem: vt ait dn̄s,Matth.iij. Sic ſanctus Nicolaus quanto magis ꝓficiebat ætate,virtutibus & dignitate,tāto magis creuit in humilitate.vnde de eo legiꝛ ꝙ pontificali dignitate ſublimatus eandem & maiorem habuit humilitatem q̄ prius. Erat eñ humilis in omnes ſuſcipiēdo alacris in exhortando,& ſeuerus in corripiendo. Tertio debet creſcere in pietate & miſeratione erga ꝓximos. Vñ Bern̄.in ep̄la.O clementiſſima pietas quę nō ſua deſinit largiri beneficia:nō ſolum vbi nullum meritū inuenit,ſed plerūq;etiam vbi totum videtur cōtrarium. Et Caſſio.libro.iiij.epiſtolarum. Hæc eſt inquit perfecta pietas quæ anteq̄ flectatur precibus,nouit conſiderare fatigatos. Sic fecit ſanctus Nicolaus,vt patuit in maſſa auri quam in domum viri latenter proiecit,vt virgines a ſtupro preſeruaret:& in tali pie-

tate ſubueniendo proximis de die in diem creuit:vt vere dici poſ=
ſit in perſona ſua thema propoſitum. Ab infantia creuit mecum
miſeratio. Vnde etiam in perſona ſua dici poteſt illud p̄s. Ego ſicut
oliua fructificaui in domo domini. Sicut enim oleum reficit & con=
dit cibos:ſic ipſe pauperes refecit frumenti augmētatione. ¶ Quā= E
tum ad tertium de miſerationis eius effluentia & liberalitate, quod
reſpicit ſtatum perfectorum, & notatur in eo quod dicitur miſera=
tio:notandum q̄ perfectorum eſt non tm̄ ſibi in neceſſarijs corpo=
ris & animę prouidere, ſed & dona dei quibus pleni ſunt, in proxi=
mos effluere. vnde Grego. in Homil. Tanto enim eſt quiſq; perfe=
ctus, quanto perfectius ſentit dolores alienos. & Ambro. ſuper il=
lud ad Timo. iiij. Pietas ad omnia vtilis eſt. Omnis (inquit) ſum=
ma diſciplinę chriſtianę in miſericordia & pietate eſt:nihil enim tā
commendat chriſtianum q̄ miſeratio charitatis. Quod ſciens bea=
tus Nicolaus, dona gratiarum dei quibus plenus erat, ſuper effudit
in proximos, & hoc tripliciter. Primo temporalia erogando de quo
dictum eſt. Secundo ſpiritualia miniſtrando, ſicut in officio paſto=
rali. Multos em̄ a deuio erroris reduxit ad viam ſalutis. Exemplū
de Iudęo, cui fures bona ſua Nicolao commēdata abſtulerant, qui
patrocinio ſancti Nicolai ad viam rectitudinis ſunt reuerſi: & Iu=
dęus ad fidem chriſtianam eſt cōuerſus. Tertio ſuis miraculis mul=
tis in ſuis neceſſitatibus ſubueniendo:vt patet ex pluribus in ſua le=
genda, & alibi de eo ſcriptis & dictis. Inter quę omnia hoc ſignan=
ter notabile eſt q̄ deus & dn̄s ipſum tam in terris q̄ in cœlis:tam in
hac vita q̄ poſt hanc vitam prę cæteris cōfeſſoribus multiplicibus
miraculis decorauit. Quoſdam enim confeſſores deus ornauit in
vita ſua miraculis, ſed paucis vel nullis poſt hanc vitam: quoſdam
vero econuerſo, nonnullos etiam ipſorum tam in hac vita q̄ poſt
hanc vitam:ſed tamen ad aliud certum tempus ipſos miraculis in=
ſigniuit, poſt illud vero tempus paucis vel nullis. Beatum vero Ni=
colaum præ cæteris confeſſoribus ab ipſo primęuo iuuentutis tē=
pore, id eſt ab ipſis cunabulis & vberibus matris vſq; ad finem vi=
tæ, & ab ipſa morte vſq; in pręſens tempus, iam plus q̄ p mille an=
nos deus ipſe miraculis inſignire dignatus eſt. Obijt enim anno do=
mini. ccclxiij. Vnde de eo dici poteſt illud Eccle. xx. Quis eſt hic &
laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita ſua:& non tm̄ in vita
ſed etiam poſt mortem, & adhuc ſigna ſua innouari non ceſſant, vt
ſibi dicatur illud Eccl. xxxvj. Innoua ſigna, immuta mirabilia. vn=
de de eo eccleſia ſingulariter dicit ī collecta quod de nullo alio ſan=
cto dicitur. Deus qui beatum Nicolaum pium pontificem tuum
innumeris decoraſti miraculis. Quorum ſignorum & miraculorū

Tripl'r cō municauit beat⁹ Nico. dona ſua hominibus.

tam in terra q̃ in cœlo nos participes faciat.qui.&c.

ℂDe ſancto Ambroſio Sermo vnicus, Et in numero.IX.

EXamen apum erat in ore leonis & fauus mellis. Iu-
dicum.xiij. Verba iſta ſcd̃m literam intellecta plena
ſunt cuiuſdam noue rei admiratione,ſed ſcd̃m alle-
goriã ſumpta plena ſunt ipſius ſancti Ambroſij cõ-
mẽdatione.Quia enim ipſe futurus erat doctor ec-
cleſiæ cum veritate & ſuę vitæ doctrina: ideo cum adhuc infans
eſſet examen apum os eius intrabat & exibat . Et quia ipſe tripli-
cem ſtatum in eccleſia tenuit:ideo in verbis iſtis ſcribitur triplici-
ter commendãdus,quantum ad tres cõditiones eius laudabiles.ſ.
quantum ad vitam & cõuerſationem,quãtum ad curam & p̄latio-
nem,quãtum ad doctrinam & eruditionem . In cõuerſatione cõ-
mendatur a ſanctitate,in p̄latione ab ęquitate,in eruditione ab vti
litate & veritate. Primum ibi,examẽ apum:ſcd̃m ibi,in ore leonis:
tertium ibi,fauus mellis. Nam examẽ apum eſt collectio virtutis,
ſeueritas leonis,ęquitas correctiõis,fauus mellis eſt doctrĩa dulcis.

A ℂCirca primum eſt ſciendum q̄ examen apum ſignificat beati
Bonę ↄdi- Ambroſij conuerſationem. Habet enim apis ſicut patet,puritatẽ
tiões apis in paſtu,q̄a meliores flores eligit. Sedulitatẽ ĩ actu,q̄a nunq̃ ocio-
quas ha- ſa exiſtit. Sagacitatem in ſenſu,q̄a mira arte domicilium cõponit.
buit btũs Fœcũditatem in fructu,quia ſingulis annis geminos fœtus reddit
ambroſi⁹ Sic beatus Ambroſius excellenter habuit puritatem icorruptiõis,
aſſiduitatem bonę actionis,ſagacitatem circũſpectionis,& fœcun-
ditatem deuotionis. Et hęc quatuor fuerunt cõtra quatuor vitia.ſ.
contra carnis voluptatem primum,cõtra cordis puſillanimitatem
ſcd̃m,contra p̄ſumptionem tertium,cõtra deſperationem quartũ.
Et ſunt hęc quaſi quatuor virtutes quæ excludunt quatuor vicia
ſeu tentationes:ideo de ipſo poteſt exponi illud Eccle.xj. Breuis ĩ
volatilibus apis,& initium dulcoris habet fructus eius. Certe Am-
broſius fuit apis in ſedulitate bonę operationis ,breuis in paruita-
te proprię cõſiderationis,volans in leuitate incorruptionis,melli-
B fluus in ſuauitate deuotionis & oratiõis. ℂCirca ſecundum notã-
Q̃r bñ ſi- dum q̄ per leonem recte ſignatur p̄latio beati Ambroſij. Habet
gnaſ p leo enim leo liberalitatem in prędę diuiſione,ſagacitatem ĩ veſtigij de-
nẽ p̄latio letione,crudelitatem ĩ beſtiarum moleſtatione,virtuoſitatem ĩ fœ
beati Am tus mortui ſuſcitatione. Sic Ambroſius fuit liberalis in diſtributio
broſij. ne temporalium,ſubtilis in amotione criminalium,crudelis in re-
frenatione beſtialium,virtuoſus in diſpenſatione ſpiritualium . Et
ideo poteſt de eo exponi illud Macha.xlv. Iudas ſimilis factus eſt

leoni in operibus. Iudas confitens interpretatur,& ſignat Ambro
ſium qui fuit confitens per fidei eminentiam,ſimilis per veram ſa
pientiam,leoni per audaciam in operibus ſuis,& per diligētem vi
gilantiam. Hæc enim ſunt neceſſaria in quolibet prelato ad hoc ꝙ
oues ſuę ſequantur eum,ſcilicet honeſtas cōuerſationis,puritas i
corruptionis,audacia in redarguendo, vigilantia in cuſtodiendo,
quæ omnia fuerunt in beato Ambroſio. ¶Circa tertium notan C
dum ꝙ recte mel ſignificat doctrinam beati Ambroſij. Habet eñ Mellis no
mel quadruplicem virtutem/ſcilicet inciſiuam,& ponitur in ſiru mie figu
pis,incenſiuam,& ideo nocet cholericis, laxatiuam,& ideo cōfert rē doctri
viſceribus,ſanatiuam quam p̄ſtat vulneribus. Sic doctrina theolo na beati
gicę inſtructionis incidit per cōminationem ſuppliciorum,incendit ambroſij.
per commemorationem beneficiorum,purgat per icrepationem
peccatorum,ſanat & ſaluat per promiſſionem p̄miorum.ideo dici
tur Apo x. Accepi librum de manu angeli & erat in ore meo,tanq̄
mel dulcis,& cum deuoraſſem illum amaricatus eſt venter meus.
Ecce doctrina theologicę inſtructionis dicitur liber incutiens no
bis timorem de condemnatione reproborum. Angelicus nos inci
tans ad amorem propter collationem beneficiorum,eſt dulcis: qa
offert dulcorem & compunctionem peccatorum,quod nobis pre
ſtare dignetur &c.

¶De Cōceptione beatę Virginis Sermo.I.
Et in numero.X.

PRęcurre prior in domum tuam/& illic aduocare,
& illic lude/& age cōceptiones tuas:& in his om
nibus benedicito dominum q fecit te/& inebriā
tem te ab omnibus bonis ſuis. Eccle. xxxij.
¶Hæc verba primo exponentur de cōceptione A
virginis i vtero. Secūdo de conceptione verbi in
mente. In primo ſenſu exponendo ſciēdum,qa a multis dubitabāt
de modo celebrandi hoc feſtum:ideo talium dubitationi cōuenien
tiſſime ſuccurrit ſpiritusſanctus p ſapientem alloquens quemlibet
taliter heſitantem i verbis propoſitis dicens,Pręcurre &c. In qui
bus verbis ſpiritusſanctus tria facit. Primo dat formam hoc feſtū
celebrandi & modum,cum p̄mittit,Pręcurre &c. vſq; lude. Secūdo
indicit celebrationis actum & exercitium,cum addit. Et age cōce
ptiones tuas. Tertio inuit celebratiōis motiuum p̄cipuum,cū ſub
dit. Et i his omnibus &c. Quātum ad primum ſciēdum ꝙ ad mo
dum celebrandi cōuenienter hoc feſtū tria neceſſario requiruntur:&
vbicūq; illa deſunt,talis nec ſcit nec pōt ſe ad celebratiōnē hu⁹ feſti
conuenienter habere,nec ad hoc aliqualiter ſe coaptare. Primum

eſt intentionis ordinata directio.Secundum eſt mentis interna colleɔtio.Tertiũ pię deuotionis ſyncera affectio . Et hęc tria in prima auctoritatis pręmiſſę particula innuũtur. Primũ notatur cũ pręmittitur. Pręcurre in domũ tuã prior. Secundũ ibi,& illic aduocare. Tertium ibi,& illic lude. ℭ Ad euidentiam primi eſt ſciendum ꝙ celebrantem hoc feſtũ deuotiſſimũ oportet intentionem ordinate dirigere,vt non referatur intentio ad conceptionem carnis quæ fœda fuit,ſed ad conceptionem ſpiritus,qua beata Virgo in vtero ſanctificata fuit. Propter quod ſciẽdum ꝙ eſt quadruplex conceptio beatę Virginis. Prima eſt ęterna de qua dicitur Prouer. viij. Necdum erãt abyſſi & ego iã cõcepta erã. de hac nihil ad pñs. Alię tres ſunt tẽporales.ſ. ſeminis,hoĩs,& flaminis. In prima harũ nec cõtrahitur culpa nec infunditur gratia:quia illa maſſa erat inanimata,ſola autẽ anima eſt capax culpę & gratię. In ſecunda contrahitur originale ſcilicet in infuſione animę. licet eñ in illa maſſa non ſit culpa vt dictum eſt,nec anima in ſe ſit maculoſa:quia creatur pura & immaculata,eſt tñ in illa maſſa quedã morbida infectio, propter quã mox vt infunditur anima contrahit originale. Sicut ponitur familiare exemplũ in lapide calcis ,qui cũ ſit formaliter calidus ſi tamẽ perfũditur aqua quę ſecundũ ſe etiã frigida eſt,reſultat tunc ibi calor propter diſpoſitionẽ pręexiſtentẽ in lapide. ſic hic. In tertia cõceptione infunditur gratia habitualis,quando videlicet aliquis in vtero ſanctificaẽ. Ad hãc conceptionẽ Virginis referri debet intentio hoc feſtũ celebrantis,non ad primã:quę fœda eſt:nec ad ſecundã, quia in illa cõtraxit originale ſecundum doctores ſanctos,licet aliqui ob deuotionẽ virginis hoc nitantur negare. vnde ſi in iſta conceptione contraxit originale tamen ſtatim(& ſi forte non in primo inſtanti propter naturę repugnantiã cũ ita ſubito ſit naturaliter impoſſibile)fuit purgata & ſanctificata,igitur in primo ordine ad iſtã ſpiritualẽ conceptionẽ celebratur hoc feſtũ ſanctificationis vel conceptionis. Et hęc ſanctificatio ſancta nõ eſt facta iſta die qua ſolũ fuit cõceptio ſeminis ,ſed hinc vſq; ad triginta qninq; dies,quia circa tale tempus fœtus fœminę ſecundum philoſophos & phyſicos in vtero animatur. ℭ Sed tũc cadit dubitatio quare nõ illa die celebretur hoc feſtũ potius q̃ in iſta in qua nihil gratię ſuſcepit? Dicendũ ꝙ hac obiectione moti quidã olim noluerũt hoc feſtum celebrare neſciẽtes niſi pręſentia attendere,quod proprie beſtiarum eſt & hominum groſſorum. Vnde dicit Anſel. Erubeſcãt iſani q hũc diẽ colere nolũt,idcirco ꝙ aliorũ ſctõrũ cõceptiões minime celebrat ecclia:magna q̃ppe ruſticitas eſt eã in hoc alijs ſanctis cõparare in qua deus carnẽ hũanã aſſumpſit. Hęc Anſel. Nõ ei incõueniẽs nec iſolitũ ẽ illud qđ vna die peragiẽ

Tene tãq̃ certum ꝙ beata virgo nõ fuit cõcepta in originali. vt definitum eſt. xxxvj. ſeſſione cõcilij Baſiliẽſis.

B

referri ad alia quę in alia die geſta ſunt. Sicut enim eccleſia de mul-
tis ſanctis ſeruat feſta in diebus obit⁹, de qbus tamen dubium eſt
an eadem euolauerũt ad beatificam viſionẽ, ſed fortaſſe p aliquot
dies in purgatorio fuerũt: celebrantur tamẽ eorum feſta in die obi-
tus, quia tũc ad ſtatum talem poſiti ſunt in quo fuerũt in via ad glo-
riam. Mors eñ non facit hoiem beatum, ſed ponit eũ in via ad bea-
titudinem: ſic in ꝓpoſito: hoc feſtum celebratur hodie, nõ ꝙ beata
virgo iſto die gratiam ſuſcepit: ſed quia hodie incepit habere tale
eſſe quod eſt via ad eſſe perceptibile gratiæ: ſic etiam Pariſius cele-
bramus dedicationemę Baſilicę Mariæ i Roma dicẽtes in collecta
Deus qui per ſingulos annos huius ſancti templi &c. & poſt. Quiſ-
quis hoc templum: & ibi nõ refertur intentio ad templũ Pariſius i
quo ſumus, ſed ad templũ Romę: ita ꝙ ly hoc nõ demõſtrat illud
quod ibi apparet ſenſui/ſed aliqd aliud intellectum: ſic etiam i ver-
bis cõſecrationis Chriſti ly hoc nõ demonſtrat illud quod ibi appa
ret ſenſui/ſed aliquid aliud intellectum. Sic etiam i propoſito, alia
ratio eſt quare hodie potius celebratur hoc feſtũ, q͡3 ita extitit reue-
latum: videlicet ſeptimo idus Decembris, ſicut patet in tribus mi-
raculis in legenda. Quare autem beata virgo hunc diem reuelauit
celebrandum potius q̃ triceſimam quitam, poſſunt eſſe tres ratio-
nes. Prima ꝓpter ſuorum parẽtum piam commemorationem / de
quibus nulla memoria cõmuniter in eccleſia agitur. Secũda ꝓpter
ſuę miraculoſę cõceptionis venerationem, q͡a ex ſene ſterili conce-
pta fuit. Tertia propter matrimonialis concubitus excuſationem.
declara. Et ſic patet primum quod eſt debita itentionis ordinatio,
quę notatur i eo ꝙ dicitur: pręcurre i domum tuam prior, in domũ
ſcilicet itelligentię: de qua Sap̄. viij. Intrans i domum tuam cõquie-
ſcam cum illa. De iſto pręcurſu i talem domum poteſt exponi illud
quod legitur de Petro & Ioanne currentib⁹ ad monumentum, vbi
Ioannes pręcucurrit Petro. Ioãnes ſpeculationẽ itellectus deſignat
Petrus vero adhęſionem affectus. adapta. ¶ Secũdum eſt mentis C
interna collectio, quod notatur i eo quod additur, & illic aduocare.
Multi eñ a ſeipſis ſunt abſentes, q͡a aĩa plus eſt vbi amat q̃ vbi ani-
mat: ſcđm Aug. Quales ſunt q totis deſiderijs exterioribus dediti,
non attẽdunt de gloria filię regis ab intus: & tales ſanctificationem
ſpiritus nõ recipiunt, ſed tñ materialem cõceptionem attendunt:
& q talis eſt, non poteſt hanc celebritatem peragere, niſi aduocet
ſemetipſum in ſe p mentalẽ ſui ipſius collectionem. Hęc mentalis
collectio deſignata eſt Io. xiij. vbi dicitur. Magiſter adeſt & vocat te.
Iſte magiſter in anima eſt ſuperior ratio, q̃ vocare debet Mariã flẽ-
tem. i. animam tumultibus ſeculi ſua ſolicitudine adhuc fluctuan-

tem.ꝑſequere vt vis. Tertium eſt pię deuotionis ſyncera affectio, quod notat ibi,& illic lude. Per ludum aiæ accipio tripudiū & gaudium,quo delectatur aia in actu deuotionis:& qm̄ iſtud feſtum eſt ſingulariter deuotoꝝ beatę virginis:ideo nulli celebrare conuenit, niſi ſit eius deuotus:vñ dicit Anſel.in legenda. Nō eſt verus amator virginis,q reſpuit colere diē eius cōceptionis.de hoc ludo moraliza ſi vis hiſtoriam,qualiter Dauid luſit coram dño.ij. Regū.vj. Et ſic patet quę ſint illa quę requiruntur in celebraturo hoc feſtum, & in quocūq; iſta non ſunt:iſtud celebrare cōuenienter nō poteſt,&

D ſic patet primum principale. ¶ Scdo indicit celebrationis actum & exercitium,cū addit. Age cōceptiones tuas. Et bene dicunt conceptiones in plurali,ꝓpter quadruplicem cōceptionem virginis p̄dictam,q̄ & ſi omnes peragi nō debeant veneratione principali:oēs tamen peragunt colligantia & ſuppoſitione naturali,inq̄tum vltima p̄ſupponit oēs alias,gratia em̄ ſupponit naturā. Dicit em̄ tuas, ꝓpter ſingularis deuotionis attributionem,quaſi hoc feſtū ſit ipſius celebrantis peculiare. ¶ Et notandum qꝛ iſtud feſtū eſt ſingu-

E lari deuotione peragendū ꝓpter quatuor p̄cipuas vtilitates. Prima quia hoc feſtum deuote peragētibus a beata virgine i omni ſua neceſſitate p̄cipue ſubuenitur:exemplū de abbate a periculo naufragij liberato. Quod etiam pſuaderi poteſt ratione:licet em̄ beata virgo oibus eam i ſuis neceſſitatibus iuocantibus miſericorditer ſubueniat:iuxta illud Berñ. Sileat miſericordiam tuam &c. p̄cipue tñ ſubuenit hāc feſtiuitatem deuote celebranti. Nam cū ipſa virgo in cōceptione ſua quā colimus,a maxima neceſſitate ſua in qua vnq̄ fuerit in tota vita ſua liberata fuerit,ſcilicet ab originali culpa,qua maius periculum ſuę ſaluti nunq̄ ei imminebat:pſumendum eſt qꝫ deuote illam liberationem celebratiōe huius feſti recolentes in omni ſua neceſſitate a periculo liberent.q.d. Oro te mater miſericordię,vt ſicut tu in hac ſanctiſſima cōceptione tua a maxima tua neceſſitate liberata es,ſic me libera &c. Scda quia talis ab honore & gradu ſuo nunq̄ deponetur:& hoc eſt qđ dicit Anſel.in legenda Quiſquis Pręſul aut Abbas aut Pręlatus es:recole diligenter hāc feſtiuitatem & cūctis iube eandem coli,quia ſi eam toto corde amaueris,nunq̄ a gradu tuo depoſitus eris,in memetipſo ꝓbaui quod dico. Hęc Anſel. Quod etiam pſuaderi poteſt rōne.quia em̄ virgo glorioſa in ipſa cōceptione ſingulariter a deo honorata eſt,quia ſingulari modo in vtero ſanctificata:dicente Berñ. Puto qꝫ copioſior gratia ſanctificatiōis in ipſam virginem deſcēdit,quę nō ſolum ortum eius ſanctificauit:ſed eā a peccato cuſtodiuit immunē,quod ſoli virgini fuit ſingulare:hoc enim non fecit ſanctificatio Ioannis

Fallit author.

baptiſtę,nec Hieremię. Quia igitur virgo nūc primum ſuū honorem & ſingularem recepit: cōgruum eſt ꝙ hoc deuote recolēs i ſuo honore cōſeruetur. Tertia quia fœtus in vtero prægnantium cuſtoditur: quod patet, q₃ em̄ virgo in vtero ſuę matris nō ſolum eſt i naturalibus illęſa cuſtodita, ſed etiam gratuitis inſignita &c. Quarta quia talis in exitu aię a beata virgine nunq̄ deſereṫ: exemplum in clerico de adulterio reuertēte in ſequana ſubmerſo. Quod etiam ſic perſuaderi poteſt. Cōgrua eſt enim recompenſatio, vt qui honorat beatam virginem recolendo ſuum initiū quo incepit eſſe p̄ cōiunctionem aię & corporis: honoretur iugiter ab ea in ſuo fine & exitu quando aīa ſeparatur a corpore. q.d. O virgo glorioſa &c. & hoc de ſecūdo principali. ¶ Tertio p̄ſigit nobis celebrationis motiuum p̄cipuum, quod eſſe debet non lucri temporalis acquiſitio, ſicut clerici celebrantes ꝓpter quęſtum oblationum: nō nouitatis inductione, ſicut quidam delectanṫ inducere nouitates: nō falſę deuotionis ſimulatione, vt. ſ. credatur eſſe deuotus virginis: nō ꝓprię vtilitatis conſideratiōe, vt ſic cōſequatur quatuor vtilitates p̄dictas: hoc em̄ licet malum nō ſit, imperfectiōis tamē eſt hoc principaliter intendere, ſed principale motiuum debet eſſe laus diuina: quod notatur cum dicitur. Et in his omnibus &c.

¶ Ad idem Sermo. II.
Et in numero. XI.

GAuda & lætare Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui. Zacharię. ij. ¶ Filia Sion eſt beata Anna mater dominę noſtrę, quę merito laudare & lętari iubeṫ in cōceptione tantæ prolis. Nam Sion interpretatur ſemen eius. A
Medium ſui in quo deus habitaturum ſe ſpopondit eſt beata virgo in vtero eius cōcepta. Eſt autē mediū duplex: vt dicitur. ij. de cœlo & mundo. c. de terra. Medium naturę ſicut cor in hoīe, & medium magnitudinis, ſicut vmbilicus: vtroq; modo beata virgo medium fuit beatę Annę, ſed de medio magnitudinis nō curo. Fuit autē in ea medium naturę, quia nobiliſſimū in beata Anna fuit virgo in ea cōcepta. de hoc medio dicit p̄s. Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terrę, id eſt in beata virgine quę fuit medium terrę, Annę ſcilicet quę comparatur terrę: tum propter fœcūditatem, quia cum fuiſſet ſterilis naturaliter miraculoſe extitit fœcūdata in ſemine. Tum etiam ꝓpter conceptionis qualitatem concepit enim ſcd̄m communem legem humanę naturæ. Ipſa autem beata virgo concepit Chriſtum non ſecūdum legem terræ, ſed cœli, quia operatione ſp̄ūſſancti: ideo autem quia beata virgo ſcd̄m legem terrę. i. per ꝓpagationē ſeminis ꝯcepta extitit, negari nō pōt

Caue venenum.

quin in originali ſit cōcepta:qa dicit Aug.ſuper Ioannem exponēs illud verbum. Ecce agnus dei,dicēs ꝙ ſi agnus innocens,& ꝙ oēs ex illa radice veniunt:& ex illa propagatione de qua cantat Dauid. Ecce in iniqtatibus concepit me mater mea: & concludit:ſolus ille agnus q non ſic venit. Idem in de baptiſmo paruulorum dicit ꝙ Chriſtus peccatum nō habet,qa nec originale contraxit nec ſuum addidit. Cuius rationem aſſignat,qa extra voluptatem carnalis libidinis venit,& nō fuit ibi cōplexus maritalis:& ſubdit, Quod de virginis corpore aſſumpſit,nō vulnus ſed medicamentum:non quod ſanaret ſed vnde ſanaret:vnde concludit ibidem,ꝙ ſolus ipſe fuit ſine peccato,ergo &c. Et ꝙ dicunt alij vt ſaluent beatam virginem in originali non eſſe conceptam:ponentes ꝙ circa originale aliquis ſe poteſt habere tripliciter,vel ꝙ nō poſſit contrahere nec cōtraxit, vel ꝙ poſſit contrahere & contraxit,vel ꝙ poſſit cōtrahere ſed nō contrahat. In primo gradu eſt Chriſtus q non contraxit nec poſſit contrahere. In ſecundo gradu ſumus nos. Si igitur beata virgo eſt ſupra nos & infra Chriſtum,habuit ſe medio modo:qa potuit contrahere ſed non cōtraxit:alias(vt dicūt)non niteret ea puritate qua ſub deo maior neqt intelligi:ſcdm Anſel. Cum iſte modus ſit ſub deo & infra Chriſtum,non valet:qa non eſt dare talem mediū modum:nam quicqꝫ concipitur,vel cōcipitur via naturę ex ſemine virili.& tūc poteſt contrahere & de neceſſitate contrahit originale, vel cōcipitur ſupra naturam & ope diuino,& tunc non poteſt contrahere nec cōtrahit:loquendo de originali peccato quantum ad illud quod eſt formale in eo,quod eſt debitū habendi originalē iuſtitiam: ad qđ debitum nō obligamur,niſi qa per originem ſcdm rationem ſeminalem proceſſimus ab Adam. Et quia non eſt dare medium inter hūc modum & illum:quia non eſt mediū iter affirmationem & negationem:ideo omnes alij a Chriſto originale contraxerunt.

Verū eſt niſi pſeruet a deo.

B ¶ Quādiu autem in originali peccato beata virgo fuerit? Dicūt quidam ꝙ ſolum per inſtans. Et ponunt exemplum de ſagitta mota,quę ſolum per inſtans eſt in loco ſibi ęquali.ſed contra.tunc ſimul fuiſſet ſub culpa & gratia:quia vt ꝓbat Philoſophus in libris Phyſicorum. Si aliqs per inſtās ſolum ſtaret ſub aliquo & ſtatim tenderet in oppoſitum,ſimul moueret oppoſitis & ꝑ conſequens ſimul eſſet ſub oppoſitis. ¶ Item cum ꝓceditur de oppoſito in oppoſitum nō eſt dare vltimum inſtans quo fuit ſub oppoſito:vt patet.viij.Phyſicoꝝ. Vt ſi de albo deberet fieri nigrum non dabimus vltimum inſtans in quo eſt albū:ſed dicemus ꝙ per totū tempus tale fuit album & in inſtanti quod copulatur ad illud tēpus incipit eſſe nigrum:Sic in propoſito in proceſſu de culpa ad gratiā

cum ſint oppoſita. Quod autem dicif de ſagitta veritatem habet in motibus, vbi ꝓceditur ad aliud acquirendum, ſicut loca per quę mouetur ſagitta ordinãtur ad locum ad quem vadit. Culpa autem nõ ordinatur ad gratiam: ideo non valet nec facit multum ad laudem beatę virginis: ex quo ponitur cõcepta in originali. An in huiuſmodi originali fuerit per inſtans tm̃ vel per tempus impceptibile: modicum enim & impceptibile tempus quaſi iſtans reputatur. Et quia rationabilius eſt, cum res non poſſit ꝓcedere de oppoſito i oppoſitum ſine tempore medio: & niſi per aliquod tempus quantũcunq; imperceptibile fuerit ſub illo oppoſito: tenẽdum eſt ꝙ beata virgo fuerit ſub originali cõcepta, qa in conceptione eius virtus virilis ſeminis & amplexus materialis interuenit, & ſub huiuſmodi originali culpa ꝑ aliquod tempus fuit: licet credibile ſit ꝙ tempus illud fuerit valde breue & quaſi imperceptibile. Nec derogat laudi beatę virginis ꝙ ſcilicet ponitur cõcepta in originali: aliqd em̃ eſt laudabile in inferiori quod nõ eſt laudabile in ſuperiori. In Chriſto em̃ non fuiſſet laudabile ꝙ fuiſſet cõceptus i originali, qui non fuit materiali amplexu cõceptus: ſed in his qui materiali amplexu cõcepti ſunt, qa hoc modo fiunt membra Chriſti / prout ab originali per gratiam liberantur per Chriſtum: licet em̃ eſſe in originali nõ ſit ſcd̃m ſe laudabile, tamẽ prout per hoc fiunt membra Chriſti ad laudem ꝑtinet: non em̃ aliquis aliter fit membrum Chriſti / niſi quia ab originali liberatur per Chriſtum. vñ Aug. i de baptiſmo paruulorum, ponens ſimilitudinem de ſerpente exaltato in æremo & de Chriſto, ait. Si mouet te inclinatio mali in vita propria, nõ nega contractum eſſe reatum de vita primi parẽtis, & ſubdit. Noli negare, cõfitere venenum vt poſcas medicamentum, niſi em̃ eſſet quis infirmus vel niſi poſſet infirmari, nõ haberet ordinem ad medicum. Et qa non eſt dare illum medium modum quo qs poteſt cõtrahere originale & non cõtrahat, quicunq; negatur originale contraxiſſe negatur ad Chriſtum ordinem habuiſſe & eius membrum fuiſſe. Commendemus igitur beatam virginem, ſed non ſic ꝙ negemus eam fuiſſe membrum Chriſti: imo ad magnum eius ſingularis excellentię priuilegium pertinet, ꝙ ſola hæc fuit quæ peperit hominem abſq; originali cõceptu: quia ſi beata virgo fuiſſet ſine originali concepta, hoc priuilegium non ſingulariter ſibi competeret, ſed etiam beatæ Annę quę eam genuit. ¶ Bene ergo beata Anna terra dicitur rõne modi cõcipiẽdi, huius terrę mediũ eſt beata virgo, q̃ dicif mediũ terrę ꝑpter tria. Primo ꝑpter maximã humilitatẽ: eſt em̃ terra infimum elementoꝝ: & ꝑcipue mediũ ipſius eſt infimum oĩm corporaliũ: ſic beata virgo humillima. vñ reſpexit humilitatẽ

Imo ſic ꝯfitemur eã fuiſſe nobiliſſimũ membrũ Chriſti & nobiliſſime a medico ꝑuentam.

B

ancillę ſuę. Lucę.j.& ideo merito ſup omnes meruit exaltari. Secũ-
do ꝑpter gratiarum cõfluentiam, fuit em̃ vallis gratiarũ: ideo cęte-
ris per partes &c. Tertio ꝑpter quietationem. Sicut em̃ omnia gra-
uia naturaliter mouenẽ ad mediũ terræ & ibi quieſcunt nec vltra
mouentur deorſum: exemplũ de lapide molari &c. ſic omnes ho-
mines grauati quocũq; grauamine ſiue peccatoꝝ ſiue tribulationũ
recurrere habent ad hoc medium benedictum, qa de plenitudine
eius accipiunt vniuerſi ſcd̃m Berñ. & in ipſa quietem inueniũt. In
omnibus (inquã) requiem quęſiui. Per eam em̃ omnes inordinati
motus & paſſiones in nobis ſedantur, & iſtabiles firmantur: nec mi
rum cum ipſe creator omnium in ea requiem inuenit. iuxta illud.
Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. vnde ipſa figurata
eſt per arcam extra quam columba non inuenit vbi requieſceret
pes eius &c.

¶ De eodem Sermo tertius,
Et in numero. XII.

A AVe gratia plena. ¶ In verbis iſtis innuũtur duo in
cõceptione beatę virginis attẽdenda. Primũ eſt de-
fectuum remotio. Aue. i. abſq; vęh. Secũdũ ſanctifi-
cationis collatio, ſcilicet gratia plena. Circa primum
ſciendum q triplici vęh totũ genus humanũ labo-
rat. ſ. peccati originalis, fomitis concupiſcentialis & peccati actualis
De his tribus Apoc. viij. Vęh vęh vęh habitantibꝰ in terra. Ab hoc
igiẽ triplici vęh beata virgo imunis fuit: ideo i inſtãti ſuę cõceptio-
nis vel potius ſanctificationis angelus ad ſui cuſtodiam deputatus
dicere potuit, Aue. declara quadrupliciter. Ab his tribus beata vir-
go fuit liberata: & quo reſpectu itentionis eius cõceptio celebretur
vt habes in ſermone. Pręcurre &c. Deinde videndũ qualiter & nos
ab hoc triplici vęh poſſumꝰ liberari. A primo vęh mũdamur p ba-
ptiſmum, vbi dic quomodo differẽter gratia baptiſmi & baptiſmus
ſe habet ad gratiam huius ſanctificationis: quia ſcd̃m vnam viam
ſeu conſiderationem potior & efficacior eſt gratia ſanctificationis,
quia hęc ab omni vęh triplici virginẽ exptem fecit, ſed baptiſmus
ſolum mũdat a primo. Secũdum aliam tamen cõſiderationem ba-
ptiſmus eſt efficacior qa aperit ianuam regni, quod non facit gratia
ſanctificatiõis virginis i vtero: vnde ſi tunc virgo deceſſiſſet, regnũ
nõ introiſſet. A tertio autem vęh liberamur p ſacramẽtum pœnitẽ
tiæ. Declara. Sed a ſcd̃o perfecte nullatenus mũdamur in hac vita,
fomes em̃ reſtringi põt, extingui vero nõ põt. Berñ. Velis nolis ha-
Roma. vij bitati te Iebuſeus: ſubiugari qdem põt, exterminari nõ põt. Apl'us
B Video aliã legẽ &c. ¶ Subiugaẽ aũt p tria. Primo p carnis macera-

tionem vel caſtigationẽ q̃ cõſiſtit in veſtitus aſperitate:exemplũ de Tria per q̃
Ioanne baptiſta & Cecilia,in ciboꝝ abſtinẽtia & tenuitate,in ſtrati ſubiugat
duricia & ĩcommodi auſteritate. vñ Apſs. Caſtigo corpus meũ &c. fomes.
Secũdo per virtuoſam ſpiritualẽ exercitationẽ,qđ fit dupliciter,ſcꝫ j.Coꝝ.ix.
licet vitioꝝ reluctatione:ꝑ hoc eñ ꝙ quis frequẽter inclinationi fo-
mitis reluctatꝰ,acqrit habitum cõtrarium,vt patet in citharœdo,ſic
ꝑ frequẽter cõtinere aliqs fit cõtinẽs:ſimiliter de alijs vitijs ad q̃ qs
naturaliter inclinatur,ſiue ex fomite,ſiue etiã ex impꝛeſſione aſtrorũ.
Vnde Ptolemeus.Sapiẽs dñabitur aſtris:hoc etiã fit virtutũ exerci-
tio & operatiõe,ſiue in operibꝰ exterioribus,ſiue exercitio iteriori:
puta orationis/meditationis/& cõtemplatiõis:per hmõi eñ exerci-
tia reſtringitꝰ lex carnis,ꝓ quãto fortificatur ꝑ ea lex mẽtis. Tertio
per euchariſtię deuotã ſumptionem,qđ patet:qa ſicut panis mate-
rialis corpus cõfortat,ſic panis ſacramẽtalis ſpiritũ:ſed quãto ma-
gis ſpiritus cõfortatur,tãto magis fomes carnis reſtringitꝰ & debili-
tatur.Ioãnis.vj.Qui mãducat me & ipſe viuet ꝓpter me. ¶Circa C
ſcđm quod eſt ſanctificationis collatio vidẽda ſunt tria. Primũ quã-
do virgo fuit ĩ vtero ſanctificata.Secũdo qualiter ex hmõi ſanctifi-
catione fuerit gratia plena.Tertiũ quales gratias cõſequentꝰ hoc fe-
ſtum deuote celebrãtes.Quãtum ad primum ſciẽdum ꝙ licet aliq
doctores ob reuerẽtiam beatæ virginis voluerant dicere ꝙ beata
virgo nunq̃ cõtraxit peccatũ originale:qa ab hoc vt dicunt fuit prę-
ſeruata ex ſpeciali priuilegio gratiæ:hoc tñ communiter nõ tenetur
quia repugnat ſacrę ſcripturæ Apſo dicente. Quia ſicut in Adam
omnes moriuntꝰ,ita & in Chriſto oẽs viuificabuntꝰ. Vñ licet hoc di-
ctum videatꝰ tendere in quãdam ſpecialem reuerẽtiam virginis glo-
rioſæ:tollit tamẽ maiorem reuerentiã ĩ ipſo Chriſto,q ex hoc eſt cõ-
munis redẽptor omniũ hoim,ꝙ omnes ꝑ ipſum ſunt liberati a dã-
natione primę p̄uaricationis,qđ nõ habuiſſet locũ ĩ beata virgine q̃
nulla redemptiõe indiguiſſet,ſi in peccato originali concepta non
fuiſſet.Et ideo alij dicunt,ꝙ licet cõcepta fuerit in originali,in eodẽ
tamen inſtanti realiter:licet in alio ſigno ĩſtantis fuit emundata per
gratiam.Sed nec hoc ſtare poteſt,quia ꝓpter repugnantiam culpæ
& gratiæ impoſſibile eſt ꝙ ĩ eodem inſtãti realiter aĩa ſimul ſit ſub
culpa & gr̃a.Et ideo alij dicũt probabilius ꝙ non in eodem inſtan-
ti quo fuit ꝑ originale infecta:ſed in alio inſtanti proximo,ſicut na-
turę poſſibile fuit,eſt ꝑ gratiam purgata & ſanctificata,& in hoc ap-
paret q̃ ſollicite diuina prouidentia beatam virginem ĩ puritate ſer-
uauerit,quia licet tempore breuiſſimo & quaſi impceptibili ipſam
in originali pmiſerit,quantotius tamen fieri potuit ipſam per gra-
tiã emũdauit.Quantũ ad ſcđm ſciẽdum ꝙ.btã virgo in ſctificatiõe

Nobiliſſimus modus redẽptiõis fuit pſeruaſſe alias caſuram

facta eſt gratia plena quoad duo. Primo quoad gratię copioſitatẽ: nam alijs in vtero ſanctificatis fuit collatum/ꝙ nunq̃ peccauerunt mortaliter. Mariæ autem vltra hoc collatum eſt/ꝙ nunq̃ etiã peccauit venialiter:& hoc fuit indiciũ maximę gratię: quę nõ ſolũ vulnus naturæ ſanaret,ſed etiam ipſam naturam ſup omnem legem naturæ corruptę extolleret. vñ dicit Berñ. Puto copioſius munus gratiæ deſcẽdiſſe in virginem,quæ nõ ſolum eius mentem ſanctificaret:verumetiã ipſam ab omni peccato deinceps cuſtodiret immunem. Quod vtiq; rationabiliter factum fuit:nam ſcd̃m Dionyſium.quanto aliquid eſt primo lumini ꝓpinquius,tanto copioſius influentiam lucis participat:& qa Maria inter omnes creaturas fuit propinquior ipſi qui ſcd̃m diuinitatem eſt cauſale principium oĩs luminis gratię & virtutis:ideo oportuit vt lumen gratiæ copioſius prę omnibus alijs participaret. Secũdo quo ad gratię exuberãtiam & commẽdabilitatem. Nam licet abũdans gratia in Ioanne in patrem & matrem eius effluxerit,ꝙ ambo ex hoc receperũt gratiam ꝓphetandi:ab ipſa tamẽ virgine gratiæ copioſitas i omnes ſe tranſfudit:vt veraciter dicere poſſimus de matre ſicut & de filio,ꝙ de plenitudine eius nos omnes accepimus. vñ dicit Berñ. Attẽtius intuemini quanto deuotionis affectu eam a nobis venerari voluerit, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria:vt proinde ſi qd ſpei ſi quid virtutis in nobis ſit,nõ niſi ab ea i nos nouerimus redũdare.

D ¶ Quantum ad tertium ſciẽdum ꝙ digne celebrantibus hoc feſtũ cõfertur triplex gratia cõtra triplex vęh ꝑdictum,deſignata ꝑ triplicem etymologiam nomĩs Maria/& per tres Marias,& ꝑ tria miracula de hoc feſto ſcripta. Primum eſt vera peccatorum cõtritio,qđ deſignatur in etymologia huius noĩs Maria in lingua latina.i. mare amarum. Item ꝑ Mariam Magdalenę quę fuit vera pœnitens. Itẽ ad hoc facit miraculũ de reſuſcitatiõe clerici ſubmerſi in Sequana.

Tria cõſequũtur digne celebrãtes feſtũ cõceptionis.

Secũdum eſt fomitis reſtrictio,quod intelligitur in ſecũda etymologia in lingua ſyriaca quaſi dña. Hoc figuratur i altera Maria.ſ. Iacobi quę iterpretatur ſupplãtatrix:ad hoc facit miraculum de Abbate qui euaſit naufragium ſedatis vndis & ꝓcellis tempeſtatis:ſic hic ſedantur paſſiões ex fomite exurgentes. Tertium eſt mẽtis ad bonum exercitatio ſiue illuſtratio,quod ſignatur i tertia etymologia in lingua hebraica Maria/id eſt illuminata.hoc figuratur in tertia Maria ſcilicet Salomę quæ interpretatur retributio/ſcilicet luminis priſtini. His enim tribus Marijs ſimul dictum eſt, Auete. Matth. vltimo.ad hoc facit tertium miraculum huius feſti de clerico volente nubere per beatam Virginem illuminato ad ſtatum perfectiorem. Rogemus &c.

¶De ſancta Lucia Sermo.I. Et in numero.XIII.

L Vci comparata inueniť prior. Sap.vij. ¶Quia nomẽ A
Lucia a luce ſumptũ videtur:ideo rationabiliter verbũ
prędictum ꝓ ipſius commendatiõe aſſumitur. In quo
beata Lucia attollitur a duobus. Primo qdem a lumi-
noſa cõuerſatione:ſecũdo a gratioſa & exceſſiua perfe-
ctione. Eius luminoſam ꝯuerſationem innuit lucis comparatio,cũ
pręmittitur,Luci comparata:ſed eius exceſſiuam pfectionem oſtẽ-
dit comparationis platio,cum ſubditur. Inuenitur prior. Circa pri-
mum eſt ſciẽdum ꝙ beata Lucia recte comparatur luci ratiõe gra-
tiæ ſpecialis:de quo patet Ephe.iiij. Eratis aliquãdo tenebrę,nũc
autem lux in dño. Homo em̃ ſibiipſi derelictus eſt,ſicut tenebrę er-
roris.ſ.& vitiorum:ſed per gratiam dei illuſtratus quæ imaginẽ ra-
tionalem renouat,& in diuinã ſimilitudinem transformat,efficitur
lux in dño:quia induit ꝓprietatem lucis quantum ad duo. Primo
quãtum ad ſitum,quia hominem terrenum cœleſtem facit:& quã-
tum ad cõuerſationem,Phil.iij. Noſtra autem cõuerſatio in cœlis
eſt:& quãtum ad effectionem,quia dolent & ingemiſcunt de inco-
latu pſentis vitæ dicentes cum Propheta. Heu mihi,quia icolatus
meus prolongatus eſt. Et.ij.Cor.v. Nam i hac vita ingemiſcimus
id eſt ſemp gemere debemus,vt dicit gloſ.incolatum pſentis miſe-
riæ,ferui deſiderantes habitationem noſtrã quæ de cœlo eſt:p
quod itelligit reformationẽ corporis glorioſi,quod virtute cœlica
& diuina cõfigurabitur corporis claritatis Chriſti. Et etiam qtũ ad
feruidam dilectionem bonorum ęternorum:vnde de diſcipulis le-
gitur. Viri galilęi qd ſtatis aſpicientes i cœlum?Et qa vbi amor,ibi
oculus:ideo ſcribitur Matthęi.vij. Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt &
cor tuum.¶Secũdo lux gratiæ facit hominem cœleſtem qtum ad B
ſtatum qa de homine materiali terreno & paſſibili,facit hominem
immaterialem cœleſtem & impaſſibilem:quod patet. Nam homo
ex dono gratiæ omnia terrena & materialia propter Chriſtum cõ-
temnit,& ſic de materiali imaterialem facit:quod bene patuit i bea
ta Lucia,quæ totum ſuũ matrimonium pauperibus diſtribuit. Itẽ
omnes tribulationes huius mũdi ꝓpter Chriſtum ſubire nõ reſpuit
& ſic de paſſibili impaſſibilẽ facit:quod bene patuit i beata Lucia,
quæ tot agones ꝓ Chriſto volũtarie ſubijt. Item de homie terreno
cœleſtem facit,quãdo per virginalem cõtinentiam in carne exiſtẽs
prętercarnem viuit:quod ſcdm Hiero.nõ eſt humana vita,ſed cœ-
leſtis:quod bene fecit beata Lucia quæ deo iocundum habitaculũ
in ſua virginitate pręparauit. Secundo beata Lucia commendatur
ab eius gratioſa & exceſſiua comparatione:cum ſubdiť. Inuenitur

Quare Lucia cõparať luci

prior, id eſt maior/excellẽtior/& pfectior: iuxta illud quod dixit Io. baptiſta de Chriſto. Poſt me venit p corporalem. ſ. natiuitatem qui ante me factus eſt, id eſt/mihi platus eſt: vt dicit gloſſa. Prior em. i. maior, nobilior & excellentior me erat. ¶ Poteſt autem dici q̃

C lux habeat in aſpectu ſpecioſitatem, in tactu ſuauitatem, & in motu fœcunditatem, q̃ fœcundat oīa terræ naſcentia: imo etiam oīa

Quō btā Lucia lucē oēm incōparabiliter excesſit.

vitam corporalem habentia. Et quia beata Lucia lucem omnẽ corporalem in his tribus operaliter excedit: ideo rationabiliter eius excesſiua pfectio ex platione lucis accipitur, cum dicit. Luci cōparata inuenitur prior. Quod ſic eſt videre. Nã beata Lucia ppter candorem internę puritatis fuit omni luce ſpecioſior, ppter dulcorem internę cõtemplationis fuit omni luce ſuauior: ſed ppter virorẽ internę germinationis fuit omni luce fœcũdior. De primo patet. Mẽs enim rationalis fulgore gratiæ illuſtrata tanto nitet candore inobfuſcabilis puritatis, q̃ merito ipſam qlibet intellectualis oculus admiratur: iuxta illud Eccle. xliij. Pulchritudinem cãdoris eius admirabitur oculus. Cum em̃ mens rationalis & maxime ad gratiam illuſtrata, ſit quędam imago deducta & exemplata a luce increata: q̃ ſcdm Aug. in. iij. de li. ar. eſt tantę puritatis & tantę iocũditatis q̃ ſi eam ſolum p vnum momentum cõtemplari liceret, merito p inde mille anni pſentis vitę pleni delitijs cõtemnerentur. Et ideo nõ eſt mirum ſi talis mens p gratiam illuſtrata omnem claritatem & pulchritudinem cuiuſcũq; luminis creati incomparabiliter excedat: et ideo ſcribitur Sap. vij. Hæc eſt em̃ ſpecioſior Sole: quia ſcdm Aug. Luminis ĩtellectualis ad quodcũq; lumen corporale, nulla eſt cõparatio & eius candor & ornatus eſt ſup omnem ſtellarum diſpoſitionem, quam vtiq; excedit talis mens. Et ſcdm claritatem lucis, et ſcdm ſpecioſitatem venuſtatis, & etiã ſcdm rectitudinem ordinis: quia talis mens in omnibus ſuis actibus & motib⁹ eſt melius ordinata ſcdm beneplacitũ diuinum q̃ ſtellæ cœli ſcdm naturæ ſuę curſum. Et hanc puritatem in beata Lucia denotauit ſancta Agatha quãdo dixit. Soror mea Lucia deo deuota, quid a me petis qđ ipſa poteris pſtare continuo matri tuę? nam & iocundum ĩ tua virginitate habitaculum pparaſti. Et hęc puritas & ſpecioſitas mẽtis eſt vera illa caſtitas de qua dicitur. Qui caſte viuunt templum ſunt ſpiritus ſancti. De ſecũdo patet. Cõtemplatio em̃ mentis interior, quæ conſiſtit circa apprehẽſionem qualemcũq; dei & ſubſtantiarum ſeparatarum, eſt animæ ſummæ delectabilis & delitioſa: & ideo dicit ps. q̃ talis cõtemplatio affert mirabiles delectationes puritate & firmitate. Et licet ſcdm Philo. modicũ attingam⁹ de cognitiõe ſubſtãtiarum ſeparatarum: hoc ipm tamen propter honorabilitatem earũ

plus habet delectatiõis ꝙ oĩa q̃ apud nos ſunt:ideo dicit Grego. ſuper Ezechie.q: vita cõtemplatiua amabilis valde eſt dulcedo ꝙ ſuper ſemetipſam rapit,cœleſtia aperit & ſpiritualia mentis oculis dulciter patefacit. Hanc dulcedinem magis exprimendo Berñ ſuper Cãtica ita dicit.Neſcio an aĩa vel ipſam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliuſue ducat ꝙ poſt huius ſpiritualis gaudij guſtatam ſemel dulcedinem exire denuo ad illecebras carnis:& ſubdit.Ab hoc bono.ſ.internę delectationis ſi qs auertere illam ſanctam animam conaret:puto haud ſecus acciperet ꝙ ſi de paradiſo & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret ſe detrudi. In tali paradiſo internę delectationis fuit quãdo a mille viris & pluribus parib⁹ boum tracta,de loco moueri non potuit,qa a ſpiritu ſancto ſtabilita fuit.

¶De tertio patet. Nam ſicut lux corporalis omnia terræ naſcentia diuerſis germinibus multiplicat & fœcũdat:ſic lumen diuinæ grãe mentem rationalem fœcũdat diuerſo virtutum & donoꝝ germine & de hoc gloriatur ipſa ſapiẽtia icreata,Eccle.xxiiij.Dixi rigabo ortum plãtationum,& inebriabo partus mei fructum. Tũc em̃ ortus plãtationum.i.rationalis anima quã ipſe deus propria manu plãtauit,irrigatur:quãdo per influentiam diuinæ gratiæ diuerſo virtutũ germine fœcũdatur.Tũc autem deus partus ſui fructũ inebriat,qñ mentem rationalem virtutum odore & quadam intima deuotione ac interni gaudij pręguſtatione delectat. Ex qua quidem ſuauitate deguſtata,mens rationalis quãdoq; ſupra ſeipſam attollitur:& ſui ipſius & omnium rerum creaturarũ oblita,ſibiipſi & omnib⁹ creaturis funditus morit̃.De hac pulchre Berñ.loqtur ita dicẽs.Pręguſtata ꝙ ſuauis eſt dñs,aĩa fidelis in gaudium dñi ſui intrat:& ab vbertate domus ſuæ inebriata & ſuiipſius & aliorum omnium oblita: in ſeipſa deficiens tota i deum pergit,& velut modica ſtilla aquę de holo vini infuſa,in ſuum dilectum toto mẽtis affectu transformatur. Sic beata Lucia oĩbus creaturis mortua fuit:& omnes creaturę ſibi fuerũt mortuę,quãdo ipſa a nulla creatura trahi vel moueri potuit de loco:nec ab igne copioſo circa eã accẽſo,nec a pice,reſina & oleo feruenti ſuper eam fuſis lędi potuit:imo nec gladio in gutture eius merſo adhuc mori potuit,quouſq; ſacerdotes venirent.& corpus domini ei traderẽt,& omnes aſtãtes amen reſpõderent. Ecce ꝙ glorioſus exitus aĩæ ſuę bñ.dictæ,cuius nos participes &c.

¶ De eodem Sermo.II.
Et in numero.XIIII.

LVce ſplendida fulgebis.Tobiæ.xiij. ¶In iſtis verbis hiſtorice intellectis,Tobias i ſpiritu ꝓphetiæ cõſtitut⁹:ꝑdixit ipſius Hieruſalem redificationem & famoſam eius A

opinionem,ſed in eiſdem allegorice aſſumptis:prçuidit beatç Luciç morum adornationem:virtuoſamq; eius perfectionem,& ſecūdum hoc tripliciter deſcribitur commendanda ſcilicet q̄tum ad virtutum informationem quo ad ſe,ibi Luce. Quantum ad exemplarem ędificationem quo ad proximos,ibi:ſplendida. Quantum ad gratiarum actionem quo ad deum,ibi. Fulgebis. Eſt enim lux claritas incorporata,ſplendor & claritas irradiata,fulgor vel claritas reuerberata,ſic beata Lucia fuit lucida per virtutum informationē ſplendida per exemplarem ędificationem,fulgida per gratiarum actionem. Circa primum notandum ꝙ per lucem perfectio virtutum deſignatur,vt merito dicatur Lucia a luce. Habet eñi lux ſublimitatē & altitudinē in ſitu,claritatē & pulchritudinē in aſpectu:fōtalitatē & plenitudinē i radiorū fluxu,ſic btā Lucia habuit pulchritudinē cognitionis quātū ad fidē, altitudinē intētiōis quantū ad ſpē plenitudinem dilectionis quātum ad claritatem. In ſe enim habuit pulchritudinem integritatis ratione conſeruatę virginitatis,altitudinem perſpicacitatis ratiōe teſtificatę veritatis,plenitudinem firmitatis ratione toleratę infirmitatis:& ideo de ipſa poteſt poni illud Eſaię.xviij. Sicut lux meridiana clara eſt. In meridie enim Sol eſt altior,vt eius ſublimitas referatur ad ſpem:aer clarior:vt eius claritas referatur ad fidem,lux feruentior,vt eius calid'tas referatur ad charitatem, quę tria in legenda patent.

Quomodo perfectio virtutū per lucem deſſignetur.

B ¶Circa ſecundum nota ꝙ recte per ſplendorem deſignatur exemplorum manifeſtatio:quia ſplēdor lętificat infirmantes,rectificat itinerantes,excitat dormientes. Sic beata Lucia lętificat, dans exemplum diligendi, rectificat dans exemplum credendi, excitat dans exemplum patiendi,& hęc ſunt tria genera exemplorum de tribus virtutibus theologicis procedētia,& ideo de ipſa poteſt exponi illud Prouer. v. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit vſq; ad perfectum diem. Certe beata Lucia fuit ſplēdens in fidei inſtructione,creſcēs in ſanctę vitę conuerſatione,ſed perfecta dies in martyrio & paſſione.

C ¶Circa tertium nota ꝙ recte per fulgorem,gratiarum actio deſignatur. Sicut enim in reuerberatione luminis reuertitur lumē ad ſuum principium: ſic in gratiarum actione nobis omnia collata beneficia in ſuum opificem referuntur. ¶Tria autem concurrunt in fulgore,ſcilicet radiorum vnio,confractio,& reflexio,ſic tria debent concurrere in gratiarum actione:ſcilicet vnio deuotionis quo ad deum,confractio compunctionis quo ad peccatum,reflexio proprię conſiderationis quo ad ſeipſum. Nam & ille bene gratias agit qui in deum feruet per amorem dilectionis,qui peccatum plangit per dolorē compunctionis,qui ſeipſum deſpicit per ſplendorem cō

ſideratiōis,& ideo dicitur Ezech.j.in figura.Splendor ignis et de igne fulgur egrediens. Ignis habet caliditatem,ſplendor claritatem fulgur terribilitatem:ſic qui bene gratias agit,debet habere caliditatem dilectionis & deuotionis,claritatem meditationis & propriç conſiderationis:terribilitatem timoris ex memoria trāſgreſſionis & condemnationis:vt per primum in deo delectetur,per ſecundū ſeipſum aſpernetur,& per tertium peccatum contractum lamenteẽ & deteſteẽ. Hęc tria habuit beata Lucia vt patet in eius legenda &c.

¶De ſancto Thoma Ser.j.
Et in numero.xv.

IN Sermone eius ſiluit ventus,& cogitatione ſua placauit abyſſum,& plantauit illum dominus Ieſus. Eccĺ.xliij ¶Sicut dicit Leo Papa in quodam ſermone de aſcenſione domini. Mors Chriſti diſcipulorum corda turbauerat & de ſupplicio crucis,& de emiſſione ſpiritus,de exanimati corporis ſepultura grauatis mœſtitudine mētibus quidam diffidentię torpor obtexerat. Et reuera nimirum ſi mors domini diſcipulorū mētes turbauerat,quoniam remanſerant ſicut diſcipuli ſine doctore:ſicut oues ſine paſtore:ſicut popul⁹ ſine rectore,& ſicut excęcatus ſine ductore: ſed ſicut dicitur Eccĺ. xliij. ante verbum propoſitum. Medicina omnium in feſtinatione nebulę,& ros obuians ab ardore venienti humilē efficiat illum.& ſequitur in ſermone eius &c. Quoniam etſi in morte Chriſti fuerunt omnes Apoſtoli ſauciati aliquo infidelitatis vulnere fortaſſis non credentes verum deum eſſe quē viderant,ſic contemptibiliter mori: medicina tamen omnium prę terq̄ Thomę fuit in feſtinatione nebulę,id eſt in feſtina reſurrectione ſaluatoris,cum ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit:pacem reformatam nunciauit:ſpiritumſanctum dedit:paſſionis cicatrices oſtendit:ſoluendi & ligandi auctoritatem commiſit,Ioan.xx.& ſic ab eorū cordibus omne dubietatis vulnus amputauit.Sed beatus Thomas non fuit ſic feſtine curatus:quia non erat cum eis quando venit Ieſus,& per dies octo habuit cor didimū id eſt dubium in credendo,os aliquantulum altum in loquendo:ſed ros obuians ab ardore venienti humilem fecit eum. Venit Ieſus nolens eum perire:vt ros ſuauiſſimus obuians Thomę venienti ab ardore perſecutionis iudaicę titubationis humanę & dubitationis noxię humilem fecit illum vt diceret. Dominus meus &c.& qui fuerat didimus in credē do:factus eſt abyſſus in cognoſcendo & confitendo altitudinem diuinę maieſtatis:ſecundum enim Alanum ſuper Ioan.Thomas fuit dictus didimus propter dubium cor in credendo:abyſſus,quia altitudinē diuinitatis certa fide penetrauit,ideo immediate ſequiẽ ver A

[library stamp]

¶ Circa quod ſciendum ꝙ vt oſtẽdatur perfectio filij dei diuerſis noibus nominatur in ſcriptura. Primo vt oſtendatur filius patri connaturalis, dicitur filius. Matth. iij. Hic eſt filius meus dilectus. Secũdo vt oſtendatur patri coęternus, dicitur ſplẽdor. Hebrę. j. Cum ſit ſplendor gloriæ &c. Tertio vt oſtẽdatur patri omnino ſimilis, dicitur imago dei iuiſibilis. Quarto vt oſtendatur imaterialis, dicitur verbum. Eccl. j. Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis.

E — Quõ verbũ dei dictũ ẽ tripl'r a pre a matre & ab angelo.

Hoc verbũ quod eſt dei filius dictum eſt tripliciter. ¶ Primo fuit dictum æternaliter a patre p æternam generationem. Secũdo fuit dictum temporaliter a matre p temporalem cõceptionem. Tertio fuit dictum ab angelo eſt inãter per fidelem manifeſtationem. Primo fuit dictum æternaliter a patre p æternã generationem. Nam pater eſt deus in quo p̃exiſtunt tales perfectiones: inter quas ipſum intelligere p̃cipuum eſt, cum res itellectuales ſint omnibus alijs potiores, dicẽdum eſt deũ itelligere & intelligentẽ eſſe. Cũ igr̃ i deo nihil ſit pœnalitatis admixtũ, ſed ſit actꝰ purus: non p ſpeciẽ aliã a ſe ad quam itellectus eius cõparetur vt potentia ad actum, ſe itelligit: ſed per eſſentiã ſuã. Deus igitur itelligẽdo ſe, eſt in ſeipſo: ſicut itellectũ in intelligente eſt. Intellectũ aũt put eſt in intelligẽte eſt quod

dam verbum intellectus,illud enim quod intellectu interius cōprehendimus:eſt quod exteriori verbo ſignificamus. vnde Auguſtin⁹ in de tri. Inuentę ſunt litterę per quas poſſumus & cum abſentibus colloqui,ſed iſta ſigna ſunt vocū,cum ipſę voces in ſermone noſtro earum quas cogitamus ſunt ſigna rerum. Proinde verbum quod foris ſonat ſignū eſt verbi quod intus lucet,cui magis verbi competit nomen.nam illud quod profertur ore eſt vox verbi,verbumq; & ipſum dicitur propter illud a quo vt foris apparet aſſumptum eſt. hęc Aug. ❡Conſiderandum autem vlterius ꝙ cum illud quod in intellectu concipitur ſit ſimilitudo rei intellectę eius ſpeciem repreſentans quędam proles eius eſſe videtur,quando igitur intellectus intelligit aliud a ſe:res intellecta eſt ſicut pater verbi in intellectu cōcepti,ipſe autem intellectus magis gerit ſimilitudinem matris: cuius eſt vt ī ea fiat conceptio. Quando vero intellectus intelligit ſeipſum:verbum conceptum comparatur ad intellectum ſicut proles ad patrem. Et quia intelligere dei eſt eius eſſe,cum ſe intelligat per eſſentiam ſuam:verbum quod procedit a deo inquantum eſt intellectus:procedit ab eo inquantum eſt exiſtēs. Et propter hoc ipſum verbum habet eſſentiam & naturam quam intellectus concipiens habet. Et quia quod recipit naturam in rebus viuentibus dicitur genitum & filius:decēter verbum diuinum comparatur ad deum cuius eſt verbum ſicut filius ad patrē:ideo propheta de deo & ſuo verbo loquens dicit. Dixit dominus domino meo. q. d. verbum diuinum procedit a deo dicente diſtinctum in perſona:ęquale tamen dicenti. vnde in perſona patris ad filium ſubdit. Ex vtero ante luciferum genui te.q.d. Ex occulto ſubſtantię meę ante tempus & omnē creaturam te genui. Item alibi dicit p̄s.de patre loquens. Dixit & facta ſunt glo. Ecce verbū p qđ facta ſunt oīa &c. Hoc verbū qđ ab ęterno fuerat a patre dictū i pſona diuinę ſapiētię:qđ idē eſt qđ verbū dei manifeſtat. Eccľ.xxiiij. Ego ex ore altiſſimi prodiui,priogenita añ omnē creaturā. ❡Secundo dictum fuit temporaliter a matre F per temporalem conceptionem. Nam virgo mater hoc verbū quod eſt dei filius quodammodo dixit concipiendo, non enim concepit niſi poſt conſenſum ſuum quem expreſſit per ſuum verbū,ſed non conſenſit niſi quia angelus hoc verbum.ſ. diuinum ore ſuo protulit Lucę.j. Ingreſſus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena &c. Poſtq̄ autem angelus hoc verbum diuinū ore ſuo protulit dicendo virgini Dominus tecum,illud idem verbū dixit virgo corde Lucę.j. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone angeli & cogitabat &c.q.d.non turbata eſt de angeli viſione ſed de relatione & cogitabat de noua forma ſalutationis & benedictionis. Virgo viſo modo conceptiōis

verbū diuinum dixit corde credēdo. Vnde Aug. in de Trini. Virginis conceptū ſpiritus non caro, fides non libido preuenit: nec interfuit carnis concupiſcentia per quam ſeminantur & concipiūtur alij: qua cōtrahūt originale peccatum, ſed hac penitus remotiſſima credendo non concūbendo facta eſt fœcundata virginitas. vnde dicit Luce. j. Ecce ancilla domini. q. d. Verbum tuum ſpirituſſanctus. ſ. quod dixiſti in ſalutatione, dominus tecum, fiat mihi. i. quod non ſolum dominus id eſt diuinum verbum ſit in corde meo, ſed etiā ſit in vtero meo, vt quod adimplet mentem, adimpleat & ventrē. Quo verbo dicto mox dei verbū in virginis vtero, mox intra vterum factum eſt caro. Et hec quidem verba angeli ſapiunt, dixerat enim virgini. Ecce concipies in vtero id eſt inceleritatem & preſentiam denotans, inſinuans cum virginis verbo celebrandam eſſe diuini verbi conceptionem.

G ¶ Tertio dictum fuit ab angelo feſtinanter per fidelem manifeſtationem. Nam quia naſcebatur diuinū verbum: vt in terris hominibus appareret viſibile: congruum erat vt per angelos qui ſue diuinitati ſemper aſſiſtunt ſtatim ipſo nato manifeſtaret in hominibus. vnde dicitur paſtoribus ab angelo Luce. j. Ecce annūcio vobis gaudium magnum &c. vnde dicunt paſtores. Tranſeamus in Bethleē & videamus hoc verbū quod pro nobis caro factum eſt. Vidētes cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. q. d. videntes puerum cognouerunt occulta fide felicia relata eis, ſcilicet diuinum verbum carnem factum vt manifeſtaretur ſenſibilis ſenſibus hominum. Decenter filius dei dicitur verbū quia dictum eſt a patre, & dictum eſt a matre, & manifeſtatum eſt ab angelo. Ad iſtum modum verbi dicendi ſeu manifeſtandi ſic attendere debem⁹: vt de nobis dicatur Numeri. ix. Filij Iſrael per verbū domini figebant tentoria: & per illius verbum proficiſcebātur. q. d. ſecundum doctrinam Chriſti debemus ad aliqua cor apponere & ab aliquibus deſiderium longe facere. Non ſic autem facientes audiant quid eis dicitur Numeri. xiiij. Cur tranſgredimini verbum domini quod vobis non cedet in proſperum? nolite aſcendere &c. Nō eſt dominus vobiſcum ne corruatis coram inimicis veſtr s: quaſi dicat. Vobis tranſgreſſoribus mandatorum Chriſti non bene cedit. non igitur ſuperbia veſtra creſcat: quia cum in ſuperbis deus non inhabitet: cadetis in infernum ſimul cum demonibus veſtris aduerſarijs. Tertio adiungitur adueniētis ſtatus ibi. Abſcōditū. q. d. Licet hoc verbum fuerit dictum & manifeſtatum: nihilominus tamen & abſconditum dici poteſt.

H ¶ Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ꝙ diuinū verbū incarnatū dici poteſt abſconditum tripliciter. Primo in ſinu eternalis patris per nature identitatem. Secundo in

Tripliciter abſcon

vtero temporalis matris & ſingularis per aſſumpti corporis breui- ditum eſt
tatẽ. Tertio in corde cõmunis & vniuerſalis matris per proprij cor- diuinũ ver
poris clauſibilitatẽ. Prioi ſinu ęternalis & naturalis patris per naturę bum.
idẽtitatẽ. Nam licet diuinũ verbũ diſtinctũ ſit a patre in perſona: ta-
men patris & verbi eſt omnino vna & eadem numero eſſentia. Ideo
in perſona filij & ipſe filius dicit Ioan.iiij. Ego & pater vnum ſumus
Item ibidem ſubdit. In me eſt pater & ego in patre.q.d. Diſtincti ſu-
mus in perſona, & vnum in natura. Vnde & ſcriptura hoc idẽ pul-
chre dicit in perſona diuinę ſapientię Prouer.viij. Nondum erant
abyſſi & ego iam concepta eram. & infra ſubdit. Ante omnes colles
ego parturiebar. Vbi ſciẽdũ ꝙ diuina ſapiẽtia & dei filius dicitur cõ-
cipi inquantũ concluditur in vnitate eſſentię cum patre. Proceſſus
enim verbi intelligibilis non eſt ad extra: ſed manet in dicente. Item
dicitur parturiri inquantum procedit a patre in diſtinctione perſo-
nali. Dicamus igitur Chriſto filio dei illud Eſa.xlv. Tantum in te eſt
deus, & non eſt abſq; te. Vere tu es deus abſconditus deus Iſrael ſal
uator.q.d. Tu qui genus humanũ ſaluas, hęc ſingulariter habes, ꝙ
licet foris homo appareas: intus tamen latet in te deus, & a tua hu-
manitate deus non recedit: id eſt nunq̃ poſtq̃ eam aſſumpſit depo-
ſuit. vnde es ſub homine abſconditus deus, ſecũdum quã etiam dei
tatem es abſconditus in ſinu patris, & hoc quidem manifeſtabitur
in futura vita. Ad hoc adduci poteſt illud ps. Tecum principium in
die virtutis tuę: quaſi dicat pater ad filium. Mihi eſt principium tecũ
id eſt mihi principium conuenit tecum, vt.q.d. Mihi es coęternus
& cõſubſtantialis, & ideo dico: ego & tu ſumus vnum principiũ om-
nium: ꝙ licet hoc non videatur ab omnibus, videbitur tamen cum
in die id eſt in ęternitate virtus diuina conſpicietur a ſanctis. Vel di-
cere poſſumus ꝙ prędicta verba dicuntur Chriſto in noſtra perſo-
na, vt ſic diceretur principium id eſt pater qui eſt principium totius
diuinitatis, tecum: ſcilicet vnius naturę & eſſentię eſt, quod perfecte
cognoſcetur in die virtutis tuæ: id eſt in claritate cognitionis: quæ
tua virtute cauſabitur in electis. Ad hoc adduci poteſt illud Zacha.
xiiij. In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum: quaſi
dicat: in cœleſti patria clare apparebit vnitas eſſentię perſonarum
diuinarum, & de hoc erit vna confeſſio laudis in ore omnium fide-
lium omni ignorantia excluſa. ¶ Secundo in vtero ſingularis & tem I
poralis matris per aſſumpti corporis breuitatem. Nam dei filius (vt
ſplendorem eius intuitus humanus aſpicere poſſet: quem in celſitu
dine maieſtatis diuinę attingere nõ valebat) corp' humanũ rõnali
aĩa & intellectiua animatum: de Maria matre ſua ſumpſit, ſub quo

ſcilicet corpore abſcondi & breue voluit fieri noſtra breuitate aſſum
pta,non tamen ſua depoſita maieſtate. Ad hoc adduci poteſt in per
ſona patris ad filium illud.ij.Paralipo.xviij. Manifeſte videbitis in
illa die.q.d.tua conceptio erit quando intraueris vterum Virginis:
& quodã modo exieris ab inuiſibilitate factus viſibilis,& quaſi ab-
ſconditus in vtero virginis. Exiuit enĩ dei filius a patre: vt dicit Au-
gu.in de tri.non in ea forma qua ęqualis eſt patri,ſed in alia forma
id eſt in aſſumpta creatura minor apparuit. Et licet ingreſſus fuerit
dei filius cubiculum virginis & ibi abſconditus fuerit ratione cõce-
ptionis ſuę,non tamen receſſit a cubiculo patris. vnde ſuper illo ver
bo.j.Cor.x.Participatio corporis domini eſt,de Chriſto loquiť glo.
Totus erat apud patrem quando venit in virginem,impleuit illam
nec receſſit ab illo,venit in carnem vt eum homines manducarent,
& manebat apud patrem integer vt angelos paſceret. Nam ipſum
dei verbum dicitur fuiſſe conceptum ſuę carnis acceptione,quę ſci
licet caro non fuit ſine deitate concepta.vnde fuit cõcipiẽdo aſſum-
pta,& aſſumendo concepta:ſub qua carne dei filius fuit abſconditꝰ.
Venit enim diuinũ verbum emundaturum naturam humanã & ſi-
ne peccato & humano ſemine in carne conceptum fuit,& nouẽ mẽ
ſium & ſex dierum ſpatio geſtatum fuit & abſconditum in virginis
K vtero. ¶ Tertio in corde communis & vniuerſalis matris per pro-
prij corporis clauſibilitatem ipſo die dei verbo ex infirmitate car-
nis in cruce mortuo clauſum & abſconditum fuit eius corpus in ſe-
pultura ſub terra quę eſt cõmunis mater omnium ſecundum ꝙ di-
citur Eccľ.xl.Vſq; in diem ſepulturę in matrem omnium. Vnde &
dicitur Matt.xxvij.Accepto corpore Ioſeph inuoluit &c.& aduol-
uit ſaxum grande ad oſtium monumenti.vnde dicitur Phil.iij.Pro
pter quod & deus exaltauit illum dando immortalitatem & impaſ
ſibilitatem,exaltauit ergo illum ſecundum humanam naturã:quia
glorioſior facta eſt in reſurrectione in qua etiam diuina natura po-
teſt dici exaltata ſecundum oſtenſionem:quia cœpit ſciri quod erat
ſicut in aſſumptione dicitur exinanita:quia quod erat non apparuit
vnde quilibet homo dicere potuit. Ad me dictum eſt verbũ abſcon
ditum. Nam filius dei,vt dicitur ĩ ſymbolo,propter nos homines &
propter noſtram ſalutem &c. Et homo factus eſt. Audi o Chriſtia-
ne quid tibi dicitur Eſa.iij. Ingredere petram id eſt contemplare di
uinam naturam in Chriſto,& abſcondere in foſſa humo.i. te totali-
ter fidei paſſionis & humanitatis ſuę ſubijce,a facie furoris domini
dei in examine.i.ſi deſideras eſſe ſecurus a futuro furore dei in exa
mine extremo,& a gloria maieſtatis eius.i.ſi appetas ſatiari ad prę-
ſentiam diuinę naturę:vt quaſi ſic diceret. Si vis beatificari, habeas

fidem plenam deitatis & humanitatis & paſſionis Chriſti. Sic igit in plenitudine fidei pſeueremus,vt dicat pater filio de nobis illud ps. Abſcōdes eos in abſcondito faciei tuę a cōtradictione hominū: q.d.quādo hoies humana & terrena ſapientes turbabuntur accipientes illam ſentētiam:Ite maledicti i ignem æternum:a quo audi tu malo iuſtus nō timebit,illos qui ſperauerunt in te,repones intus in gaudio & ſecuritate fruitionis tuę diuinitatis. Cuius nos participes faciet &c.

¶ Ad idem Sermo.III.
Et in numero.XXII.

COlumba venit ad Noe veſpere i archam,ferens ramū oliuæ virētibus folijs,Gen̄ viij. ¶ Noe in archa,fideles cōgregati ab aquis peccatorum,columba ſpiritusſanctus,ramus eſt hūanitas Chriſti,virētia folia ſunt incarnatiōis Chriſti varia beneficia:venit veſpere,qa ſpiritusſanctus virginem obumbrauit in fine mundi. Et bene dicit columba ramum apportauit:quia patre volente,filio obediēte,ſpiritusſancto operāte,Chriſti natiuitas conſummata fuit. Sunt autem plura virētia folia huius rami. Primum folium eſt hois & dei patris recōciliatio. Nihil em̄ tātam offenſam placare potuit niſi Chriſtus, qui inquātum homo debuit,& inquātum deus potuit:ſcd̄m Anſel. declara. Quæ offenſa fuit ifinita. Mich.v. Pax erit cum venerit in terram &c. Secundum eſt humanæ naturæ ſublimatio:nam angeli ante Chriſti icarnationem ab hominibus pmiſerunt ſe adorari,ſed poſt nō. Apoc.xxij. Vide ne feceris dixit angelus Ioāni cadēti ante pedes eius:ante dixit. Minuiſti eum paulominus ab angelis:modo dicit. Gloria & honore coronaſti eum &c.& hoc ,ppter deum cui cōfratres facti ſumus. Tertium eſt vię veritatis oſtēſio,quoniam nullus homo ſine peccato vixit.i.Ioan.i. Si dixerimus &c. Apl's. Oēs peccauerūt:decuit vt ſapiētia dei eſſet nobis i gratiam. Petrus. Qui peccatum non fecit. Ioan. Quis ex vobis arguet me de peccato? Et hic ſolus nouit viam pfectionis oſtendere. Ioan.ij. Filiæ Sion exultate & lętamini i dn̄o deo veſtro:dedit enim vobis doctorem iuſtitię. Quartū foliū eſt donoꝝ gratuitoꝝ fructificatio. Vbi tūc tāta & tam pfecta de pctis pœnitentia,vt cū ſtatim hō euolaret ſaluaret? Nunc aūt dr̄. Pœnitentiā agite appropinquabit &c. vt patet in latrone cui fuit dictū. Hodie mecū eris &c. Sap.vij. Venerūt mihi oia bona &c. Quintū foliū eſt oim lāguoꝝ ſpiritualium ſanatio. Eccl.xxiiij. Ego quaſi fluuius dorix.i.medicamētum:exiui de parad ſo.i.de virgine Maria q̄ dr̄ paradiſus. vn̄ Bern. Maria oībus ſinū miſe ſuæ aperit:vt de plenitudie eius accipiāt vniuerſi:peccator veniā:iuſtus gratiam.

A

Ex natiuitate Chriſti plura bn̄ficia ſumus cōſequuti.

Roma.iij. .i.Pe.iij. Ioan.viij.

Matth.iij. Luc.xxiij.

Lucę.j. Vocabis nomē eius Ieſum quod eſt ſaluator: q̄a ſaluum faciet populū ſuum &c. Sextū foliū eſt dei patris miſericordię certificatio. Qui em̄ dedit maximum, q̄uo negaret modicū? qui dedit filium, q̄uo negaret remiſſionē criminū? Dādo filiū dedit pater omne quod fuit, q̄a dedit ſeipſum i patrē, filiū in fratrē, ſpiritūſanctū i adoptionem. Dādo ergo filiū dedit totā trinitatem. Dādo etiam filiū dedit omne q̄d habuit: q̄a dixit filio. Omnia mea tua ſunt &c. Septimum foliū eſt amoris dei inflāmatio. Quis em̄ nō amaret illū a quo tanta bñficia accepiſſet & dona? Quia ꝑpter nimiā charitatem qua dilexit nos, miſit filium ſuū in ſimilitudinem carnis peccati. Anſel. Quid miſericordius itelligi pōt q̄ ꝙ peccatori æternis ſupplicijs deputato, & vñ ſe redimat non habenti, dicat deus pater. Tolle filium meū vnigenitū & redime te: filius vero dicat ꝑſto ſum: accipe me & da me ꝑ te: ecce & euaſſio periculi, & recuperatio. ſ. dei colligātię et amoris. Hanc nimiam charitatē homini impēſam cū gratiarū actione recolēs ſancta mater eccleſia cātat in annūciatione: & habet locum i natiuitate. Hodie dñs afflictionē populi ſui reſpexit & redemptionem miſit: hodie mortem quā fœmina itulit, fœmina fugauit: hodie deus hō factus eſt, id q̄d fuit permāſit ſcilicet deus, & q̄d non erat aſſumpſit: ſcilicet hoiem: q̄a ſcd̄m Aug. Factus eſt deus hō: diuerſimode vilificatus: vt hō fieret deus ab oībus honorandus: ecce ſalus nō tātum priſtini honoris, ſed multo maioris. nā ante fuit hō ſcd̄m ꝑs. Paulo minus ab angelis minoratus. nunc aūt poſt incarnationem filij dei eſt ſup choros angeloꝝ exaltatus. Ergo exordiū noſtrę redēptionis deuote recolamus: & exultemus dicētes. Glīa tibi dñe. Singulariter dicit nō pluraliter, q̄a nō tres dñi: ſed vnus eſt dñs patri & filio & ſpirituiſancto. Patri, q̄a miſit redemptionē: filio ꝑpter naturæ aſſumptionem: ſpirituiſancto ꝑpter ſororis noſtrę virginis Mariæ fœcundationē: q̄a non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine genuit oīm ſaluatorem Ieſum Chriſtū &c. Octauum folium fuit corporis cōmunio. Ozee. xj. Deſcendi ad eos vt veſcerent: oportuit em̄ vt aīa victura i eternū cibo ſpirituali aleret, ſicut corpus veſcit
Mar. viij. rebus terreſtribus, ſic aīa cœleſtibus: q̄a ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via. Nonū folium eſt adeptio ęternę vitę. Exodi. iij. Vidēs vidi afflictionē populi mei: deſcēdi vt liberē eū de manibꝰ ægyptioꝝ & educā de terra illa in terram bonam &c.

¶ De eodē Sermo. IIII. Et in numero. XXIII.

NEptalim ceruus emiſſus. Gen. penul. Verba iſta aſſumi poſſunt ad huius ſacroſanctę feſtiuitatis commendationem, quia celebramus glorioſam Chriſti natiuitatem.
A ¶ Ad cuius deuotam commendationem verba expoſē-

do dicere poſſumus:quia ſancti patres ꝓphetæ & patriarchę ſcḋm Aug.eãdem fidem habuerũt de Chriſto naſcituro quam & nos habemus de ipſo iam nato:ideo ſicut fides modernoꝝ Chriſtum deũ & hominem cõfitetur,ſic fides patrum vtrãq; naturam in Chriſto confitetur.vñ Eſa.cum primum humanam naturã intuens dixiſſet Paruulus natus &c.diuinam naturam conſiderãs ſubdit. Et vocabitur nomen eius admirabilis deus &c.Eſa.ix.Similiter patriarcha Iacob filios ſuos benedicens & in ante ſe poſitis lõge de Chriſto ventura prenuncians,vtrãq; naturam ſcilicet diuinam & humanam cõtemplans ait,Neptalim &c. In quibus verbis patriarcha Iacob et ſancta mater eccleſia ſeu fidelis anima ſponſa Chriſti,ſponſum ſuũ in carne venientem quo ad tria commendat. Primo quo ad naturę diuinæ ſublimitatem.Secundo quo ad naturæ humanæ humilitatẽ Tertio quo ad naturæ vtriuſq; acceptionem. Primum eſt ſumme deſiderabile tanq̃ glorificationis noſtrę obiectum.Secundum ſumme amabile tanq̃ reſtaurationis noſtræ organum. Tertium ſumme incomprehenſibile ꝓpter geminę natiuitatis modum,quę tria in verbis iſtis tanguntur.Primum cum ꝑmittitur,Neptalim.Scḋm cum annectitur,ceruus.Tertium cum ſubiungitur,emiſſus. ¶Primo igitur (vt dictum eſt) commẽdat in Chriſto naturæ ſublimitatem cum ꝑmittitur,Neptalim.Neptalim (vt dicebatur) interptatur latitudo vel dilatio.& vere latus eſt & dilatatus:qa modis omnibus ſublimis eſt & infinitus.Et licet iſte paruulus ſcḋm naturam diuinam omnifariam ſit infinitus:ſpecialiter tamẽ triplex eius infinitas commẽdatur,ſcilicet eſſentię,virtutis & ſapiẽtiæ:quorum primum aliiſq; pſonis cõmune eſt ſcilicet eſſentia:ſcḋm & tertium ſibi ſoli appropriata,ſcilicet virtus & ſapiẽtia.vñ.i.Coꝛ.i.Nos autẽ ꝑdicamus Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiã. Habet igiť primo illã illibatam eſſentiæ diuinæ infinitatem:habet ſecũdo indefectibilem virtutis operatiuę vigorem:habet tertio plenã ſapiẽtię perfectionẽ. De primo Apl'us Col.ij.In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:nam ęqualis eſt patri,& oĩa quę habet pater eius ſunt. Cuius ratio eſt ſcḋm Aug.xv.de Tri.c.xiiij.vbi dicit. Proinde tanq̃ ſeipſum dicẽs,pater genuit verbũ ſibi ęquale p oĩa. Non enĩ ſeipm integre pfecteq; dixiſſet,ſi aliqd minus vel amplius eſſet in ſeipſo q̃ in eius verbo.Hãc autẽ eſſentiæ diuinæ infinitatem ipſemet ante ſuam icarnationem p ſuum nomẽ admirabile ſeruo ſuo Moyſi reuelauit,cui q̃rẽti de noĩe eius.S' q̃rũt (inqt) qḋ eſt nomẽ eius q miſit te.quid dicã:reſpõdit. Sic inqt dices filiis Iſrael. Qui eſt,miſit me. Et hoc cõgruentiſſime vt infinitę eſſentiæ iſinito nomine nomineť ſcilicet entis,quod eſt vniuerſaliſſimũ:& quãtũ de ſe infinitum cum

B

Triplex infinitas verbi.

Exodi.iij.

Nomẽ dei ꝑ qui ẽ cõgrue exprimitur.

nihil entium vel eſſe poſſibilium, eius poſſit ſubterfugere ambitũ. Hoc enĩ nomen qui eſt, importat quoddam ſubſtãtiæ pelagus infinitum: ſcdm Dam. lib. ij. ca. xij. vnde Bern. ad Eugenium ſic dicit. Merito deus per qui eſt exprimitur, nil reuera competẽtius æternitati q deus eſt competit. Si enim iuſtum, pulchrum, vel quidquid tale dixeris, i hoc verbo reſtauratur, qui eſt: nempe hoc eſt ei eſſe qđ hęc oĩa eſſe: & ſi centum talia addideris, ab eſſe non receſſiſti, ſi ea dixeris nihil addidiſti, ſi non dixeris nihil minuiſti. Habet ſecũdo indefectibilem virtutis opatiuę vigorem. Eſt enĩ ſcdm Aug. potẽtia & virtus operatiua patris, p quam oĩa creantur & operãtur & cõtinentur. Ioan. j. Omnia per ipſum facta ſunt, ſed hæc finita: & ideo (vt videtur) virtutis infinitę nõ poſſunt eſſe indicia, ſed reuera ſi infinita fierent p ipſum: nec tamen eius virtutem exhaurirent. vnde Dionyſius. viij. de diuinis noĩbus. Deus (inquit) infinitę virtutis eſt, eo ꝙ infinitas poteſt pducere virtutes & nunq̃ infinite: & in infinitum pductę virtutes, ei⁹ ſupinfinitę virtutis nõ poſſunt hebetare actionem. hæc Dionyſius. Sicut enĩ filius (vt eſt eſſentia diuina) continet infinitum eſſe, ſic vt virtus diuina continet infinitum poſſe. Habet tertio pleniſſimam ſapiẽtię diſpoſitiuę perfectionem. ſicut enĩ fili⁹ eſt virtus patris p quam oĩa producuntur & producta cõſeruantur: ſic eſt ſapiẽtia patris in qua omnia pconcipiuntur & pręcõcepta regulariter & ordinatiſſime diſponũtur: de qua ſcribitur Sap. viij. Attingit a fine vſq; ad finem fortiter & diſponit oĩa ſuauiter. Non enĩ indiget deus ſapiẽtiſſimus artifex, vt aliquo extra ſe exemplari reguletur: ſed in ſeipſo & i ſua ſapientia vel verbo omnia ordinãda & diſponẽda contemplatur. Eſt enĩ filius ars omnipotentis dei, plena rationibus omnium viuentium: ſcdm Aug. vj. de Tri. quod & ille egregius doctor Boetius i de conſolatione p metrum explicat dicens. O qui ppetua mundum ratione gubernas: & poſt quem non externę pepulerũt fingere cauſę materiæ fluitãtis opus, verum iſta ſummi forma boni liuore carens. Tu cuncta ſupno ducis ab exẽplo, pulchrum pulcherrimus ipſe mundum mente gerens, ſimiliq; imagine formãs. Sic ergo patet primum ſcilicet naturę diuinę ſublimitas, & quomodo Chriſto ſcdm hãc naturam conuenit qđ i themate pmittitur, Neptalim qđ interpretatur latitudo: tum pпter eſſentię latitudinẽ vel infinitatem: tum pпter virtutis vigorem: tũ propter ſapientiæ pfectionem: quæ tria ſimul cõphendit ps. dicens. Magnus dñs quo ad primum, & magna virtus eius quo ad ſcdm: & ſapiẽtiæ eius non eſt numerus, quo ad tertiũ. Secũdo cõmendaт ipſe paruulus nobis natus quo ad naturæ humanę humilitatem: in eo quod annectitur, Ceruus. ¶ Circa quod ſciendum ꝙ in ceruo

Libro. v. de cõſideratione.

C

inuenimus triplicem conditionem humanitati Chriſti conuenien- Hũanitas
tem. Habet eñ ceruus primo ſaltatiuã ꝓprietatem. habet ſecundo xp̄i recte
malitię immunitatem. habet tertio cornuum frondoſitatem. ſic & ceruo cõ-
Chriſtus habuit ſaltatiuam ꝓprietatem quo ad incarnatiõis ingreſ- paratur.
ſum. habuit malitię immunitatem, quo ad vitę ꝓgreſſum. habuit
cornuum frõdoſitatem, quo ad mortis egreſſum. Habuit iquã pri-
mo ꝓprietatem ſaltatiuam, quo ad incarnationis ingreſſum. Quia
modo tã ineffabili q̃ incomp̄henſibili de ſinu patris ſaltauit i vterũ
matris, vt nos collocaret i gloriam patris. Et ideo Chriſtus ſcd̃m ꝙ
homo filius Dauid factus ex ſemine Dauid ſcd̃m carnẽ digne Salo
mon & Iditum nuncupaẽ. Salomon qa pacificus: Iditum qa ſalta-
tor: quia mirabiliter ſaltauit & nos miſericorditer pacificauit. Hũc
autem ſaltũ compleuit figura vel circulo vel numero ꝑfecto, ſcili-
cet gradu ſenario. Nã primo exilijt de corde paterno vt de fontali
principio. Secũdo exilijt in mentibus angelorum ipſos perſiſtentes
glorificãdo: nõ tamẽ eorum ruinam reparando, quia nuſq̃ angelos
apprehendit, Hebrę. ij. Tertio ſaltauit ꝑ lumbos patrum i vterum
virginis ſemẽ Abrahę apprehendendo & ruinam hois reparando.
Quarto gradu ſaltauit de vtero virginis i pelagus huius ſeculi na-
ſcendo, & ſe periculis & tribulationibus exponẽdo: cuius fluctibus
calcatis & principe mũdi deuicto & foras eiecto. Quinto gradu ſal-
tauit ad inferos ſuos redimẽdo. Et ſexto gradu ſaltauit ad cœli faſti
gium redemptos glorificãdo, & ad ſuum principium ſcilicet patrẽ,
prouehẽdo. Ecce qualiter de principio ad principium redijt/ & nu-
mero ſenario circulum cõpleuit, & nos ꝑfectioni perditę reparauit.
hoc eſt quod gratulabunda ſpõſa cantat in Canticis. Ecce iſte venit Cãtico. ij.
ſaliens i montibus ſcilicet Angelorum, trãſiliens colles ſcilicet Pa-
triarcharum & Patrum. Iſti autem ſaltus vel loci mutationes cõue
niunt Chriſto ſcd̃m naturam humanam/ non diuinam. Sic eñ om-
ne bonum deſcẽdit a patre luminũ: vt tamẽ apud eum non ſit trãſ-
mutatio nec viciſſitudinis obumbratio. vnde Hugo in pricipio an-
gelicę hierarchię ſup illo verbo Dionyſij. Omne bonum deſcendit
a patre luminum moto dicit. Motus patris eſt affectus paternę pie-
tatis. Mouetur autem nõ turbatione ſui/ ſed miſeratione noſtri: nõ
ſe concutiens. ſed nos colligens: non ſe euacuãs/ ſed nos replẽs: mo-
uetur, vt ad nos veniat, non vt a ſe recedat: vt nobis icipiat eſſe qđ
non erat, non vt ſibi deſinat eſſe quod erat. ¶ Secũdo habet ceruus
malitię immunitatem. Eſt eñ animal innocuum, inerme, nõ lace- D
rat dentibus/ nec malignatur vnguibus. Et ideo eſt ſemper fugiti-
uum/ & venationi canum/ & ferarum obnoxium. Sic Chriſtus ha-
buit malitię immunitatem/ quo ad totius vitę progreſſionẽ. j. Pe. ij.

Ioan.iij. Qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Theo-
philus ſuper illud Io. Sicut exaltatus fuit &c. Sicut ſerpens ille ſpe-
ciem beſtiæ habuit, venenum non habuit: ſic Chriſtus ſimilitudi-
nem carnis peccati, non carnem peccati geſſit. Et quia ſcd̃m Apo-
ij.Ti.iij. ſtolum. Omnes qui pie volunt viuere perſecutionem patiuntur:
Ideo Chriſtus omni pietate plenus, quia diſſimilis fuit mundo vita
eius, innumeras perſecutiones, tribulatiões, & anguſtias tolerauit.
Eſa.xlix. Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es valde
Et has tribulationes in initio natiuitatis ſuę ſuſcepit, & vſq; ad mor
tem damnatiſſimam geminauit. Nam dño cœli & terræ in ſuo or-
tu (quem nunc colimus) lumen non illuxit, ſęuiſſima intemperies
aeris afflixit: nec etiam locus naſcendi affuit ei, qui terram palmo
concludit. non erat (inquit euangeliſta) ei locus in diuerſorio, ſed ve
re nec in pręſepio. Nam ipſum arctum p̃ſepe cum animalibus ipm
partiri oportuit. Domine audiui auditum tuum in medio duorum
animalium. & quem auditum? nõ vtiq; laſciuię cãtum, ſed paruuli
vagitum & lamentabile eiulatum. Vere inſani ſunt qui voluptuo-
ſe viuentes a dño ſic planguntur & ipſi gaudent. Bern. in ſermone
de natiuitate. Fratres lachrymę Chriſti mihi pudorem pariunt et
dolorem: ludebam ego foris in platea, & in ſecreto regali vel cubili
ſuper me ferebatur ſententia mortis. Audiuit hæc vnigenitus re-
gis, exijt cito poſito diademate, ſacco veſtit⁹, cinere aſperſus caput,
flens & eiulans q̃ morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Intueor il-
lum ſubito procedentem, ſtupeo nouitaté, cauſam pcunctor, & au-
di quid facturus ſum. Nunquid adhuc ludã & deludam lachrymas
eius? certe inſanus ſum & mente inops, ſi non ſequor eum & lugeo
De dupli- cum lugente. ¶ Tertio habet ceruus cornuũ frondoſitatem. Sic et
ci cornu Chriſtus habuit cornuum frondoſitatem in mortis egreſſu. Nam
Chriſti. ante incarnationé eius quaſi vnicornis ſolus vnum cornu habuit. ſ.
iuſtitiæ, quo omnes ante ſe exiſtẽtes ꝑpter peccatum in infernum
detruſit. Sed poſtq̃ in occulto patris cõſilio miſericordia & veritas
obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatę ſunt: Tunc vnigenitus dei
filius magni cõſilij angelus, cornu rigoris dimiſſo, modo rhinocerõ-
tis ĩ gremio virginis captus eſt. Et aſſumpto duplici cornu, ſcilicet
miſericordię & iuſtitię, diabolum moriendo deuicit cum vno: alte-
ro ſcilicet cornu miſericordię hominé perditum liberauit. Lucę.ij.
Erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui. hęc ſunt duo
cornua quę fecit Sedechias ad ventilandum Syriam.iij. Reg.xxij.
Sedechias interpretatur iuſtus domini, & ſignificat Chriſtum. Sy-
ria interpretatur ſublimis, & ſignificat diabolum, qui eſt rex ſuper

omnes filios ſuperbiæ.Iob penul.Quem Chriſtus ventilauit & ei regnum & poteſtatem iuſte abſtulit.vnde Ambro.ſuper illud Ioã. Si exaltatus fuero &c.Iuſte ſuperbus tyrannus perdidit quos i vinculo mittere conſueuit,quando et illum miſit,qui in nullo ſibi ſubditus fuit.Sic ergo patet ſcilicet ſcdm,quomodo Chriſtus commendatur quo ad naturæ humanæ humilitatem,& quomodo ſibi cerui conueniat conditio:tum propter ſaltatiuam proprietatem in incarnationis ingreſſu:tum propter malitiæ immunitatem in vitæ progreſſu:tum propter cornuum frondoſitatem/ſcilicet iuſtitiæ et miſericordiæ in mortis egreſſu,quæ tria tanguntur ſimul,Abac.iij. vbi dicitur.Splendor eius/vt lux erit,cornua in manibus eius. Splẽdor eius quoad primum,quia ſicut ſplendor in mundum a Sole:ſic filius in mundum exiliit a patre.vt lux erit quo ad ſcdm:quia ſicut lux nihil impuritatis recipit,ſic vita Chriſti puriſſima fuit.cornua in manibus eius quo ad tertium:quorum vno(vt dictum eſt) hominem redemit/altero diabolum ſtrauit.❡Tertio commendat Chriſtus incarnatus quo ad vtriuſq; naturæ acceptionem,in eo ꝙ vltimo in themate ſubiungitur.Emiſſus. Hæc autẽ vtriuſq; acceptio naturæ,dicitur generatio. Circa quod ſciendum ꝙ triplex eſt filij dei generatio.Prima æterna & penitus icomprehenſibilis.Secunda temporalis & ſumme mirabilis. Tertia mentalis & maxime delectabilis.In prima accepit & accipit diuinitatem in vnitate naturę: in ſecunda accepit humanitatem in vnitate perſonæ:in tertia aſſũpſit animam in vnitate ſpiritus & gratiæ.hæc triplex generatio importatur nomine miſſionis:ſecunda & tertia principaliter:prima communiter.Vnde nomen miſſionis & eſſentiale eſt & notionale.nam mitti eſt noſci/quodab alio eſt ſcdm Augu.et ideo perſona quę non eſt ab alia/non mittitur.Prima igitur generatio æterna eſt/et incomꝓhenſibilis.Aeterna,quia i principio erat verbum. Incompręhenſibilis,quia generationem eius quis enarrabit. Eſa. liij.Quis vtiq; enarrare vel intelligere ſufficeret:quomodo verbum a dicente/ſplendor a Sole/filius a patre procedat,vt realiter diſtinctus,nec tamen in natura diuiſus. Quis inueſtigare poterit/quomodo maneat perſonarum pluralitas ſine eſſentiæ numeratione, eſſentiæ vnitas ſine perſonarum confuſione. Hoc enim quidam comprehendere volentes in varias ceciderunt hęreſes,quas Chriſtus eliminauit dicẽs. Ego & pater vnum ſumus:vbi Aug. Vtrũq; audi vnũ & ſum⁹/& a Scylla & a Charybdi liberaberis.i.a Sabellij & Arrij hęreſibus. Et quia hoc nõ capit itellectus,humiliter ſaltẽ veneret affectus.vnde Berñ.ad Eugen.5. Nõ hoc comꝓhẽdit diſpu

[Right margin notes: Ioan.xij. — B — De triplici gñatione filij dei. — Ioan.x.]

tatio, ſed ſanctitas. ſi ſanctꝰ es noſti. ſi nõ: eſto, vt experimẽto ſcias. Deus enim orãdo q̃ diſputãdo quęritur dignius & inuenitur faciliꝰ hęc Berñ. Hic eſt enim ille altus mons quẽ ſi beſtialis homo tetigerit lapidari pręcipitur. Exodi. xix. Super quo dicit Greg. vj. Moraliũ. Homo aut beſtia tangens montẽ lapidetur: quia fragilis vel deſiderijs beſtialibus deditus: ſi ſe ad cõtemplationẽ diuinorũ erigit: ſuperni ponderis ictu necatur. Et ideo in his incõpręhenſibilibus ſecundũ doctrinã Dionyſij cõmenſurationi ſermonis prouidentes: occultum ſuper nos ſilentio veneremur. ¶ Secunda generatio eſt

F temporalis, & ſumme mirabilis: de qua Io j. Verbum caro factum eſt. Hæc inquã eſt ſumme mirabilis: quia hęc vnio ſummi dei, nec valet intellectu compręhendi, nec voce exprimi. Quis enim huius calciamenti corrigiam ſoluere: & huius ſanctiſſimę vnionis nodũ explicare pręſumat, cũ ad hoc ille ſanctus Ioannes ſe indignum dicat? vnde Berñ. in ſermone de natiuitate. Quid deo ſublimius? quid limo vilius? & tamen tanta dignatio eius deſcendit in limum, & tanta dignitate limus aſcẽdit in deũ, vt quicquid deus in eo fecit, limus feciſſe dicatur. & quicquid limus pertulit: deus in ipſo pertuliſſe credatur, tam ineffabili, tam incompręhenſibili ſacramẽto. Hęc Ber. Et quare? Cũ enim ſit duplex verbũ ſecundũ Dam. ſcilicet mentale & vocale. Primũ ipſe vocat ſplendorẽ mentis, ſecundũ angelũ intelligentię: id eſt nũcium intelligentię. primũ eſt occultum & latens: ſecundũ manifeſtũ & patens. Quia ergo filius verbũ patris in corde patris eſt abſconditũ: & fons ſapientię in excelſis ab homine carnali attingi nõ potuit. Puteus enim altus eſt: neq; quo haurias habes: ideo miſericors pater ipſum verbum mẽtis ſuę occultũ, voce induit & carne veſtiuit: vt ſic audiremus per vocem carnis ſonantẽ: quem nequimus videre in mente paterna fulgentem, & aquam ſapientię hauriremus de vaſculo humanitatis: quem nequimus attingere in

Cãti. viij. profundo puteo diuinitatis. & hoc eſt quod expetijt ſponſa in Canticis. Quis mihi det te fratrẽ meũ ſugentem vbera genitricis meæ vt inueniam te foris, & deoſculer te, & me iã nemo deſpiciat? Quẽ enim primũ in ſinũ patris abſconditũ attingere nõ valuit: nũc foris in carne apparentẽ etiã deoſculatur. Deoſculantiũ enim labia coniunguntur: & vnũ quaſi duorũ ſpiramẽ efficitur. Sponſa igitur Chriſti ipſi Chriſto foris appręhenſo oſculum infigit: quia labia duo ſua ſcilicet intellectũ & affectũ ipſi ſponſo ſuo quaſi ſummę veritati & ſummę bonitati dulciter imprimit, & vnum cum eo ſpiritum effi-

j. Cori. vj. cit: quia qui adhęret deo vnus ſpiritus eſt. Tertia generatio filij dei eſt mẽtalis & ſumme delectabilis, de qua Matt. xij. Si quis fecerit voluntatẽ patris mei, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. frater & ſo

ror vtriuſq; ſexus quaſi cohęredes ęternā hęreditatem poſſidendo
mater vero ſuſcepto ſpiritusſancti ſemine in corde concipiendo &
gerendo. Eccľ.xxiiij. Ego feci vt indeficiens lumen oriretur in cœ-
lis: id eſt Chriſtus in deuotis mentibus. Quam triplicem generatio
nem vel natiuitatem Ioannes Euangeliſta ſimul compręhendit di
cens. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: ęternā quidem
in verbi a dicente emanatione: temporalem in carnis aſſumptione:
mentalē in noſtris mentibus per eius inhabitationē. Sed quia deus
pater hodie abbreuiauit verbum ſuum, abbreuiemus & noſtrū &c.

¶ De ſancto Stephano Sermo.j.
Et in numero.xxiiij.

CVm eſſet Stephanus plenus ſpiritusancto. Actuū.vij
Verba iſta plana & manifeſta ſunt de beato Stephano
ideo quomodo cōueniant ei nō indiget expoſitione,
ſed ad hoc ꝙ nos eius exemplo Ieſum & gloriā eius
videamus, tria ſunt nobis neceſſaria, quę in iſtis ver-
bis notari poſſunt. ¶ Primū eſt ꝙ ſignificationē hui9 nominis Ste- A
phani in nobis habeamus. Secundū ꝙ quatuor quibus replet9 fuit
repleamur, quę notantur in iſta epiſtola. Tertium eſt ꝙ oculis cor-
dis in cœlum intendamus: & tunc Ieſum & gloriā eius videbimus.
Primum ergo eſt, vt ſignificationem huius nominis Stephani in no Nota iter-
bis habeamus. Stephanus interpretatur corona vel coronatus, re- pretationē
gula noſtra: iudicans nos vel ſpeculator noſter. Corona quia primo Stephani
poſt crucem Chriſti fuit coronatus, & ſic debemus habere coronā quę nobis
glorię cum beato Stephano. vnde Prouer. Dabit capiti tuo augmē ineſſe de-
tum gratiarum &c. Regula: quia primo paſſus eſt propter Chriſtū: bet.
ideo norma factus eſt (vt dicit gloſſa) martyribus ſequentibus Chri-
ſtum per martyrium. Iudicans, ſic & nos debemus noſipſos & fa-
cta noſtra iudicare, & non alios nec facta eorum. Exēplum de ſan-
cto Ioanne eleemoſynario. vnde Apoſtolus. Si noſmetipſos diiudi .j.Cori.xj.
caremus &c. Speculator, ſic & nos debemus eſſe ſpeculatores: quia
ſpeculari debemus die ac nocte tria ſicut bonus ſpeculator. Primo Nota quę
vnde venimus: quia de loco turpiſſimo & viliſſimo, quia de vtero ſpeculari
materno de quo primo exiuimus. Secundo vbi ſimus: quia in loco debemus
horroris & vaſtę ſolitudinis, & ad quid facti ſumus: quia ad laborē.
Iob.v. Homo naſcitur ad laborem, auis ad volandum. Tertio quo
imus: quia ad mortem cum maxima feſtinatione tendimus, exem-
plum de vnicorne, & ideo dicit Bern. in perſona cuiuſlibet. Cōſide-
ra vnde venis & erubeſce. vbi es & ingemiſce. quo iturus es, & con
tremiſce. Item vidēdum eſt quę ſunt iſta quatuor quibus debemus
repleri, & quibus beatus Stephanus fuit repletus. Primū eſt fides

vera & pura. Actuū.vj.Elegerunt Apoſtoli Stephanum virum ple
num fide. Iſtā plenitudinem fidei habere debemus ſi gloriam dei
videre volumus,ſecus ſortilegi faciunt.Sed certe chariſſimi ſi vo
lumus plenitudinem fidei habere,tria debemus facere,ſcilicet cre
dere deo,& credere i deū,& credere deū.Ille credit deo qui credit ꝙ
vera ſint q̄ dixit deꝰ.vñ Mat.xix.Vos qui ſecuti eſtis me&c.Pręter
ea ille credit deum vere qui credit ipſum eſſe punitorem malorum
& remuneratorem bonorum.Certe ille non videtur bene credere
qui non obedit deo,nec ille bene credit deum,qui ſupplicium non
fugit.Item debet in deum credere.& ille credit in deum,qui adhę
ret deo,vnus ſpiritus eſt cum illo.ſine illa triplici fide impoſſibile eſt
deo placere.Secundum eſt,ꝙ fuit plenus ſapientia.Actuū.vj. Con
ſiderate ex vobis viros ſeptem &c.& beatus Stephanus fuit vnus
ex illis.iſtam plenitudinem debemus & nos habere. Sed qui vult
eſſe plenus bona ſapientia tria debet conſiderare,ſcilicet pręterita,
pręſentia,& futura.Pręterita,vt peccata ſua habeat ad deteſtatio
nē. Eſa.xxxviij.Recogitabo tibi omnes annos meos.Pręſentia vt
vitę breuitatem.Iob.xiiij.Breues dies hominis ſunt.Futura debet
conſiderare,& contra illa prouidere,vt contra mortem & pœnarū
inferni acerbitatem,& corporis debilitatem.Hoc bene conſidera
uit Hiere. qui dicebat domino quęrenti ab ipſo. Quid tu vides
Hiere.j. Hieremia?Ollam ſuccenſam ego video: id eſt inferni ſupplicia igne
ſulphuris accenſa.exemplum de duobus apoſtatis. De iſta ſapien
tia dicit quidam ſanctus.Si tu ſapiens es: diſpenſetur animus tuus
tribus temporibus,pręſentia ordina,pręterita recordare,futura pro
Tria ad q̄ uide.Tertio plenus fuit fortitudine. Actuū.vj. Stephanus plenus
debemus gratia,& fortitudine.Iſtam fortitudinem debemus habere,ſed ad
eſſe fortes tria debemus eſſe fortes ad pugnandum contra diabolum.vnde.
Eſtote fortes in bello. Ad onus pœnitentię portandum.ꝓs.Fortitu
dinem meam ad te cuſtodiam.Ad deum diligendū.Canti.vlti.For
tis eſt vt mors dilectio,imo fortior morte:quia vicit mortē. Quar
to plenus fuit ſpiritu ſancto: vt dicitur hic. Cum eſſet Stephanus
plenus ſpiritu ſancto.Tertium eſt,vt pręmium noſtrum videamus
& ita de facili paſſiones & tribulationes ſuſtinebimus.Grego.Con
ſideratio pręmij minuit vim flagelli.Certe chariſſimi,ſi iſta tria ha
buerimus ſine dubio gloriam dei videbimus, & Ieſum ſtantem a
dexteris virtutis dei:& ſic dicit Bernardus. Pręmium noſtrum eſt
videre deum.Illam gloriam & illud pręmium concedat nobis Ie
ſus Chriſtus.

¶ Ad idem, Sermo. ij.
Et in numero. xxv.

CVm eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto intendens in cœlũ vidit gloriam dei, & Ieſum ſtantẽ. Actu. vij. ¶ Beatus Stephanus, in hoc vere magnus dicitur & commẽdatur: quia ei tota trinitas in ſuo tranſitu obſequebatur: vt patet in verbo propoſito. Obſequebatur enim ſpiritusſanctus eũ inhabitando, ibi. cum eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto. pater gloriã ſuam ei oſtendendo, ibi. vidit gloriam dei. filius auxilium impendendo, & Ieſum ſtantem. gloſſa, quia ſtare pugnantis vel adiuuantis eſt, recte a dextris dei ſtantem vidit, quam inter perſecutores adiutorem habuit. Iſta tria fuerunt ſibi ſummopere neceſſaria cõtra triplicem Iudęorum impugnationem, qui eum primo impugnabant verboſa diſputatione: nam ſurrexerũt quidã de ſynagoga &c. contra hoc habuit obſequium ſpiritusſancti ipſum informantis vnde. Non poterant reſiſtere ſapientię &c. Secundo impugnabant eum electione. vnde: eijcientes eum extra ciuitatem. contra hoc habuit obſequium dei patris ęternam ei hęreditatem exhibendo. vnde. Vidit gloriam dei &c. Tertio impugnabant eum pœnarum inflictione: quia lapidabant. contra hoc habuit obſequium filij ſibi auxilantis: quia vidit Ieſum ſtantem. ¶ Circa primũ nota ꝙ ſpiritusſanctus inhabitabat eum triplici effectu, qui ſunt purgare, illuſtrare, accẽdere, ſecundũ quos comparatur igni. Rab. Ignis materialis purgat, illuminat, & accendit, ſic ſpiritusſanctus, exurit peccata, purgat corda, ignorantiam illuſtrat: & ſic habes tres effectus ſpiritusſancti, qui primi duo ſcilicet exurere peccata, & purgare corda, in idem redeunt. Secundum hos inhabitabat Stephanum ſpiritusſanctus. Primo purgando ipſum a contagione peccati, & ſi non mortalis, tamen venialis, ſine quibus eſſe non potuit. j. Ioan. j. Si dixerimus quoniã peccatum non habemus &c. hoc patet ex eo, ꝙ in carne corruptibili meruit videre deum & gloriam dei, quę tantum cordibus mũdis conceditur, ſecundum illud Matth. v. Beati mundo corde &c. vnde etiam intuentes eum qui ſedebant in concilio: viderunt faciem eius tanq̃ faciem angeli ſtantis inter illos prę pulchritudine claritatis. dicit gloſſa, iam enim prę ferebat claritatem angelorum in facie: quorum puritatem imitabatur in corde. Secundo inhabitauit eum effectu illuminante, quantum ad doctrinam: quia plenus ſpiritu ſapientię & intellectus. Longum enim & vtilem ſermonem texuit in auribus perſequẽtiũ, & ſciẽs quõ deberet ꝓferre ſermonẽ. Prio mãſuete benigne & dulciter inchoauit dicẽs. Viri fratres & patres audite &c. & hoc ſcdm gloſſã, vt alliceret auditores & diutius haberet copiã

A

B De triplici effectu ſpiritusſancti ſcilicet purgare illuſtrare, accendere, q communicat⁹ ẽ Stephano.

loquēdi. Secundo videns infuſionem olei pię ammonitionis nihil prodeſſe,appoſuit vinum increpationis dicens. Dura ceruice & incircūciſi cordibus ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis &c. Tertio inhabitauit eum effectu accendente:vnde poſitis genibus clamauit voce magna dicens &c.gloſſa. Mira virtus martyris,qui i morte orat pro occiſorib⁹ ſuis. ❡Circa ſecūdum nota ꝙ ei deus pater tria oſtēdit,in quibus principaliter beatitudo ſanctorum cōſiſtit. Primū eſt angelorum aſſociatio:ibi. Ecce video cœlos apertos.i.locum quē angeli inhabitant mihi paratum,vt eoꝝ fungar cōſortio. Aug. Fœlix anima quę iam terreno reſoluta carcere,cœleſtia libera petit,quę bonis iam mixta ſpiritibus maieſtati tuę aſſiſtit,& te circūſcriptum cernit:vbi iam nullo metu mortis vel hoſtis afficitur,ſed incorruptionis munere lętatur. Secundum & tertiū eſt humanitatis & deitatis manifeſta viſio:vnde & Ieſum ſtātem quantum ad ſecūdū,a dextris virtutis dei quantum ad tertium. Ioan.xvij. Hæc eſt vita æterna &c. Aug. Cum venerimus ad te lumen,fontē vitæ, lumen æternum & deſiderātiſſimam faciem tuam,ex viſione tua delectabili erit nobis impreſſa ſitis/ſimulq; ſatietas:ſed lōge erit a ſiti neceſſitas,& a ſatietate faſtidium:quia & ſatiati ſitiemus/ & ſitientes ſatiabimur. Idem. Tāta eſt iocunditas lucis æternę:vt etiam ſi non liceret in ea amplius manere &c. ❡Circa tertium nota ꝙ filius adiuuit eum tripliciter,ſcilicet ſufficiēter/abundanter/& ſuperabundāter. Primo ſufficiēter in tribulatione dando patientiam quę ſufficit ad ſalutem. Ioan. In patiētia veſtra poſſidebitis animas veſtras. vnde dicitur. Lapides fortiter ſuſcepit. Secundo abundāter dando benignitatem.vñ.occiſoribus non maledixit/ſed eos excuſans ꝓ eis orauit,& gloriam ſibi oſtenſam eis oſtēdit dicēs. Ecce video cœlos apertos &c. Tertio ſuperabundāter dādo ſibi exultationem:vnde lapides torrentis illi dulces fuerunt. vnde cātatur. Gaudens ſuſcepit lapides,adimplens illud Apoſtolicum. In tribulatione gaudentes. et patet.

C Tria btitudini cōueniētia oſtēdit de⁹ pr̄ Stephano

D Tripl'r fuit Stephan⁹ a xp̄o adiutus.

❡Sermo tertius de eodem,
Et in numero.XXVI.

DOmine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Actuum.vij. Quia feſtum ꝓ martyris colimus:ideo aliqua de martyribus dicemus. ❡Eſt autem triplex martyrium,nobile/nobilius/nobiliſſimum.vel bonum/melius/optimum. Primū eſt voluntatis et operis. Secundum voluntatis & non operis. Tertium operis et non voluntatis. Primum eſt deo acceptum & homini vtile.ſecūdum plus.tertiū maxime.ideo feſtū ſc̄ti Stephani q fuit martyr volūtate & ope,primū ē poſt Chriſti natiuitatē:ſcd̄m bti Io

A De triplici martyrio.

annis qui fuit martyr voluntate ſed nõ opere,non ipſe defuiſſet gla-
dio ſi gladius illi nõ defuiſſet.tertiũ eſt innocentiũ qui fuerũt marty-
res opere ſed non voluntate.Primorũ autem qui ſunt proprie mar-
tyres diuerſa ſunt genera.Primi pro fide paſſionem pertulerũt quo
rum primus fuit Stephanus,vnde protomartyr dicitur.Licet enim
ante ipſum diuerſi pro diuerſis pijs cauſis martyriũ pertulerunt, vt
Maccabæi pro defenſione legis.Ioanes Baptiſta pro defenſione ve
ritatis,ipſe tamen primus obijt pro defenſione fidei quales proprie
martyres dicuntur.Martyr igitur teſtis ſecundũ Aug .ante reges
& pręſides ꝙ vnus ſolus eſſet verus deus,idola non dij ſed lapi-
des ligna & dęmonia,qui ex hoc furore repleti fecerũt eis quęcũq;
voluerũt:quia aliũ ſuſpenderũt,aliũ lapidauerũt,aliũ crucifixerunt,
alium combuſſerunt:vt Laurentiũ,aliũ excoriauerunt:vt Bartholo
męũ.Hic nota ꝙ ſcilicet non quodlibet martyrium facit martyrem
ſed tria ad hoc requiruntur,verſus.Si patientia,mens bene conſcia:
congrua cauſa.Patientiã habuit beatus Stephanus,vnde orauit pro
lapidantibus.Item congruam cauſam :quia Stephanus & Vincen-
tius pro fide,Ioannes pro defenſiõe veritatis ſcilicet Baptiſta,& ſan
cti patres in veteri teſtamẽto:vt Eſayas,Hieremias,alij pro defen-
ſione eccleſiaſticę libertatis, vt Thomas Cãtuarieñ.¶Exponit au B
tem dominus amicos ſuos licet plurimum dilectos,diuerſis crucia-
tibus martyrij,& ipſi animo libenti imo gaudenti huiuſmodi pertu
lerunt ex triplici cauſa.Prima eſt quia per hanc pœnam futuri ſecu-
li,ſiue purgatorij euaſerunt.Falce enim martyrij omnia peccata prę
ſcinduntur.vnde eſt via compendioſiſſima tranſeundi ad deũ.Mar
tyr enim tantum currit vno die quantum alius in purgatorio in cen
tum vel mille diebus.ij.Pe.iij.Hoc vos non lateat chariſſimi:quo-
niam apud deum vnus dies ſicut mille anni.Secundus fructus vel
vtilitas martyrij eſt ꝙ non ſolum purgatorium euaditur, ſed etiam
pręmium magnum cumulatur.Sap.iiij.In paucis vexati &c. Si em̃
deus diligentibus ſe pręparauit coronam vitę:ergo ſumme diligen
tibus ſummam.Sed quis ſumme diligit?Reſpondet Ioan.xv.domi
nus in Ioanne. Maiorem hac dilectionem &c.Amici ſunt pater et
filius & ſpiritusſanctus.Hanc martyres habuerunt.p̃s.Dabit vnicui
q; ſecundum opera ſua.Cum autem optimus ſit fructus inter om-
nes & ſummũ bonũ inter omnia ex diuina charitate ſeipſum domi
no totum offerre vſq; ad mortem:ſummus fructus pręmij debetur
martyribus,qui tantum honorabuntur ꝙ ſuper aureã habebũt au-
reolã.Eſa.xxxviij.Erit dominus corona glorię & ſertum exultatio
nis populo ſuo:corona quę fit ex auro & lapidibus precioſis : ſertũ
ex floribus,quod ſi nihil addat ad diuitias,addit tamen ad honorẽ

Triplici ex cauſa martyriũ gaudenter patiebant̃ ſancti.

& decentiã,ſed quãtũ ornat eſt ſuper ſenſum noſtrũ. Hęc eſt eñ tã-
ti pręconij vt nullus ſanctorũ cuiuſcũq; meriti niſi martyres &c.ha-
bebunt. Tertius fructus ſiue vtilitas martyrij eſt ꝙ venient iudicare
cũ Chriſto:quia pro eo omnia reliquerunt & eũ ſecuti ſunt.Sap.xv.
Iudicabũt nationes & dominabuntur populis.ps.Gladij ancipites
in manibus eorũ:id eſt poteſtas perfecta,ad faciendam vindictam in
nationibus,qui eos condemnauerunt dure iudicabunt. Apo. xvij.
In poculo quod miſcuit vobis &c.Dupliciter dicit quia in corpore &
in anima occident eos ęternaliter,& alios omnes peccatores cũ do-
mino condemnabunt &c.& patet.Rogemus.

¶De ſancto Ioanne Euang.Sermo.j.
Et in numero.xxvij.

A Ilectus meus mihi & ego illi qui paſcit inter lilia.Cañ.
ij.¶Hodie ſolẽnizat eccleſia de ſingulari amico Chri-
ſti ſcilicet de beato Ioãne. Generaliter ſunt amici Chri-
ſti qui eius mandata cuſtodiunt iuxta illud Ioan. xiiij.
Vos amici mei eſtis &c.ſpecialiter amici Chriſti fuerũt
Apoſtoli quibus ſecreta ſua reuelauit Ioã.xiiij. Iam nõ dicã vos ſer-
uos &c.ſingulariter vero amicus Chriſti fuit beatus Io.quẽ Chriſt⁹
pro ſe ſuę matri tradidit.Io.xix.Si magnũ eſt eſſe ſeruũ regis terre-
ni:quia ſeruus regis par dicitur eſſe comiti:quia etiã magnũ eſt eſſe
ſeruũ regis altiſſimi cui ſeruire eſt regnare, maximũ eſt eſſe amicũ
dei,nõ ſolũ generalẽ vel ſpecialẽ ſed etiã ſingularẽ. Itẽ cũ ſecũdũ Tul
liũ in libro de amicitia.omnibus rebus humanis amicitia ſit ante
ponẽda etiã humana,quantũ appetẽda eſt amicitia dei! In verbis ꝓ
poſitis igit declarãtur duo pertinẽtia ad Chriſti & Ioannis amicitiã:
ſcilicet modus amãdi,ibi.Dilect⁹ meus mihi & ego illi.& ratio amo
ris,ibi:qui paſcitur inter lilia.Circa primũ attendẽdus eſt defectus lo
cutionis & quomodo ſuppleri poſſit. Mos eñ eſt amantiũ cũ defe-
ctu loqui.propter vehementiã eñ affectiõis ſingultu & gemitu lo-
B quela interrumpitur.¶Quadrupliciter vero propoſitum ſupplere
poſſumus. Primo ſic. Dilect⁹ meus mihi cooperatur & ego illi:ſicut
vir vel mulier nõ eſt ſufficiẽs ad fructũ carnalẽ producẽdũ:imo opor
tet ꝙ ſint duo in carne ad prolem procreandã:imo maximus amor
carnalis eſt inter cõiuges:ſic homo nõ eſt ſufficiens ad ſpiritualẽ fru-
ctum producẽdũ ſcilicet ad opus meritoriũ:imo deus & homo coo-
perantur:homo per arbitrij libertatẽ:deus per gratiam. Ioan.xv.Si-
ne me nihil poteſtis facere.ij.Cor.iij.Sufficientia noſtra ex deo eſt:
ideo amor maximus debet eſſe hominis ad deũ. Secũdo poteſt ſic
ſuppleri.Dilectus meus congruit mihi & ego illi, ipſe eſt candidus

Nota qua
druplicẽ
expoſitio
nem hui⁹
dilectus
meus mi-
hi &c.

& rubicundus.Cā.v.& talis eſſe ſtudeo.Eccl.xiij.Omne animal di ligit ſibi ſimile.Dilectus fuit candidus in ingreſſu mūdi.fuit eīn velut liliū ex lilio virginali,rubicūdus vero fuit in egreſſu mundi, quia ſanguine paſſionis rubricatus. Item ipſe fuit cādidus perfecta puritate:rubicūdus charitatis igne,qui duo colores amātibus ſūt gratiſſimi. Tertio poteſt ſuppleri, Dilectus meus mihi eſt:id eſt ad meā vtilitatē, nat⁹ ē mihi:vixit mihi:mihi mortu⁹ eſt:mihi ſurrexit:mihi ad dexterā patris ſedet. Mihi natus eſt ſecundū illud Eſa.ix. Paruulus natus eſt nobis. Mihi vixit:quia vitam ſuam in meā vtilitatē expendit, nocte intendebat orationi:die prędicationi & miraculorum operationi. Mihi mortuus eſt. Ti.ij. Dedit ſemetipſum pro nobis. Gal.ij. Dilexit me & dedit ſemetipſum pro me. Mihi ſurrexit. Reſurrectio enim ſua pignus & ſecuritas reſurrectionis meę fuit.j Cor. xv. Si reſurrectio mortuorū nō eſt,neq; Chriſtus reſurrexit. Mihi ad dexterā patris ſedet. Heb.xij. Accedēs per ſemetipſum ad deū ſemper viuens ad interpellādū ꝓ nobis. eiuſdē.ix. Ieſus intrauit in cœlū vt appareret vultui dei pro nobis. Specialiter vtilitati Ioannis. Chriſtus eīn quando faciebat gratiā tribus diſcipulis vnus erat ex eis :vt in trāſfiguratiōe. Matt.xvj.& in puellę ſuſcitatiōe. Mar.vj. Quādo faciebat gratiā duobus ipſe erat vnus ex eis. vnde ipſe ſolus & Matthęus duas habēt dignitates in eccleſia dei:quia ſūt de numero euāgeliſtarū quatuor & duodecim Apoſtolorū. Fecit etiā ſibi gratiā quā nulli alteri creaturę fecit:q eū matri ſuę pro ſe tradidit. ❡Sequitur & ego illi. Sicut Chriſtus nobis:id eſt ad noſtrā vtilitatem fuit :ſic & nos debemus ei:id eſt ad eius honorē eſſe. Ro.xiiij. Nemo veſtrum ſibi viuit:& nemo ſibi moritur:ſiue enim viuimus,domino viuim⁹: ſiue morimur,domino morimur. Bern. Cui mihi iuſtius viuēdum eſt q̄ ei,qui ſi nō moreretur ego nō viuerē:iuſte ſibi vendicat vitam meā:qui pro me poſuit ſuam. Ioan. vt ſe totaliter daret deo ideo voluit non eſſe in matrimonio.j.Cor.vij. Qui cū vxore eſt, ſollicitus eſt quę ſunt mundi:quomodo placeat vxori & diuiſus eſt. Quarto modo ſic poteſt ſuppleri:dilectus meus mihi eſt omne quod deſidero. ps. Qui replet in bonis deſiderium tuum,ipſe eſt omne bonū. Exo. xxxiij. Ego oſtendam tibi omne bonum, ideo diligens non expreſſit qd ſibi eſſet dilect⁹:quia illud in effabile omnē ſenſum/& itelligētiam excedit. Sequitur,& ego illi. Quid diligens ſit dilecto non expreſſit:cauſa iactantię vitandę:quia magnum quid eſt ei. Ipſe eius reputatione eſt filius matris ipſius,& ideo quaſi frater eius eſt:imo quod plus ipſe eſt & ei alter ipſe. Tullius. Verum amicum qui intuetur:quaſi exemplar aliquod intuetur ſui,quo circa & abſentes adſūt & egentes abundant & imbecilles valent:& quod demum diffici- C

lius eſt: mortui viuunt. Ioannes Chriſto mortuo loco eius vixit matri eius, ipſe vero potuit dicere illud Gal.v. Viuo ego iam non ego: viuit vero in me Chriſtus, magnum quidem Chriſtus eum reputauit: cum eum pro ſe matri ſuę reliquit. ſi enim meliorem in mundo inueniſſet veriſimile eſt ꝙ eũ matri ſuę reliquiſſet. ❡Sequitur: qui

D

paſcitur inter lilia, in quo oſtenditur quare Chriſtus ſic dilexit Ioannem, ideo enim eũ ſic dilexit: quia lilium ſicut Chriſtus fuit. Cã.j. Ego flos campi, & lilium conuallium. Lilium habet candorem, odorem & mitigat dolorem. triplicem habuit candorem Ioannes: ſcilicet

De triplici candore Ioannis.

candorem ſapientię, & hic eſt candor lucis ęternę, ideo eum dilexit. Eccle.xv. Impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtię. Item recubuit ſupra pectus domini. Ioan.xiij. Et cœleſtis hauſtum ſapientię cęteris altius potauit: vt Augu. dicit. In pectore enim Chriſti erant omnes theſauri ſapientię & ſcientię abſconditi, ipſe ſedit ſupra fontem vitę, a quo fonte abundantiam ipſę habuit: vt eſſet vnus de magnis fluuijs paradiſi ad terram eccleſię irrigandam. Habuit etiã Ioannes candorem innocentię, mala enim in manſuetudine ſuſtulit, non intulit. Habuit etiam candorem mũdicię carnis, virgo eſt enim electus a domino & virgo ſemper permanſit. Primus candor pertinet ad vim rationalem, ſecundus ad iraſcibilem, tertius ad concupiſcibilem.

De redolẽtia Ioannis.

Ipſe etiam lilium fuit quantum ad odorem: multę enim redolentię fuit. Triplex poteſt eſſe cauſa magnę redolentię. Prima flatus venti ſicut accidit in ortis vbi ſunt arbores & hęrbę aromaticę: quę ad flatum auſtri multum redolent. Cã.iiij. Veni auſter: perfla ortum meum: & fluent aromata illius. Secunda contritio ſpecierũ: vt cum ſpecies pulueriſantur, plus enim redolent pulueriſatę q̃ integrę. Cã.iij. Quę eſt iſta quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris & vniuerſi pulueris pigmẽtarij. Tertia cauſa eſt ignis: vt accidit in thure. Eccl.l. Quaſi thus ardens in igne. His tribus modis beatus Ioannes magnam redolentiam habuit, ipſe enim ortus delitiarum. Si delitię dei ſunt eſſe cum filijs hominum. Prouer.viij. quantę delitię ſunt ei eſſe cum filijs hominum vel filio hominis: id eſt cum illis quos vt filios virginis haberi voluit. Iſte ortus delitiarum auſtro ſpiritusſancti aſpirante & arcana dei inſpirante: cœleſtis doctrinę redolentia abundauit. ipſe etiam fuit apotheca ſpiritusſancti ſpeciebus gratiarũ plenus, vnde & Ioannes: id eſt in quo eſt gratia, dictus eſt. Species aromaticę in eo ſunt contritę quodãmodo: quia multis tribulationibus eſt afflictus. Ipſe in feruentis olei dolium eſt poſitus & in exiliũ miſſus. ipſe etiã venenum bibit, in quo magnę redolentię fuit. In manſuetudine enĩ tribulationes ſuſtinuit: & de ipſis deo gratias reddidit. Ipſe etiam

fuit velut fornax ſpiritusſancti.ſicut eñ a deo multum eſt dilectus: ſic deum in ſe & in ſuis membris multum dilexit/& bonis operib⁹ abundauit:ſic ignis charitatis in eo redolentię cauſa fuit.vnde vt breuiter colligamus,Ipſe habuit redolentiam docẽdo:ſapiẽtia eñ ſicut cinamomum & balſamum odorem dat,Eccl'.xxiiij. Habuit etiam redolentiã charitatis bona amando & agendo:& redolentiã mãſuetudinis mala cum gratiarum actione ſuſtinendo. Ipſe etiam fuit lilium quãtum ad doloris mitigationem:miſeriam hoim,non ſolum ſpiritualem/ſed etiã corporalem releuando.vnde gemmas valde p̄cioſas,quas Craton Philoſophus i foro ob mundi g'oriam frangi fecerat,oratione facta,ſolidauit:vt earum precium pauperibus poſſet erogari &c.

De cõpaſſiõe Ioannis.

¶ Sermo Secundus de eodem.
Et in numero.XXVIII.

OMni tempore diligit qui amicus eſt,& frater i anguſtijs comprobatur,Prouer.xvij. ¶ Duo notãtur in verbis iſtis,ex parte Chriſti amoris cõtinuatio:ibi. Omni tẽpore diligit.ex parte vero Ioãnis amoris probatio:ibi. Et frater in anguſtijs comprobatur. Nota circa primũ ꝙ Chriſtus omni tempore oſtẽdit ſignum amoris beato Ioanni. Primum ſignum amoris oſtẽdit ei in conuerſione:& hoc duobus modis. Primo/quia vocauit eum in iuuentute,Threñ.iij. Bonũ eſt viro &c.Secundo/qa vocauit eum de nuptijs virginem.j.Coꝝ.vij. Solutus es ab vxore,noli quęrere vxorem:bonum eſt ſic permanere.Secũdum ſignũ oſtẽdit ei i die cœnę:& hoc fuit i duobus.Primo quia tũc reuelauit ei ꝓditorẽ.Ioã.xiij.Cui itinctum panẽ porrexero Scđo/q̇a recubuit ſupra pectus dñi:vt patet ibidẽ.Tertiũ ſignũ oſtẽdit ei i paſſione:& hoc i duobus.Primo/qa cõmendauit eum matri, Io.xx.Ecce filius tuus.Scđo/qa commẽdauit ei matrẽ:qđ fuit maius q̄ primũ dicẽs.Ecce mater tua.Quartum ſignũ oſtẽdit ei i p̄dicatione:& hoc fuit duob⁹ modis.Primo/in miraculoꝝ operatione: quia mortuos ſuſcitauit,& virgas i aurum cõuertit. Scđo/in altitudine verboꝝ:qa cæteris altius ſcripſit,Ioã.j.In pricipio erat verbũ. vbi gloſ Si parũ altius itonuiſſet,totus mũdus eum cape nõ potuiſſet.Quintũ ſignũ oſtẽdit ei i morte.Et hoc fuit in duobus. Primo/ quia reuelata eſt ei mors.Eccl's.ix.Nemo ſcit finẽ ſuum:quia nihil certius morte & nihil icertius hora mortis,niſi tunc p reuelationẽ. Secundo/quia non ſenſit dolorem mortis.Hiero.Tã a dolore mortis fuit alienus vel extraneus,q̄ noſcitur a corruptione carnis fuiſſe alienus.Ioan.vlti. Sic eum volo manere.Sextum ſignum oſtendit ei poſt mortem:et hoc fuit in duobus. Primo/quia Chriſtus cũ

A

De ſignis amorꝫ oſtẽſis Ioãni a Chriſto.

cum omnibus apoſtolis ꝓceſſionaliter anteceſſit in cœlũ:vt dicitur in hiſtoria.Veni dilecte mi,qa tempus eſt vt epuleris in conuiuio meo cũ fratribus tuis.Secundo/qa in ſepulchro eius iuenitur manna i ſignum vel teſtimonium icorruptionis.p̃s. Nõ dabis ſanctum

B tuum videre corruptionem. ¶Sequitur,frater in anguſtijs cõprobatur.Sãctus Ioãnes dicitur frater dñi,noie vel ratione cõſanguinitatis,& ꝓcipuę dilectionis:qa probatus fuit i duplici anguſtia. Primo in anguſtia Chriſti,& hoc ex tribus.Primo i actione quãdo ſecutus fuit ꝑ eſt Chriſtum vſq; i atrium vbi accuſabaẽ. Ioã.xiij. Diſcipulus autẽ ille erat notus põtifici & introduxit Petrum.Scdo in eius eductiõe quia ſequebaẽ eum cum duceret ad crucem.Mar.xiiij. Adoleſcẽs quidam ſequebaẽ eum amictus ſindone,q creditur Ioãnes euãge. fuiſſe.Tertio i eius paſſione/qa ſemper ſtetit iuxta crucem.Ioã.xix Cum vidiſſet Ieſus matrem & diſcipulum ſtantẽ &c. Secundo i ꝓpria anguſtia quam ſuſtinuit,& hoc i tribus.Primo i exilio.Apoc.j. Fui in inſula quę vocatur Pathmos.Secũdo iñ oleo,qa in feruentis olei dolium miſſus.Tertio i veneno qđ potauit. Marc.vl. Mortiferum ſi biberint &c.p̃s.Paraſti i conſpectu meo menſam,quo ad exilium.Impinguaſti i oleo caput meum,quo ad ſcdm:& calix meus inebriãs,quantum ad venenum:vt patet.De hoc glorioſo Aplo dicit Iſidorus.Mutauit Ioãnes in aurum ſylueſtres frondium virgas, littorea ſaxa i gemmas,gemmarum fragmina reformauit i ꝓpriam naturam,viduam pręcepto ſuſcitauit,& rediuiuum corpus iuuenis remeãte anima ꝑparauit,bibens letiferum hauſtum,euaſit periculum,& eodem ꝓſtratos in vitę reparauit ſtatum:vt patet i duobus veneno mortuis.nã cum bibiſſet venenum dixit põtifex. Si veneno mortuos ſuſcitaueris,credam:tunc Apſus:vade(inqt Ariſtodemo pontifici)mitte tunicam meã ſupra corpora defunctorũ dicẽs. Apoſtolus Chriſti me miſit ad vos,vt i Chriſti noie ſurgatis,quod cum feciſſet ſurrexerunt:tunc proconſulem & pontificem credẽtes cum omni parentela ſua baptiſauit &c.

Margin: Primo Ioãnes fuit ꝓbat⁹ amicus xp̃i in duplici anguſtia.

¶Ad idem Sermo tertius,
Et in numero.XXIX.

A HIc eſt diſcipulus ille quem diligebat Ieſus.¶Naturaliter vnũquodq; diligit ſibi ſimile:ratio eſt,qa ſcdm Iſidorum, Amor eſt vis ꝑueniens & cauſans vnionem. Quodlibet igitur diligit ſibi ſimile,quia amor naſcitur ſpecialiter ex ſimilitudine. Specialiter creatura habens intellectum ſimilis eſt illi quem diligit & quem cogitat:quia ſcdm Dionyſiũ,Creatura rõnalis eſt ſicut ſpeculũ.Natura vero ſpeculi eſt ꝙ ſemp ſimilis ſit rei ad quã cõuertiẽ,vt cõuerſa ad terrã ſi-

Margin: Nota amorẽ naſci ex ſimilitudine.

milis eſt terrę,ſi ad cœlũ illi ſimilis erit:ſic ſpiritualiter oportet ꝙ
aĩa in ſe habeat ſpeciẽ rei quam cogitat & diligit.ideo q̃cito cõuertit
ſe ad terrã,terrena inordinate diligendo & immundiciã peccati,ſit
& eſt corã deo turpis:ecõtra quãdo ſe cõuertit ad diligendum & co-
gitandũ æterna & ipm̃ Chriſtum,ſic pulchra eſt & gratioſa. Ioan-
nes dilectiõe vera totum cor vertit ad Chriſtũ,ipm̃ diligendo & co-
gitando de eo.ideo fuit pulcher ſpiritualiter habẽs in ſe imaginem
Chriſti & fuit ſimilis Chriſto:non tm̃ ſcd̃m corpus/quia cognatus,
ſed etiã ſcd̃m cor:quia totus plenus puritate & mũdicia ſicut Chri-
ſtus ſuo modo. Et q̃a quodlibet diligit ſimile ſibi vt dictũ eſt:ideo
Chriſtus valde dilexit Ioãnem.ideo dicitur,quem diligebat Ieſus.
Scimus ꝓ certo ꝙ Chriſtus dilexit Ioãnem:ſed ꝓ certo ſcire vtrũ
magis Ioãnem euãgeliſtam vel Ioãnem baptiſtam vel Petrum di-
lexerit:multum eſt difficile/nec ſciri poterit niſi per reuelationem.
Opinio dicẽtium ꝙ plus dilexerit Ioãnem baptiſtam,q̃a Chriſtus
plus diligit maiorem hoiem & maioris perfectionis:quia in amore
Chriſti nihil eſt carnalitatis. De hoc nãq; Iudęi ipm̃ commẽdabant
dicentes. Matth.xxij. Non em̃ accipis perſonam hois.vnde ſimpli-
citer magis diligit meliorem hoiem,ſed Ioãnes baptiſta fuit melior
omni puro homine,beata virgine excepta,q̃a Chriſtus dicit. Inter
natos mulierum nõ ſurrexit &c. Lucę.vij. Maior inter natos mulie-
rum. Ad hoc poteſt reſpõderi dupliciter. Primo per hoc quod dicit
Lucę.vij. Maior inter natos mulierum non ſurrexit propheta &c.
vnde non dicit euãgeliſta ꝙ fuit maioris perfectiõis ſed maior fuit
Propheta. Modo ꝓphetia eſt donum qd̃ poteſt eſſe malus i haben-
te minus de gratia,quia & põt eſſe ſine gratia:q̃a multi peccatores
fuerũt ꝓphetę,vt Balaam & Cayphas. Vel põt dici ꝙ Chriſtus loq-
tur de tpe quo Ioãnes baptiſta viuebat/& nõ de tpe mortis ſuę. Opi-
nio dicẽtium ꝙ Chriſtus Petrũ plus dilexerit,q̃a Petrus fuit melior
& ratio illoꝝ eſt. Eligẽs p̃latum tenet eligere meliorẽ ſcd̃m omnẽ
cõſcientiã ſuã,ꝙ ſi ſecus faceret peccaret mortaliter:ſed Chriſtus q
nõ põt decipi nec falli nec peccare,q̃a peccatum nõ fecit:elegit Pe-
trum eſſe eccl'iæ p̃latum & nõ Ioãnem:ſequit igit ꝙ ſit melior eo,
& p conſequẽs eũ plus Chriſtus dilexerit. Poteſt dici ꝙ q̃s nõ tenet
eligere meliorẽ ſimpliciter,ſed meliorẽ ꝓ illo aut illo officio:modo
ꝯtingit q̃nq; ꝙ melior ſcd̃m deũ & deuotior nõ eſt ideo melior p̃lat'
Chriſtus ergo fuit elector Petri & fecit Petrũ p̃latũ eccl'ę:nõ q̃a me-
lior fuerit abſolute,ſed q̃a melior ꝓ officio,q̃a antiq̃or & maioris re-
uerẽtiæ:& forte etiã maioris prudentiæ in regimine,Ioãnes autem
erat minor & potuit eſſe deuotior & cætera. Opinio dicentiũ ꝙ plus
dilexit Ioãnem euangeliſtam,quia Chriſtus nihil oſtendebat ſigno

Hic diſputat de Ioãne euãgeliſta,baptiſta/& Petro q̃s eoꝝ fuerit magis dilect' a Chriſto.

quod non fuit ſibi cordi:alioqn fuiſſet in eo deceptio & duplicitas. Chriſtus nãq; plura ſigna amoris oſtendit Ioanni euãgeliſtę q̃ alicui,Maria virgine ſola excepta:qa tradidit ſibi matrem ſuã cuſtodiendam:recubuit ſupra pectus:reuelauit ſibi traditorẽ ſuum.Sed in hac comparatione ſanctorꝫ qui quoſlibet alios excedãt,ſcientia noſtra omnino deficit.Comparatio etiã ſanctorum inter ſe eſt ſicut inter ſe excedentia & exceſſa.nã ſi vnus excedit alium ĩ vno,alius excedit alium in alio.& hoc eſt facile videre in his duobus Ioanne baptiſta & Ioanne euangeliſta:ſi bene videantur de vtroq; eorum ſcripta.De hoc legitur ꝙ cũ duo doctores de eiſdem duobus ſanctis quis eorum eſſet maior diſceptarent,& de hoc diſputationem ſolennem indixiſſent,qlibet iſtorum ſanctorum ſuo ęmulatori apparuit eiq; dixit.Nos bene ſumus concordes in cœlis:de nobis nõ

B diſputetis in terris.¶Omiſſis ergo diſputationibus & comparationibus quæ odioſe ſunt,ad ꝓpoſitum thematis noſtri quo dicitur, Quem diligit Ieſus.poſſunt aſſignari tres rationes quare Chriſtus Ioãnem prę cæteris plus diligebat.Prima ratio eſt,qa ꝓpter maiorem cognitionem.nã ſcd̃m Aug. Angelis data eſt gratia ſcd̃m capacitatem naturalium:qa clarius cognoſcẽtes,intẽſius dilexerunt, & toto conatu ferebãtur ĩ deum,& plus diligentibus data eſt maior gratia.Idem cõcedendum eſt de apoſtolis poſt eorum cõfirmationem:& qa Ioãnes euãgeliſta clarius cognouit q̃ alij,ideo plus Chriſtum & Chriſtus ipm̃ dilexit.Bern.Gratia ſi affuerit,time ne forte indigne operis ex ea:ſi ſubtracta fuerit,amplius time,qa dei cuſtodia reliquit te:ſi redierit,multo amplius time ne receſſum iterũ patiaris:recedere eñ q̃ incedere deterius eſt. Scd̃a ratio/quare Chriſtus eum plus dilexit eſt,ꝙ habuit cõſcientiam puriorem:aliter eñ recipiunt pulchritudinem & lumẽ de cœlo corpora ꝓpinqua,& aliter remota:corpa igitur cœlo propinqua recipiunt claritatem,nõ ſolum exterius ĩ ſuperficie/ſed etiam ĩterius in profundo,ſicut ignis & aer/ſed corpa diſtantia exterius ſicut terra:ſic licet hoies terreni quãdoq; luceãt exterius per cõuerſationem honeſtã:interius tamẽ quãdoq; remanent tenebroſi:ſed pſonę quarum conuerſatio eſt ꝓpior deo:ſicut religioſi/debẽt recipe claritatem nõ ſolum ĩterius in corde/ſed etiã exterius ĩ conuerſatione:ſicut Ioãnes fuit purus virgo mente & corpe.ꝓpter quod aliqui dicũt/ꝙ nõ fuit mortuus:qḋ verum eſt/ita ĩtelligendo ꝙ dolorem mortis nõ ſenſit.vnde potuit dicere illud Sap.viij. Puer eram ĩgenioſus & ſortitus ſum animam bonam.hãc puritatem habuit p ſubtilitatem & ingenium. Dicit̃ ꝙ quãdoq; plus valet ĩgenium q̃ fortitudo:multa eñ fiunt per ſubtilitatem,quæ nõ poſſunt fieri p vim nec p naturam,ſicut coruus non

Tres rationes quare prę cęterꝭ diligebat Ioãnes a Chriſto.

poteſt fieri albus per naturam,fit tamẽ albus per artem.quandoq;
eñ coruus exterius confricatur aceto & vrticis/& inde naſcitur cor
uus albus,niger autem ꝑ naturam:aĩa nãq; cuiuſlibet noſtrum ni-
gra eſt per naturam,natura eñ omnes filij irę naſcimur:& ideo ſi
volumus habere animam mundã,bonam & albam,oportet ꝓce-
dere ingenioſe:vt ſcilicet corpus cõfricetur aceto pœnitentiæ acer-
bę,& vrticis pungẽtibus,ſcilicet cilicio & duris veſtibus:ſicut fecit
beat⁹ Ioãnes. Tertia ratio/quare Chriſtus ĩpm plus dilexit ẽ cogni-
tio alta & eleuata:cognitio eñ clara venit ex cordis puritate,ſicut ĩ
cœlo ſtellæ magis eleuatę ſunt clariores:quę vero terrę ꝓpinquæ
ſunt minus purę & fuſcę,ſicut luna ſemꝑ maculam retinẽs:ſic quia
virginitas inter omnes virtutes a terra magis eleuata eſt:cognata
eñ eſt angelis ſcđm Hiero. vnde maxime diſponit ad diuinam co-
gnitionem:vnde Ioãnes ſic eleuatus fuit in diuinam cognitionem
ꝙ ſi altius intonaſſet dicens, In pricipio erat verbum,totus mun-
dus ipſum capere non potuiſſet.

¶De Innocentibus Sermo. I. Et in numero. XXX.

SVrge accipe puerum & matrem eius & fuge ĩ Aegyptũ,
Matth.ij. ¶Circa iſtud euãgeliũ occurrũt multa vidẽda. A
Primo/quare Chriſtus fugit:quod triplici fecit de cauſa. Triplex cã
Primo ſcđm Chryſo. ꝓpter oſtenſionem humanę naturę fugę xp̃i.
quantum eñ ad diuinam non habuit fugere. Secundo ꝓpter do-
cumentum,vt ex hoc nos doceret nullũ debere idignari ſi innocẽs
ab impijs patiaꝛ. Ioã. xv. Si me pſecuti ſunt & vos &c. vtinam ſtude
remus bene ĩ iſta doctrina. Tertio ꝓpter exemplum,vt ex hoc in-
formaremur nobis fugiẽdum eſſe:modo fuga ꝓuidentiæ,qua ſcili
cet maiori vtilitati reſeruamur:modo fuga cautelę:ſunt eñ quędã
vitia quę nõ poſſunt vinci niſi fugiẽdo. Apl'us. Fugite fornicationẽ j.Coꝝ.vj.
modo fuga qua a facie maloꝝ fugimus,tunc occaſionem peccandi
eius ſubtrahimus. ¶Secundo vidẽdum eſt de pſonis quę fuerũt ĩ B
iſta fuga,ſcilicet Ioſeph/Maria/& puer Ieſus. Illud cõſortium iuen
tum fuit ĩ Bethleẽ a Paſtoribus,ĩ fugiendo ĩ Aegyptum/& ĩ redeũ
do. Siue igiꝛ Herodem fugias/id eſt diabolum:ſiue de Aegypto.i.
de peccato redeas:ſiue ĩ Bethleem/id eſt ĩ gratia maneas:ſemꝑ te-
cum habeas Mariam/id eſt amaritudinem pœnitentiæ:puerum.i.
puritatem cõſciẽtiæ:& Ioſeph/id eſt augmẽtum virtutis & gratiæ.
Tertio/de cõtingentibus in via:tunc eñ Chriſtus manifeſtauit ſuã Iſtę hiſto-
maieſtatem. Legitur eñ in hiſtoria tripertita. Arbor quædam in riæ ſunt
via exiſtẽs vſq; ad terram ĩclinata puerũ adorauit. Secundo manife apocry-
ſtauit ſuam bonitatem,ĩ eo ꝙ parentes ſuos pauit.nã ſicut legitur phæ.

in libro de infantia ſaluatoris,cum ſub quadã palma altiſſima quie ſcerent & eſurirent atq; ſitirẽt:palma ad pręceptum pueri vſq; ad terram ſe inclinans,fructus colligendos obtulit,de ſua radice fontem ꝑduxit. Tertio manifeſtauit ſuam poteſtatem,cum parentes ſuos a latronibus defendit:cum eñ latrones i eos irruiſſent,qa eos ſpoliare voluiſſent:vnus eoꝝ reſpiciens puerum ait. Vere dico vobis ꝙ ſi poſſibile eſſet deum icarnari,dicerem puerum iſtum deũ eſſe:& ſic ſocios induxit vt eos illeſos abire ꝑmitterent.iſte dicitur fuiſſe ille latro cui dñs poſt dixit. Amen dico tibi/quia hodie mecũ

C eris in paradiſo. ¶Quarto vidẽdum eſt de ira Herodis ꝑ eo qđ dicitur,iratus eſt valde. Primo fuit iratus ꝓpter regni zelũ. Augu. Quid erit tribunal iudicãtis,quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis. Secundo ꝓpter ſui cõtemptum. Chryſo. Magi cõtemnentes Herodem redierunt i Tharſis. Tertio ꝓpter Cęſaris metum, qui pręceperat vt ſine ſuo imperio nullus diceretur rex vel eſſet.

¶Quinto de ſęuitia Herodis,qa dicitur. Occidit omnes pueros:

De exceſſu herodis & quę fuit cã huius. exceſſit eñ in tribus ſcilicet in numero:quia cum deberet occidere vnum,occidit omnes. in loco:quia cum deberet occidere Bethleẽ occidit etiam cõfinitas. i tempore:quia cum deberet occidere anniculos,occidit biennes,& ifra. huius tãti exceſſus fuit triplex cauſa. Prima diuina ꝓuidentia quę ex tãta Herodis ſęuitia tantam ſibi martyrum multitudinem copulauit. Secũda eius aſtutia,vt ſcilicet omnes occidẽdo ille non poſſet euadere quem quęrebat. Ter

D tia eius ſęuitia,qa in ſanguine delectabatur. ¶Sexto de tempore occiſionis ꝑ eo ꝙ dicitur,videns quia illuſus eſſet a Magis,ꝑ quod datur intelligi ꝙ eorum occiſio fuit facta poſt Epiphaniam: ſcdm gloſſam poſt annum & tres dies pueroꝝ occiſio facta fuit. Diſtulit autem triplici de cauſa. Primo ꝓpter diſcredentiam:qa ſcdm gloſſam diſcredidit Magis,putans eos falſa ſtellę apparitione deluſos. Secundo ꝓpter aſtutiam,vt diſſimulãdo puer in medium deduceretur. Tertio ꝓpter moram cõtractam:fuit eñ Romam a Cæſare citatus,& ſic fere ꝑ annum impeditus fuit. ¶Septimo de fletu matrum,ꝑ eo ꝙ Rachel vxor Iacob iducitur ad plorandum. Matres cum ſint magis paſſibiles cõſueuerunt plus dolere de aduerſitate filiorum q̃ patres,& patres plus gaudere de ꝓſperitate q̃ matres. Mater eñ plus diligit,& ideo plus dolet qñ ꝑdit filium. Quare mater plus doleat de filio q̃ pater,cauſa eſt:qa plus laborat circa filium q̃ pater/& eſt magis circa matrem. ¶Octauo de morte Herodis ꝑ eo ꝙ dicitur. Et erat ibi vſq; ad obitum Herodis. Mors eñ ſua fuit peſſima,qa manu propria ſe occidit. Herodes iniuſte effudit ſanguinem paruulorum:& ideo bibit ſanguinem proprium,quẽ gla

dio in ventre immerſo effudit. Bibit ſanguinem filiorum/quia filios occidit. vnde Auguſtus Cęſar hoc audito dixit. Mallē eſſe porcus Herodis q̄ filius, quia porcis parcit/filios occidit. Legitur etiā in quadā Chronica ꝙ Herodes quēdam filium paruulum i Bethleem tradidit ad nutriendum, qui cum cæteris paruulis eſt occiſus. ¶Nono videndum eſt de ſubtractiōe laudis & lętitiæ quæ fit primo i ſignum fletus quem matres habuerunt. Secūdo i ſignum ſtatus/quia ſcilicet in limbum ceciderunt. Tertio i ſignum incolatus, quem virgo puer/& Ioſeph, dum fugerunt i Aegyptum/fecerunt. Magna quippe compaſſio fuit ꝓpter pueri teneram ætatem/& ꝓpter puerperij nouitatem/& ꝓpter Ioſeph ſenectutē. vt patet &c.

¶Sermo Secundus de eiſdem.

Et in numero. XXXI.

Vidi calūnias quæ ſub Sole geruntur & lachrymas Innocentium & conſolatorem neminem, Eccleſiaſtes. iiij. ¶Sicut dicit beatus Hiero. ad Euſtochiū: filius dei ſtatim quādo ingreſſus eſt mundum nouam ſibi familiam inſtituit, & ſpecialiter iſtos bonos pueros Innocētes ſibi voluit aſſociare. Et ratio huius eſt duplex. Vna quia ſicut dicitur Eccl. xiij. Omne aial diligit ſibi ſimile/& ois homo proximum ſibi &c. & quia ipſe dei filius dignat⁹ eſt eſſe puer & virgo de pura virgine: & ideo cōgruum fuit ꝙ ſibi pueros virgines aſſociaret. Apocal. xiiij. Virgines eñ ſunt/& ſequuntur agnum quocūꝗ ierit. Nec mirum/ſi pueri virgines puerum virginem ſequuntur: etenī ſolet naturalis cōuenientię ſimilitudo facere/vt res rem ſibi ſimilem ſociet/& obhorreat diſſimilem. ideo ratiōabile fuit ꝙ dominus Ieſus puer innocens/pueros innocentes ſibi aſſociaret: hoc eſt quod dicitur in p̄s. Innocētes & recti adhæſerunt mihi. Alia ratio eſt/quia filius dei venerat ad pugnandum/& reparādam innocentiam in primis parentibus perditam/& per conſequens in omnibus nobis: et ideo congruum fuit milites innocentes ſibi aſſociare. vnde dicitur. Vidi calūnias. In quo verbo filius dei paſſionem innocentum ſua occaſione occiſorum deſcribit nobis per Salomonem quātum ad tria ſcilicet, quantum ad doloſitatem perſequentium. ſecundo quātum ad puritatem patientium. & tertio quantum ad defectum auxiliantium. Doloſitas perſequentium notatur cum dicitur. Vidi calūnias. Herodes eñ & ſui ſequaces tantę doloſitatis fuerunt, ꝙ in quolibet puerorum quęrebant interficere puerum Ieſum. Puritas vero patientium notatur cum ſubiungitur/innocentum: non eñ patiebantur iſti beati pueri pro ſui malitia: ſed ex Herodis nequitia qui inuidebat puero regi nato. Defectus auxiliantium notatur

A

Quare cō iūcti ſit feſtū Innocētiū natiuitati Chriſti.

cum ſubinfertur,& conſolatorẽ neminẽ. Concordant hęc verba cũ verbis euangelij Matt.ij. Hiere xxxj. Rachel plorans filios ſuos: noluit conſolari quia nõ ſunt. De doloſitate aũt & crudelitate Herodis nõ oportet multũ dicere ad pręſens: quia notum ſatis eſt: ſed ad vtilitatẽ noſtram dicam aliquid de innocentia. ¶ Circa quod aduertendum ꝙ innocentia dicit receſſum a peccato & acceſſum ad ſummũ bonum. vnde dominus dicebat diabolo de Iob, Iob.j. Nũquid cõſideraſti ſeruum meũ Iob &c. In eo ꝙ dicit ſeruum meum. ecce acceſſus ad ſummũ bonum. recedens a malo, ecce receſſus a peccato. Et ille ſtatus dicitur innocẽtię, in quo parentes primi ſine peccato erant: & ſine peccato viuere poterant cuius innocentię cauſa homo habebat dñiũ i cęteris creaturis. ps. Oĩa ſubieciſti ſub pedibus eiꝰ &c. Sed hõ cũ eſſet in honore nõ intellexit: ſed inſaniuit & rebellauit, & ideo perdidit innocentiã & proiectus eſt tanq̃ proditor & malefactor in huius mundi miſeriam. O quã infelix mutatio: q̃ ignominioſa ſubiectio: cui ſubijciebantur vniuerſę creaturę: nunc ei quaſi minima creatura receſſit: & qui poterat non lędi ab aliqua creatura iferiori: mõ fragilior & debilior ẽ factꝰ quaſi oĩ creatura fragilior: ſicut probat Augu. in libro de verbis domini. Quid inquit Aug. fragilius vitro: & tamen ſi cuſtodiatur durat in ſecula: ſi caſus vitę non timeretur, ſenectus & febris non timerentur. Nos ergo fragiliores ſumus: quia caſus omnes qui non ceſſant in rebus humanis: fragilitate noſtra vtiq; quotidie formidamus: & ſi ipſi caſus nõ accedunt tempore quodã ambulãt vitat homo ictum: nunq̃ tamẽ exitum. Propterea vitrum vno ictu tantummodo frangitur ſcilicet ſi cum alio corpore ipo duriore collidatur: ſed corpus hominis nũc febre diſſoluitur, nunc apoſtemate perforatur, nunc quintina gutturis via pręcluditur, nunc torſionibus venter diſrumpitur, nunc diſſenteria inteſtina eijciuntur, nũc hydropiſi venter diſtẽdit: & quaſi infinitis modis conſumitur: ergo: quia pluribus modis q̃ vno corrumpitur fragilius eſſe probatur. Et hoc totum accidit: quia primi parentes per peccatum perdiderunt innocentię donum. Sed filius dei tantam & tanti valoris ęſtimauit: vt poſtea reformando nobis ſanguinẽ ſuũ dedit. j. Pe. j. Nõ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti eſtis: ſed precioſo ſanguine &c. Si ergo volumus ſeruare innocẽtiam per ſanguinẽ pueri Ieſu recuperatam, videamus qualiter parẽtes noſtri eam perdiderũt: & per cõtrariũ attendamus qualiter eſt a nobis ſeruãda. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi: & inuenies eos perdidiſſe innocentiã ſpecialiter propter triplicẽ cauſam. Primo propter negligẽtiã ſenſuũ exteriorum. Secũdo propter periculoſę ſocietatis cõſortiũ. Tertio propter

B Innocentia qd ſit.

C

Tria adſeruandū innocentiā.

prȩuaricationē mādatorū cœleſtiū.¶Si ergo volumus ſeruare in-
nocentiā habeamus ſenſuū exteriorū diligentē cuſtodiā:& primo
cuſtodiamus diligēter ſenſum viſus:vt nihil velimus videre niſi qđ
licite poſſumus appetere.nam ſicut dicitur Geñ.iij.Mulier quȩ po
mū incaute vidit bonū ad veſcēdum:pulchrū oculis:& delectabile
aſpectu appetiuit quod non erat appetendū:& ideo perdidit inno
cētiam & dominiū quod habebat ſuper omnem creaturā.Gre.Pē
ſandū eſt quātum viſum debes reſtringere ſi viuentium mater ad
mortē p oculos venit,nō licet igiť ītueri qđ nō licet cōcupiſci. Si vis
ergo ſeruare inocētiā,adhibeas oculis diligētē cuſtodiā:vt nō videāt
niſi qđ ſit ad ſalutē tuā.ſic eñ faciebat Dauid quādo dicebat. Perā
bulabam in innocētia cordis mei.& ſequitur.Nō proponebam ante
oculos meos &c.Periculū negligentiȩ patet ſic.Nā ita eſt de nobis
ſicut de vno caſtro a fortiſſimis aduerſarijs & ſubtiliſſimis ſagitarijs
obſeſſo.In quo q̄uis feneſtrȩ vtiles ſint quantum ad aliquid:ſunt ta
men valde periculoſȩ niſi bene cuſtodiantur:quia per eas frequen-
ter intrant ſagittȩ ignitȩ quibus totū caſtrū diſſipatur.ſic oculi qui
ſunt tanq̄ feneſtrȩ corporis noſtri,vndiq; & cōtinue obſeſſi & oppu
gnati a fortiſſimis & ſagaciſſimis hoſtibus in mundo ſcilicet demo-
nibus:niſi attente & ſolicite cuſtodiantur,intrant ſpecies periculo-
ſȩ,tentationes venenoſȩ,quibus deſtruitur totū regnū animȩ.Ape-
ri ergo feneſtras vt videas quod vtile & ſalutiferū,& reſpuas quod
eſt inutile & mortiferum.Hiero.ad Euſtochiū.Habeto apertas fe-
neſtras,de quibus dicitur.Mors intrat per feneſtraſ noſtras:nec blā
diatur tibi aliquis dicens.Ego ſum armatus virtutibus:nec timeo
ſagittas hoſtis.Ad hoc eſt exemplū de homine armato de quo non
remanet niſi oculariū:& tamen frequēter per illud a ſubtili ſagitta-
rio vulneratur & occiditur.Chariſſimi ſic percuſſus fuit Dauid de
quo dixerat dominus ꝙ inuenerat hominē ſecundū cor ſuum:nun
quid tu es melius armatus q̄ Dauid?propter quod valde diligenter
cuſtodiendi ſunt oculi.nam ſicut dicit beatus Hiero.ad Aluiganū
Hiſpanū,quidā philo.ad cuſtodiendā puritatē vitȩ eruerūt ſibi ocu
los.Quoſdā(inquit)mūdi philoſophos legimus,vt totā cogitatio-
nē ad mentis cogerēt puritatē:ſibi oculos eruiſſe.Secūdo ſi vis ſer-
uare innocentiam diligenter cuſtodias ſenſum guſtus. Nam viciū
gulȩ eſt deteſtandū:natura ſuadet,ratio dictat,& ſcriptura docet.
Legitur in ſcientia naturali ꝙ inter animalia magnorū corporū,nul
li dedit natura os tam paruū ſecūdū corporis quantitatē ſicut homi-
ni,& hoc totū factū eſt ad recordationē temperantiȩ & ad deteſta-
tionē gulȩ.Scriptura eñ docet,vt dicitur Lucȩ.xxv.Recedite a cra
pula & ebrietate.Crapula eſt cruda epula:quando tantū de cibo ali-

Vitiū gulȩ deteſtādum natura,ratio & ſcriptura docent.

quis ſumit q ad eius decoctionem calor naturalis non ſufficit.propter quod dicit Aug.in libro Cõfeſ.q alimenta ſumenda ſunt ad menſurã tanq̃ medicamẽta.& dominus primã prohibitionẽ quã fecit,de iſto vicio fecit.Nã ſicut dicit Hiero.contra Iouinianũ. Eſus carniũ:potus vini:& ventris ſaturitas:ſeminaria ſunt libidinis. Impoſſibile eſt enim vt pręſentibus & futuris quis fruatur bonis : vt hic ventrem & illic mentẽ impleat:vt a delicijs ad delicias trãſeat: vt in hoc ſeculo gaudeat & cũ deo regnet:vt in cœlo & in terra appareat glorioſus.Ratio etiam hoc dictat.Corpus enim noſtrum eſt valde vilis conditionis,ſicut ruſticus qui neſcit vti delicijs. vnde ſi ſemel in hebdomada fuerit in cõuiuio:inebriatur & infatuatur recalcitrat & rebellat.vnde dicitur Prouer.iiij.Qui delicate nutrit ſeruum,poſtea ſentiet ipſum rebellẽ & cõtumacẽ:& virtutes quę ſunt in anima inter carnis delicias moriuntur.Bern.Periclitatur rationalis in delicijs.& ſicut di. Ambro.in ſermone. Ebrioſus cũ abſorbet vinum abſorbetur a vino,abominatur a deo,deſpicitur ab angelis deridetur ab hominibus,deſtruitur a virtutibus,confunditur a dęmonibus,conculcatur ab omnibus.Ebrioſus confundit naturam: amittit gratiam:& perdit gloriã:& incurrit dãnationẽ ętermã. Si vis ergo ſeruare innocentiã,refrena guſtũ ab omni illicita delectatiõe.

D ¶Tiẽ ſi vis ſeruare innocentiã,ſerues ſenſum tactus. Parentes eñ nostri fructũ viderũt,& tetigerũt,& guſtauerũt:& ſic innocentiam perdiderũt.& de monte domini ceciderũt.Si ergo vis innocẽter viuere & reaſcendere in montẽ domini : cuſtodias ſenſum tactus, vt nihil velis tangere niſi licitum & honeſtũ. Ad quod dominus volẽs nos reddere attentos per Dauid dicit.Quis aſcẽdet in montem domini?&c.reſpondet.Innocẽs manibus & mundo &c.vnde munditia cordis & innocentia manus faciunt aſcendere in montem cœleſtis habitatiõis.Secũdo perdiderũt parẽtes noſtri innocẽtiã,propter ſocietatem periculoſam.Eua enim habuit ſocietatem cum ſerpente:& ideo cecidit a ſtatu innocentię,& fecit virum ſuum cadere. vnde Adam reſpondit domino.Mulier quã dediſti mihi ſociã,dedit mihi de ligno & comedi.Eua dixit,ſerpens decepit me,& ita ambo perdiderũt innocentiam propter familiaritatem ſerpentinam Si ergo vis ſeruare innocentiam, fugias periculoſę ſocietatis conſortiũ, & etiã peruerſorum cõſiliũ.ps.Cum ſancto ſanctus eris &c. Adam enim & Eua ſi expuliſſent ſerpentis conſiliũ,nõ amiſiſſent ſcientię donum.tamen ſi contingat te aliquando audire talium conſiliatorum verba diligenter conſidera,an ſint verba diuina vel ſerpentina.Quod ſic poteris aduertere.Si enim haberes propoſitum pœnitentiam agendi vel religionem intrandi,& cauere a peccato: iam

De cuſtodia ſenſus tactus.

Gẽ.iij.

vnum pedē tenes in paradiſo: ſi ergo dicat tibi talis fictus amicus & falſus & peruerſus cōſiliarius, quare vis facere tantā pœnitentiam? vide & caue verbū ſerpētinū: vult eñ te eijcere de paradiſo, quare pręcepit deus ne comederes de ligno &c. & clamat Apo. j. Cori. xj. Cauete ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita ne corrūpantur ſenſus veſtri. Tales enim conſiliarij multas animas abſtulerunt a Chriſto, & tradiderūt diabolo. Vocat ergo te (ait Bern. de contemptu mundi) magni conſilij angelus: quid eſt opus vt aliorum conſilia pręſtoleris? quis enim fidelior: quiſue ſapientior eſt illo, qui eſt ſapientia dei patris, in quo ſecundū Apoſtolū, ſunt omnes theſauri ſapientię abſconditi. ipſe enim eſt (vt ipſemet ait, Ioā. xiiij. Ego ſum via, veritas, & vita. Via (vt exponit Aug.) per quā imus, veritas qua dirigimur, & vita ad quā pergimus. Ad quā vitā ille nos perducat, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De Circunciſione domini Sermo. j.
Et in numero xxxij.

POſtq̄ conſummati ſunt dies octo, vt circūcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, Lucę. ij. In ſerie pręſentis euangelij, quod eſt breuiſſimum in litera, ſed profundiſſimum in ſententia: tria notantur admiratione digna. ¶ Primum eſt q̄ res interminabilis terminatur: quia deus ęternus octo dierū ſpatio cōcludit̃. Secūdū ē, q̄ res imminorabilis diminuit̃: q̄a deus impaſſibilis hodie circūcidit̃. Tertiū ē q̄ res innominabilis hodie noīatur: quia ille qui eſt ſecūdū Dionyſiū, infinitorum noīm, hodie tm̄ vno noīe exprimit̃. Primū innuit euāgeliſta cū pręmittitur. Poſtq̄ cōſummati ſunt dies octo. Secūdū cū ſubdit̃ vt circūcideretur puer. Tertiū cū annectitur, vocatū eſt nomē ei9 Ieſus. Quātū ad primū q̄ dñs & ſaluator nr̄ qui eſt de9 ęternus, hodie octo dierū ſpatio cōcludi voluit & hoc voluit ad literā ꝓpter impletionem legis ſecūdū quā. viij. die circūciſio fiebat, a cuius legis iugo nos liberaturus erat: ſecūdū myſticū tñ intellectū: q̄a oīa Chriſti geſta doctrina morū nobis ſūt ſecūdū Aug. p hoc q̄ añ ſuā circūciſionē & nois impoſitionē octo dies cōſummauit figurare nobis curauit, q̄ qui vult circūciſione ſpūali pfecte mūdari & noīe ęterno hęreditari: pri9 debet octo dies ſpūales cōſummare. Cū eñ dies nō ſit aliđ q̄ latio Solis ſup terrā, iō p iſtos octo dies debem9 itelligere octo rerū cognitiões q̄ hoīnē ad iſtā circūciſionē ſpūalē pfecte pparāt & diſponūt: q̄ q̄dē cognitiões homini p lumē gr̄ę ifluunt̃. ¶ Pria dies ſpūalis eſt q̄ hō cognoſcat pñtis tpis breuitatē lubricitatē & irrecuperabilitatē. nam de toto tēpore q̄đ fluxit ab initio mundi nō habemus niſi vnū nūc, q̄đ tamē quātumcūq; ſit breue & indiuiſibile, hoc ipm (vt ait Seneca.) octo dierū

Margin notes: A; B; Vide myſticam expoſitionē

nos oportet cum morte diuidere:& p iſtam cognitionem homo ad conatum & feruorem bonæ opationis vehementer accendit,quod patet. Nam quicūq; aduerteret ꝙ tēpus lapſum nullo īgenio,nulla pœnitētia reuocari poteſt:& ꝙ ī quolibet momento tēporis homo p vnam lachrymam cōpunctiōis poteſt oīa peccata diluere/& omnem pœnam purgatorij extinguere:& ꝙ p vnum feruens deſiderium poteſt tātū ſuę æternę gloriæ augmētum acqrere,talē neceſſario oportet feruenter inſiſtere opibus virtuoſis.ad quod monet Aplus Gal.vj.dicēs. Dum tēpus habemus operemur bonum ad omnes.p quod ītelligit pſens tempus,quod eſt nobis accōmodatū ad merendum. In futuro autem deus ipm accipiet ad iudicandum & ad digna p meritis tribuendum.iuxta illud ps. Cum accepero tēpus ego iuſtitias iudicabo. Et ſi diligēter cōſideremus, Apoſtolus in hoc verbo inuit triplicem rationem mouētem nos ad feruenter merēdum in pſenti. Prima ratio eſt operādi opportunitas:ideo di. Dum tempus habemus. Scda eſt opationis vtilitas,qa dicit operemur bonum,quod vtiq; magno feruore operādum eſt. Eccles.ix. Quodcūq; poteſt manus tua inſtāter opare. Tertia eſt opationis generalitas,qa dicit ad oēs:qa opus pietatis ex charitate debet ad oēs generaliter extendi ī neceſſitate ſine pſonarum acceptiōe:obſeruata tamē circa hoc iudicij diſcretione.qa ſcdm Bern. Meliori maior affectus,indigentiori vero maior effectus tribuēdus eſt.

Triplex rō feruenter opādi in pſenti.

C

¶ Secunda dies eſt ꝙ homo cognoſcat vanitatem & fluxibilitatem rerū tēporalium,& ꝙ oīs honor & delectatio preſentis vitæ velociter defluit ſicut aqua,q̄ poſtq̄ pterijt nullum veſtigium reliquit:& iſta cognitio cauſat ī homine facile cōtemptum rerum oīm trāſeuntium: q̄ ob hoc ſcdm Aug. maxime cōtemnēdæ ſunt,qa habēt laborem ī acquiſitione,timorem ī poſſeſſione,& dolorem ī ſubtractione. Iſtā perfectiōem attigerat Apoſtolus cum diceret,Phil.iij. Omnia arbitratus ſum,vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciā. Tertia dies eſt,vt hō diligēter cognoſcat,quātū diſpendiū ex eo cōſequit:ꝙ ad ſui corpis cōmodū nimiū inclinat,qa ex hoc hō ad defect⁹ culpabiles faciliter inclinat,& a virtuoſo exercitio plurimū retardat:per hoc ſemē etiā diuinę grę tātū ī hoīe deſiccat,ꝙ nūq̄ fructificare pōt ī pfectis actib⁹ meritorijs vitę æternę. Iſtud diſpēdiū bn̄ cognoſcebat Apl's ſecretoꝝ cœleſtiū ꝯteplator cū diceret.j.Cor.ix. Caſtigo corp⁹ meū & ī ſeruitutē redigo:vt.ſ.mēti & ſpūi ad votū ſuū ſeruiat,qd multū ē ꝯtra illos q tātū ſunt delicati,ꝙ aliqd opus arduū nūq̄ aggrediendū pſumūt,qn timeāt ī eo deficere:qd cōtingit ex eo ꝙ nimis modicū præſumunt de cōfidentia diuini auxilij:de quo ſi bene pręſumerēt vtiq; dicerent cum Apoſtolo, Phil.iiij. Omnia poſſum in eo qui

me confortat,in quo verbo primo innuit ſuę fortitudinis magnitudinem cum dicit,omnia poſſum. ſecundo innuit eiuſdem virtutis largitatem,cum ſubdit:in eo qui me confortat:id eſt qui mihi robur tribuit bene operandi. ¶ Quarta dies eſt,ꝙ homo pręcognoſcat falſa machinamenta,& multiplices laqueos diaboli,quibus homini inſidiatur ,vt ipſum ab aſſecutione ſuę ſalutis impediat. Iſtam cognitionem bene habuit beatus Antonius,cui in quodam lumine diuino fuit oſtenſus totus mundus plenus laqueis diaboli,quos cũ aſpiceret exclamauit. O domine,quis hos innumeros laqueos fugere poteſt?cui reſponſum fuit. Vere humilis,qui habet continuum conatum ſuam conſcientiam iugiter depurandi. Et per iſtam cognitionem homo excitatur ad tam diligentem ſui ipſius cuſtodiam,ꝙ in omnibus ſuis actibus timet ipſe deo diſplicere: quod bene ſenſerat Iob. Verebar omnia opera mea, ſciens ꝙ non parcis delinquenti. ¶ Quinta eſt ꝙ homo cognoſcat animę ſuę miſerabilẽ exitum & exilium,quę mole corporis ita opprimitur:& per varias rerum ſpecies ita diſtrahitur:& per earum deſiderium ita ardenter ad bona finita inclinatur:ꝙ difficulter poteſt ſe erigere ad bona cœleſtia libere appetenda.& ex iſta cognitione homo inducitur ad deplorandũ incolatum pręſentis miſerię:& ad feruide appetendum diſſolutionẽ pręſentis vitę,in quo anima in ſuo corpore corruptibili tam miſerabiliter captiuatur. Iſtam cognitionem bene habuit Paulus cum diceret.Rom.viij. Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? ¶ Sexta eſt ꝙ homo cognoſcat quantum deo diſplicet mentis arrogantia. propter quam primum angelum excluſit a cœleſti regno:& primum hominem de paradiſo. & ex iſta cognitione homo faciliter inclinatur: vt non tantum ſuperioribus, verum etiam paribus vel inferioribus/ſe per humilitatem ſubijciat,vt eis vbi oportet ex charitate deſeruiat. Ad quod hortatur.j.Pe.ij.dicẽs. Subiecti eſtote omni humanę creaturę propter deum.& Eph.v.ſcribitur.Subiecti inuicem in timore Chriſti.& ob hoc ipſe Chriſtus ſe ſponte obſeruantię legali ſubiecit & ſuis parentibus ſubditus fuit: vt nobis exemplum obedientię & humilitatis relinqueret. ¶ Septima eſt vt homo cognoſcat dignitatem & efficaciam gratię quę hominem in omnibus actibus ſuis diuino beneplacito conformat: & omnes ſuas operationes quadam deiformitate diuinę aſſimilationis illuſtrat,& etiam ꝙ homo cognoſcat ꝙ ex propria fragilitate eſt inualidus ad quodcunq; minimum bonum perficiendum: niſi per diuinam gratiam adiuuetur.& ex iſta cognitione homo inſtruitur:ꝙ nullum bonum ſuis meritis vel viribus aſcribat,ſed ꝙ omnia dei dona per gratitudinem in honorem diuinum referat,a quo ſibi

D

Iob.ix.

E

ſpiritualiter eſt luxerunt:vt veraciter poſſit dicere cum Apoſtolo.j. Corin.xv.Gratia dei ſum id quod ſum. ¶Octaua eſt ꝙ homo cognoſcat diuinę bonitatis vbertatem & opulentiam, quę tantę eſt ſuauitatis:vt omnem mentem ipſam deguſtantem trahit in quandam inſipitudinem & tędium omnis trāſitorię delectatiōis: quod bene ſenſerat Chryſo.cum diceret.Vere non aliquid tranſitorium eſt in quo mens humana valeat delectari:quę ſemel donum cœleſte guſtauerit.vnde dicit Grego.Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro.Et in quocunq; homine prędicti octo dies,ſi ſic cōſummati fuerint,vt dictum eſt,talis ſine dubio dignus eſt vt in eo ſpiritualis circumciſio compleatur:quę conſiſtit in veteris hominis & cuiuſlibet defectus perfecta abolitione:& in iuſtitię per nouitatem vitę perfecta aſſecutione.Quę etiam(ſecundum Aug.)ideo dicitur fieri octaua die:quia hęc dies figurat vitam perpetuam, ad deſignādum ꝙ circumciſio ſpiritualis in finali reſurrectione complebitur,cum hoc corruptibile induet incorruptionem:& omnis defectus ab homine totaliter abſumetur.

¶Subſermo.j.ad idem.
Et in numero.xxxiij.

V T circumcideretur puer.vbi ſupra. Circa hanc particulam euangelij eſt ſciendum ꝙ Chriſtus voluit circūcidi propter tria.Primo vt legem impleret. Matt.v. Non veni ſoluere legem ſed adimplere,ac per hoc carnali legi finem imponere voluit.Secundo vt oſtenderet ꝙ veram carnem aſſumpſiſſet non phantaſticam,nō cœleſtem non ſolum carnem ſed etiam carnem animatam:& hoc contra plures hęreticorum errores.Tertio vt daret nobis formā ſpiritualis cir

A cuncifionis.¶Ad cuius euidentiam eſt ſciendum ꝙ ſpiritualis circumciſio attenditur triplex ſecundū triplicem ſtatum.Aliter enim ſunt circūcidendi incipientes,aliter proficientes,aliter perfecti. Primo incipientes debent eſſe circumciſi ab incauta diuagatione ſenſuum tam interiorum q̄ exteriorum:vt nec ab interiori aliquid poſſit inſurgere,nec ab exteriori aliquid poſſit ſe ingerere,per quę mentis puritas maculetur.Cuius ratio eſt:quia ſenſus exteriores ſunt quidam ianitores cordis,& ideo niſi tales ſub debita cuſtodia iugiter cuſtodiantur:nequaq̄ poterit illibata mentis puritas cu-

Geñ.xxxiiij. ſtodiri.& hoc aperte figuratum eſt in Dina filia Iacob,quę cū egrederetur vt videret mulieres regionis illius,a Sychem filio Emor capta fuit & virginitatem ſuam amiſit.Dyna interpretatur iudiciū & ſignificat mentem vagabundam:quę a ſui ipſius cuſtodia egrediēs mulieres alienę regionis contēplatur:quia incante in rebus exterio

ribus delectatur:quę iuſto dei iudicio a Sychem opprimitur:quando ſua interna puritate violatur. nam Sychem interpretatur pondus vel labor:& ſignificat delectationẽ ſenſibilẽ quę mentẽ ſuo põdere ad ima deprimit:& facit in actibus brutalibus laborare. vnde iſtud diſpendiũ interioris puritatis quo vita ſpiritualis amittitur ex incauta euagatione ſenſuum exteriorũ: propheta conqueritur cũ dicit. Mors intrauit per feneſtras noſtras.hoc eſt per incautam euagationem ſenſuum exteriorum diſpendium meę puritatis interioris incucurri.quod ſi quis euitare voluerit:oportet ꝙ vigilanter oẽs ſenſus ſuos tam exteriores q̃ interiores ab euagationibus cohibeat & reſtringat.& propter iſtam duplicem cuſtodiam debitę circũſpectionis deuota anima in Canti.dicit bis. Ortus concluſus,propter geminam cuſtodiam ſenſuum iteriorum & exteriorum.& de neceſſitate huius circũciſionis ſcribitur Gẽ.xviij.Infans cuius pręputij caro circũciſa nõ fuerit,peribit de populo ſuo.Per prępucium quod eſt ſuperfluitas carnis,intelligitur vanitas & ſuperfluitas carnalis delectationis:quã ſi quis per diligentem ſenſuum ſuorum reſtrictionem a ſe non pręciderit:vtiq; peribit de populo ſuo,hoc eſt de collegio ſacro ciuium ſupernorum.❡Secundo proficientes debent eſſe circumciſi ab omni tepore & torpore ſiue tepiditate virtualis exercitij.nam proficientes dicuntur eo ꝙ in cõtinuo exercitio virtutis ꝓficiunt:& ideo feruor ipſorum debet eſſe circumciſus ab omni tepiditate & tarditate.quod ideo neceſſarium eſt:quia humana natura ex morbida infectione fomitis ſic eſt inclinata in actus carnalis laſciuię:vt q̃ primũ non aſtringitur per rationis dominium ad continuum virtutis exercitium:ſtatim in ea pullulant & ebulliunt inclinationes vicioſę,quę fructum virtuoſę operationis in nobis impediunt:& talis feruidus conatus vicioſis actibus reluctandi aperte figuratur in ipſo Dauid qui dicit.j.Reg.xvij.Leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus.Per leonem rugientem intelligitur pręceps motus iracundię. per vrſum mel inſequentem intelligitur motus carnalis laſciuię.quos quidem motus mens virtuoſa non ſolum debet reprimere ſed etiam funditus eneruare. quod tamen multum eſt difficile ſecundum legem communem, niſi fiat per magnam gratię affluentiam.& ideo abbas Ioachim dicit in collationibus patrum. Difficilius eſt de propria carne fomitem eradicare laſciuię,q̃ expellere immundos ſpiritus de corporibus alienis. Non ſolum autem conatus proficiendi debet eſſe circumciſus a tepiditate virtuoſę operationis: ſed etiam ab obliquitate inordinatę affectionis. Per inordinatam autem affectionem obliquatur quis a deo et a recta ratione quadrupliciter: aut per inordinatum

[Right margin notes:]
Hiere. ix.
Canti. iiij.
B
Nota de fomite.

amorem. aut per inordinatum timorem. aut per ineptam letitiam.
aut per inordinatam triſtitiam. propter quod homo ſic debet eſſe
circunciſus in ſua affectione, vt nihil diligat quod ſit contrarium di
uinę veritati: nihil timeat niſi ſolum illud per quod iram dei incur-
rat. & ꝙ de nihilo gaudeat, niſi quod in honorem diuinum redun-
dat, & ꝙ de nihilo triſtetur & doleat: niſi ſolum de hoc ꝙ diuinam
bonitatem offendit: & ꝙ ſe eius beneplacito in omnibus ſuis acti-
bus & deſiderijs iugiter non conformauit. vnde de talibus qui prę-
dicto modo circũciduntur, dicit Apoſtolus. Colloſ. ij. Circunciſi eſtis
non circũciſione manufacta, ſed in circũciſione Ieſu Chriſti. gloſſa.
Qui per ſuę gratię efficaciam vos non ſolum a vicijs ſed a vicioſis
inclinationibus depurauit: & iſta circũciſio ſpiritualis ſic eſt neceſſa
ria ad ſalutem: ꝙ de ea ſcribitur Ezech. xliiij. Incircũciſus corde nõ
C ingredietur ſanctuarium dei. ¶ Tertio perfecti & cõtẽplatiui debẽt
eſſe circũciſi ab omni deordinatione intellectualis operationis: quę
quidem deordinatio conſiſtit in tribus. Prima in nimia appetitione
ſingularitatis. ſecunda in nimia obſtinatione proprij ſenſus & volũ
tatis. tertia in nimia infectione ſyncerę charitatis. De prima patet.
nam nimius appetitus ſingularitatis in ſenſibus extraneis ſiue in
actibus vel exercitijs inuſitatis: deijcit hominem in triplicem defe-
Contra appetitũ ſingularitatis — ctum notabilem. Primus eſt ꝙ per hoc incurrit inanem iactantiam
& cordis elationem: quę maxime inſurgunt ex eo ꝙ homo vult eſſe
ſingularis in ſuis actibus & conceptibus alijs. Quod tamen dehor-
tatur Apoſtolus Ro. xj. Noli altum ſapere: ſed time. gloſſa. diſpen-
dium & iacturam quę exinde conſequitur. Secundus eſt quia per
hoc incurrit propriam complacentiam: quę maxime ex eo innaſci-
tur ꝙ homo in ſuis actibus & conceptibus vult apparere ſingularis
& iſti duo defectus tanto ſunt periculoſiores alijs defectibus corpo
ralibus: quanto magis ſe velant & abſcondunt ſub ſpecie ſyncerę ve
ritatis & ſingularis ſanctitatis. Tertius eſt ꝙ per hoc incurrit ſemi-
narium erroris & mentis effluentiam nam ſecundum Aug. Mate-
ria & ſeminarium omnis erroris eſt ꝙ homo appetat ſingularis ap-
parere in nouitatibus inſolitis: quę nihil aliud eſt q̃ prępſumptio noui
tatum. & ab hac dehortatur Apoſtolus cum dicit. Ro. xij. Non plus
ſapere q̃ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. vnde dicit gloſſa
Ille ſapit ad ſobrietatem qui ſolum illa inquirit quę ipſum ad ęternã
beatitudinẽ inducunt: perducũt: & dirigunt. De ſecundo patet. Nã
De periculis nimiæ obſtinationis. — nimia obſtinatio in ſenſu proprio deijcit hominem in triplicem de-
fectum. Primus eſt: quia per hoc incurrit verborum rixam & altera
tionem, ex qua frequenter pax cordis tollitur & fraterna dilectio mi
noratur. Secundus eſt: quia iſti per obſtinantiam ſui ſenſus adeo te-

mere & ptinaciter ſuis conceptibus innituntur,ꝙ ab aliis iſtrui vel pro ſuis defectibus argui dedignantur:iſti etiam ptinacius diuinis inſtinctibus reluctãtur:quæ omnia ex eo ꝓueniunt,ꝙ iſti de ſe pis tãtum pręſumunt:qa quidqd eis ꝓponi põt,vel per interiorem inſtinctum/vel p exteriorem inductionem,vel conſilium,totum hoc quaſi ſomnium vel deliramentum reputãt:& ideo nõ eſt mirum ſi iſti ex ſuę mentis obſtinatione i defectus varios dilabuntur.ꝓpterea dicit Berñ.ꝙ ꝓpria voluntas eſt ortus qui faciliter recipit ſeminarium omnis iniqtatis.Tertius eſt quia homo incurrit per hoc ſuorũ defectuum maiorem iuſtificationem.quod patet:qa obſtinatus in ſuo ſenſu minus poteſt p quęcunq; a ſuis defectibus retrahi:& ideo talis plus cæteris cõſtringitur ſuorum nexibus peccatorum.qd euidenter propheta oſtendit cum dicit.Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur,& ſicut zona qua ſemp pręcingitur.quaſi dicat:ꝙ homini obſtinato ſunt ſui defectus ita complantati,& per prauam cõſuetudinem ſic ſunt ſibi coaptati:ſicut veſtimentũ bene corpori coaptatum,quo homo quotidie operitur & iduitur:& ideo talis per obſtinationem ita idiſſolubiliter ſuis defectibus alligatur,ſicut zona ſiue chorda qua ſemp ꝑcingitur.Prędictos autem defectus nullus poterit melius euitare,q̃ ꝙ mite & humile cor gerat i ſeipſo:& ꝙ a quolibet gratanter vtilem inſtructionem ſuſtineat:ad quod hortaẜ Tobias ſuum filium ita dicẽs.Superbia & p̃ſumptio nunq̃ i tuo ſenſu dominẽtur. Tob.iiij.

¶De tertio patet.Nam ſynceritas diuini amoris gradatim ificitur & degeneratur tribus modis ſcd̃m Aug.Primo amor diuinus degenerat in affectuoſum.Secundo affectuoſus degenerat in obſequioſum.Tertio obſequioſus degenerat in familiarem. Primo dico ꝙ amor diuinus ſyncerus degenerat i affectuoſum:vt cum aliquis in vnum bonum virum afficitur propter charitatem & vtilitatem doctrinę & propter exempla bonæ vitæ,quibus mediantibus i diuinum amorem reducitur. Sed hæc affectio attendi poteſt vel reſpectu pſonę ad quam afficitur,vel reſpectu diuinę veritatis ex ea reducentis.Primo modo diuini amoris puritas p affectionem talem aliqualiter obumbratur,non autem ſecundo modo:quia non cadit affectio ſuper re humana/ſed potius diuina. Secũdo affectuoſus degenerat i obſequioſum,vt cum aliquis tãtum incipit afficiad aliquem·ꝙ libenter omnia operatur quę eius vtilitatem & commodum reſpiciunt:& i illo gradu plus inficitur & obumbratur puritas diuini amoris q̃ in primo,quia hic apparet maior affectio humana q̃ in primo,& maxime ſi hæc faciat cõtemplatione perſonę ad quã afficitur:non autem ratione diuini honoris & diuinę retributionis. Tertio/amor obſequioſus degenerat i familiarem,vt cum tãtũ cre-

D

Vide modos qbus degenerat amor diuinus.

ſcit affectio humana, ꝙ libenter cum amico familiariter loquitur & conſedet: & hoc i locis non tantum publicis/ſed etiam priuatis: & in iſto gradu ſumme periculoſe inficitur puritas diuini amoris: & ideo neceſſarium eſt cuilibet ꝙ iſte gradus a quolibet caueatur, ſi periculoſam infectionem diuini amoris voluerit euitare. teſte bea-
Nota peri to Augu. qui dicit in libro de ſingularitate clericorum. Crede mihi
cula nimię ego preſens loquor, ex familiaritate fœminarum multos vidi dele
familiarita ctos cedros libani: de quorum lapſu non magis dubitaui q̃ Am-
tis. broſij & Hieronymi. Vnde iſte gradus ſummopere eſt vitandus, cuius ratio eſt: quia iſte amor familiaris faciliter ſecundum beatum Augu. degenerat in carnalem: in quo non ſolum amor diuinus inficitur/ſed totaliter extinguitur. De hac circūciſione ſcribitur Hie-re. iiij. Circuncidimini domino & auferte pręputium cordium veſtrorum, viri Iuda & habitatores Hieruſalem. i quo innuitur ꝙ viri contemplatiui debent eſſe circunciſi in mente a noxijs cogitationibus, & in voluntate a prauis affectionibus: vt cor non effluat, nec per laſciuas cogitationes/nec per impudicas affectiones: & quicunq; a prędictis defectibus fuerit circūciſus, talis eſt idoneus vt ei nomen Ieſu ſalutiferum imponatur, ꝑ quod de ſua ſalute feliciter aſſecuratur, quod nobis concedat &c.

¶ Sermo Secundus de eodem,
Et in numero. xxxiiij.

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. In hac particula euangelij tangitur nominis eius impoſitio. Poteſt autem dici ꝙ huius nominis impoſitio redditur commendabilis
A a tribus ¶ Primo/quia iſtud nomen eſt a domino pri-
A trib' cō cipaliter nominatum, Eſa. lxij. Vocabitur tibi nomē no-
mēdabilis uum quod os domini nominauit. Secundo/quia eſt ab angelo vene-
eſt ipoſitio rabiliter nunciatum, Luc. j. Ecce concipies in vtero & paries filium
nois Ieſu. & vocabis nomen eius Ieſum. Tertio/quia eſt ab omī creatura ſimpliciter adoratum, Phil. ij. Donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu. i. huic nomini Ieſus omne genu flectať id eſt omnis poteſtas ſubijciatur, cœleſtium/id eſt angelorum, terreſtrium/id eſt hominum, & infernorum/id eſt ipſorum dæmonum: & hoc rationabiliter contingit. Ipſe enim impleuit cœlum, reparauit mundum/& ſpoliauit infernum: & ideo bene ſcribitur, Eſa. xlij. Mihi curuabitur omne genu & confitebitur omnis lingua. de hoc nomine etiam dicitur Eſa. ix. Vocabitur nomen eius ammirabilis/ conſiliarius/deus/fortis/pater futuri ſeculi/priceps pacis. Vbi ratio.

nabiliter dubitatur, quare Eſaias propheta egregius inter alia nomina ſublimia quæ de ipſo expſſit iſtud nomen benedictum Ieſus pretermiſerit. Ad quod reſpondet Bern̄. in ſermone hodiernę diei, ꝙ in nomine iſto Ieſus omnia alia nomina implicite continentur. In omnibus enim iſtis appellationibus, iſtud nomen inuenies expſſum quodammodo & effuſum. iuxta illud Cañ. j. Oleum effuſum nomen tuum. Si enim iſti nomini aliquid prędictorum defuiſſet, iuſte ſaluator ſiue Ieſus dici non poſſet: quod declarat ibidem per ſingula dicens. vt patebit. ¶ Sed ad literam vel allegoriam in illis ſex vocabulis Eſaiæ comprehenduntur ſex effectus ſalutares domini Ieſu. Vocabitur quippe nomen eius admirabilis in incarnatione. Nam ſecundum Bern̄. tria mirabilia fuerunt ſimul in eius incarnatione, ſcilicet deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanũ. Secundo vocatur conſiliarius in prędicatione, cum dedit doctrinã euangelicam, in qua non tm̃ dedit pręcepta qbus vita humana generaliter informatur: ſed conſilia quibus perfecti inſtruuntur. vnde dicit ipſa ſapientia, Prouer. viij. Ego in conſilio habito. Tertio vocatur deus in miraculorum operatiõe, Io. iij. Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo. & Lucę. iiij. Exibãt dæmonia clamantia, tu es filius dei. Quarto vocatur fortis in paſſiõe in qua bellauit contra diabolum & eum ſuperauit. Hiere. xx. Dominus mecum eſt tanq̃ bellator fortis. Quinto vocatur pater futuri ſeculi in reſurrectione, quia per ſuam reſurrectionem manifeſtauit nobis futurum ſeculum eſſe: & per ipſum adducta eſt immortalitas quæ erit in futuro ſeculo. Sexto vocatur princeps pacis in aſcenſione. Tunc enim fuit plena pax & reconciliatio, quando natura humana ſublimata eſt in dextera patris, & tunc tranſtulit nos in regnum filijluę dilectionis, Col. v. ¶ Sane hæc ſex vocabula hoc nomen Ieſus integrantia ad moralitatem conuertendo ſecundum intentionem gloſſę & Bernar. bene dicere poſſumus ꝙ hæc ſex vocabula important nobis ſex effectus ſalutiferos huius benedicti nominis Ieſus. Primus effectus attenditur in noſtra cõuerſione, quãdo de impio fit iuſtus, & hoc importat hoc nomen admirabilis. Nõ enim modica admiratio eſt in voluntatis noſtrę mutatione ſecundum Bernar. cum icipimus deſpicere quod amabamus, dolere vnde gaudebamus, & amplecti quod timebamus: & hoc inter mirabiles mutationes fecit deus dominus noſter, de piſcatore primum eccleſiæ paſtorem, de perſecutore magiſtrum gentium et doctorem, de publicano primum euangeliſtam, de latrone primum cœlicolã: ſic etiã mirabilis mutatio eſt de peccatore facere iuſtũ & ſctũ. Hæc mutatio dexterę excelſi, vt dicit̃ i p̃s. ibidẽ. Q̃ admirabile eſt

B

C

Sex effectus nois Ieſus.

nomen tuum in vniuerſa terra. Secundus effectus attenditur i noſtra bona conuerſatione, quod importat hoc nomen conſiliarius. Cuius nominis effectus tunc relucet ſecũdum gloſſam, quando de incompoſito & imprudente facit deus bene morigeratum & prudentem, dando conſilia bene viuendi: non ſolum p̃cepta, quare bene conſiliarius dicitur. p̃s. Cõſilium meum iuſtificationes tuę. Tertius effectus huius nominis attenditur in remiſſione peccatorum, quod importat hoc nomen deus: remittere em̃ peccata ſolius dei eſt. Mar. ij. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Quartus effectus attenditur in tentationum reluctatione, qđ importat hoc nomen fortis. Cum enim homo iuſtificatus eſt a deo per gratiam, tunc maxime tentatur a diabolo: & tũc virtute huius nominis de⁹, dat homini vires fortiter reſiſtendi. & hoc recognoſcens p̃s dicebat Quoniam in te eripiar a tentatione. in te/id eſt in nomie tuo qui fortis es. p̃s. Dominus fortis & potens, dominus potens i prelio. vnde in fortitudine huius nominis: prelium tentationis fit homini leue & dulce. quod figuratum eſt, Iudicum. ix. vbi dicit̃. De forti egreſſa eſt dulcedo, quia de forti reluctatione tentationis quę eſt virtute huius nominis, ſępe oritur dulcedo internę conſolationis. vnde dicit Grego. xxvj. Mor̃. Sanctorum mentes æternitatis pręmia pręſtolantes, vires ex tentationibus ſumunt: quia creſcente pugna glorioſiorem ſibi non ambigunt manere victoriam. Quintus effectus huius nominis attenditur in hæreditatis promiſſione, quod importat hoc nomen pater futuri ſeculi. Nam ſicut Adam fuit pater pręſentis ſeculi ſecundum generationem carnalem, ſic Ieſus fuit pater futuri ſeculi ſecũdum generationem ſpiritualem: & hoc eſt quod dicit Apoſtolus. j. Corꝫ. xv. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. ꝓpter quod digne cõuenit iſti puero hodie Ieſus nominato, promiſſio & donatio æternę hęreditatis quę eſt i futuro ſeculo, cuius ipſe eſt pater. Et hoc bene conuenit ei

D

Triplici iure cõuenit Ieſu ęterna hęreditas.

triplici iure. ¶ Primo quidem iure naturalis dominij, quia eſt verus hęres & naturalis filius dei patris: & ideo ſibi competit hęreditatẽ paternam poſſidere & cui voluerit erogare. Secundo iure triũphalis ſtipendij, quia eſt triumphator victorioſus, qui ſecũdum Apoſtolum ipſum tyrannum qui habebat mortis imperium ſuperauit/et hominem de eius potentia liberauit. Tertio iure ſingularis priuilegij, quia iſte puer virtute hypoſtaticę vnionis vſq; ad gloriã paternę maieſtatis conſcendit. vt ſcribitur Dañ. vij. & ideo data eſt ei gloria regnum & honor, & omnes populi tribus & linguæ ſeruient ei. de hac poteſtate ipſemet gloriatur, Matth. vlti. Data eſt enim mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. vnde ipſe inuitat nos filios ſuos.

ad huiuſmodi hæreditatem aſſequendam per pſ.dicens. Venite fi-lij audite me,timorem domini docebo vos:quo ſcilicet timore hæ-reditatem veſtram aſſequimini.ipſe eſt enim initium ſapientiæ/et ſicut Paradiſus benedictionis.vt dicitur Eccl.iiij.Ad cuius hæredi-taris aſſecutionem ipſe docet nos in euangelio p̄ſens ſeculum con-temnere,& ad futurum ſeculum vbi hęreditas noſtra eſt ſemp ten-dere.Ioan.xij.Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitã ęter-nam cuſtodit eam.& hoc etiam ipſe docuit,Ioan.xvj.dicens. Ego relinquo mundum & vado ad patrem.Sextus effectus huius nomi nis Ieſus attenditur in beata fruitione,quod importat hoc nomen princeps pacis:& hic effectus relucebit quãdo ipſe Ieſus introducet nos in Hieruſalem cœleſtem.vt dicit gloſſa.vbi faciem maieſtatis nobis offeret,nos omnino reconciliando ſibi & angelis & homini-bus:& hoc erit cum tradiderit regnum deo & patri/id eſt cum per-duxerit credentes ad contemplationem dei patris,vbi eſt ſumma pax & requies ſempiterna ſcdm Aug.ſuper eodem verbo Apoſto-li.j.Cor.xv.Quam pacem & requiem nobis donare dignetur &c.

¶De Epiphania dñi Sermo.I.
Et in numero.XXXV.

VBi eſt qui nat⁹ eſt/&c.Math.ij.¶In verbis iſtis Magi quatuor de Chriſto confitentur. Primo recentem nati-uitatem cum dicunt. Vbi eſt qui natus eſt.Secũdo ſub-limem authoritatem:ideo dicunt rex Iudęorum. Ter-tio prodigij nouitatem.ideo dicunt. Vidimus ſtellã ei⁹ in oriente.Quarto promptam obſequendi voluntatem.ideo dicũt. Et venimus adorare eum.vnde dicit Augu.O beati Magi qui ante conſpectum crudeliſſimi regis priuſq̃ Chriſtum agnoſceretent,Chri ſti facti ſunt confeſſores.Omiſſis cæteris ſolum de primo agemus, cum dicitur.Vbi eſt qui natus eſt:vbi tria conſideranda occurrunt. Primum,qui verbum iſtud dixerũt,qa Magi:ſecũdo,quibus dictũ fuit,qa Iudęis:tertio,de quo dictum fuit,quia de Chriſto. Si primũ conſiderare voluerimus,inuenimus in eis multa commendanda:ſi ſecundum,inuenimus multa vituperanda:ſi tertium,multa admirã da.Quantum ad primum in Magis ſunt ſex commendãda:fuerũt enim corde veraciter credentes,ore veritatem veraciter ↄfitentes & confidenter p̄dicantes,ſua largiter conferentes,conſilio acqeſcẽ-tes,ſpiritu feruentes,& humilitatem in omnibus obſeruantes. Iſti ſunt ſex gradus quibus aſcenditur ad thronum Salomonis.iij Re-gum.x.per iſtos ſex gradus oportet nos aſcendere,ſi ad thronum veri Salomonis id eſt Chriſti volumus aſcendere. Primo oportet vt homo firmiter credat.Hebræ.xj.Oportet accedentem credere.

A

Sex cõmẽdãda ĩ magis.

Ibidem.Sine fide impoſſibile eſt&c. Iſti reges firmiter credebant,
ꝙ ſi non crediſſent,nunq̄ de tam remotis partibus aduenîſſent,
&fidem ſuam myſticis muneribus proteſtati fuiſſent,ſcilicet auro
regem,thure deum,myrrha mortalem. Secundo oportet vt homo
fidem ſuam quam tenet corde,confiteatur ore.Non enī ſufficit ad
ſalutem ꝙ homo credat corde:niſi tempore neceſſitatis fidem ſuā
confiteatur ore.Roma.x.Corde creditur &c.Gloſſa.Ibi veritas cre
denda eſt & loquenda,ſed pauci ſunt tales.Iſti reges fidem ſuā ore
profeſſi ſunt & forte tamen bene ſciebant ꝙ hoc Herodi regi de-
beret diſplicere.Vbi eſt inquiunt,qui natus eſt rex iudęorū:ſic etiā
martyres inter tormenta imminentia fidem quam corde tenebant
ore confeſſi ſunt.& ſubiungit gloſ. Pene omnes qui Chriſtum co-
ram perſecutoribus negauerunt,perierunt,niſi illi qui pœnitentia
reuixerunt:vt Petrus.Tertio requiritur bona operatio. Vnde Ia-
co.ij.Quid proderit ſi fidem quis dicat ſe habere:opera autem nō
habeat:nunquid fides poteſt ſaluare eum?& ſubiungit: Fides ſi nō
habet opera mortua eſt.gloſſa.fides verbotenus ſeruata nō ſaluat,
tales habent fidem dæmonum qui cōfitentur ſe noſſe deum,factis
Tit.j. autem negant.Non ſic iſti reges qui munera precioſa obtulerunt,
aurum propter paupertatem,thus contra ſtabuli fœditatem,myr-
rham contra carnis putrefactionem.Ecce opera dei,opera pietatis
.j.Timo. Pietas enim ad omnia valet promiſſionem habens &c.De operibꝰ
iiij. deniq; pietatis & miſericordię diſcutiet dominus ſpecialiter in iu-
dicio.Quarto requiritur vt homo conſilio bonorum & ſapientum
acquieſcat.ideo dicitur Tobiæ.iij.Conſilium a ſapiente ſemꝑ per-
Matthei. quire.Non ſic fecerunt Iudęi & Phariſęi qui conſilium inierunt cū
xxij. Herodianis.Et nota ꝙ non ſufficit ꝙ homo conſilium a ſapiente
perquirat,niſi ipſius conſilio acquieſcat.exemplum de Roboam.iij
Regum.xij.Iſti reges licet eſſent valde ſapientes,tamen conſilium
requirebant,dicentes:Vbi eſt qui natus eſt &c.Quintus gradus eſt
vt homo in bonis operibus ferueat,quia dicitur Hiere.xlviij.Male
dictus homo qui facit opus dei negligenter.& Apocal.iij. Vtinam
frigidus eſſes aut calidus:ſed quia tepidus es,incipiam te euome-
re.id eſt de conſortio ſanctorum remouere,excommunicando in-
tellige.de ore meo/id eſt per prædicantes,in quibus loquitur dicit
gloſ.oportet vt homo in operibus bonis deo ſeruiens non ſit tor-
pens & remiſſus ſed feruens.Rom.xii. Spiritu feruentes,domino
ſeruientes&c.Tepiditas multa mala facit,vomitum prouocat,fi-
duciam temptādi diabolo pręſtat,hominem īfirmum reddit & de-
bilem Iſti reges non fuerunt tepidi ſed feruentes,in principio,in
medio,& in fine.vnde hic.Vbi eſt qui natus eſt. Sextus & vltimus

gradus eſt vt homo cum ad perfectum venerit,in omnibus humili tatem teneat:ſecũdum illud Lucę.xvij. Cum omnia feceritis &c.& Gre. Qui ſine humilitate virtutes congregat,quaſi qui puluerem in ventum portat.humilitas enim eſt cuſtos aliarum virtutum,et eſt viris perfectis maxime neceſſaria.vnde verſus. Cum bene pugnabis &c.vnde gloſſa ſuper epiſtolam ad Ro.j. Superbia natione cœleſtis ſublimium mentes inhabitat.ſi ergo vis ad cœlum aſcendere,ſuperbiam caue,& in humilitate te tene,ſcdm illud Matth. Niſi conuerſi fueritis &c.Iſti reges humiles fuerunt:vnde hic dicit ꝙ procidentes adorauerũt.gloſ.Ecce ſignum humilitatis ſine qua nullus vere adorat. Matthęi. xviij. B ¶Quantum ad ſecundum,ſcilicet Iudęis quibus dictum fuit verbum iſtud,multa inueniuntur vituperãda. Fuerunt eñi infideles,Chriſto non credentes,veritatem impugnantes, mala opera facientes,conſilio ſano non acquieſcentes,in malo ferventes,& tamẽ ſuperbientes:& iſti ſunt ſex gradus ꝑ quos ipſi deſcenderunt in infernum. ¶Quantum ad tertium,ſ. Chriſto de quo dictum fuit verbum iſtud,inueniuntur multa ammiranda.& ideo recte vocatus eſt admirabilis. Tria eñi mirabilia fecit dñs ſicut dicit Berñ.ꝙ deus homo,mater virgo,quod cor humanũ fidele. vnde Auguſtinus ad Ioſeph. Ille deus qui ſcripſit mirabilia i lege ſua: ipſe fecit mirabilia in coniuge tua. Quæ autem ſunt mirabilia niſi quę hominibus ſunt impoſſibilia.ſequitur:Qui produxit panem in æremo ſine aratione,ipſe imprægnauit virginem ſine corruptiõe: & qui fecit virgam ſine folio germinare,ipſe fecit filiam Dauid ſine virili ſemine generare &c.

¶Ad idem Sermo Secundus.
Et in numero.XXXVI.

VIdẽtes ſtellam Magi gauiſi ſunt gaudio magno valde, & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius,Matth.ij. ¶In iſtis verbis tria de inuentione pueri tanguntur,ſcilicet a quibus ſit inuentus,per qd ſit inuentus,vbi ſit inuentus. A quibus ſit ĩuentus,qa a Magis:per quid,quia ꝑ ſtellam:vbi quia i domo. Si ergo cupis hũc puerum inuenire oportet vt hæc tria habeas. ¶Primo,vt ſis Magus,id eſt ſapiens.dicuntur enim hi tres fuiſſe reges & ſapientes,in ſignum ꝙ oportet te eſſe ſapientem regem,ſi hunc puerum vis inuenire. Vita enim hominis comparatur regno,in quo conſtituit dominus tria regno neceſſaria:ſcilicet regem regnum regentem:conſiliarium conſilia tribuentem,ſeruos regi ſeruientes. Rex autem huius regni eſt ipſa voluntas ſiue liberum arbitrium,quod ꝑ tanto dicit liberũ:qa ab omni coactiõe liberum eſt.dicitur autẽ voluntas A Tria ad inuẽtionem pueri Ieſu neceſſaria

rex in hoc regno:quia ſicut ad regem pertinet omnia diſponere in
regno & ei omnia ſunt ſubdita: ſic ipſi volūtati oia ſūt ſubdita quę
ſunt in vita hominis ſenſus & omnes vires. Aug. de gratia & libe-
ro arbitrio. Voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens. vnde ip
ſa ſola eſt libera & domina ſui actus ſecundum eundem, reliquę au
tem potentię non habent dominium ſupra ſuos actus niſi inquan
tum voluntati iunguntur. vnde etiam ipſa ſecundum Aug. eſt qua
peccatur & recte viuitur. Conſiliarius huius regis eſt ipſa ratio quę
quandoq; aſpicit ſuperiora & cōſulit leges ęternas:& per hunc aſpe-
ctum illuminatur & confortatur ſecundum Aug. & ſecundum hoc
bona conſilia tribuit ipſi volūtati, & hęc vocatur ſuperior portio ra-
tionis. Quādoq; etiam eadem ratio aſpicit ad iſta inferiora:& per
conuerſionem ad inferiora emollitur & excęcatur, & ſecūdum hoc
damnoſa conſilia tribuit voluntati, & hęc vocatur inferior portio
rationis. Tertio in huiuſmodi regno ſunt quinq; ſenſus ſeu ſenſuali-
tates, quorum ſeruitio in bene viuendo non poteſt homo carere. ſi-
cut ergo peccatum conſummatum fuit in primis parentibus: ſic ad
huc ſecundū Aug. cōſummatur in quolibet homine peccante. Ser-
pens ſuaſit:mulier comedit:vir conſenſit:ſic ſenſualitas ſuadet por
tioni inferiori:quia ſecundum philoſophū in de anima. Nihil eſt in
intellectu:niſi prius fuerit in ſenſu. Tunc vlterius inferior portio of
fert ſuperiori portioni:ſi tunc ſuperior portio conſentit vel non co-
hibet vel non refrenat, peccatū cōmittitur:& ſibi imputatur. Si ergo
cupis Ieſum inuenire:oportet te eſſe ſapientem regem ſcilicet vt fa
miliam tuam bene regas:id eſt ſenſus tuos bene cuſtodias. Quali-
ter hoc faciendū ſit dicitur Eccl. xxxiij. Panis & diſciplina & opus
ſeruo. panis neceſſitatis:diſciplina correptionis:& opus continui la
boris:quod ſi non feceris, ſeruus importunus erit tibi:ſicut dicitur
Prouer. xxix. Qui delicate ab infantia nutrit ſeruum ſuum: poſtea
ſentiet eum contumacem. expone ad propoſitum. Item oportet te
Tob. iij. a conſiliario ſapiente conſilium quęrere:ſicut monet Tob. Sem-
per conſilium a ſapiente perquire. ſcilicet ab ipſa ſuperiore portio-
ne, qui conſulit ſecundum leges ęternas:quod ſi nō feceris, a regno
ſicut Roboam eijcieris: qui ſicut legitur. iij. Reg. xij. dimiſſo conſi-
lio ſenum & ſapientum, fecit conſilium iuuenum qui ſecum nutriti
fuerāt, & ideo de regno eiectus eſt. expone ad propoſitum:quia ſic
B exponit gloſſa. ¶ Secūdo tāgitur in verbo propoſito per quid puer
Stella gra- iſte inueniatur. Inuenitur enim ſpiritualiter ſtella:id eſt gratia prę-
tiā figurat eunte & ducatū prębente. quod autem per hanc ſtellam figuretur gratia
quę neceſ- dicit Leo in ſermone. Sequuntur tres viri ſuperni luminis ducatū
ſaria eſt ad & pręuij fulgoris indicium:& ad agnitionem veritatis gratię ſplen-

dore ducũtur. De hac ſtella dicit Fulgẽtius ꝙ differebat ab alijs ſtel inuenien-
lis in quatuor,ſcilicet in creatione:quia de nouo creata fuit,vt nouũ dum pue-
hominem nunciaret:ſed aliȩ ſtellȩ createȩ ſunt in principio creatio- rũ Ieſuni.
nis.ps. In lumine tuo ſcilicet ſtellȩ,videbimus lumen:id eſt Chriſtũ.
Item in ſitu:quia erat vicina terrȩ. Item in motu : quia omnes aliȩ
ſtellȩ mouentur motu naturali ab Oriente in Occidentem:hȩc aũt
ab Oriente in meridẽ ſecundum ſitum terrarum de quibus venie-
bant & ad quas tendebant. Propter has quatuor cõditiones per hãc
ſtellam gratia ſignificatur. ❡Primo ratione creationis:quia licet ſe C
cũdum ſententiam magiſtrorum,abſq; dono increato,quod eſt ſpi-
ritusſanctus,impoſſibile ſit animã placere deo:tamẽ quia actus gra
tiȩ eſt animam informare & deo aſſimilare.iſta autem dicunt formã
deus autem nullius eſt forma,ideo vltra donum increatum neceſſe
eſt ponere aliquod donum creatum quod animam informet: ſicut
igitur illa ſtella de nouo fuit creata:ſic de nouo creatur gratia in ani
ma:quȩ eſt cuſtos animȩ contra diabolum. Secundo ratione ſitus:
ſicut hȩc ſtella fuit terrȩ vicina,ſic & gratia humiliat & deprimit ani Eccl.iij.
mam Sap. Quanto maior es:humilia te in omnibus.& Iaco. Deus Iaco.iiij.
ſuperbis reſiſtit:humilibus autem dat gratiam. Quia ergo beata
Virgo prȩ alijs ſe humiliauit:prȩ omnibus inuenire gratiam meruit
ſecundum illud. Multȩ filiȩ cõgregauerunt diuitias &c. Superbi au Prouerb.
tem hanc gratiam habere non poſſunt:& ſi haberent:per ſuperbiã vltimo.
amitterent. Eccl.xx. Gratiȩ fatuorum effundentur. Tertio ratione
motus. Illa enim ſtella mouebatur:imo reges per ipſam moueban
tur:ſic ipſa gratia non facit pigreſcere ipſam animam in commodo
carnis ſed mouet eã ad opera meritoria. vnde ſuper illo verbo Lu-
cȩ. Exurgẽs maria cũ feſtinatiõe,dicit Ambroſius,quo iret iam ple
na niſi ad montana:neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia. Et
Greg. Amor dei nunq̃ eſt ocioſus. nunc laborat in vita actiua,nunc
in vita contemplatiua. qui autem ſic non mouentur: ſignum eſt ꝙ
gratiam dei non habent. Quarto ratione fulgoris : quia lucebat in
die cum aliȩ ſtellȩ luceant in nocte. ſic gratia illuminat cor fidelium
& bonorum hominum. Homo enim nunq̃ ſeipſum cognoſceret ni
ſi hoc lumine illuſtraretur. vnde Greg. Quanto quis ſe minus videt
tanto minus ſibi diſplicet,& quanto maioris gratiȩ lumen recipit:
tanto ſe reprȩhenſibiliorem eſſe cognoſcit. Hȩc enim ſtella non ſo-
lum lucet in die ſed etiam in nocte. quia quanto magis homo per
gratiam illuſtratur,tantomagis defectus ſcrutatur. ❡Tertio tangi-
tur in verbo propoſito vbi puer iſte inueniatur,inuenerũt enim eũ
Magi in domo cũ Maria matre eius. Inuenitur enim a deuotis inte
rius in domo deuoti cordis. vnde Luc.xvii. Regnũ cœlorum intra

vos eſt. Tria dicuntur de iſtis ſcilicet, domū intrauerunt, puerū adorauerunt, & munera obtulerunt: ſic & tu intra domū cordis/ deuotiōe mentis: adora eum orationibus ſibi debitis: offer ei munera triplicis virtutis. de quibus habes in ſermone ſequenti &c.

¶ Ad idem Sermo. iij.
Et in numero. xxxvij.

INtrantes domum inuenerūt puerum cū Maria matre eius &c. vſq; myrrham. In textu huius particulę euangelij pro morali noſtra inſtructione tanguntur tria. Primo vbi puer Ieſus verbū ęternū a mente deuota inueniatur: quia in domo. vnde dicitur. Intrantes domum inuenerunt puerum. Secundo qualiter inueniatur: quia non niſi cum Maria. vnde dicitur, cū Maria matre eius. Tertio quomodo inuentus tractetur: quia eſt venerandus, adorandus, myſticis muneribus oppignerandus. vnde ſubditur. Et pro-

A cidentes &c. ¶ Quātū ad primū notandum ꝙ quęrentes puerū Ieſum verbum ęternū nuſq̄ proximius eū inueniunt q̄ i domo. vnde aperte hic dicitur ꝙ Magi intrantes domū inuenerunt puerū: prius quidem per longū iter veniētes non inuenerunt: ſed intrātes domū inuenerūt. Domus illa ſpiritualis eſt ſerena cōſcientia charitate cōſtrata. Circa qđ ē ſciēdū ꝙ q̄diu mēs p euagationē nimiā rerū exteriorū diſtrahitur vel in creaturis delectatur, tādiu in domū .i. in quietē ſuę conſcientię intrare non permittitur: & vtrūq; obſtaculū tollit amoris diuinę ſuauitas: quod pulchre docet Rich. iiij. de contemplatione dicēs. Cogita quid ſit in vita tua quod arctius deſpexiſti, anxius concupiſti: quod te iocundius afficiebat, cęteriſq; omnibus profundius delectabat. Conſidera ergo ſi eandem affectionis violentiā dilectioniſq; abundantiā ſentis quando in ſummi dilectoris deſiderium inardeſcis: & quando in eius dilectiōe requieſcis. & infra. Cum dubium ſit ꝙ illum intimum affectionis tuę ſinum, necdum teneas: ſi intimę dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat q̄ in terrenis affectibus penetrare ſolebat. ſed ſi tantam vel forte maiorem dilectionis violentiam in intimis tuis circa diuina perſenſeris q̄ vnq̄ alias experta fueris: vide adhuc ſi aliquid ſit in quo forte delectari vel conſolari poſſis. Certe q̄diu poſſumus ex aliena quacūq; re conſolationē vel iocunditatem recipere: nōdū audes dicere dilectū noſtrum intimū amoris ſinū tenere. Et quia animā intrare in domū proprię cōſcientię eſt eā intrare in ſeipſam, ideo cōſiderandū eſt qualiter mens intrare debeat ad ſeipſam: hoc aūt docet idē Rich. ibidē dicēs: ꝙ aīam ad ſeipſam itrare eſt ſe totā colligere in ſe & exteriorū oim obliuiſci, & in dei ſolius

Dom⁹ ſpiritualis pueri Ieſu eſt ſerena cōſcientia

dilectiōe ſumme & intime delectari.quod bñ experimēto nouerat
ille qui dicit Sap̄.vij. Intrans in domū meā cōquieſcā cū ea.i.cū diui
na p̄ſentia:q̄ ſicut lux meridiana clara eſt.q.d. Ita lucet menti p̄ſentia
diuina:ſicut ipſi diei lux meridiana. Poſtq̄ aūt mēs deuota ſic ſecre
tū & intimū cōſcientię ſuę introierit:tūc ꝓculdubio ibi inueniet pue
rū Ieſum:id eſt verbū incarnatū. ¶ Quātū ad ſc'dm qualiter iuenia B
tur,q a cū Maria matre ei⁹.poſtq̄ ei mēs deuota ſic domū cōſcientię
ſuę introierit:tūc ꝓculdubio ibi inueniet puerū Ieſum cū Maria ma
tre ei⁹.i.cū mētis puritate & diuini amoris immēſitate:quę ideo ma
ter verbi dicitur:quia ipſum in puris mētibus gignit:quę etiā ipm
verbū ad hoc mouit vt ꝓ nobis carnē ſumeret:& nos ſui corporis ali
mēto ſatiaret:& ſeipſum nobis in ęternitatis pabulū exhiberet. Ibi
em̄ in mētis cubiculo.i.in intimo ſinu cōſciētię purę inuenitur Ieſus
qui eſt panis ęternę felicitatis:& fons dulcoris diuinę ſuauitatis:cu-
ius quidē ſi mens rationalis modicā ſtillā deguſtauerit:omnē ſitim
trāſitorię delectatiōis funditus excludit: quia dicit Chryſo. Vere in
rebus creatis nihil valet appetere:qui nectar cœleſte ſemel perfecte
guſtauerit. Et nota ꝙ bene puer Ieſus inuenitur cum Maria matre
eius:quia ſalus internę dulcedinis & cōſolationis ſemper eſt cum lu
mine ſupernaturalis cognitionis: Ieſus enim ſalus, Maria illumina-
tio interpretatur. Bene autem iſte Ieſus dicitur puer: quia dulcedo
ſpiritualis ſemper pura eſt,ſecus carnalis. Sicut ergo ſępe ſimul in
ſcriptura inueniuntur Ieſus & Maria,ſic hęc duo cognitio ſuperna
turalis & dulcor ſpiritualis ſemp ſeſe cōſequūtur & ſunt ſibi inuicē
cauſa:ita ꝙ aliqñ ex cognitiōe cauſat̃ delectatio,aliqñ econuerſo:ſi-
cut etiā Maria eſt cauſa Ieſu quia mater:Ieſus vero eſt cauſa Marię
quia creator,& ideo in ſcriptura vbi ſimul ponunt̃ hęc duo cogni-
tio & delectatio:qñq; p̄mittit̃ vnū:qñq; aliud.vñ ps.i vno loco dicit
Memor fui dei:& delectatus ſum. vbi p̄mittit memorationē q̄ eſt q̄-
dā cognitio:& poſt ponit,delectat⁹ ſum.i alio aūt loco facit ecōuerſo
vbi dicit,Guſtate & videte &c.vñ dicit Rich.v.li.de cōtempl. c.xl.
Sicut ex nimio deuotiōis feruore quis meret̃ venire ad ſummę ve- C
ritatis cōtē plationē,ſic ex mirāda quadā atq; ſtupēda veritatis cōtē
platiōe inflāmat̃ ad ſummā deuotionē. ¶ Quātū ad tertiū qūo cir-
ca puerū mēs ſe habere debeat,qđ notat̃ cū ſubdit̃:& ꝓcidētes. In q a Magis
bus verbis apparet ꝙ Magi iſti puero triplicē reuerētiā impēdebāt. Chriſto i-
Prio ipm venerabātur toti⁹ corpis ꝓſtratiōe. venerabant̃ i puero ve penſa a no
rā diuinitatē,quę eſt ab oib⁹ venerāda tāq̄ principiū noſtrę creatio- bis eidem
nis,& mediū noſtrę ſaluatiōis,& finis noſtrę beatificationis. Secūdo ſpirituali-
ipſum adorabāt tota mentis deuotione,& ideo ſubditur,& adoraue ter impen
runt eū. Hoc ei tributū deus ab omni creatura requirit vt adoretur: denda.

Inuenitur puer Ieſuſ cū Maria hoc eſt cū mētis puritate & dei amore

Triplex reue: en:ia

etiam in homine aſſumpto tanq̃ verus deus. Tertio ipſum honorabant munerum largitione,& ideo annectitur. Obtulerunt ei munera &c. Ex quo patet ꝙ ſibi impendebant oia quæ habebant,qa ipſum corpus in humili proſtratione,ipſam animam i pia deuotione & adoratione,& res tẽporales in munerum largitione. Ex quo facto & nos ſpiritualiter docemur,ꝙ oĩa quæ accepimus a deo, in eius honorem & reuerentiam impendamus. Debet ergo mens deuota primo ante puerum Ieſum humiliter ꝓcidere ſeipſam pro nihilo reputãdo,& ſeipſam totam ei ſubſternẽdo:eo ꝙ omnia ſub pedibus hois ſubiecit,& ſeipſum ꝑpter hominem dignificandum exinaniuit/formam ſerui accipiẽs,& ſeipm̃ homini in p̃mium ęternæ beatitudinis repromiſit. De ſecundo mens deuota hũc puerũ tanq̃ verum deum ſuum adorare,& ꝓ omnibus donis a deo acceptis i deuotas gratiarum actiones ſemetipſam reſoluere debet:qđ aperte figuratum eſt Apoc.v.vbi quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt i facies ſuas,mittentes coronas ſuas ante thronum domini dei ſui.nam ſcđm Grego. Nihil aliud eſt coronas ſuas ante thronum domini mittere,niſi de omnibus donis pceptis deo laudes deuotiſſimas & gratiarum intimas actiones exoluere. Vel aliter poteſt dici ſcđm Rich.ꝙ mentem in terram ꝓcidere eſt ex nouitate viſionis/& ex magnitudine admirationis mentem cõtemplatiuam i ſui ipſius defectum incidere. Exemplum i regina Sa
iij. Reg.x. ba,quæ vidẽs omnem ſapientiam Salomonis nõ habebat ſpiritum Quod verbum ꝑtractans Rich.v.de cõtemplatione dicit ſic. Ecce qualia & quãta aiæ deuotę dãtur ex reuelatione diuina cognoſcere, ppende q̃ magna/attẽde q̃ mirãda prius diuinitus cognouerit:quæ
D pręadmiratiõis magnitudie ad ſpiritu ſui defectum venit. ¶ De-
Quid ſit bet tertio mẽs deuota puero Ieſu munera ſpiritualia offerre,videli
myſtice of cet aurũ puritatis & inocentię/thus hũilitatis & obediẽtiæ/myrrhã
ferre aurũ caſtitatis & cõtinentię. Primũ patet:nã ſicut aurũ cor lętificat,ita pu
thus/et ritas inocentię mẽtem in cõtinua lętitia & gaudio cõſeruat. vñ dicit
myrrham Origenes. Hoc habet felicitatis vera in pfectis inocentia,ꝙ remorſum mortiferũ nunq̃ ſentit:qa peccatum mortale(qđ eſt mors aiæ) nũq̃ admiſit.& ideo dicit Prouer.xv. Secura mẽs quaſi iuge ꝯuiuiũ. Hoc aurũ creſcit i terra Euilath(q̃ interp̃taꝛ dolẽs)qa inocẽtia cõſeruari nõ põt,niſi mẽs ſumme doleat:ꝙ vnq̃ aliqua iordinata ꝯcupiſcẽtia ipam ꝯtingat. Aurũ etiã illius terrę optimũ eſt:qa p innocẽtiã angelis aſſociamur,& lumẽ diuinũ puriſſime ꝯtẽplamur. Scđm pʒ: nã ſicut thus reſtrigit fluxũ capitis,ita hũilis obediẽtia reſtrigit fluxũ ꝓprię volũtatis:vt volũtas ꝯtra diuinũ pceptũ nũq̃ effrenate moueaꝛ:ſʒ ſemp ad obſeruãtiã ꝯſilioꝝ & diuinaꝝ monitionũ delectabili

ter inclinetur nō ſolū in ſeipſa:ſed in omnibus alijs inferioribus,quarum ipſa motiua exiſtit. vnde ſicut nona ſphęra ſuo motu rapit ſecū omnes ſphęras inferiores:ſic voluntas omnes potentias inferiores iugiter mouere debet ad diuinę voluntatis beneplacitū obſeruandum.& in huius figura ſcribitur Leui.ij. Sacerdos adolebat totum thus domino:quia tota voluntas cum omnibus ſuis motibus debet domino cōſecrari. Tertium patet. Per caſtitatem enim & cōtinentiā homo vitā terrenam abijcit & cœleſtē aſſumit. vnde ſicut cœlū continue mouetur circa terrā:& tamen nunq̄ terram contingit,ſic mentes caſtę & cōtinentes licet circa carnē & terrena verſentur quantum ad inhabitationē & neceſſariam vitę ſuſtentationem: carnem tamen & terrena nunq̄ debent contingere per conſenſum & delectationem:vt ſic non in terra ſed in cœlo:non in carne ſed in ſpiritu:moueri videantur:tunc enim veraciter poſſunt dicere cum Apoſtolo Phil.iij. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt &c.

¶De ſancto Paulo primo ęremita.
Sermo.j.& in numero.xxxviij.

Expulit eum ſpiritus in deſertum. Mar.j. Verba iſta ad litteram ſcripta ſunt de Ieſu ſaluatore noſtro:iſto tempore videlicet ſtatim poſt baptiſmum ęremum adeunte:& poſſunt traſſumptiue accipi de ſancto Paulo primo ęremita exēplo Chriſti quo ad hoc primario ſectatore.¶Ad cuius intelligentiam primo tres occurrunt dubitationes. Prima eſt A
quare Chriſtus exiuit in deſertum,cum humana cohabitatio nullū impedimentum ſuę ſanctitati pręſtare potuit: propter hoc eñ Io. bap. legitur petiſſe deſertum,ne cui ſaltem maculare vitam faminę poſſet:quod in Chriſto locum habere non potuit. Ad quod dicendum q̄ quia Chriſtus omnia ad noſtram doctrinam operabatur & ſuſtinebat,ſicut non propter ſe ſed propter nos baptiſari voluit,vt videlicet nobis ſanctificaret aquas:ſic nō propter ſe ſed propter nos ęremū adijt: vt videlicet ſuis perfectis imitatoribus vitam ęremiticam conſecraret,inſtruens nos nihilominus ſecundum Chryſo. vt vnuſquiſq; baptiſatorum relictis mundi illecebris & ſocietate prauorum:diuinis per omnia debeat ſeruire mandatis.& hoc repręſentant quidam fideles deuoti tempore iſto ieiunium obſeruantes: & per hoc ſe Chriſto velut in deſerto configurantes. Secunda quęſtio eſt. Cum expulſio violentiam quandam importat Chriſtus autem cuncta quę fuerant noſtrę ſalutis voluntarie fecerit & ſuſtinuerit: quare euangeliſta non dicit eum ſimpliciter euntem ſed expulſum in deſertum. Reſponſio ſecundum Chryſo. Ideo dicit eum expulſum in deſertum:vt intelligas hoc fieri iuxta diſpoſitiōis diuinę ver

bum:per quod etiam innuit ne homo ſeipſum in tentationem in-
gerat: ſed aliunde in tentationem quaſi expulſos victores exiſte-
B re. ¶ Tertia queſtio eſt: quis ſpiritus Paulum expulerit in deſertũ.
de Chriſto enim planum eſt q ſpiriſſanctus: vt patet ex ſerie litere
Luce.iiij. qui cum premiſiſſet q Ieſus plenus ſpiritu ſancto regreſ
ſus eſt a Iordane: ſtatim intulit: & agebatur a ſpiritu in deſertũ. De
Paulo autem hoc nõ videtur cum ipſe potius metu hominum vel
humano: vtpote declinans certamen pro fide: ſeceſſerit in deſertũ:
vt patet ex legenda ſua. Ad quod dicendum q licet ipſe puer exi-
ſtens primitus metu mortis quaſi expelleretur de ſua ciuitate vt
ſic ad eremum fugeret, illud tamen nulli dubium q etiam hoc age
batur in ipſo a ſpiritu ſancto: cuius occulta diſpoſitione nõ caſu hoc
creditur accidiſſe q ſic fugeret: vt ſic de ipſo vere dicatur. Q uia ex
pulit eum ſpiritus in deſertum. In quibus quidem verbis tum pro
beati Pauli commendatione: tum pro deuotarum mentiũ poſt Chri
ſtum cum Paulo in deſertum ſaltem ſpiritualiter exire volentium
inſtructione aſſumptis, tria per ordinem innuuntur. Primum eſt di
uine diſpoſitionis licet occulta inſpiratio. ſecũdum eſt mundane cõ
uerſationis omnimoda poſtergatio. tertium eſt denudate mẽtis ad
intima reuocatio. Hec tria fuerunt in beato Paulo, & ſunt neceſſa-
ria cuilibet homini deuoto Chriſtum in deſertum imitanti. Primũ
notatur in eo quod dicitur. Spiritus: vtiq; ſanctus. ſecundum innui-
tur in eo quod dicitur. Expulit eum ſcilicet de mundo & concupi-
C ſcentijs eius. tertium notatur in eo quod ſubditur, in deſertum ocij
Nota quoſ- ſcilicet mentalis. ¶ Q uantum ad primum eſt ſciendum q quidam
dam a ſpi- a ſpiritu ſancto pelluntur, quidam aguntur, quidam vero ducuntur
ritu ſancto & ſecundum hoc mutantur verba euãgeliſtarum. nam vbi Marcus
pelli. quoſ- dicit, expulit eum ſpiritus, Lu. dicit, Ieſus agebatur a ſpiritu. Mat. au
dam agi. tem dicit, ductus eſt Ieſus a ſpiritu. Siquidẽ ſpiritus expellit per po-
quoſdam tentiam, agit per bonitatem, ducit per ſapientiam. Primum compe-
vero duci. tit incipientibus. ſecũdum proficientibus. tertium perfectis. Primũ
qui ſunt in- fit contra naturam voluntatis. ſecundum fit voluntate mixta. ter-
cipientes. tium voluntate perfecta. Incipientes igitur expelluntur a ſpiritu
proficien- quaſi inuiti & inuoluntarij: de quibus dicitur. Compelle intrare. Lu.
tes & per- xiiij. quod fit tripliciter. Vno modo per tribulatiões. Exẽplũ de Ia-
fecti. cob qui perſecutionẽ fratris ſui Eſau fugiens: in via meruit videre
Geñ. xx- angelos aſcendentes & deſcendentes in ſcala, cui innixus erat domi
viij. nus, & poſtea meruit Lyam & Rachel. adapta &c. Itẽ exẽplũ de Io-
De vtilita- ſeph qui propter perſecutionem fratrum factus eſt dominus Aegy
te tribula- pti. Item exemplũ de Petro & alijs diſcipulis qui ex tempeſtate orta
tionum. in mari tota nocte turbati fuerant, ſed veniente ad eos domino am-

bulante ſupra mare: non ſolum cõſolati,ſed & ex hoc in fide & dile
ctione dei amplius ſolidati ſunt.ita vt Petrus de naui exiret ad eum
Mat.xiiij.quę omnia bona non euenissent:ſi tribulatiões pręuię nõ
fuiſſent:ſic igitur nonnulli per tribulationes (licet inuiti) ad meliora
compelluntur. Felix eſt hęc neceſſitas. Tribulatio enim eſt quaſi
quoddam flagellum dei quo nos compellit ad conſequendum nu-
tus diſpenſationis diuinę. Iſto modo Paulus propter perſecutiones
fugit ad ęremum nutu diuino compulſus:vt fieret exemplar & ſpe
culum vitę æremiticę. Alio modo fit huiuſmodi compulſio ſpiritus
per duras correptiones,ſiue immediate a deo,ſicut in beato Paulo
Apoſtolo,qui in via proſtratus dure correptus eſt. Saule ſaule &c. Actu.ix.
ſiue mediantibus inſtrumentis dei ſcilicet prelatis & poteſtatibus.
Tertio hoc fit per vehementes inſtinctus interiores,qui plęrumq;
fiunt in nobis contra reniſum propriæ voluntatis. Cuius aptũ exẽ
plum eſt in Balaam. Numeri.xxij.cuius vię reſtitit angelus cũ gla-
dio eo inſcio & reluctante,aſina autem cognoſcente.ſic hic per ange
lum cum gladio intelligitur inſtinctus diuinus vehemens & terribi-
lis,quem plęrũq; homo non agnoſcit propter rebellionem proprię
voluntatis. Per aſinam intelligitur corpus noſtrum,quod plęrunq;
nutus diuinę compulſionis perſentit ratione obcęcata, quando in-
firmitatibus proſternitur & viribus deſtituitur, ne cœptum iter pro
prię volũtatis homo perficere queat.& ſic tandem velit nolit a deo
compellitur redire ad cor.Can.vj. Reuertere reuertere &c. ¶Secun D
do alij ſicut proficientes aguntur ſpiritu. Hi enim per diuinam gra
tiam & eius bonitatem licet quodammodo voluntarij,neſcij tamen
ad altiora prouehuntur.licet enim ſequantur impetum ſpiritus to-
to conatu virium iuxta illud Ezechie.j. Vbi erat impetus ſpiritus il-
luc gradiebantur animalia & rotę:animalia quãtum ad vires anima
les & inferiores,rotę quantum ad ſuperiores in quibus eſt nobilitas
liberi arbitrij:neſcij tamen ſequuntur, neſcientes quo ſpiritus eos
ferat iuxta illud. Spiritus vbi vult ſpirat,& vocem eius audis & ne- Ioan.iij.
ſcis vnde veniat aut quo vadat. Exemplum de Petro, qui cum Actu.xij.
ereptus eſſet ab angelo neſciebat quia verum eſt quod fiebat per
angelum. de iſtis dicit Apoſtolus. Quicumq; ſpiritu dei aguntur. Rom.viij.
hi filij dei ſunt:illi ſcilicet qui prompte ſequuntur omnes nutus di-
uinos ſicut boni filij qui obediunt patri. Tales potius aguntur q̃
agant. vnde Auguſtinus. Age domine & fac &c. Sic Paulus primus
ęremita primitus in principio ſuæ conuerſionis compulſus:po-
ſtea neceſſitatem in voluntatem vertit ſcilicet diuino inſtinctui
vt verus filius totam vitam ſuam ſtudioſiſſime conformando.

E ¶ Alij tertio ducuntur ſpiritu. Tales cognoſcunt quidē inſtinctus diuinos,& eos perfecta voluntate ſequuntur. de quibus dicit Apoſtolus iu eodem capitulo. Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege, imo ſupra legem in operibus ſupererogationis ſe perfecta charitate exercentes:& in contemplatione diuinos nutus optime ſcientes. hoc petijt Aug. in Soli. in oratione, Iube queſo & impera quicquid vis & ſana. aperi aures non tuas ſed meas: quibus voces tuas audiam. aperi oculos meos quibus nutus tuos videam,& omnia me ſpero que iuſſeris eſſe facturum. Sic iſte Paulus cum veniſſet ad ſtatum perfectum diuina ſecreta optime nouit Chriſto totus conformatus &c. ps. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam &c.

¶ Sub ſermo. j. & in numero. xxxix.

A Expulit eum ſpiritus &c. ¶ Secūdum quod requiritur ad imitationem Chriſti in deſertum: eſt mundanę cōuerſationis omnimoda poſtergatio, quod notatur in eo quod dicitur: expulit eum ſcilicet extra mundum & mundanas concupiſcentias: vt ſcilicet primum mēbrum ſupradictum fundetur ſuper his verbis. Spiritus compulit, ſecundum aliam literam. iſtud autem membrum eliciatur ex ly expulit ſecundum literā quę dicit. Expulit,& ſuppleatur id eſt extra mūdum vt dictum eſt. de hoc ad Heb. xiij. dicitur. Ieſus vt ſanctificaret populum ſcilicet extra portam paſſus eſt. vnde ad eius ſequelā inuitans nos Apoſtolus ait. Exeamus igitur ad eū extra caſtra &c. Circa quod eſt ſciendum ꝙ volens ducere vitam ęremiticam debet exire triplicia caſtra: videlicet extra aliorum hominum habitationem: paſſionum corporalium inquietationem: virium ſenſitiuarum tumultuationem,& ſic quarto eſſe poterit cum Chriſto in deſerto per intimę contemplationis vacationem. Et hęc quatuor innuuntur in vna auctoritate Threñ. iij. Sedebit ſolitarius &c. vbi primum innuitur in eo quod dicitur, ſolitarius: ſecundum cum dicitur ſedebit: tertium ibi:& tacebit: quartum cum ſubditur: quia leuauit ſe ſupra ſe. Et ad literam deuoti fideles qui hoc tempore volunt exire cum Chriſto debent habere hęc quatuor. Debent enim ad literā eſſe ſolitarij ab hominum videlicet conſortio plus ſolito ſequeſtrati. Debent ſedere,& minus ſolito diſcurrere & exterioribus minus occupari. Item debent tacere,& ſilentium plus ſolito tenere. Item debent ſe ſupra ſe leuare & mente cœleſtia meditari. Et hęc quatuor licet non eodem ordine, tanguntur in hymno quadrageſimę, quo tēpore eccleſia repreſentat tempus quo Chriſtus fuit in deſerto. Vtamur ergo parcius verbis: ecce ſilentium. cibis & potibus, ſomno: ecce cœleſtis conuerſatio. iocis: ecce humani conuictus moderatio,&

Quid debet facere ducturus vitam ęremiticā.

arctius perſiſtemus in cuſtodia,ecce diſcurſus vitatio. Dico igitur primo ꝙ volens ſequi Chriſtum debet exire extra aliorum hominum habitationem:quod innuit propheta cum dicit,ſolitarius:vt ſic quilibet illorum dicere poſſit illud ps. Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine.quod ad literam impleuit ipſe Dauid cum fugit a facie Saul. ¶ Hic cadit quæſtio. Vtrum vita ſolitaria ſit perfectior religione viuentium in ſocietate,& videtur ꝙ nõ:quia Matth.xviij. dicitur. Vbi duo vel tres cõgregati fuerint &c. ſed pfectio noſtra eſt Chriſti habere pſentiam:ergo &c. Contra:Chriſtus fuit in deſerto. Item Ioannes baptiſta. Ad hoc dico tres cõcluſiones. Prima eſt ꝙ vita ſolitaria eſt perfectior:quia quod eſt ſolitarium debet eſſe ſibi ipſi ſufficiens per ſe:huiuſmodi autem eſt cui nihil deeſt,quod ptinet ad rationem pfecti:& ideo ſolitudo competit ei q iam ad perfectum peruenit,quod ſolo diuino munere datur. exemplum de Ioãne baptiſta,qui ex vtero matris ſuę ſpiritu ſancto plenus erat i deſerto. ſimiliter & Chriſtus anteq̃ iret in deſertũ voluit baptiſari & implere omnem iuſtitiam. Matth.iij. dans nobis exemplum ꝙ volẽtes ducere vitam æremiticam/debent primitus ſpiritu ſancto eſſe repleti,qui datur i baptiſmo. vnde Lucas dicit:ꝙ Ieſus plenus ſpiritu ſancto aſcendit de aqua,& ſtatim agebatur a ſpiritu in deſertũ. Secunda concluſio eſt ꝙ vita viuẽtium in ſocietate eſt ſecurior:qđ patet. Nam ex aliorum ſocietate homo multum iuuatur ad exercitium virtuoſum,& quantum ad inſtructionẽ. vnde Hieronymus ad Ruſticum monachum. Mihi placet vt habeas ſactum contubernium,nec ipſe te doceas,& quantum ad directionem affectionũ: quia noxię affectiones ſæpe exemplo & correptione aliorum deprimuntur:vt infra patebit. Societas igitur religioſorum aptior eſt ad perfectionem acquirendam. Vita autem ſolitaria competit iam perfectis. Tertia concluſio eſt ꝙ vtraq; vita ſimul eſt perfectiſſima cum hac diſtinctione. Exiſtens enim in ſolitudine aut exit propter opera actiuę vitæ/aut contemplatiuę:intelligendo quantum ad pſens:opera vitæ actiuę ea quæ fiunt ad ſubuentionem pximi corporalem:contemplatiuę vero ea quæ fiunt ad lucrum & pfectum ſpiritualem,vt prędicare & huiuſmodi. In primo caſu nõ eſt dimittenda ſolitudo,quia non eſt ptermittenda contemplatio propter illa opera. vnde Cañ.iij. Adiuro vos ne ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectam. Cuius exemplum eſt i Maria Magdalena,quam dominus ſurgere noluit propter miniſterium corporale:& hoc verũ eſt de his quibus talia non incumbunt,vel ex officio,vel ex ſtatu, vel ratione neceſſitatis extremę. In ſecundo autem caſu ſic:exemplo Chriſti qui ante pdicationem ſuam fuerat in deſerto,& ex de-

B

Nota ↄpa rationẽ vitę ſolitarię ad cœnobiticam.

ſerto exiens incœpit prędicare:& poſtmodum ſępius ſolitudinem montis petijt,pernoctans ibidem ſolus in oratione,Lucę.vj. Quo exemplo docemur hanc eſſe vitam perfectiſſimam nunc in ſolitudine ſoli deo per contemplationem vacare,& nunc exire & animarum ſalutem ex his quę quis contemplando hauſerat,procurando Hoc aduertēs ſedes apoſtolica ſanctos æremitas patres ordinis noſtri proinde ad ciuitates vocauit,ne ſibiipſis tantummodo proficerent in æremo:ſed fructum ſuę ſanctitatis etiam in alios transfunderent,doctrina ſalutari & vita exemplari.Ex quo vtiq; nullaten' a ſtatu ſuo degeneraſſe credēdi ſunt,ſed ſtatum maioris perfectionis acquiſiſſe.Sic enim prędicta viciſſitudo continuari poteſt,nunc in ordine,vt frater deuotus i eccleſia ſua ducat vitam æremiticam: & quidquid ibi per ſanctę meditationis ſtudium & internæ cōtemplationis raptum hauſerit,hoc poſtea ad actionem tranſiens vtiliter alijs transfundit. Ad illud obiectum ſupra in principio quęſtionis dici poteſt,ꝙ ſicut Chriſtus eſt in medio eorum qui inuicem ꝑ dilectionem proximi ſociantur:ita habitat in corde eius qui diuinę
j.Ioan.iiij. contemplationi inſiſtit in dilectione dei. Deus em̄ charitas eſt &c. & qui manet &c.& ſecūdum hoc iſti qui vtramq; vitam ducunt,vt dictum eſt:ſiue ingrediantur,ſiue egrediantur,ſemper paſcua diuinę pręſentię & internę conſolationis inueniunt.
C ¶Sciendum autem ꝙ non omnes homines ſunt idonei ad vitam ſolitariam ſuſcipiendam:ſed ad hoc requiritur perſonę diſpoſitio,quę conſiſtit in
Qui ſunt diſpoſiti ad vitā ſolitariā & q non. tribus.Primo conſiſtit in complexionis conuenientia,ne videlicet in eo ſit complexio melācholica:tales enim qui habēt obſcura phāntaſmata & debilia capita,de facili infatuātur ſecūdum Philoſophū in de ſomno & vigilia,& in errores faciliter labuntur,niſi humano conuictu iuuentur. Ꝙ autem naturalis diſpoſitio complexionis ſępe faciat ad virtutem vel vitium:patet in Iob,qui dixit. Ab infan-
Iob.xxxj. tia creuit mecum miſeratio,& de vtero matris meę egreſſa eſt mecum.Requiritur etiam ꝙ ſit complexio fortis & non nimis tenera' vt de ſe patet.Secundo conſiſtit in aſperitatis & duriciei tolerantia vt videlicet poſſit ſuſtinere quęcunq; dura & aſpera:quidam enim ſunt molles ſiue ex natura,ſiue ex conſuetudine:quia non ſunt ꝑexercitati in aſperitatibus,& tales non ſunt idonei ad ſolitudinem: cuius exemplum eſt in filijs Iſrael qui quia erant carnales & molles
Exod.xvj venientes in ſolitudinem murmurabāt,dicentes. Vtinam eſſemus in ægypto vbi ſedebamus ſuper ollas &c.vnde talibus non pręexercitatis ſolitudo periculoſiſſima eſt.Tertio diſpoſitio ad vitam ſolitariam conſiſtit in per ſe ſufficientia:quę ſecundum Andronicum eſt habitus determinatus eorum quę ad viuere conueniunt: vt vi-

delicet homo hoc poſſit abſq; amminiculo ſocietatis humanæ.
¶Sunt autem tria in quibus homo conuenienter indiget ſocietate D
humana ad vitæ ſuæ ſubſidium. Primo in doctrina: vnde Hiero. In trib' in
& habes ſupra in prima concluſſione. Secundo in exemplificatione diget hõ
boni: quia ſecundum Greg. ſunt pleriq; quos plus exempla q̃ pre- ſocietate
dicamenta accendunt. Tertio in correctione mali: difficile eſt enim humana.
proprios defectus agnoſcere vel etiam corrigere, propter reflexio-
nem naturæ ad ſeipſam. Vnde Iſidorus in de ſummo bono. Faci-
lius reprehendimus vitia aliena q̃ noſtra. nam ſepe que peruerſa in
alijs iudicamus, in nobis minus nocibilia eſſe ſentimus: & ideo per-
utile eſt correptiones hominum humiliter & gratãter ſuſtinere. exẽ
plum de Petro qui reprehenſionem Pauli gratanter accepit. Igitur Gal.ij.
qui abſq; hoc triplici amminiculo per ſe ſufficienrer poteſt viuere:
& talis idoneus eſt ad vitam ſolitariam, alius ſecus: quia tunc veri-
tatem habet dictum Sapientis. Ve ſoli &c. Cuius exemplum eſt Eccles. iiij
in Agar, quia erat ancilla nõ potuit per ſe ſufficientiam habere: ſed
amminiculo dominæ ſuæ indigebat, propter quod cum fugiſſet in
ſolitudine dictum eſt ei ab angelo. Reuertere ad Saray dominam Geñ.
tuam & humiliare ſub manu eius ¶Sed diceres. Nonne paruulus
erat tenellus vtpote puer ſedecim annorum cum fugeret in deſer-
tum, & tunc non preexercitatus erat, nec per ſe ſufficientiam habe-
bat. Dicendum ꝙ hoc fuit collatum ei ex diuina diſpenſatione ſpe
ciali. In ipſo enim deus ſuppleuit per ſuam gratiam, quod in alijs ꝑ
longum exercitium acquiritur. vnde hoc priuilegium nõ eſt ad cõ-
ſequentiam trahendum: de lege enim communi periculoſiſſimũ
eſſet hoc attentare, propter validiſſimas tentationes quibus homi-
nes in illo ſtatu (ſaltem in principio) impugnantur: ſicut patet de
ipſo Chriſto qui nuſq̃ niſi in deſerto legitur fuiſſe tentatus. Eſt eñ
deſertum locus maxime ad tentationem aptus. vnde etiã de Pau-
lo dicit Hieronym̃. ꝙ quantas ipſe Sathane tentationes pertule-
rit, nulli hominum cognitum habetur. vnde etiam Serpens Euam
ſolitariam eſt aggreſſus. Tentat enim Dæmon quemlibet illis vi-
tijs ad quæ ipſum cognoſcit ꝓniorem ſecundum Hugo. & ex hoc Geñ.iij.
poteſt accipi ratio quare Chriſtum non tentauit de luxuria, quia vi-
dit eum naturaliter caſtum. Quod cognoſcere poteſt diabolus, qui
ita videt interiorem complexionem corporis ſicut exteriorem.
de alijs autem non ſic erat ei notum, puta de gula: cognoſcens
enim eum eſſe hominem, quia naturaliter eſurire potuit: maxime
poſt tot dierum ieiunium, ideo de gula ipſum tentauit. Item de
auaritia et vana gloria, quia enim talia ſunt in corde: cuius occulta
diabolus non videt: ideo de eis ignorans experimentum capere

voluit:ſicadhuc diabolus vbi videt quemlibet proniorem,ibi po=
nit laqueos:& ideo debet homo pręcipuam adhibere cautelam.
Hic dic ſi vis exempla in Vitaſpatrum de Machario,qui vidit dę=
monem in ſpecie inſtitoris,varia vaſcula ad congregationem fra=
trum deferentem.Item vidit multos dæmones in ſpecie puerorũ
æthiopum ante fratres pſallentes & ludentes,et cuiuſlibet cordi p
hoc ſpecialem illuſionem ingerentes.Igitur quia ſolitarij ſic varijs
tentationibus impugnantur,neceſſe eſt de lege communi,ꝙ præ=
quibus periculoſe ſolitarij impugnãtur, quę ſunt ſuperbia ſpiritualis & tumultus malarum cogitationũ: quę quia inſurgunt ab intra in corde, difficile eſt fugare. Nã paſſiones quę veniũt ab extra: facile eſt declinare per fugam: illę etiã quę inſurgunt ex parte corporis refrenari poſſunt per frenũ rationis: ſed iſtę quę oriuntur in corde ita ſubtiliter impugnant: ꝙ vix poſſunt prȩuideri & caueri. Superbię enim vicium cũ putat̃ extinctum: tunc ſua morte contra ipſum ſuum victorem validius conualeſcit: vt dicitur in collationibus patrũ, & hoc eſt quod dicit Aug. in regula. Alia quippe quęcũq; iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, ſuperbia vero in bonis operibus inſidiatur vt pereant. inſidiatur: quia ſemper induit pellem virtutis ſicut oſtendit idem Auguſtinus, ſuper canonica Ioannis homilia. viij. ſic dicens. Videte fratres quanta opera & q̃ ſimilia & q̃ paria charitati facit ſuperbia; paſcit eſurientem charitas, paſcit & ſuperbia. Orat charitas, orat & ſuperbia &c. Charitas vt laudetur deus: ſuperbia vt ipſa laudetur. Poſt ſuperbiam autem ſpiritualem cogitationes malę mox inſurgunt in corde. poſtq̃ enim diabolꝰ per ſuperbiã ſpiritualem caput ſuũ impoſuit cordi: mox ad ſimilitudinẽ ſerpentis totus illabitur, & replet cor malis cogitationibus, conſequenter omnibus vicijs. vnde vt dicitur in. Vitaſpatrum Abbas Ioannes monebat fratres ſummopere ſibi cauere a iactantia vel ſuperbia ſpirituali ne forte incurrant eundem lapſum quem diabolus incurrit. Ex hac enim radice ſuperbię continuo pullulant cogitationes malę, & in tantũ moleſtę ſunt: vt neq; in oratiõibus in conſpectu dei nobis conſiſtentibus ceſſent. vt cum corpore ſtare videamur in oratione: ſenſu & cogitatiõe euagamur & abducimur ad diuerſa. Quia enim diabolus princeps eſt ſuperbię: & conſequẽter omniũ viciorũ: in quodcũq; cor ipſe primo irrepſerit per ſuperbiã ſpirituale m: illud intrat & poſſidet tanq̃ propriã ſedẽ. Et inde eſt ꝙ nunq̃ huiuſmodi corda pacẽ habere poſſunt: nunq̃ quietẽ: ſed ſemper vagis & vitioſis cogitationibus inuiſcantur. habent enim intra ſe habitatorem peſſimũ: cui ad ſe introeundi locum per ſuperbiam ſpiritualem parauerunt. Ad hoc ſunt exempla valde notanda quę habes in. Vitaſpatrum parte ſecunda capitulo. ix. Qꝫ ſubtiliter etiã diabolus huiuſmodi cogitationes malas cordi ingerat oſtẽdit Gre. xlj. Moralium. Peccata inquit operis tanto citius cognoſcũtur: quãto exterius videntur: peccata vero cogitationis eo ad intelligẽdum ſunt difficilia quo inuiſibiliter perpetrantur: & tanto latius cogitationes defluunt: quanto ſe eſſe ſecurius ęſtimant: quia foris a repreherſoribus non videntur. igitur quicunq; ab his paſſionibus quietatus fuerit: ille in ſolitudine bene ſedebit. Sequitur.

¶Subſermo ad idem.
Et in numero.xlj.

ET tacebit. ¶In hoc verbo innuitur tertium pertinens A
ad ſolitariũ:quia debet eſſe ſedatus a viriũ ſenſitiua-
rum tumultuatione:quod bene innuitur in eo quod
dicitur. Et tacebit. Tacere nãq; eſt ab omni ſtrepitu
& tumultuatiõe viriũ naturaliũ cõquieſcere,& in hoc
ſilentio mens denudatur ab omnibus phantaſmatibus & ſpeciebus
& reponitur in quodam ocio ſpirituali. Et hoc intimũ deſertum ſui
ipſius intrat:quod eſt tertium principale notatum in verbo deſertũ:
vt ſupra dicebatur in primo ſermone. Hoc eſt deſertum in quo nul
lus mortalium:id eſt nulla inquietudo ſpecierũ variabilium cõmo-
ratur:vt dicitur Iob.xxxviij. Ad hoc igitur deſertum non niſi ſilen
do peruenitur:nec niſi tacendo in eo cõgrue demoratur. vnde pro-
pheta. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.propter quod Sapiens
animę in hoc deſertum tendenti conſulit dicens, Eccl.xxxij. Audi
tacens & pro reuerentia acquiris tibi bona gratię. Eſt autem ad pre- De triplici
ſens triplex ſilentium. Vnũ a ſtrepitu vagarũ ſpecierũ & phantaſma ſilentio ſo
tum.hoc ſilentium optauit ſibi Iob.iij.dicens. Vtinã vel dormiens litarijs ne-
ſilerem.quod etiã expetijt Aug. in oratione dicens. Libera me deus ceſſario.
meus a multiloquio quod patior intus in anima mea.& ſubdit. Nõ
enim cogitationibus taceo:& ſi ſim tacens vocibus. Aliud eſt ſilen-
tium ab omni actuali exercitio viriũ quãdo videlicet mens in ocio
ſpirituali ſuſpenſa dicit cũ propheta. Audiã quid loquatur in me do
minus meus,quod eſt figuratũ in illis ſanctis animalibus,de quib⁹
dicitur Eze.iiij. Cũq; fieret vox ſupra fundamentũ animalia ſub-
mittebant alas ſuas:id eſt vires ſuas in ſilentio ſuſpendebant.ſic ſpõ
ſa in Cãticis. Ego inquit dormio & cor &c. Prędicta duo ſilentia in Canti.v.
nuebat Heliſeus quando filijs prophetarum de tranſitu Helię lo- iiij.Re.ij.
quẽtibus reſpõdẽs bis dicebat, Et ego noui:ſilere. Tertiũ ſilentium
eſt in diuini dulcoris ſuaui deguſtatione. quando videlicet pater lo-
quitur verbum in mentem: ad quã locutionẽ mens tam diligenter
auſcultat/tantaq; ſuauitate mens perfunditur & inebriatur:ꝙ nihil
loqui ſcit neq; poteſt,ſed tota in verbo ęterno abſorpta,in ſummo ſi-
lentio iocũdatur:ſic ſiluit Ioannes cũ recubuit in cœna ſupra pect⁹
domini. Felix anima quę nouit iſtud deſertũ intrare,& quę didicit
hoc triplex ſilentiũ obſeruare. talis enim anima eleuatur ſuper ſe per
actum contemplationis internę.& hoc eſt quartum quod notatur
in auctoritate ſupra inducta cum dixiſſet propheta Tacebit. ſubdit
quia leuabit ſe ſupra ſe. de hac anima exponi poteſt illud Canti.iij.
Quę eſt iſta quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aroma

tibus &c. virgula fumi eſt tenerę ſubſtantię: ſic iſta anima delicata & a ſeipſa mẽtali ocio derelicta, & hoc habet ex aromatibus: id eſt varijs virtutũ exercitijs igne charitatis accenſis. ¶ Eſt autẽ diligenter notandũ ꝙ mens in hoc deſerto cũ ſilentio poſita cõſequitur triplicem fructum. Primus eſt diuinę pręſentię appatitio, quod figuratũ eſt in Helia: qui cũ in deſerto exiſtens venit ad montẽ dei & ſtaret in ſpelunca, ecce ſermo domini ad eũ. Quid hic agis Helia? Applica totam hiſtoriam vſq; ibi, & ecce ſibilus aurę tenuis, in ſilẽtio dominus. Iſte ſibilus eſt quietum ſilentiũ animę de quo dictum eſt. vnde etiã Iob dicit. Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Quo ſibilo percepto Helias faciẽ ſuã operuit pallio: vt abſq; diſtractione ſe continuaret in guſtato. Et ſi quęras cũ triplex ſit ſilentium vt dictũ ſit, in quo eorum apparet dominus. Ad quod dicẽdum eſt ꝙ nõ in primo: quia illud pręambulũ eſt: nec in tertio: quia illud conſequitur: ſed eſt ſilentiũ mediũ: in illo enim venit dominus in animam: iuxta illud Sapientię. xviij. Dum medium ſilẽtium tenerent omnia &c. ſignanter dicit omnia: quia animę in prędicto ſilentio poſitę omnia ſilent ſicut ipſa omnibus ſilet: vt dicit Aug. Pręd ictum autem triplex ſilentium ſpirituale repreſentatur in tribus ſilentijs miſſę. Nam primũ ſilentiũ quod eſt ante pręfationẽ: eſt pręambulũ ad dei pręſentiam conſequendam. In ſecundo autẽ quod eſt medium ſilentium miſſę: vbi in canone conſecrantur ſacramenta corporis & ſanguinis: vbi venit dominus pręſentialiter. Tertium autem ſilentiũ eſt in canone ſacerdotis: vbi dulcedo diuinę ſuauitatis deguſtatur: ſicut dictum eſt de ſilentio tertio ſupradicto. Secundus fructus eſt diuinę imaginis aſſimilatio Anima enim in deſerto mentis poſita trahitur ad vnionem & aſſimilationem ſuę imaginis increatę: quod figuratum eſt in Moyſe in monte deſerti: vbi cũ ſex diebus fuiſſet in nube tandem colloquio diuino potitus facies eius in diuinę claritatis aſſimilationem fuit tranſformata, de hoc poteſt exponi illud Ioan. xij. Ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum. adapta. De hac tranſformatione animę in diuinã imaginem dicit Apoſtolus. ij. Cor. iij. Nos reuelata facie gloriam domini ſpeculantes tranſformamur in eandem imaginẽ &c. Tertius fructus eſt mẽtis in bono diuino delicioſa inhęſio, de quo poteſt exponi illud Canti. viij. Quę eſt iſta quę aſcẽdit de deſerto delitijs affluẽs innixa ſuper dilectum ſuum. expone ſicut vis adaptando ad propoſitum. Rogemus &c.

B Triplex fructus ſilentij mentis i deſerto.

iij. Re. xix

Iob. iiij.

¶ Sermo. iij.
Et in numero. xliij.

AScenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum &c.ps. ¶Tria ſunt diſpoſitiua ad contemplationē & tria perfectiua,quę omnia in verbis aſſumptis innuuntur & ex euangelio hodierno ſcilicet octauę Epiphanię colliguntur,& fuerunt in beato Paulo ęremita.Tria prima non habentur ſine nobis.alia autem tria dantur a deo deſuper.Primum eſt humilitas:quę notatur in valle,& hanc oſtendit dominus veniēdo ad Ioannem.vbi notatur ſecundum gloſſam ꝙ humilitas habet tres gradus.Primus eſt ſubdere ſe maiori & non pręferre ſe ęquali. hęc vocatur ſufficiens:quia ſufficit aliquem ſic humiliari,& iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius.Secundus eſt ſubdere ſe ęquali & nō pręferre ſe inferiori.hic dicitur abundans.Tertius eſt ſubeſſe minori,in quo eſt omnis iuſtitia:hūc Chriſtus impleuit,& nos implere debemus,alias eſſemus monſtrū in natura:quia magnū corpus ſub paruo capite,nos tumidi ſub Chriſto humili.Nota tū ꝙ in homine conſiderari habent duo ſcilicet id quod eſt dei,& id quod eſt hominis, hominis autē eſt quicquid pertinet ad defectū:ſed dei eſt quicquid pertinet ad ſalutē & perfectionē:ſecūdū illud Ozee.xiij.Perditio tua Iſrael ex te tantūmodo,in me auxiliū tuū.Humilitas aūt proprie reſpicit ſubiectionē qua hō deo ſubijcit:ideo quilibet ſecundū illud qđ ſuū eſt:debet ſe cuilibet ꝓximo ſubijcere:ſed nō quantū ad illud qđ eſt dei in ipſo.nō eñ hoc requirit hūilitas:vt aliquis id quod eſt dei in ſeipſo:ſubijciat ei quod ei apparet dei in altero.nam illi qui dona dei participant:cognoſcūt ſe ea habere a deo ſecūdū illud.i. Cor.xij. Vt ſciam⁹ quę a deo donata ſunt nobis.& ideo abſq; pręiudicio humilitatis:poſſunt quę ipſi acceperūt pręferre donis dei quę alijs apparēt collata.Sup hoc etiā nō requirit humilitas:vt aliquis id quod ſuū eſt in ſeipſo ſubijciat ei quod eſt hominis in ꝓxio,alioquin oporteret ꝙ quilibet reputaret ſe magis peccatorē quolibet alio,cū tamē Apoſtolus abſq; pręiudicio humilitatis dicat, Gala.ij. Nos natura Iudęi & non ex gentibus peccatores.Poteſt tamē aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe nō habet.vel aliquid mali in ſe eſſe quod in alio nō eſt.ex quo poteſt fieri ei ſubiectus per humilitatē. ¶Hęc aūt humilitas neceſſaria eſt animę cōtēplatrici vel cōtemplari deſiderāti.Exemplū in Abraam cui dñs apparuit in conualle Mābre. Geñ.xviij.Mābre perſpicuitas interpretatur.Applica.Dicit Perſpectiuus ꝙ exiſtens in profundo puteo claro die vidit ſtellas in cœlo:ſic humiles claritatem diuinæ apparitionis vident per contemplationem . Hanc humilitatem habuit Paulus primus,æremita:quod apparuit in diuiſione panis cum Antonio: & ideo meruit obſequium leonum in ſepultura,qui ſunt animalia

A

Hūilitas neceſſaria eſt cōtem platuro.& habet tres gradus.

B

Puritas ne naturaliter ferocia & ſupba. Secundum eſt puritas conſcientiæ, hoc ceſſaria eſt intelligitur per lachrymas. In valle inquit lachrymarum, & oſtendit aię cõtem a Chriſto in euangelio, quia baptiſatus fuit. Hæc eſt duplex, aqua platrici. mundans omnem maculam cuiuſcũq; peccati ſcilicet baptiſmus, et pœnitentia, quę ſunt duę tabulę poſt naufragium: de his aquis, Iob ix. Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimę ma nus meæ: tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me ve ſtimẽta mea. vnde Grego. ix. libro Mora. capitulo. xxix. Aqua fõ tis & fluminis ex terra oritur: aqua vero niuis ex aere prouenit. Per aquas ergo fluminis & fontis, itelliguntur lachrymę eorũ quæ ter rena ſapiunt & ꝓ terrenis flent: ſiue eorum amiſſione, ſiue deſide rio. Aquę vero niuis ſunt lachrymę quę funduntur ꝓ amore cœle ſtis patriæ. & quãtumcunq; tales lachrymę ſunt nitidę: in cõtempla tione tamen diuinę ſubtilitatis, ꝗuis lotus, ſordibus tamen videtur intinctus, & veſtimenta ſua. i. corpus ſcilicet coinquinat animã: vñ quaſi abominabilis fit iquantum retrahitur a contemplatione. vñ Roma. viij Apoſtolus. Infelix ego homo &c. Hæc vtiq; puritas intra eſt aniæ contemplãti. Si enim exterior immundicia vel etiam aeris interio ris corpus debilitat & obtũdit viſum corporalem, multomagis ma cula & fœditas cõſcientię impedit ꝯtemplationem: vnde Matth. v. Beati mundo corde &c. vnde Auguſt. in Sol. Nihil eſt ſentio quod magis ex arce. ſ. contemplationis deijciat animum virilem ꝗ blãdi menta fœminea, corporiſq; ille contactus ſine quo vxor haberi nõ poteſt. Sic beatus Paulus totam vitam ſuam i lachrymis & oratio nibus duxit i deſerto p nonagintaſeptem ãnos. & ideo beatus An tonius vidit animam ſuam inter choros angelorum & ſanctorum

C Neceſſariꝰ eſt aſcẽſus mẽtis per amorẽ dei cõtẽplaturo.

deferri niueo candore fulgentem. ¶ Tertium eſt aſcenſus mentis p amorem dei: quod notatur cum dicitur. Aſcẽſiones in corde ſuo, ſcilicet quę quidem aſcẽſiones ſunt p charitatem, vt dicit gloſ. Hoc oſtendit Chriſtus in eo ꝙ baptiſatus cõfeſtim aſcendit de aqua: ne ſcit em̃ tarda molimina ſpiritusſancti gratia, vt dicit Ambroſius: ſed nemo repẽte fit ſummus, ſcd̃m Gre. ſed ad virtutum celſitudinẽ p incrementa mẽs ducitur: qd ſignatum eſt i Daniele vbi legitur. Au diui vocẽ verboꝝ & audiẽs iacebã quaſi cõſternatꝰ ſup faciẽ & vul tus meus ihęrebat terræ: & ecce manus tetigit me & erexit me ſup genua mea & ſup articlos manuũ mearũ, & dixit ad me. Daniel vir Dañ. x. deſiderioꝝ itellige verba ꝗ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo. Cũ em̃ dixiſſet mihi ſermonẽ illũ ſteti tremẽs, & ait ad me. Noli metue re: ſup quo Gre. xxij. Moraliũ. In ſcriptura ſacra iuſti viri nõ ſolũ qđ dicũt ꝓphia eſt, ſed etiã plęrũq; qđ agũt. Hic eſt ordo noſtri ꝓfectꝰ. Verba dei in terra iacẽtes audimus, cũ in peccatis poſiti & terrenæ

pollutioni coniuncti,pręcepta ſpiritualia cognoſcimus: ad quę pręcepta quaſi ſuper genua & manuũ articulos erigimur:quia a terrenis contagijs recedentes: quaſi iam ab infimis mentem leuamus. Sicut enim vultus terrę inhęret qui proſternatus iacet:ita qui in genibus & manuũ articulis incuruatur inchoante profectu ex magna iam parte a terra ſuſpenditur. Ad extremum vero voce dominica erecti quidem ſed tremẽtes aſſiſtimus:cum terrenis deſiderijs perfecte ſubleuati verbo dei:quo plenius cognoſcimus:plus timemus: cui apte ſubiungitur. Noli timere:quia cum plus ipſi quod timeamus agnoſcimus:plus nobis de deo per internam gratiam infunditur quod amemus,quatenus contemptus noſter pauliſper tranſeat in timorem,& timor tranſeat in charitatem:vt timore poſtpoſito ſoli ei iungamur amore. Hic aſcenſus neceſſarius eſt animę contemplanti. exemplum de phãntibus in olympo. Sed diceres quomodo hęc ſtant ſimul deſcenſus in primo membro:& aſcenſus hic in tertio. Dicendum ꝙ optime ſimul ſtant humilitas & amor. Et ſicut non eſt inconueniens ſimul deſcendere & aſcendere, exemplum de aſcendente montem,qui non poteſt ire erectus alias enim caderet retrorſum,ſed oportet ꝙ vadat curuatus & inclinatus, ſic beatus Paulus,quod apparuit in corpore ſuo exanimi ſtabat erecta ceruice:manibus protenſis in altum:& genibus flexis. vnde hoc bene ſignificatur per palmã quę differt a cęteris generibus arborum in hoc:ꝙ omnis arbor in ſuo robore iuxta terram vaſta ſubſiſtit: ſed creſcendo ſuperius anguſtatur,quanto ſuperior : tanto ſubtilior in altũ redditur:palma vero minoris amplitudinis ab imis inchoat:& iuxta ramos & fructus ampliori robore exurgit:ſic ſancti quod tepidius inchoant,feruentius conſummant. ſemper enim ſe inchoare, ęſtimant:& ideo infatigabiles in nouitate perdurant. Sed ſunt nõ nulli qui more aliarũ arborũ inchoatione vaſti ſunt:tenues creſcũt quia pauliſper per incrementa temporum patiũtur detrimenta virtutum:ſed Paulus fuit palma. vnde ſibi victum & veſtitum palma prębebat.

Optime ſtant deſcẽſus humilitatis:& aſcenſus amoris.

¶Sermo.iiij. Ad idem.
Et in numero.xliij.

Aſcenſiões in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quẽ poſuit. p̃s. Iſtę aſcẽſiões in corde ſuo ſunt eleuationes mentis in deum per contemplationem. & quia beatus Paulus erat totus contemplator: ideo hęc verba conſequenter aſſumuntur de ipſo:quia perfecte diſpoſuit aſcenſiones in corde ſuo. ¶Sunt autem tria quę pręcipue ad contemplationem diſponunt,hęc fuerunt in beato Paulo,& innuuntur in verbis A

propoſitis. Primũ eſt mundi deſpectio in terrenorum omnimoda poſtpoſitione, quod notatur cum dicitur. In loco quem poſuit. Secundum eſt propria abiectio in ſui perfecta humiliatione, quod notatur, in valle. Tertium eſt pura affectio in mentis depuratiõe, quod innuitur, in lachrymis. Dico q̀ primũ eſt &c. Hęc autem deſpectio terrenorum neceſſaria eſt contemplanti: quia corporaliter eleuari volenti vel aſcẽdenti: neceſſaria eſt oneris depoſitio. vnde Eſa. Eleuare eleuare filia Hieruſalẽ, cõſurge de puluere. & hęc eſt vera ſollitudo: ſcilicet excluſio oium tẽporaliũ, & tali animę apparet dñs in contemplatione, iuxta illud Ozee. Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Sic ille contemplator Paulus Apoſtolus fecerat cum dicebat. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora. & hic terrenorũ contemptus notatur cũ dicitur, in loco quẽ poſuit: id eſt in loco quẽ ſibi ad immorãdũ ſtatuit, in quo notatur omnimodam mundanorum poſtpoſitionẽ eſſe neceſſariã contẽplãti, q̀ videlicet ſibi vnũ paruum locellum ad inhabitandũ perpetue elegit: vt totum mundum & omnia quę mũdi ſunt extra eũ excluderet, imo ſi poſſibile eſſet hominẽ ſine loco ſubſiſtere, & hunc locellũ pro Chriſto deſereret & contẽneret. O perfectus contẽptus mũdi. ſic beatus iſte Paulus reliquit totum patrimoniũ marito ſororis ſuę perſecutori, & in vaſtiſſima ęremo in orationibus & ieiunio deo militauit, vbi tenuiſſimo victu & viliſſimo veſtitu vſus eſt. nam cibum & veſtimentũ ei palma prębebat per nonagintaſeptẽ annos: ita tamen q̀ de caricis palmę vixit trigintaſeptem annis, aliis vero ſexaginta annis deꝰ per coruum ipſum cibauit. ¶ Secundũ eſt &c. & hoc neceſſariũ eſt omni contemplãti. Exemplum quia ſecũdũ Perſpectiuũ, exiſtẽs in profundo puteo vidit ſtellas in claro die: ſic volens videre dei charitatem in contemplatiõe, debet eſſe in profundo charitatis, quod notatur, in valle. Exemplum q̀ dominus apparuit Abraham in cõualle Mãbrę &c. hoc habuit iſte ſanctus Paulus. nam ſe ipſum abiectum reputauit. vnde dicebat Antonio. En vides hominem puluerem mox futurũ. en quẽ tanto labore quęſiſti: putrida ſenectute mẽbra operit inculta canicies. Sed diceres. In quo eius humilitas apparere potuit: cum ſolitarius viueret & non eſſet cui ſe humiliaret. Dicendum q̀ fuit humillimus ſecundum pręparationem mẽtis vel animi: vt ſi inter homines fuiſſet: omni homini ſe propter deũ humiliaſſet. Et hanc humilitatẽ oſtendit in diuiſione panis Antonio deferens. vbi dic totum proceſſum & motiuũ viſitationis Antonii ibi vſq; Heliam &c. ¶ Tertiũ eſt &c, quod neceſſarium eſt contemplanti. ſi enim immundicia impedit oculum corporalem ne clare videre poſſit: multomagis immundicia & ſordes viciorum quę cõ

Quare neceſſaria eſt contẽplãti terrenorum deſpectio.

Eſa. lij.

Ozee. ij.

Phil. iij.

B

Quare cõtemplanti neceſſaria ẽ abiectio ſui per humilitatẽ.

C

De puritate quomo

trahuntur ex occupatione ſecularium rerum impedit animā a contēplatione. vnde Mat.v. Beati mundo corde quoniā ipſi deū videbunt. & hęc mundicia notatur in lachrymis, ſic baptiſmus mundat ab originali & actuali. vnde Iob.ix. Si lotus fuero quaſi aquis niuis &c. Habes in alio ſermone Aſcenſiōes. Et certe beatus Paulus hāc puritatem & mūdiciā habuit: quia puer ęremū intrauit. vnde in ſignum nitoris & mundicię Antonius vidit eius animam niueo candore fulgentem. vbi dic de reditu Antonij & eius ploratu & ſepultura leonum &c.

do ſit neceſſaria cō templanti

❡Sermo.v.de eodem.
Et in numero.xliiij.

Recede hinc & vade contra orientē: & abſcondere in torrente carith. & ibi de torrente bibes: coruiſq; pręcepi vt paſcant te ibi &c. iij Re.xvij. Hęc verba dixit dominus Helię. & poſſunt accipi de ſancto Paulo primo ęremita. Et primo poſſunt exponi de eius vita tēporali: ſecundo pro inſtructione noſtra morali. ❡Quātum ad primū poſſunt accipi quaſi ſint dei Paulum inſtigantis ad fugam mundi & ad obſeruātiā vitę æremiticę. vbi primo ſuadetur mundi contemptus, Recede hinc. Secundo indicatur ęremi aditus, & vade &c. Tertio promittitur certitudo victus, & ibi de torrente &c. Circa primum & ſecundum dic totum factū qualiter & quare receſſit ab hominibus: & quomodo venit ad æremum, & qualiter ibi vixerit. Circa tertiū dubitatur quare deus voluit huic ſancto miniſtrare cibum per coruum, qui tamen eſt auis deſpecta: & non potius per columbam vel per aquilā. Dicendū ꝙ poteſt eſſe duplex ratio. Vna propter figurę verificationem. Cōgruum enim fuit ꝙ ſicut Helias qui vitam æremiticam duxit in figura cibatus fuit per coruū: ita Paulus qui primus eam geſſit in veritate: per eandam auem paſceretur vt ſic figuratum aſſimiletur figurāti. Alia ratio eſt ex proprietatum corui ſignificatiōe. Eſt enī coruus colore niger: voce quaſi loquax: eſca ſingularis. Quantū ad primam proprietatem quia ſcilicet colore niger: conuenienter miniſtrabat Paulo in pręſagiū ꝙ ex ipſo pullulare debuit ordo humilis æremitarum: qui nigro colore in habitu vtuntur. per quem colorem ſignificatur humilitas & contemptus mundi. vnde Canti.v. comę ſponſi dicuntur eſſe nigrę ſicut coruus Per comas ſponſę intelliguntur religioſi deo amore adhęrentes: & ipſum tam verbis q̄ operibus glorificantes. vnde. Greg. Quid per comas: niſi ilios intelligimus: qui cum deo adhęrētes quod credunt faciunt: quaſi in capite pēdētes honorē portanti conferūt. vbi ponit tres ſimilitudines videlicet q͞a capiti adhęrēt: q͞a a capite portātur, &

A

Quare paſcebatur beat⁹ Paulus per coruum & nō per auē nobiliorem.

caput ornant & honorant.Sed ſciendum ꝙ coma non ornat ſi orna
ta non eſt:ſic religioſi ſi non fuerint ornati bonis moribus, Chriſtū
non ornant ſed deformant quantum in eis eſt.Sed diceres. Si ratio
ne nigredinis ordo ęremitarum pręſagium accepit in coruo,cur nō
magis in aquila,quę eſt etiam nigra & auis magis nobilis,coruus
autem deſpecta,& ideo conuenientius videtur ꝙ aquila tanto ſan-
cto debuerit miniſtrare.Reſpondeo.Aquila eſt rex auium & prę-
dę intēta,& ſignificat potentes mundi.vnde etiam eſt ſignum im-
perij mundani. Et quoniam perſonę huius ſancti ordinis debēt eſſe
contemptores mundi ideo &c.Nec refert ſi coruus eſt auis deſpe-
cta quo ad quaſdam malas conditiones & proprietates,habet tamē
etiam aliquas bonas.Nec eſt aliqua auis vel animal quin habeat ali
quam conditionem & proprietatem diſconuenientem ab eo,quod
per ipſum myſtice intelligitur.vnde Chriſtus intelligitur per ouem
& per leonem,& tamen ouis ſtolida eſt inter omnia animalia,& leo
iracundus,quę nequaq̄ Chriſto conueniunt,qui fuit ſapientiſſimus
& manſuetiſſimus.Sufficit ergo ſimilitudinē eſſe in aliquibus, non
in omnibus.Tranſferentes enim ſecundum aliquā ſimilitudinem
tranſferunt.vnde etiam comę ſponſi non dicuntur nigrę ſicut aqui
la ſed ſicut coruus ratione humilitatis.vnde Greg. Comę nigrę ſi-
cut coruus exiſtunt,quia ſancti quantum virtutibus ſe erigunt,ſem
B per tamen peccatores ſe eſſe cognoſcunt. ¶Secundo coruus quaſi
voces format.vnde ſecundum Iſidorum,coruus ſiue cornix a ſono
gutturis nomen habet,& eſt auis clamoroſa & diuerſas format vo-
ces,ſolus enim inter aues ſexaginta quatuor habet vocis mutatio-
nes,vt dicit Fulgentius.Et ſecundum hoc pręſignabat ordinē ęre-
mitarum quantum ad modernum ſuum ſtatum,quo competit eis
Eſa.lviij. prędicare & docere.vnde eis dicitur illud Eſa.Clama,ne ceſſes,qua
ſi tuba exalta vocem tuam &c.Tertio coruus eſt eſca ſingularis.vn
de.ps.Qui dat iumētis eſcam ipſorum & pullis coruorum &c.Iob.
xxxviij.Quis pręparat coruo eſcam? Luc.xij.Conſiderate coruos
quia non ſeminant &c.q̄diu enim coruus eſt iuuenis veſcitur rore
cœleſti,antiquus vero cadauere ſecundum Aug. Per iuuenem pul
lum corui intelligo mentem ſiue interiorem hominem qui ſemper
debet ſeneſcere:ſic interior homo fratrum huius ordinis paſcitur ro
re diuinę gratię:exterior autem homo paſcitur cadaueribus:id eſt
eleemoſynis pro peccatis fidelium collatis. Comedēs enim ęleemo
ſynas datas pro peccatis dicitur comedere peccata,& ſi quidem in-
dignus & ingratus eas comedit in peccatis exiſtendo, peccata alio-
rum ſuis cumulat.vnde Bern.Vę tibi monache,mors in olla.pec
cata populi conſtat eſſe quę comedis.Comedentes autem in chari-

tate & cum gratitudine debita:& illorum peccata quorũ eleemoſy-
nas comedunt/& ſua propria venialia quę cõtrahunt,in igne chari
tatis abſumunt & extinguũt:& nihilominus ꝑ hoc in charitate ꝓfi
ciunt.exẽplum,ſi aqua aſpergatur ſuꝑ ignem magnum,ꝑ hoc intẽ-
ditur calor:ſic hic &c.

¶ In octaua Epiphaniæ Sermo vnicus.
Et in numero.xlv.

HIc eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi cõplacui,Matth.
iij.&c.Quia ꝑfectum exemplar vitæ chriſtianæ ince-
pit a Chriſti baptiſmate:ideo i eius baptiſmate omnes
perſonę diuinæ exemplar vitæ noſtræ ꝑfectiſſime de-
ſcripſerunt. ¶ Pater eñi in voce deſcribit doctrinam A
machinę ꝓdeuntem ex plenitudine cõtemplationis:ſpiritus ſanct⁹
in columba deſcribit ſapiẽtiam contemplatiuę recumbẽtem in qe-
tudine delectationis:ſed filius apparens in humanitate deſcribit
actiuam cõuerſantem in altitudine dilectionis:& de iſto vltimo ſo-
lum ad ꝑ̄ſens proſequi intendimus.Ad cuius euidentiam eſt ſcien-
dum,ꝙ in ſerie huius euangelij tãguntur tria per quæ filius nobis
euidenter deſcribit vitam actiuam,i altitudine dilectionis viuifice
conuerſantem.Primum eſt hominis difformitas ad mundanã va-
nitatem:& hoc innuitur cum dicit̃ .Baptiſatus autem Ieſus confe-
ſtim aſcendit de aqua.Vita eñi actiua ita exercẽda eſt circa hęc plu-
rima erga quę Martha turbabat̃,ꝙ mẽs nullo modo eis adhęreat,
nec ea delectabiliter concupiſcat:ita ꝙ pro ſalute proximi aut ex
neceſſitate ſui affectu charitatis immergatur mundanis & trãſito-
rijs fluctibus:ſumme tamẽ cauere debet ne ipſis affectu amoris &
feruido deſiderio infigatur,hoc iugiter obſeruãs ſcd̃m Aug.ꝙ ſi vi
ta actiua ꝓ neceſſitate vtilitatis ſit in vſu,contemplatiua tamẽ ſem-
per ſit in affectu.Et quia ſcd̃m Aug.oportuit per Chriſti baptiſmũ
illa deſignari quę fideles ꝑ baptiſmum conſequuntur:ideo ſciẽdum
ꝙ homo ꝑ baptiſmum tria conſeqtur quę in iſta prima particula ꝑ
ordinem innuuntur.Primum eſt ꝓfunda charitas ad ſalutem ſui & Tria bona
proximorum feruenter ſe immergens:quod notatur cum ſubdit̃. conſequit̃
Baptiſatus autem Ieſus.Baptiſatus eñi totus immergitur,& ſigni- hõ per ba-
ficat mentem quę toto affectu ad ſalutem proximi ſe immergit:ꝓ- ptiſmum.
pter quod talis conuenienter exprimitur ꝑ hoc nomẽ Ieſus,quod
dicitur ſaluator vel ſalus:ad inſinuandum ꝙ ille qui ꝑ baptiſmum
factus eſt membrum Chriſti,feruẽti amoris deſiderio ſalutem ſui
& proximi debeat ꝓcurare. Secundum eſt prouida ꝑſpicacitas la-
queos diaboli diligẽter ꝑ̄cauens,qđ notat̃ cum ſubditur. Cõfeſtim
aſcẽdit,ꝑ hoc eñi denotat̃ ſcd̃m gloſ.ꝙ baptiſati in Chriſto ſtatim

proficiunt ad virtutes,& ad dignitates ſublimãtur cœleſtes:& de fi
lijs Adę carnalibus fiunt filij dei ſpirituales. Per hoc etiam datur in
telligi: vt ſtatim cum charitas ſuę & proximorũ ſaluti aduenerit: ad
quęrendum bonum diuinum toto deſiderio ſe conuertat. propter
quod ſponſę dicitur, Cañ.ij. Surge propera amica mea. vbi dicit Ber
nar. Neceſſe eſt vt petentibus nobis, aut quatinus in actione tanto
ardentius redeat in idipſum, quanto fructuoſius hic ſe intermiſiſſe
meminerit: vt iterum ſumpto contemplationis guſtu feruẽtius ad
quęrẽda lucra aliorum ſolita alacritate recurrat. Tertium eſt deuo-
ta mentis ſynceritas mundi fluxibilem vanitatem viriliter reſpuẽs.
quod notatur cum annectitur. De aqua. Per aquam enim intelligi-
tur fluxibilitas & vanitas mundanę conuerſationis, cui quis renun
ciat in baptiſmo. Vnde de aqua aſcẽdere, eſt ſeipſum per ſyncerum
affectum diuini amoris a tumultibus & vanitatibus ſeculi ſeparare
Propter quod licet talis corporaliter ſit in mundo: mente tamẽ nõ
eſt de hoc mundo, quia non eſt mundo conformis. quia ſecundum
Apoſtolum, talis vtitur hoc mundo tanq̃ non vtatur. Et hoc recte ſi
gnificat aqua Iordanis de qua chriſtus baptiſatus aſcendit. Iorda-
nis enim interpretatur riuus iudicij, & ſignificat fluxibilem vanita
tem huius mundi: quam mens deuota chriſto per amorem incor-
B porata vere iudicat contemnendam. ¶ Secundum quod homo ba
ptiſatus in chriſto conſequitur: eſt mentis conformitas ad supernã
claritatem. quę notatur cum ſubditur. Ecce cœli aperti ſunt. Ad lit-
teram enim tantus fulgor (vt dicit glo.) circũfulſit chriſtũ in baptiſ-
mo, vt videretur cœlum empyreum reſeratum. & ſecũdum Bedam
fulgor iſte tantum durauit: q̃diu paterna vox audita fuit. Hoc autẽ
ſecundum Remigium, factum eſt in ſignum huius quod baptiſato
in chriſto aperitur cœlum: quod prius ei clauſum fuerat per pecca-
tum. In quibus verbis tanguntur tria prędictam conformitatem
integrantia. Primum eſt arcanorum cœleſtium reſeratio. quę nota-
tur cum dicitur. Et ecce cœli aperti ſunt. Nã ſicut cœlum clauditur
mundanam vanitatem appetentibus qui mundo ſunt conformes
ita econtrario aperitur mundum fugientibus & deum toto corde
diligẽtibus. propter quod Stephanus vidit cœlos apertos. Actu. vij
Et hoc promiſerat chriſtus ſuis diſcipulis & familiaribus. Ioan. j.
Videbitis inquit cœlum apertum. Vnde & Ioan. in huius figura vi-
dit oſtium apertum in cœlo. vt patet Apoca. iiij. Secundum eſt be-
neficiorum ſpiritualium cõmunicatio, quę notatur cum ſubditur.
Et vidit ſpiritum deſcẽdentem ſicut columbam. In quibus verbis
tria dona tangit quę baptiſatis per gratiam conferuntur. Primum

eſt mentis per gratiam illuſtratio. ideo premittitur. vidit ſpiritum.
quem vtiq; videre nullus poteſt niſi per gratiam illuſtretur. Secun
dum eſt diuinę familiaritatis manifeſtatio. propter quod ſubditur.
deſcendentem. quę reuera ad nullum deſcendit niſi ſibi familiari-
ter coniungatur. Per hoc autem quod ſpiritusſanctus ſuper mentē
baptiſati deſcendit: ipſam in bonum diuinum potētiam erigit. teſte
Aug. ij. cōfeſ. Cum autem effunderis ſuper nos. non tu iaces ſed eri
gis nos. nec tu diſſiparis ſed colligis nos. &. iiij. confeſ. dicit. Nunc
autem quia quem tu imples ſubleuas eum. quoniā tui plenus non
ſum: oneri mihi ſum. ¶ Tertium eſt fœcunda gratię ſpiritualis irri
gatio. & ideo annectitur. ſicut columba quę eſt animal fœcundum. C
& ſignificat fœcundam irrigationem gratię ſpiritualis. per quā bo-
ni actiui in ſimplicitate & puritate vtiliter in hoc ſeculo conuerſan- Q; colū-
tur. Quod poteſt patere ex ſeptem proprietatibus colūbę quas tan ba cōgrue
git Rabanus in glo. Prima eſt quia columba reſidet iuxta fluenta. ſignificet
vt ex vmbra apparēte in aqua ipſum accipitrem preuideat: & eius fœcūdā ir
inſidias euadat. ita & ſancti ſecus fluenta diuinę ſcripturę per medi rigationē
tationem reſident: vt incurſum diaboli euitent. Secunda eſt, quia grē ſpūa-
columba meliora grana eligit. ſic & iſti melioribus dictis ſanctorū lis ꝓbatur
& exemplis bonorum ſe conformant: & prauorum exempla deui- ex ei⁹ pro
tant. Tertia eſt quia columba ex ſimplicitate alienos pullos nutrit. prietatib⁹
ſic & iſti doctrinis & exemplis illos nutriunt: qui quondam in pecca
tis exiſtentes fuerunt alieni a chriſto. Quarta eſt. quia columba ro-
ſtro non lacerat. ſic & iſti nulli detrahunt, nullius bona attenuāt vel
ſubuertunt. Quinta eſt quia columba caret felle. ſic & iſti carent ir-
rationabili ira & furore. ex zelo tamen ordinato peccata modeſte &
rationabiliter deteſtātur. Sexta eſt. quia columba in petris & cauer-
nis nidificat. ſic & iſti per deuotam meditationem in chriſti vulneri
bus ſuauiter repauſant. & in ipſo deo totam ſpem & refugium ſuū
ponunt. Septima eſt. quia columba gemitum pro cantu habet. ſic &
iſti in quibus ſpiritus habitat: gaudent in gemitu pro peccatis: non
autem delectationibus vanis. Per hoc autem q; ſubditur. & manē-
tem ſuper eum / innuitur donorum cœleſtiū firma & immobilis par
ticipatio. quę nō congruit mentibus imperfectis: quę a gratia ſuſce-
pta faciliter poſſunt excidere. Sciendum autem ſecundum Hiero-
nymū q; hęc columba ſedit ſuper caput Ieſu: ne quis crederet vo-
cem patris factam ad Ioannem & non ad dominum. Tertiū quod
ad hoc concurrit eſt mentis deuotę ad veram ęternitatem transfor-
matio. quod notatur, cū annectitur. Hic eſt filius me⁹ dilectus. quę
quidem transformatio perficitur ex tribus. Primum eſt exem-

plaris Chriſti pfectiſſima imitatio,quę notatur cum dicitur:hic eſt filius meus. Nam ſcdm Aug. filius dicitur,eo quod ſit ſicut ille qui genuit:vnde p hoc ſignificatur ſcdm Hilarium,quod ſpiritusſanct9 in baptiſmo ſuper baptiſatum deſcendit,& per gratię vnctionem ipſum filium adoptiuum conſtituit. Secundum eſt eius feruentiſſima dilectio:& hoc notatur cum ſubditur,dilectus . Nam ſicut dicit Hilarius:parens omnium deus vnus eſt:neq; alteri trāſire in nuncupationem filiationis eius licebit,niſi fraternę inuicem charitatis pace viuamus. vnde in ſeptima beatitudine dicitur. Beati pacifici, quoniā filij dei vocabuntur:ad inſinuādum quod i mentis trāquillitate in qua omnia pacata ſunt & nulla contradictio paſſionum,dabitur ſeptem ætatibus trāſactis vera pax. Tertium eſt diuinæ voluntatis pleniſſima cōformatio: quod notatur cum ſubditur,in quo mihi complacui. vt de hoc exponatur illud Eſa.xlij. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam illum,electus meus:complacuit ſibi in illo anima

D mea. ℭ In quibus verbis innuit quod homo debet volūtatem ſuā voluntati diuinæ tripliciter conformare. Primo/in exhibitione debitę ſeruitutis. ideo dicit. Ecce ſeruus meus. Erga deuota ſeruitus eſt ipſi deo ſumme grata & ſumme accepta,ideo ſubdit. Suſcipiam eum.i.acceptabile & gratum erit mihi ſuum obſequium. Secundo/ in affectione intimę charitatis,vt ſicut deus ab æterno ſingulariter & intime nos dilexit:ita Chriſtum intime ex toto mētis affectu noſtro/& ſingulariter præ omnibus diligamus. & ideo ſubdit. Electus meus. Tertio/in cōſuetudine diuinę bonitatis:& ideo annectit,cōplacuit ſibi in illo anima mea. nā ſicut deus feruenter deſiderat nobis ſuam bonitatem communicare:ita homo debet ad eius aſſecutionem feruentiſſimo deſiderio aſpirare. Quod nobis pręſtare dignetur &c.

ℭ De ſancta Agnete Sermo.I.
Et in numero.XLI.

A AGnę. Geneſis.xxj. ℭ Iſtud nomen chariſſimi quod propoſui vobis ex quatuor literis cōponitur vt apparet:ſcilicet a/g/n/e. Quę qdem literę,ſi modo myſtico exponātur,beatam Agnetem nobis magnificāt & cōmendāt. Nam hęc prima litera/a/ſcdm ordinem alphabeti omnes alias literas antecedit:& ideo poteſt dici prima,ſecūdū vero figuram eſt triangulata:& quia triangulus eſt prima figurarū rectilinearum. Ideo ex hoc etiam poteſt dici prima. Etiam hæc litera/a/vt dicit Iſido.j.Ety.primo profertur a naſcentibus,vnde eſt litera infantium: hinc eſt q Hieremias quaſi puer & infans dicebat:A/a/a/domine deus:ecce neſcio loqui &c. Hæc enim litera /a

Vide adaptationē illarum quatuor lrarū.

In hebręo dicitur aleph, quod interpretatur doctrina ſiue ſapientia Et quia ſapientia fuit ante ſecula & per conſequens prima: iuxta illud Prouerb. Ab initio & ante ſecula creata ſum, ideo omnibus his modis poteſt a/ dici prima littera, ex quo prętendit ſimilitudinem cum beata Agnete, quę ex ſua dignitate eximia, ſatis in conſpectu dei: & inter alias virgines poteſt dici prima, ſemper tamen circũſcripta virgine glorioſa: cuius comparatio tanto nobis remotior: quanto ſuper omnes alias ſingularioris gratię actibus rutilauit. Q͛ autẽ beata Agnes poſſit hoc modo dici prima, patet tali perſuaſione politica. Nam (vt habetur ex lege ciuili) dignitas mariti eius ſponſę nomen imponit. vnde videmus ꝙ cuius ſponſus habet regiam dignitatem: illa ſponſa dicitur regina. & cuius ſponſus comes: ſponſa dicitur comitiſſa. Quia igitur ſponſus beatę Agnetis ſcilicet chriſtus Ieſus, qui eam ſubarrauit anulo charitatis, ſua dignitate dicitur primus. iuxta illud Ioan. viij. Ego ſum principiũ qui & loquor vobis. Ideo reſtat vt hęc virgo beatiſſima ſcilicet beata Agnes, poſſit ſponſali dignitate vocari prima. & per conſequens ratione talis primitatis reddi commendabilis: ſub prętextu huius litterę aleph/ hebraice/ alpha gręce/ latine/ a/ primę litterę ſupra modo dicto. Hinc eſt ꝙ vt correlatio Agnetis & chriſti per nomina quorundam apparẽtium clare fieret, apparuit beata Agnes eam plãgentibus ad ſepulcrum habens agnum a dexteris, ſcilicet dominum Ieſum chriſtum iuxta illud Ioan. j. Ecce agnus dei &c. Chriſtus igitur ſponſus quia vocatur agnus, hęc autem Agnes dicitur, & ideo merito proponitur Agne. vnde Apoca. xix. Gaudeamus & exultemus & demus gloriã ei, quia venerũt nuptię agni, & vxor eiꝰ, ſcilicet beata Agnes prępárauit ſe, & datum eſt ei vt cooperiat ſe byſſino ſplẽdido & candido. Byſſino per corporis mundiciam, ſplendido per exempli refulgentiam, candido per puram conſcientiam. Quę quidem fuerũt anguli huius litterę aſtantis ad modum figurę pyramidalis, cuius vnus angulus eſt acutus in ſurſum tendens. i. per modum ignis. & ideo dicitur pyramidalis a pyr quod eſt ignis, quia i ſummitate prębet ſe acutum. Tradit enim Vegetius in de arte militari, ꝙ acies tali modo pyramidali debet eſſe poſita, cum quis vult hoſtes diuidere qui ſunt plures. ſi vero ſunt pauci: tũc acies fienda eſt circularis quę eſt capaciſſima, vt melius poſſint intercludi. Quia igitur multi hoſtes, ſcilicet mundus & caro & etiam aduerſator noſter diabolus: fuerunt contra beatam Agnetem, & ſunt contra quãlibet animam iuſtam chriſtianam, ideo fienda eſt exemplo beatę Agnetis quędã acies pyramidalis vel triangulata, cuius baſales anguli ſint corporis mundicia & exempli refulgentia: angulus vero in ſurſum tendẽs ſit

mentis conſtantia.Iſta eſt quę omnia opera perficit & in altum diri
git in conſpectu iudicis omnia cernentis. Actu.x.Orationes tuę &
eleemoſynę tuę &c .quia fuſa ſunt ex pura conſcientia aſcenderũt
in memoriam in conſpectu dei, & hęc ſufficiant de littera prima &
B triangulata quę eſt/a. ¶Sequitur ſecunda ſcilicet/g. Quę quidem
in alphabeto ſeptimum tenet locum , ex quo quandam perfectio-
nem innuit cum magna pars vniuerſi per numerum ſeptenarium
diſtinguitur, quod patet inductiue . nam cœli planetarum ſunt ſe-
ptem,dies hebdomadę ſũt ſeptem,virtutes theologicę cum cardi-
nalibus etiam.vij.artes liberales totidem , dona ſpiritusſancti. vij.
& multa alia etiam hoc ſeptenario numero diſtinguuntur.Ex quo
ipſum/g/bene pfectionem indicat, & ſic nobis beatam Agnetem
innuit magna perfectione commendandam , quam adepta eſt ex
coniunctione charitatis ad deum . Nam in plenitudine charitatis
ſtat perfectio regni dei,vt dicitur in Decretalibus, de tempore ordi
nandorũ.ca.Ex tenore. Hinc eſt ꝙ hęc littera/g/habet duo corpo-
ra in vno corpore ſimul iuncta,cuius inferius eſt latius,& ſignificat
veram charitatem,cuius eſt amare ſuperius ſcilicet deũ,& inferius
ſcilicet ꝓximũ,tamen magis late inferius id eſt ꝓximũ q̄ deũ,quia
ꝓximi ſunt q̄ plures, deus tamẽ vnus ſolus iuxta illud. Audi iſrael
mandata vitę,deus tuus vnus eſt. In iſto cõſummãtur oĩa pręcepta
charitatis , quod figuratũ eſt in archa Noe,de qua Geneſis ſexto.
ꝙ cõſummabatur cubitu vno, vt hinc daretur intellectus ſub figu
ra,ꝙ charitatis pręcepta(in qua arcana quęlibet cõſeruãtur)cõſum
mãtur id eſt perficiũtur in menſura vna,quę cubitus dici poteſt,qui
eſt in Chriſto benedicto,qui eſt vnus deus menſura omniũ ſubſtan
tiarũ,manens in illo in quo ſua charitas rutilat.vnde.j.Cor.vj.Qui
adhęret deo,vnus ſpiritus eſt cũ illo.Cuius ratio eſt,quia amoris ꝓ
priũ eſt vnire,vt patet per Dio.iiij.de diuinis nominibus,vbi ſic ait
Omnẽ amorẽ angelicũ diuinũ & animalẽ ſiue naturalẽ:vnitiuã quã
dã dicimus eſſe virtutẽ,nã tranſfert amantẽ extra ſe & collocat eum
cũ re amata.vnde Philoſophus.ij. Rhet.dicit, ꝙ ſe amantiũ eſt quo
dãmodo vna aĩa.quod ſatis apparuit in Aug.qui in libro confeſ.di-
cit ꝙ quẽdã tm̃ diligebat ꝙ in ambobus vnã aĩam putabat.vñ nec
ſine eo mori volebat nec viuere.Nõ viuere:ne niſi dimidius viue-
ret,nec mori ne ille amicus totus moreretur. Hinc eſt cũ vnus ami
cus moritur:anima alterius qui remanet quaſi videtur penitus euo
laſſe,quod patet in Dauid.ij.Reg. quãdo de morte Ionathã ita pie
cruciabatur Patet etiã in Lucillo qui ꝓ claro amico ſuo die noctuqꝫ
lachrymas effundebat:vt narrat Seneca in epiſto.lib.viij. Vñ quidã
cũ diu plãxiſſet de amico ſuo in fine ſui plãctus ſic ait. Heu igĩ nõ

debeo velle mortẽ:poſtq̃ mihi illud:ꝑ cõtra talẽ ſortẽ, terrã ergo fo-
dite:ſepulcrũ ibi facite:quia nolo plus viuere vltra priuatus tanta re
quie.ex quo igiꝑ omnino patet ꝙ charitatis eſt vnire. Perſona igiꝑ
charitatiua ſicut fuit beata Agnes:ex hoc innuitur tota vnita deo.
Et quia quãto aliquid ad vnũ primũ principiũ appropinquat: tãto
de eius influentia magis recipit,vt habeꝑ ex ſententia primę philoſo
phię.li.xij.ideo pfectiſſima innuiꝑ beata Agnes ex vnione magnę
charitatis quã habuit circa deum & ecõuerſo.vñ Heſter.ij. Amauit
eã rex ſup oẽs mulieres.Ideo Cãti.ij. Introduxit me rex in cellã vi-
nariã,ordinauit in me charitatẽ.introduxit me ꝑ amicitiã vnitiuam
in cellã vinariã:ꝑ lętitiã adoptiuã,ordinauit in me charitatẽ per dile
ctionẽ cõuerſiuã.Cã. Dilectus meus mihi & ego illi. Et hoc innue-
bat illa littera/g/ratione ſuę pfectionis quã oſtẽdit,tũ ratione nume-
ri ſeptenarij,tum ratione corporis bini de quo tantum dictum ſit.
¶Sequitur tertia littera/n/quę quidẽ verſus terrã reſpicit & ad infe C
rius ſe totã exhibet & inclinat,& humilitatem deſignat,per quã ho
mo arrogantiã ſublimiũ derelinquit:& pie ſuis proximis condeſcẽ
dit:vt meritis perfectus ſit magnificus coram deo.vnde Gre.xvij.
Mor.ſic ait.Tantũ vnuſquiſq; fit precioſior ante deũ:quãto ꝑ amo
re eius fuerit deſpectior & humilior. Hinc ad Saul domin⁹ ait.j.Re.
xv.Nonne cum paruulus eſſes in oculis tui, caput te conſtitui in tri
bubus iſrael:ac ſi aperte dicat.Magnus mihi fuiſti quia deſpectus ti
bi.Hinc eſt ꝙ poſt/n/quę humilitatem inſinuat:ſtatim ſequitur alia
littera ſecundum ordinem alphabeti quę dicitur/o/quę ratione ſuę
rotunditatis perfectionem in capacitate gratię deſignat:quę in me-
ritũ humilitatis tribuitur viatori:qui in cultu trinitatis ſeruator man
datorum extiterit poſſe ſuo. Hinc eſt ꝙ/n/in numero alphabeti eſt
littera tredecima.vbi ſunt decem & tria:quę decem pręcepta deca-
logi trinitatis cultu ſeruata humiliter, reddunt congruam animam
viatricem ad perfectam ſuſceptionem chariſmatũ ſaluatoris:cui at-
tribuitur/o/ſequens/n/ratione perfectionis.vnde Apocaꝑ.vlti.Ego
ſum alpha & o/principium & finis. Hoc autem conſiderans beata
Agnes ſcilicet ꝙ deus humilia reſpicit & alta a longe cognoſcit:&
oculos ſuperborũ humiliat,& omnes humiles ſaluos faciet: & ideo
ſe humiliauit in conſpectu domini quantum potuit & ſe deſpexit:
quia diuitias contempſit:honores reſpuit:voluptates obhorruit:&
vt Chriſtum lucrifaceret ſe vermem exiguum reputauit. Vnde po
teſt dicere illud pſalm̃.Domine non eſt exaltatum cor meum:neq;
elati ſunt ocu.&c.¶Sequitur quarta littera/e/cuius figura ſicut ſci-
tis eſt clauſa ex parte ſiniſtra.ex parte vero dextera apte ſe oſtendit.

& in hac parte ſcilicet dextera habet quandam lineam paruulam quaſi per modum cuiuſdam accentus,qui ad partem ſuperiorẽ reſpicit & quaſi ſagittat,& orationem deſignat, quę eſt clauſa a parte ſiniſtra,quia ille qui orat debet eſſe remotus ab omni cogitatiõe maligna. Eſt autem aperta a dexteris,quia orans ſuę charitatis vulnera tota debet oſtẽdere crucifixo dicens. Vulneraſti cor meũ dñe charitate. Hinc eſt ꝙ hęc littera/e/eſt aperta verſus litteram/f/ quę quaſi facta eſt ad ſimilitudinẽ crucis, quia orans totus debet eſſe apertus Chriſto,q̃ vt nos redimeret ſe crucifigi permiſit. Debet etiam eẽ vt dicebatur orationis attẽtus id eſt orãtis intẽtio ad ſuperna eleuata, quia nõ debet orãs cogitare de terrenis ſed ſolũ habere aĩm verſus Chriſtũ, in quo quies noſtra pfecte inuenitur. vnde Augu.j.cõfeſ. Ad te nos feciſti dñe: & inquietũ eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. Hinc autẽ habetur, Exo.xvij.ꝙ cũ fieret ꝑliũ inter Iſraelitas & gẽtes Amorrheoꝝ cũ Moſes orabat:& eo ſic orãte,dũ man⁹ ĩ altũ tenebat:ſuus populus ſuperabat:cũ vero manus inclinabat ad inferiora,tũc hoſtes victoriã obtinebãt:vt per hoc daretur intelligi in figura:ꝙ orãtis animus tũc obtinet victoriã viciorum, qui terrenoꝝ oblitus cœleſtia pręcogitat toto niſu. Hoc eñ modo chariſſ. mi beata Agnes ĩ orationib⁹ ſuis,terrenis deſpectis totã ſe ĩ Chriſto vero agno cõmiſit vt eã adipiſceret̃ in ſponſam:cuius amore quotidianis ieiunijs & orationibus vacabat. Eius igitur oratio poteſt figurari p

Heſter. xv. Heſter:cuius pannos(vt legitur)ne luto deturparentur,ancilla in altũ tenebat,quãdo ire voluit ad palatiũ Aſſueri. Heſter interpretat̃ abſcõſa, Aſſuerus vero pacificus. Tũc igitur Heſter vadit ad palatiũ Aſſueri, q̃ñ oratio a populari ſtrepitu abſcõſa dirigitur verſ⁹ magnificentiã dei patris. Verũ tamẽ eſt ꝙ oportet ancillã pãnos in altũ tenere,ne lutũ tangãt,quia oportet ꝙ orationi ancilletur abſtinẽtia quę carnẽ noſtrã ita mordeat & aſtringat:ꝙ in luto carnalitatis vanę orationis noſtrę egreſſus minime polluãtur. Tũc eñ oratio vadit ad patriam,tunc enim deus eam exaudit,tũc enim orantem ſaluificat, necnon charitatis oculo reciprocat intuentem. vnde Canti.j. Vulneraſti cor meum ſponſa mea in vno oculoꝝ tuoꝝ. Et hoc quidẽ pręnotabat illa linea quę de hac littera/e/ꝑgredit̃ in ſurſum, quaſi modo cuiuſdã ſagittę. De qua Aug.in libro confeſſio. dixerat. Sagittaueras tu dñe cor meũ. & hęc ſufficiant de nomine vobis propoſito ſcilicet Agne. quod quidem vt dicebatur compoſitum eſt ex quattuor litteris:ſcilicet/a/q̃ eſt littera prima p quã in Agnete demõſtratur dignitas. Secunda/g/quę eſt littera ſeptima, & duo quaſi corpora ſimul habet coniuncta, per quam in Agnete denotatur perfe-

ctá charitas. Tertia .n. quę ad inferius inclinat, per quā in Agnete demonſtrabatur humilitas. Quarta .e. quę ſurſum ſagittat, p quā in Agnete innuebatur orationis puritas. Vnde hæ quatuor litteræ Agne vocabulum ornantes poſſunt ſimilari illis quatuor fluminibus qui ornabant paradiſi vocabulum. illis quatuor columnis quæ ſuſtentabant tabernaculum. illis quatuor quadrigis quas vidit Zacharias in miraculum. Vnde poteſt dici beata Agnes iuxta illđ Eccl.xliij. Species cœli, gloria ſtellarum, mundum illuminans. Species cœli per impletionem chariſmatum diuinorum, gloria ſtellarum p illuminationem Chriſtianorum, mundum illuminans per conuerſionem peccatorum: quibus impetrauit conſolationem glorię beatorum. Ad quam nos perducat deus deorum qui regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

❡Sermo ſecundus ad idem. Et in numero. XLVII.

FOrtitudo & decor indumentum eius & ridebit in die nouiſſimo. Prouerb. vlt. ❡Verba iſta ſunt Sapientis de forti A
muliere loquentis, qualis fuerat beata Agnes, quæ mulier dicitur non a mollicie corruptionis, ſed a diſcretiōe ſexus ſicut Chriſtus matrem ſuam virginem appellauit mulierem. Ioā. ij. Quid mihi & tibi eſt mulier. & Ioan.xix. Mulier ecce filius tuus In verbis igitur propoſitis beata Agnes commendatur quantum ad tria. Primo, quantum ad eius vitam & conuerſationem. Secūdo quātum ad pœnam & paſſionem. Tertio quo ad palmam & remunerationem. Primum reſpicit ipſam vt incipientem, ſecundum vt patientem, tertiū vt gaudio iam fruentem. Primum notatur in ei⁹ pulchritudine & decore, in eo quod dicitur, decor. Secūdum in ei⁹ fortitudine & robore, in eo ꝙ pręmittitur, fortitudo. Tertium in riſu gaudioſo & dulcore, in eo ꝙ ſubditur, & ridebit in die nouiſſimo vt ſit ordo verborum, Decor & fortitudo indumentum eius & cæt. Et bene decor pręponitur fortitudini, quia prius agendum eſt de vita & conuerſatione q̄ de paſſione. Et hic ordo eſt in illo Pſal. Dominus regnauit decorem indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem. Quantū ad primum ſciendum ꝙ recte per decorem vita & conuerſatio ſanctæ Agnetis deſignatur. Sicut enim ad decorem & pulchritudinem corporalem tria requiruntur, ſcilicet diuerſitas membrorum: proportionabilitas eorum, ſuauitas colorum: hoc eſt membrorum diſtinctio, eorum proportio, colorum ſuperinductio. Hæc tria tanguntur in diffinitione pulchritudinis quam ponit Auguſti. dicens. Pulchritudo eſt elegans membrorum diſpoſitio cum ſuaui-

Q̃ apte ſignificatur vita beatę Agnetis p decorē.

tate cœlorum:diſpoſitio pertinet ad diſtinctionem,elegantia ad ꝓportionem,ſuauitas ad colorem. Sic beata Agnes fuit decora,quia in ipſa fuerunt hæc tria,ſcilicet diſcretio prudentię, proportio iuſtitiæ,ſuauitas pudicitiæ. Nam ad literam ipſa fuit per prudentiam ĩ mente morigerata:per iuſtitiam in opere regulata:per pudicitiam ĩ carne inuiolata.& ideo de ipſa poteſt dici illud quod dicitur de Rebecca,Gen̄.xxiiij. Puella decora nimis virgoq; pulcherrima & incognita viro. Ipſa fuit namq; puella per teneram ętatem:decora per virtutum venuſtatem:virgo per caſtitatis integritatem : incognita per mundanę laſciuię immunitatem. Huius puellę decorem ſponſus moroſo vultu intuens,Can̄.vij. Q̃ pulchra es(inquit)& q̃ decora chariſſima in delicijs. Fuit namq; beata Agnes pulchra in vita actiua:decora in contemplatiua:pulchra coram hominibus in conuerſatione:decora corā deo & angelis cœleſti meditatiōe : pulchra in virtutibus:decora in donis & beatitudinib⁹. Q̃ aūt additur,Chariſſima in delicijs:intelligi poteſt vno modo de doloribus ſuę paſſionis,quos ipſa ob amorē ſponſi delicias reputauit,& in hoc ipſa ſpōſa chariſſima fuit. Alio modo vt intelligatur de delicijs contemplatiuis. Vnde gloſ. Chariſſima in delicijs.i.ex hoc ꝙ mente vacas in cœleſtibus delicijs. ¶ Notandum autē ꝙ ſicut pulchritudo & de-

B

Spūalis pulchritudo ĩ ſeptē attēditur ſicut corporalis.

cor mulierum corporalis attenditur in ſeptem,ſic & ſpiritualis. Corporalis quidem pulchritudo attenditur in aſpectu,in vultu,in ſtatu in affatu,in ornatu,in greſſu,& in geſtu. Pulchritudo in aſpectu eſt ĩ oculis:Spiritualiter ſignificans ſimplicitatem intentionis. Hāc pulchritudinem habuit beata Agnes. vnde dixit inter alia. Ipſi me tota deuotione committo. Can̄.j. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra,oculi tui columbarum:abſq; eo quod intrinſecus latet.

Lucę. xj.

Oculus animę intentio eſt,quæ ſi fuerit ſimplex totum corpus lucidum eſt & econuerſo. Eſt igitur pulchritudo in oculis,quando in omnibus quæ facimus vel ſuſtinemus eſt ſimplicitas intentionis, vt omnia propter deum & non fauorem humanum fiant. Pulchritudo in vultu eſt pulchritudo in genis:hoc eſt ſynceritas dilectionis Vnde Agnes ait. Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum &cę. pulchrior fide q̃ facie,quia ſanguis eius ornauit genas meas. Canticorum primo. Pulchrę ſunt genę tuę ſicut turturis,collum tuum ſicut monilia. Hæc pulchritudo eſt candor & charitas quæ generaliter omnium informat ſtatum. Sapientię quarto. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum charitate. Pulchritudo in ſtatu eſt ſublimitas cōtemplationis. De quo Agnes. Ecce quod concupiui iam video: q̄d ſperaui iam teneo:ipſi ſum iuncta in cœlis &cæt. Canticorum ſeptimo. Q̃ pulchra es & q̃ decora &cæt. bene dicit in delicijs . Anima

enim ſpeculatiua aliquādo delicijs abſorbetur, ſicut Beniamin ado
leſcentulus in mentis exceſſu,dum tota die quaſi in thalamo cōmo- Gen̄ xlix
ratur &cæt.Pulchritudo in affatu eſt vtilitas exhortationis . Vnde
dixit.Recede a me pabulum mortis &cęt.Iudich.vndecimo . Non
eſt talis mulier ſuper terram.&cęt.Canticorum quarto.Sicut vitta
coccinea labia tua & eloquium tuum dulce.Pulchritudo in ornatu
eſt ſuauitas in oratione.Beata Agnes in medio flammę orabat di-
cens.Omnipotens adorande:tremende &cęt.Exultauit igne inte-
riori domante exteriorem.Vnde de ea dici poteſt.Quæ eſt iſta quę
aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi &cęt.Pulchritudo in greſ-
ſu eſt per conformitatem mortificationis carnis.Vnde dixit . Spur-
citias immaculato calle tranſiui &cęt.Canticorum ſeptimo. Q̄ pul
chri ſunt greſſus tui ſicut filia principis in calciamentis.Calciamen-
ta in pedibus eſt mortificatio mentis humanę,quę debet in Chriſto
ambulare ſicut Chriſtus ambulauit.Pulchritudo in geſtu eſt hone-
ſtas conuerſationis exterioris:qua Agnes filium ſpreuit præfecti.
Canticorum ſexto.Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora con
ſurgens &c.Studeamus imitari auroram progredientem & conſur
gentem/lunę pulchritudinem/Solis electionem/terribilem hoſtibꝰ
caſtrorum aciem ordinatam &c.

¶Subſermo.I.de eodem.Et in numero.XLVIII.

FOrtitudo indumentum eius.¶Viſo de bea- A
tæ Agnetis decore quæ relucebat in eius vita
& conuerſatione,ſequitur videre de eius for-
titudine quæ apparuit in eius paſſione . Tria
autem ſunt quæ concurrunt ad virtutem for-
titudinis/ſcilicet puritas intentionis /hilaritas De tribus
affectionis/virilitas acceſſionis & hæc tria tan- quę cōcur
guntur in diffinitione fortitudinis quam po- rūt ad for-
nit philoſophus dicens.Fortitudo eſt aggreſſio terribiliū & arduo- titudinem
rum propter bonum finem.Q̄ dicit aggreſſio, pertinet ad volun-
tatem & alacritatem.q̄ dicit terribilium,pertinet ad virilitatem . q̄
dicit propter bonum finem,pertinet ad puritatem. Et hæc tria fue
runt in paſſione Agnetis ſicut patet intuenti .nam eius paſſio fu
it voluntaria /ordinata/meritoria. & hoc quo ad alacritatem af-
fectionis / puritatem intentionis /virilitatem tolerationis. & ideo
in ipſa impletum eſt illud Eſaiæ quarto. Dat laſſo virtutem . &
in his quę non ſunt fortitudinem & multiplicat robur . Certe ſe-
xus fœmineus per naturam laſſus eſt ad arduum incipiendum : lan

guidus ad inceptum accreſcendum, & nullus ad conſummandum
& perficiendum. Sed dominus deus benedictus qui dedit hodie in
Agnete ſponſa ſua ſexui laſſo virtutem alacriter arduum incipien-
di, languido fortitudinem viriliter ſuſcipiẽdi: nulli robur & virilita-
tem fœliciter perficiendi. Vnde ſignanter poteſt dici ꝙ hodie inuẽ-
tum eſt in Agnete illud quod Salomon vix poſſe quemq̃ inuenire
dixerat ante verbũ propoſitũ. Mulierem fortem quis inueniet &c.
Prou. vlt. Inuenta eſt hodie vna mulier fortis, q̃ viros fortes & tyrannos deui
cit. & ipſum diabolum pricipem tyrannorũ ſuperauit. Fortitudo cu
Btã agnes iuſlibet oſtendit̃ qñ conſtans in certamine inuenit̃. Ipſa aũt Agnes
ſuperauit triplex certamen ſuſtinuit. Primũ habuit cõtra p̃fecti filium, ſecun-
filium p̃e- dum contra p̃fectum, tertiũ cõtra prefecti vicarium. In primo nãq;
fecti: non certamine quod habuit cũ p̃fecti filio q ſuam virginitatẽ auferre vo
obſtãte tri lebat, habuit triplex impedimentũ. Primo enim impediebatur a iu
plici impe uenili ętate: nam tredecim ãnorum ętas iuuenilis magis eſt laſciua
dimento. & magis ad concupiſcentiam inclinata. Secundo a corporis pulchri
tudine: de ipſa enim legitur ꝙ fuit pulchra facie: & pulchra magis
ſolet ſollicitari. Tertio a munerum multitudine. vnde cœpit ei mul
ta afferre & plura ꝓmittere. Multę quidem ſunt/quas nõ ſeducit iu
uentus vel pulchritudo: ipſas tamen ſeducit munerum oblatio. in fi
gura hu⁹ Geñ. xxij. ſeru⁹ Abrahę dedit Rebeccę munera, vt ipſam
facilius ad coniugij conſenſum domini ſui inclinaret. Sed licet tot i-
pedimenta haberet: tamẽ virginitatem conſeruauit & victoriã obti
nuit. & iſta per ordinem habentur in eius legenda. Vnde legitur de
ea ꝙ tertiodecimo ętatis ſuę anno mortem perdidit & vitam inue-
nit. Pulchra facie ſed pulchrior fide, quæ dum a ſcholis reuertitur: a
prefecti filio adamatur. Cui ille gemmas & diuitias promiſit: ſi in
eius coniugium conſentiret. Cui Agnes. Diſcede a me miſer, quia
iam a Chriſto meo amatore preuenta ſum, qui eſt nobilior/pulchri-
or/& ditior te. Audiens hæc inſan⁹ iuuenis lecto proſternitur: & ꝙ
amore ęgrotaret a medicis apetitur. ecce prima pugna & victoria.

C ¶ Secundum certamen habuit contra prefectum qui voluit pollue
re eius famam & honeſtatem: trahendo ipſam ad proſtibulum. In
Sex certa- hoc certamine multa tela iniecit aduerſarius contra eam. Primũ
mina præ telum fuit, quia fecit ipſam nudam per ciuitatem duci: vt nuditas
fecti ſupe- faceret ſibi verecundiam. ſolent enim virgines magis timere nudi-
rauit bea- tatem q̃ pœnam. Sed contra hoc adiutorium habuit a deo. Nam
ta Agnes. tantam denſitatem deus capillis eius tribuit, vt melius capillis
q̃ veſtibus tegeretur. & ſic verecundiam ab ea propulſauit. Se-
cundum telum iecit contra eam, quia in loco turpi/ſcilicet in proſti
bulo fecit eã icludi, vt nomẽ & honeſtatẽ ei⁹ pollueret. Sed ꝯtra hoc

habuit angelicam ſocietatem:quia ingreſſa turpitudinis locum angelum domini pręparatum inuenit,qui infamiā loci aboleret. Tertium fuit:quia i loco obſcuro eam fecit claudi:vt loci obſcuritas eā terreret. Et contra hoc habuit claritatem:vt illi qui ingreſſi ad eam fuerāt pre nimio ſplendore eam videre non poſſent. Quartum fuit, quia ſine veſtimento eam fecit relinqui:vt frigore moreretur. contra hoc habuit veſtem cœleſtem vt a frigore tegeretur. Ingreſſa eñi carcerem veſtem candidiſſimam a deo paratam inuenit ad menſuram corporis ſui aptam. Quintum fuit quia omnibus fecit eam exponi:vt pro vno quem contempſerat,multos haberet qui eam illuderent. Contra hoc habuit diuinam virtutem:qui ad eam ingrediebantur,viſo lumine conuertebantur. Sextum fuit ꝙ dedit eam filio ſuo illudendam:vt quem noluerat habere maritū haberet amaſium. contra hoc habuit iuſtitiam dei qui eam vindicauit. Cū enim prędictus filius pręfecti ad lupanar cum alijs iuuenibus veniſſet: & eos ingredi ad eam iuberet:& illi cōpuncti redirent, ille miſeros eos appellans ad eam audacter intrauit,& cum eam vellet contingere,ſuffocatus a diabolo expirauit. Quod pręfectus audiens cum nimio fletu ad eam venit. Cui agnes. Cuius voluntatem voluit perficere:poteſtatem in eum accepit. Cui pręfectus. In hoc apparebit ꝙ non magicis artibus feciſti:ſi impetrare poteris ꝙ reſuſcitetur. Orante Agnete iuuenis reſuſcitatur & ab eo Chriſtus publice pręedicatur,& ſic in ſecundo certamine triumphauit. ¶ Tertium certamen habuit contra pręfecti vicarium qui volebat in ea corrumpere fidei integritatem multiplex inferendo ſupplicium. Cum enim pręfectus vidiſſet miraculum ꝙ per eam filius ſuus fuerat reſuſcitatus:libenter eam liberaſſet ſed populus clamabat vt occideretur. Tūc ipſe vicarium ſuum nomine Aſpaſium loco ſui conſtituit:qui iuſſit eam in ignem copioſum mitti:vt ſcilicet ignis carnem & oſſa in cinerem redigeret ne aliquę reliquię remanerent quas Chriſtiani adorarent ſed ipſa ignem deuicit:quia contra ignis ardorem habuit deuotam orationem:quę ipſum ignem diuiſit in duas partes:& ipſa in medio ignis illęſa permanſit. Vnde legitur de ea ꝙ cum compleuiſſet orationem ita omnis ignis extinctus eſt:vt nec torpor incendij remanſiſſet. Tūc Aſpaſius gladium in guttur eius immergi pręcepit:& ſic palmam martirij a Chriſto recepit. Et ideo bene dicit fortis mulier:quia in hoc triplici certamine conſtanter militauit & de hoſtibus ſuis triumphauit. ¶ Sequitur & ridebit in die nouiſſimo:in quo verbo beata Agnes commendatur quantū ad palmam & remunerationem ęternę ſcilicet felicitatis,quę bene per riſum deſignatur. Ad riſum namq; tria concurrunt:ſcilicet apprehē-

D Quomodo etiam btā Agneſ ſuperauit vicarium pręfecti.

E

ſio nouitatis in capite,impreſſio iocunditatis in corde,expreſſio benignitatis in facie.Nam in riſu primo res delectationis apprehenditur:ſecundo apprehenſa cordi imprimitur:tertio impreſſa vultu exprimitur,ſic in gloria erit riſus perfectus,quia ibi cognitio infallibilis:tentio inamiſſibilis,delectatio indicibilis,& ideo de beatis dicitur in p̄s. Videbunt iuſti & ridebunt & dicent.Confitebimur in ſeculum quia feciſti.&c.Certe videbunt cognitione infallibili :confitebuntur pro tentione inamiſſibili:videbunt pro fruitione & delectatione indicibili.Signanter autem dixit Sapiens.Quia ridebit in die nouiſſimo.Non dixit in die primo,quia ille eſt dies ploratus & triſtitiæ.Sapiē.vij.Primam vocem ſimilem omnib⁹ emiſi plorans. Nec dixit in die medio,quia ille eſt dies miſerię & incolatus.Pſal. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus eſt.Sed dixit in die nouiſſimo,quia ille eſt dies iocūditatis & riſus.Iob.viij.Donec impleatur riſu os tuum.In hoc ergo die nouiſſimo ipſa Agnes ridet/quia p̄ter gloriā communē quattuor habet ꝓrogatiuas.Primā habet i capite quę eſt aureola.Exod.xxv.Super coronam faciam alterā coronā aureolam.Secundam habet in ore.ꝙ eſt ſuauis melodia.Apocal. xiiij.Cantabant quaſi canticū nouum &c.Tertiam habet in corpore,quę eſt veſtis candida.Apoc.iij.Ambulabūt mecū in albis/quia digni ſunt.Quartā habet in Chriſti aſſecutione quę eſt aſſecutio diuina.Apoc.xiiij.Hi ſequūtur agnum quocūq; ierit. Propter primā gloriā quā habet in capite dixit.Quaſi ſponſam decorauit me corona.Propter ſecundam quā habet in ore ait.Cui⁹ mihi organa modulatis vocibus ſonant.Propter tertiā quā habet in corde dixit.Induit me domin⁹ cyclade auro texta.Propter quartā quam habet in Chriſti aſſociatione ait.Ipſi ſum deſponſata in cœlis quem in terris poſita tota deuotione dilexi.&cęt.

De quattuor ꝓrogatiuis ſanctę Agnetis.

¶De Conuerſione Sancti Pauli.Sermo.I.
Et in numero.XLIX.

A HAec mutatio dextrę excelſi.Pſal.lxxvj.¶Verba iſta conuenienter accipi poſſunt de conuerſione ſancti Pauli:qui ſubito & mirifice mutatus fuit in virum alium, quaſi ex prædone paſtor:ex lupo ouis:ex hoſte miles:ex perſecutore p̄dicator effectus.Et hæc mutatio tam mirifica nullatenus fieri potuiſſet virtute alicuius agētis creati.facta eſt ergo in virtute dextrę excelſi/&c. Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ diuina prouidentia mutationes in rebus fiunt tribus modis/ſcilicet arte/natura/& gratia.Arte enim hominis vna ſubſtantia mutatur in alteram:vt patet in artifice qui vilem cinerem in pręclarum & nobile vitrum mutat.Itē natura vna

ſubſtantia mutatur in aliam, ſicut in vite aqua mutatur in vinũ, & opere apum ſuccus florum per ſecreta naturę mutatur in fauum: ſimiliter in nobiſipſis panis quem manducamus quotidie mutatur per naturam in carnem. Item gratia dei homo vnam ſubſtãtiã mutat in alterã, ſicut Moſes mutauit virgam in ſcorpionem ſeu ſerpẽtem, & aquam in ſanguinem: & ſic quotidie peccator mutatur in virum iuſtum. Hę omnes mutationes licet fiant virtute dei q operaẽ in rebus: ſunt tamen mutationes ſiniſtrę, quaſi dei: pro quanto ſunt communiter vſitatę quaſi in lege cõmuni. Eſt ergo quarta mutatio q̃ fit ex ſuperabundãti gratia & miſericordia dei ſecundũ fortitudinem brachij ſui, & hęc fit per ſaltũ quaſi om̃iſſo medio in iuſtitiam perfectam. Et talis non eſt ſecundũ legem communẽ neq; in multę eſt eã reperire/qualis fuit in Paulo qui repente de pſecutore factus eſt Apoſtol⁹. Hanc ſingularẽ mutationem propheta demonſtrat dicẽs. Hæc mutatio dextrę excelſi. dignior enim eſt dextra q̃ ſiniſtra ſecundum philoſophum in de cœlo & mundo. Vnde dextrę dei attribuuntur opera maiora. ſiniſtrę vero minora. Iuxta illud Prouer. iij. Longitudo dierũ in dextera illius: ſcilicet æterna: in ſiniſtra aũt illius diuitię & gloria id eſt bona temporalia. Vnde etiã ſecundum Caſſiodorum ſup eodem verbo Pſal. Ipſe dominus noſter Chriſt⁹ dicitur dextra dei patris, quia per ipſum facta eſt illa grandis mutatio: qua nos mutati ſumus a ſeruis in filios dei. & certe hęc mutatio dextrę excelſi. Ideo conuerſio Pauli bene dicitur mutatio dexteræ excelſi propter quatuor. Primo, quia facta eſt potentiſſime ſine prę paratione pręcedente. Secundo, quia citiſſime ſine dilatione concomitante. Tertio, quia promptiſſime ſine contradictione obſiſtente. Quarto, quia perſeuerantiſſime ſine refragatione ſubſequente.

Q̃ dextera dei pr̃is eſt Chriſt⁹ & q̃re conuerſio pauli dicitur mutatio dexterę excelſi.

B

¶ Primo namq; conuerſio ſancti Pauli, fuit mutatio dexterę excelſi. quia facta potentiſſime ſine pręparatione pręcedente. Nõ enim pręparauit ſe Paulus ad gratiam recipiendam: ſed econtra armauit ſe ad expugnandum. Actu. ix. Saulus ad huc ſpirãs minarum & cædis & cæt. Vbi triplex eius perſequutio innuitur. Et primo quidem fuit feruens nocendi deſiderio, quod notatur cum premittitur. Saulus ad huc ſpirans, quaſi diceret ſecundum gloſ. Mala præcedentia ſanctis irrogata ſibi non ſufficiebant, ſed adhuc fuit ſpirans id ẽ feruens deſiderio perſequendi, minarum & cędis in diſcipulos domini. ex quo datur intelligi q̃ minis deterrebat abſentes, ſed cęde & morte afficiebat præſentes. Secunda fuit per malum conſilium, quia acceſſit ad principem ſacerdotum & cætera. Ex quo apparet q̃ fuerit auidus in perſequutione Chriſtianorum, quia ſicut dicit gloſſa, nõ vocatus acceſſit, ſed vltro ſponte ſe ingeſſit: petens ab

eis Epiſtolas i Damaſcum ad ſynagogas &c. Ex quo apparet q̄ fuerit laborioſus: quia pro perſecutiõe exequenda ire voluit in Damaſcum: quę eſt ciuitas remota i terra Syriæ: quia ſimilem perſecutionem vt dicit glo. iam in ciuitatibus propinquis exercuerat. Apparet etiam quantum fuerit atrox & furioſus: quia omnes Chriſtianos ſimpliciter exterminare voluit: ideo ſequitur: vt ſi quos inueniret huius vię viros & mulieres vinctos illos perduceret in Hieruſalem: vtiq; puniendos & occidendos. in quo magna eius ferocitas oſtenditur: quia nec ſexui parcere voluit nec ętati. Et tertia fuit per malum miniſterium: propter quod annectitur: Et cum iter faceret cõtigit vt appropinquaret Damaſco. Et ſic patet ꝙ ipſe perſequebatur eccleſiam corde feruido, quia ſpirans minarum & cędis, ore auido, quia non vocatus ſed per ſeipſum acceſſit ad principes ſacerdotum, & literas, id eſt potentiam perſequendi impetrauit. Item opere feſtino, quia habitis literis moram nullam contraxit, ſed ſtatim iter accepit. Cum ergo ſic repugnaret gratię mutat⁹ eſt virtute dexterę excelſi diuinę: quam mutationẽ deſiderabat Eccl. xxxvj. dicens. Innoua ſigna, immuta mirabilia. Nempe qui Iordanẽ fluẽtem deorſum mutauit vt flueret retrorſum materialiter: ipſum Saulum repugnantem conuertit retrorſum ſpiritualiter. vnde de eo cantatur in Sequentia. Quo docente deũ. mare vidit & fugit Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Hęc conuerſio Pauli figurata eſt in natiuitate Beniamin. de quo Gene. xxxv. dicitur ꝙ mater ipſum pariens cum dolore vocauit eum Bennoni: id eſt filiũ doloris ſed pater mutato nomine vocauit eum Beniamin: id eſt filium dexterę meę: ſic cum alij Apoſtoli vocati eſſent a Chriſto eo exiſtente in ſiniſtra tribulatiõis: Saulus vocatus eſt a Chriſto ſedente in dextera patris in gloria cœleſtis manſionis, & ideo recte dicitur, filius dextræ excelſi. ¶ Secundo conuerſio Pauli fuit mutatio dexterę excelſi, quia

C facta citiſſime ſine dilatione concomitante. vnde dicitur. Circumfulſit eum lux de cœlo. Subito quidem circumfulſit eum lux ſpiritualis interius, quę mutauit lucem corporalem exterius. Fuit autẽ hęc lux ſubita & repentina, & ideo citiſſime ipſum immutauit & ſine dilatione eum in virum alium transformauit perficiens ipſum tam in ſcientia q̄ in vita q̄ etiam in mentis conſtantia. In ſciẽtia quidem ſicut dicit glo. quia in illo triduo ſuę excęcationis totum myſterium incarnationis & veritatem ſui euangelij per reuelationem accepit, vt ipſemet teſtatur, Gal. j. In vita, quia ſtatim virtute luminis quod ipſum circumfulſit, omnem amorem carnalem & affectũ terrenorum penitus a ſe abiecerat. Et huius ſignum fuit ꝙ ſurrexit de terra in argumentum ꝙ iam omnem affectum terrenorum a

ſe penitus abiecerat.ideo dicit Chryſo.ꝙ licet Abrahã commẽdetur quia ad dei preceptũ patriã cognatoſq; reliquit:non tñ põt Paulo equari,qui nõ ſolũ patriã & cognatos ſed totum mũdũ imo & ſe ipſum propter deũ reliquit:imo cœlũ cœli & in eo cõtenta propter Chriſtũ deſpexit. Vñ dicit.Propter Chriſtũ oĩa mihi detrimentũ feci.Per hoc aũt ꝙ aptis oculis nihil videbat:oſtẽdit ꝙ tot' fuit alienatus a ſenſibus & aciem mentis totã in deũ conuertit.quia ſecundũ Aug.eo tẽpore quo nihil extrinſecũ vidit:deũ in raptu per eſſentiam cognouit. In mentis aũt cõſtantia,quia continuo cum ad ſe rediiſſet:ſtatim Chriſtũ publice ꝑdicabat:& ꝑ virtutem ſui ſermonis conualeſcebat, Iudæoſq; euangelice veritatis aduerſarios confundebat,affirmans euidẽter qm̃ hic ẽ Chriſt' quẽ ipſe ꝑdicabat,vt patet Actu.ix.Bene etiã lux iſta dicit fulſiſſe.& hoc propter triplicẽ effectũ cœlicũ quẽ cauſauit in ipſo.Primo quia intellectũ ipſi' angelicis ſpiritib' cõformauit.ideo de eo dicit Ioã.Chry.ꝙ hoc ẽ mirabile in Paulo:ꝙ ipſe in hoc mortali corpore poſſedit qd cœleſtib' ſpiritibus in eternitatis gloria ẽ conceſſũ,imo & ipſi Angeli plurima ſecreta ꝑ eius ꝑdicationẽ didicerunt.vt dicit gloſ.ſuper illũ Ephe.iij. Mihi aũt oĩm ſanctoꝝ minimo data ẽ gratia hec:vt innoteſcat principatibus & poteſtatib' in cœleſtib' &c.Secũdo quia affectũ ſuum ĩ deũ totaliter tranſformauit.Chryſ.Vt eñ ferrũ miſſum in ignem totum ignis efficit: ſic Paulus charitate ſuccenſus tot' efficit charitas Tertio quia ipſum cœleſti conuerſatione decorauit,Phi.iij. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Vñ dicit Ioã.Chryſo.ꝙ Paulus in terra gradiens ſic ſe gerebat in cunctis:quaſi angeloꝝ ſocietate frueret:nam paſſibili corpori alligatus:ipſoꝝ ſocietate gaudebat. Et iſta tria,Dionyſius innuit in epiſtola de tranſitu Pauli. Nã dicit ipſum Angelũ terreſtrem ꝓpter primũ:imaginẽ & ſimilitudinẽ diuinitatis, ꝓpter ſecundum:ſed hominẽ cœleſtem ꝓpter tertiũ.Porro hæc ſubita & repentina mutatio Sauli figurata eſt.j.Reg.iiij.vbi Samuel dixit ad Saul. Inſiliet in te ſp̃us domini impetu ſuo repentino & prophetabis.i.predicabis.ſic ĩ propoſito de Paulo,de quo dicit,Actu.ix.Cõtinuo ĩgreſſus ſynagogã ꝑdicabat Chriſtũ.Dixit etiam Samuel ad Saul.Mutaberis in virũ alterũ:ſcilicet de malo viro in bonũ,qd verificatũ eſt in ſancto Paulo.de quo eſt illũ Geñ.xlix.Beniamin lupus rapax &c.vt exponit Aug.in ſermone.& ſic in Paulo mutauit dñs lupum in agnum. ¶Tertio conuerſio Pauli fuit mutatio dexteræ excelſi,quia facta promptiſſime ſine contradictiõe obſiſtẽte:domino eñ obiurgante eũ:nõ cõtradixit nec obſtitit,ſed mox prõpte ad obediendũ ſe ei exhibuit.vnde cũ diceret dñs.Saule Saule quid me perſeq̃ris?Rñdit.Quid me vis facere:grãdis hæc mutatio.Qui eñ

Triplex effect' lucis cœleſtis in Paulo.

D

ſe parauerat ad perſequendū illico mutatus parat ſe ad obſequendum & ad obediendum.q.d.ſecundū gloſ.Dñe indica mihi voluntatem tuā & ego obediam.Notandum aūt ꝙ dño vocāti aliquē ad cōuerſionē prompte & cito eſt obediendum,exemplo Pauli,qui audito verbo mox tremens & ſtupens dixit.Dñe quid me vis facere? & hoc propter tria.Primo propter diuinę indignationis euitationē qui eñi a deo vocati ad eum venire ꝓtrahūt:ſuā indignationē incurrunt.Exemplū in euangelio Lucę.xiiij.de illis qui inuitati ad conuiuium venire neglexerunt.de quibus ibi ſubditur.Dico autē vobis ꝙ nemo illorum viroꝝ q vocati ſūt,guſtabit cœnā meā.ſuper quo verbo dicit Grego.Nemo contēnat,ne dum vocat⁹ excuſat:dū voluerit intrare nō valeat.ſic timere hñt ꝓtrahentes cōuerſionē ſuam Secūdo propter cauendā peccatoꝝ accumulatione:nā iacentes i peccatis ante conuerſionē dum nō vadūt de virtute in virtutē:cadunt de peccato in pc̄m,quia vt dicit Gre.Peccatū qd p pœnitentiā nō diluit:mox ſuo pondere ad aliud trahit.Tertio ꝑpter virtutum theſaurisationē Quanto eñi qs citi⁹ ɔuertit:tāto plures ſibi theſaurizat virtutes & plura pm̄ia.Vnde dicit Paulus.j.Coꝝ.iij.Vnuſquiſq; ꝓpriā mercedē accipiet ſecūdū laborē ſuū.& hæc tria cōprehēdit Petr⁹ Rauennēſis in vna auctoritate cuiuſdā epiſtolę.Nihil eſt inquit qd adeo indignationē ꝓuocet altiſſimi ſicut ingratitudo.& hoc quātū ad primū:ipſa ipſa eñi ingratitudo eſt maloꝝ prouocatio.& hoc quantū ad ſecundū:beneficiorū exinanitio & meritoꝝ exterminatio:quantū ad tertiū.❡Quarto cōuerſio Pauli fuit mutatio dextrę excelſi:q3 facta pſeuerātiſſime ſine refragatiōe obſequēte. Sic enim irrefragabiliter mutatus eſt ad Chriſtū:vt iā ampli⁹ nō poſſet mutari a Chriſto.Rom.viij.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti.Cert⁹ ſum quia neq; mors:neq; vita:neq; iſtātia:neq; fortitudo:neq; creatura aliqua poterit nos ſepare a charitate q̄ eſt i Chriſto Ieſu.& hoc ipſe oſtendit in facto.Licet eñi multas & quaſi infinitas tribulationes ꝓ Chriſto ſuſtinuerit:ipſe tñ cōfidens in virtute dei immobilis permanſit.vnde ipſe ſcribit.ij.Coꝝ.j.Non eñi volumus vos ignorare fratres de tribulatiōe noſtra quę facta eſt i Aſia:qm̄ ſupra modum grauati ſumus & ſupra virtutē ſcilicet humanā,ita vt tęderet nos etiā viuere.ſed & ipſi in nobis reſponſum mortis habuim⁹:vt non ſim⁹ fidētes in nobis.ſed in eo qui ſuſcitat mortuos.vnde propter inuictam mentis ſuę conſtantiam Chryſo.dicit ꝙ ipſe fuit omni ſaxo durior:oī colūna imobilior:& omni adamāte fortior.Fuit in quā ſaxo durior.quia antę fuit cōſtantię:ꝙ nunq̄ alicui aduerſitati cedebat:ſed eā p mētis virilitatē reprimebat & victorialr ſupabat. Cuius rō eſt,quia affectiões ſuę mentis & vires aię ſic fuerūt in deo

Quare ſit prompte obediēdū domino vocanti.

B

p grãm cõfirmatę: q̃ nõ ſolũ nulli aduerſitati cedebat: verũ etiã om nẽ tribulationẽ quã p Chriſto pati debuit: alacriter ſuſtinebat. Vnde de ipſo ꝓprie verificaẽ illud pſ. Verbo dñi cœli firmati ſunt. Quia mens ſua cœlica ita fuit p verbũ ęternũ in grã cõfirmata: qđ oẽm tri bulatiõnẽ ꝓ Chriſto gaudẽter ſuſtinebat. Fuit etiã fortior adamãte Nã ſicut adamas nullo ferro: nullis pcuſſionib⁹ frangi põt, ſed ſolũ emolliẽ ſanguine calido hircino: ita mens ei⁹ nulla aduerſitate fran gi poterat: ſed quanto malleis tribulationũ vehementi⁹ pcutiebaẽ: tanto mẽs ei⁹ p infirmitatis conſtãtiã ad modũ incudis forti⁹ ſolida baẽ. Vñ.ij.Cor.xij. dicit ſic. Propter qđ placeo mihi in infirmitatib⁹ meis/in cõtumelijs/in neceſſitatibus/in pſecutiõibus/in anguſtijs p Chriſto: cũ em̃ infirmor tunc fortior ſũ & potens. Vñ verificaẽ in ipſo illud Eccl.xv. Firmabitur in illo & nõ flecteẽ. Solũ autẽ emolli uit cor eius feruid⁹ amor ſanguinis Chriſti Ieſu, qui eſt hirc⁹ noſter emiſſari⁹, deportans peccata noſtra. Et ipſe eſt dextera excelſi: cu ius eſt grãdis mutatio. de qua etiã propheta in pſ. loquens ad dñm dicit. Mutabis eos & mutabunẽ. & loquiẽ de cœlis. i. ſanctis q quon dã inſtabiles poſtea p gratiã tã efficaciter mutati ſunt: vt ampli⁹ mo ueri nõ poſſunt. ſicut etiã diciẽ de Anna. j. Reg. j. q̃ vultus eius nõ eſt amplius in diuerſa mutatus. Quam mutationẽ in nobis facere dignetur dextera excelſi &cęt.

¶Sermo.II.ad idem. Et in numero. L.

IOrdanis cõuerſus eſt retrorſum. pſ.cxiij. ¶Verba iſta cõgrue ſumi poſſunt de cõuerſiõe ſancti Pauli: cuius animi mot⁹ ad ſimilitudinẽ iordanis prius fluxit de orſum in mare mortuũ p amaritudinẽ pſecutionis, ſed poſtea miraculoſe cõuerſus eſt retrorſum & fact⁹ ẽ pdicator & ꝓpugnator Chriſtianę religiõis. Ad cuius euidẽtiã eſt ſciẽdũ q̃ ſicut legiẽ Ioſ.iij. Filijs Iſrael trãſituris Iordanẽ vt venirẽt ad terrã ꝓmiſſiõis, ſteterũt aquę deſcẽdẽtes i loco vno: & inſtar mõ tis intumeſcẽtes apparebãt ꝓcul: inferiores vero ptes aq̃ deſcende rũt in mare mortuũ, ita q̃ ſupior ps aq̃ vt mur⁹ ſtetit: & ſupueniens aq̃ inſtar mõtę creuit in altũ: inferior vero ps in mare mortuũ deflu xit. Sicẽ factũ in Apło Paulo, q prius erat ſpũs ãs minarũ & cędis in diſcipulos dñi: qũ totã Chriſtianitatẽ vellet in exterminiũ ducere, ac p hoc tota intẽtio ſua de Chriſtianis i mare mortuũ pcurrebat. vñ etiã iter egiſſe diciẽ ad Damaſcũ, qđ iterptaẽ ſãguinẽ bibẽs Sed poſt modũ diuia virtute aqs illis inferiorib⁹ mortiferę intẽtiõis oĩno de ficiẽtib⁹ & in mortẽ defluxis: ſupiores aq̃ viriũ aĩę ſuę ita cõuerſę ſũt ad deũ, vt quaſi mur⁹ ſtaret cõtra oẽs aduerſarios fidei Chriſtianę: & quaſi mõs in altũ creſceret totius pfectiõis, i tantũ q̃ ſua pfectio

in vita & doctrina apparebat & apparet procul per vniuerſum mū-
dum. Et ſic per hunc iordanem aperta eſt via populis Chriſtianis
vere iſraelitis: qua tranſire poſſīt ad terrā promiſſionis vitę ęternæ
De hoc itaq; mirabili & ſalutari conuerſione huius ſacratiſſimi ior-
danis: in themate propoſito tria tanguntur notabiliter conſideran-
da. Primo, quare Apoſtolus Paulus iordani fluuio comparetur: qa
dicitur iordanis. Secundo, quomodo eius conuerſio facta eē cenſea
tur/quia dicitur conuerſus. Tertio, qualiter idem Apoſtolus retror-
ſum conuerſus intelligatur/quia dicitur retrorſum. ¶ Quātum ad
primum ſciendum ꝙ quattuor proprietates attenduntur in iorda-
ne flumine/quæ ſpiritualiter conueniunt Paulo Apoſtolo. Primo
attenditur in nominis interpretatione. Interpretatur enim iordanis
deſcenſio eorum. vnde Rich. ſuper eodem verbo thematis. Iorda-
nis inquit interpretatur deſcenſio eorum. Sed quæ eſt iſta deſcēſio
niſi cordis humiliatio? & quorum, niſi eorum ipſorum deſcendētiū
& ſponte ſe humiliantiū? quorum eñ deſcenſio voluntaria nō eſt: in
ipſis quidem eſt. ſed eorum quodammodo non eſt/quia ipſis non
prodeſt: oportet ergo ꝙ ſpontanea ſit vt eis proſit & eorū dici poſ-
ſit. Sic Paulus qui prius ſe extollendo quaſi in nubibus volabat ſpi
rans contra Chriſtianos: proſtratus & correptus per vocem dicentē
Saule Saule quid me perſequeris: mox audito nomine Ieſu ſponta
nee deſcendit ſubijciendo ſe per omnia voluntati diuinę dicēs. Do-
mine quid me vis facere? Quantū autem ipſe in humiliatiōe ſui de-
ſcenderit: apparet in eo ꝙ ipſe dicit ſe minimum Apoſtolorū & nō
eē dignum vocari Apoſtolum. & alibi dicit: ſe minimū oīm ſanctoꝝ
Et ad Epheſ. iij. dicit ſe omniū peripſima eſſe. Secunda proprietas
iordanis attendiꝉ in eius origine. oritur enim ex libano monte altiſ-
ſimo. Et certe perfectio ſancti Pauli ortum habuit a mōte altiſſimo.
ſcilicet Chriſto: imo a tota trinitate. A Chriſto inquā, qa vt ipſe dicit
Gal. j. Euangelium ſuum non fuit ſecundum hominem: nec illd ac-
cepit ab homine/ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. A tota trinita-
te, quia raptus eſt in tertium cœlū ad ſcholam ſanctę trinitatis. vbi
didicit & audiuit verba quæ non licet homini loqui, vt ipſe dicit. ij.
Coꝝ. xij. Et quia doctrina ſua a tā alto monte ortū habuit, ideo ma-
ximę efficacię erat. Vñ dicit Chryſ. ꝙ lingua Pauli inſonāte & om-
ni igni vehementiꝰ inflāmāte: omnia cedebant/omnia fugiebāt: &
cultus dęmonū: & tyrannoꝝ minę: & domeſticoꝝ inſidię. Nā ſicut
radijs ſolis orientibꝰ & vmbrę fuganꝉ & latronū & inſidię cōfringū-
tur: ſic Paulo euangeliū vbiq; diſſeminante: fugabaꝉ error veritaſq;
fidei reſplendebat. & in his potiſſime q eā opprimere nitebāꝉ. Ter-
tia attendiꝉ in eius tranſitione. quia prębuit viam non ſolum ſacer-

B Quatuor ꝓprieta- tes iorda- nis Paulo Apoſtolo conueni- entes.

dotibus arcam domini portantibus ſed alijs maioribus ſed & omni populo Iſraelitico a maiore vſq; ad minimum, vt ſicco veſtigio tranſirent ad terram promiſſionis: ſic Paulus per prædicationem ſuam atq; doctrinam prębuit vitam ſalutis patulam omnibus tam magnis q̃ paruis. ita ꝙ non eſt aliquis ita etiam magnus: qui poſſit doctrinam ſuam profundare: nec aliquis ita paruus quin poſſit in ea ſecundum ſtatum ſuum viam ſalutis habere. vnde conuenienter iſte Iordanis doctrinæ ſancti Pauli eſt ille fluuius de quo dicit Gregori9 i proœmio Moralium. In quo agn9 ambulat & elephas natat. Propter quod ipſe dicit primę Corinthiorũ nono. Omnibus omnia factus ſum: vt omnes ſaluos facerem. Et ad Romanos primo ait. Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſũ Et idcirco vt debitum ſuum efficacius perſolueret: ipſe non ſolum prædicabat verbo & ſcripto ſed & exemplo: verbo quidem prædicabat inſtanter & cum labore, quia ſicut dicit Chryſoſto. Nec vnum quidem diem in ocio & quiete paſſus eſt tranſire, quod probat per hoc ꝙ vix in ſpatio triginta annorũ Romanos & Perſas: Parthos & Medos: Indos & Ethiopes: iugo ſubdidit veritatis. Nam adeo laborioſus fuit ꝙ noctem pro maiori parte conſumpſit in labore manuum: diem vero in exercitio prædicatiõis. Vnde dicit Haymo ꝙ Apoſtolus gallorum cantu vſq; ad quintam horam manibus laborauit: deinde prædicationi vacabat, et plęrumq; vſq; ad noctem ſermonem protraxit. reſiduum vero tempus in refectione ſomno & orationibus conſumpſit. Exemplo autem prædicabat dulciter & ſaporoſe, quod patet. Quia docuit verbo quod & confirmauit exẽplo. Vñ dicit Romano. decimoquinto. Non audeo loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Chriſtus. & ideo doctrina ſua doctrina fuit efficaciſſima ad inflammandum cor frigidum, ad irrigandum cor aridum, ad emolliendum cor durum & lapideum: propter quod bene ſibi congruit qd ſcribitur Iere. xxxiij. Nunquid nõ verba mea ſunt q̃ſi ignis & quaſi malleus conterens petras? & ideo ipſius doctrina propter ſui virtutem & efficaciãm fuit auditoribus dulcis & ſapida. vnde quilibet auditorum ſibi certatim dicere poterat illud Cantic. ij. Sonet vox tua in auribus meis. Quarta proprietas Iordanis attenditur in baptiſmi regeneratione. in hoc enim fluuio primordium fuit Sacramenti baptiſmi. cuius figura pręceſſit in Naaman Syro, qui ad iuſſum Heliſei lotus in Iordane a lepra mundatus eſt. iiij. Reg. v. Et Ioãnes baptiſauit i Iordane, & Chriſtus ab eo in Iordane eſt baptiſatus: non vt mundaretur ad aqua: ſed vt ipſe virtutem ſanctificãdi & mundandi tribueret omnib9 aquis mediãte Iordane: quo baptiſmo fluminis baptiſatus eſt Paulus. Vnde dici

Apl'i baptiſabant viuente Chriſ. vt habet Ioan. iiij. & ideo veriſimile e q prius eent baptiſati.

tur Actu.ix. q ipſe Paulus baptiſatus eſt baptiſmo fluminis. Q d de nullo aliorum Apoſtolorum expreſſe legitur, forte contenti baptiſmo flaminis, licet veriſimile ſit q poſt reſurrectionem & aſcenſionem domini apoſtoli etiam fuerint baptiſati baptiſmo fluminis quia tunc imponebatur neceſſitas baptiſandi, dicēte domino. Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptiſantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti: quis enim ſacramentum baptiſmi acceperit virtutem quando Chriſtus fuit baptiſatus: neceſſitas tamen vtendi hoc ſacramento indicta fuit hominibus poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti: in quātū homo cōfiguratur per baptiſmum paſſioni & reſurrectioni Chriſti, prout moritur peccato & incipit nouam vitam iuſtitiæ. Et ideo oportuit Chriſtum pati prius & reſurgere: q̄ hominibus indiceretur neceſſitas ſe configurandi morti & reſurrectioni eius. Vnde Apoſtolus Romā. vj. Quicunq; baptiſati ſum' in Chriſto: in morte ipſius baptiſati ſumus. Nec obſtat q ante paſſionem dominus dixit Nicodemo. Ioan. iij. Niſi quis renat' fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt itroire in regnum dei, quia hoc magis videtur ad futurum tempus reſpicere q̄ ad pręſens, ſecundum doctores. Quia igitur Paulus baptiſmi gratia plenus in ſe fuit: intātum q ripis aluei ſui impletis, eandem baptiſmi gratiam per prædicationem & doctrinam ex corde & ore ſuo copioſiſſimo in alios effudit. & ideo apte de eo verificatur illud Iob. iij. Iordanis ripas aluei ſui tempore meſſis impleuit, meſſis ſcilicet fructuum ſpiritualiū. Et ſcitis quod iordanis vim regeneratiuam ex ſe non habuit: ſed eam accepit a Chriſto ex contactu ſuę mūdiſſimę carnis. Sic etiam Paulus non per ſe baptiſauit: ne quis diceret q in nomine Pauli baptiſatus eſſet. vt ipſe ſcribit. j. Corith. j. Sed totam virtutē baptiſmi Chriſto attribuit. Vnde ad Galat. iij. dicebat. Quicunq; baptiſati eſtis Chriſtum induiſtis. Et intantum ipſe Paul' per virtutem baptiſmi Chriſtum induerat q in omnibus dictis & ſcriptis ſuis eiuſdem nominis replicationem exuere non valebat. vt patet in epiſtolis ſuis immo etiam poſt mortem ſuam illud nomen mellifluum ſibi medullitus complantatū deponere nequiuit: ſed capite abſciſo adhuc nomen iſtud benedictum Ieſus Chriſtus tribus vicibus ore ſonabat. vt patet per Dionyſium in epiſtola de tranſitu Apoſtolorum.

C ¶ Quantum ad ſecundum principale, ſcilicet de modo conuerſionis eius, quia dicitur, Conuerſus, ſciendum q in eius conuerſione concurrunt tria, ſcilicet lux circumfulgens, virtus proſternēs, & vox impellens. Et hæc tria neceſſaria erant, quia lux illuminabat ignorantiam rationalis: virtus proſternebat ſuperbiam iraſcibilis: & vox compeſcebat proteruiam voluntatis. Primo igitur fuit ibi, lux cir-

Nota de trib' ɔcur-

cumfulgens. Vnde dicitur Actuum nono. ꝙ circumfulſit eum lux de cœlo. Et hæc illuminabat ignorantiam rationalis, qua per inordinatum zelum legis fuit eccleſiam perſecutus. Vnde ipſe dicit. j. Timo. primo. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci. Ex quo patet ꝙ deus plus reſpexit ad piam intentionem facientis q̃ ad peruerſitatem operis, quia in pectore inimico cor amicum elegit in Paulo. vt dixit Maximus in ſermone. Si quæritur, Qualis fuit illa lux: dici poteſt ꝙ fuerit lux exterior ad modum coruſcationis & fulgoris: repręſentans fulgorem interiorem mentis, vt dicit gloſſa interlinearis: quo modo prius Apoſtolis ignis apparuit: ita Paulo lux fulſit. Sed certum eſt ꝙ Apoſtolis ignis corporalis apparuit exterius: deſignans calorem amoris ardentem in cordibus eorum interius: ſimiliter & lux circumfulgens Paulum exteri' ſignũ fuit interioris illuminationis qua errorem ſuum recognouit & omnia myſteria ſcripturarum intellexit, quia etiam nude & immediate deum infra illud triduum per eſſentiam vidit, ſecundum doctores. Secundo concurrebat ibi virtus diuina proſternens ſuperbiam iraſcibilis, quia erat ſpirans, id eſt vehementi ſpiritu ignem perſecutionis accendens in ſe & alijs contra eccleſiam, & hæc virtus proſternens tangitur cum dicitur: & cadens in terram &cæt. & hoc in faciem quaſi adorans. vt dicit gloſſa, quaſi dans honorem immenſo lumini: cognouit enim mox diuinam virtutem erga ſe agere, licet neſciret quid eſſet donec edoceretur per vocẽ, vt ſequitur. Tertio concurrebat ibi vox impellens eum ad conuerſionem. Et hoc quadrupliciter. Primo increpando eius veſaniam cum dixit. Saule Saule, & hæc geminatio fit ad magis mouendum eius intentionem. Quid me perſequeris? ſcilicet in membris meis, quia Chriſtum in propria perſona non potuit perſequi, quia iam ſedebat ad dexteram patris glorioſus. Secundo inſtruendo eius ignorantiam, cum dixit. Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris. Ex qua voce fiebat tremens & ſtupens: cognita/ſcilicet Chriſti poteſtate quam ante non credebat in cœlo regnantem, ſed magis vt falſum prophetam damnatum eſſe. Tertio refrãgendo voluntatis eius duritiam, cum ſubdit. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare/id eſt potentiori te incomparabiliter reſiſtere. Hac voce audita mentis & corporis auditu: & voluntate propria refracta: mox Paulus ſubiecit ſe per omnia voluntati loquentis dicens. Domine quid me vis facere? quaſi diceret: & nunc paratus ſum in omnibus obedire. Quarto oſtendendo ei ſalutationis viam, cum dixit. Surge & ingredere ciuitatem: & dicet tibi qd te oporteat facere

rentibus;
puerſiõe
B.Pauli.

Quadrupliciter cõcurrebat vox ipellens beatũ Paulum ad cõuerſionem.

Non ſtatim eum perfecte docuit. ſed per illud triduum in cœleſti ſchola. vt dictum eſt, perfectiſſime doctus fuit. Et nota ꝙ hi qui cum eo erant licet audirent verba Pauli: vocem tamen Chriſti loquentis non audierunt. Vt dicitur Actu. xx. Notandum autem ꝙ hanc apparitionem factam Paulo in ſua conuerſione comparando apparitioni Apoſtolis factā in die Pentecoſtes: poſſumus dicere ꝙ cōueniebant: ſed differebant in pluribus. Conueniebant quidē, qa ſicut Apoſtoli in die Pentecoſtes a ſpiritu ſancto confortati & ſolidati fuerunt in fide & docti in omni veritate. Sic & Paulus. Sed differebant, Primo, in eo ꝙ ſpirituſſanctus apparuit Apoſtolis in ſpecie ignis: hic autem apparuit Paulo in ſpecie lucis. Secūdo, quia ſpirituſſanctus venit ſuper Apoſtolos cum ſono vehementi, ſed inanimato & non ſignificatiuo. hic aūt Chriſtus venit ſuper Paulum voce animata & ſignificatiua. Tertio, quia ſpirituſſanctus docuit Apoſtolos omnem veritatem ſtatim vt ſuper eos venit. Paulus autē doctus eſt infra triduum ſue excęcationis, & eo tempore quo terrena non videbat: Chriſtū videbat. vt dicit Auguſtin' in ſermone. Quarto, quia Paulus in ſchola ſua vidit deum per eſſentiam in raptu. qđ de nemine Apoſtolorum legitur. Quinto, quia Apoſtoli in aduentu ſpirituſſancti erant omnes multum conſolati. & ideo dicitur paraclitus. ſ. conſolator. Sed Paulus in apparitione ſibi facta erat tremens & ſtupens & cadens in terram. propter quod bene conuenit Paulo dicere illud verbum ꝑs. Conuerſus ſum in ęrumna mea id eſt in conſideratione miſerię & erroris mei. & hoc dum configitur ſpina / id eſt dum in me humiliatur ſuperbia & pungit me ſpina in

In quo cō ueniebāt apparitio Paulo facta in ſua cōuerſiōe & apparitio facta Apoſtolis in die Pētecoſte. & in quo differebant.

D conſcientia. ℭ Quantum ad tertium principale / ſcilicet qualiter Paulus retrorſum conuerſus intelligitur. nota ꝙ iſte termin' retrorſum aliquādo in ſcriptura ponitur in malo. Vt Hiere. vij. de quibuſdam peruerſis dicitur. Facti ſunt retrorſum & non ante. Aliquādo vero in bono ponitur. vt hic Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Propter qđ ſciendum ꝙ meritum & demeritum noſtrum conſiſtit i cōuerſione & auerſione. Nam in auerſione a bono ꝯmutabili / ſcilicet creato in quātū allicit ad malum: exiſtit meritum. ſed ecōtra in auerſione a bono incommutabili, & in cōuerſione ad bonū commutabile: conſiſtit demeritum & peccatum. Vnde dicit Auguſtin'. Qꝫ peccare eſt ſpreto bono incommutabili rebus mutabilibus adherere. In illis ergo qui iam conuerſi fuerunt ad deum per fidem & dilectionem operantem: deteſtabile eſt & inſanum conuertere ſe retrorſum Iuxta illud ſecnndi Petri ſecundo. Melius illis erat non cognoſcere viā iuſtitię q̄ poſt agnitionē retrorſum reuerti. ſicut etiam dicit Ioānis. vj. ꝙ multi diſcipulorꝫ abierūt retro, & ſic retrorſū capit i malo

Secus autē in illis qui auerſi a deo & cōuerſi ad iſta mutabilia mundi: ambulant vias nō bonas ſed poſt peccata ſua, illis inquā conuerti retrorſum eſt ſumme laudabile & ſalubre. Vnde pſalm. orans pro talibus auerſis dicit. Auertantur retrorſum & erubeſcāt, qui volunt mihi mala, ſic & de maria Magdalena dicit. Ioan. xij. Conuerſa retrorſum vidit Ieſum. In hoc ſenſu Paulus qui totus auerſus erat a Chriſto ſeuiendo in perſecutione, cōuerſus erat retrorſum ad Chriſtū fide & dilectione. Sic etiā Auguſtinus cōuerſus erat retrorſum, qui prius perſequebatur eccleſiā & impugnabat ſacrā ſcripturā: vt ipſe cōquęritur. vij. de Cōfeſſione dicens. Cū ſuperbe cōtra te ſurgerē, & currerē aduerſus dominū in ceruice craſſa ſcuti mei, tu humiliaſti tanq̄ vulneratū ſuperbum: & nimis inflata facies claudebat oculos meos: &. ix. Cōfeſſionū dicit. Fuerā latrator amar⁹ & cęcus: aduerſus litteras de melle cœli melleas & de lumine tuo luminoſas & cauſam huius aſſignat. iiij. Cōfeſſionū dicēs. Dorſum habebā ad lumen & ad ea quę illuminant faciē. vnde ipſa facies mea qua illuminata cernebā: non illuminabatur. Sed ipſe conuerſus retrorſum vertēdo faciē ad lumen clare illuminabatur, & ex tunc ꝓpugnabat diuinas ſcripturas quas prius impugnauerat: ſicut Paulus. Rogemus deum vt peccatis noſtris a ſe auerſos conuertat nos retrorſum ad ſe per gratiam ſuam. qui viuit &c.

¶ De purificatione Marię. Sermo primus. & in numero. LI.

POſtq̄ impleti ſunt dies purgationis Marię &c. Lucę ſecundo. Quanq̄ purificatio glorioſę virginis non fuerit oportuna ex debito neceſſitatis, quia ipſa eſt tabernaculum quod altiſſimus ſanctificauit, tēplū quod ſpirituſſanctus dedicauit, & domus quā filius perſonaliter inhabitauit. Fuit tamen magnę cōgruitatis ꝓpter tria. ¶ Primo quidē vt doceret humilitatē: ſecūdo vt perſuaderet ſanctitatē. tertio vt oſtenderet paupertatē. Et hęc tria euidenter innuūtur in euāgelio hodierno. Nam humilitas patet in purgatione matris, quę notatur cū dicitur. Poſtq̄ impleti ſunt dies purgationis Marię. Sanctitas patet in pręſentatione filij, quę notatur cū ſubditur. Tulerūt illū in hieruſalē & cetera. Paupertas vero innuitur in oblatione ſacrificij, quia obtulerūt ꝓ eo par turturū, aut duos pullos colūbarū, quę fuit oblatio pauperū. Primo ergo beata virgo purificari voluit vt doceret humilitatē, quod patet. Nā cū ipſa mater doctorū omniū & doctrix exiſteret, & non poſſet verbo docere publice propter ſexū, quia mulierē docere in eccleſia nō permitto. j. Thimo. ij. Ideo voluit docere exēplo: imitata ſuū filiū, qui & ſi fuerit totius virtutis doctor: regula & exēplar: ſpecialiter ſe tamen do-

A Tria propter q̄ cōgruū fuit Mariā purificari.

ctorem humilitatis profitetur. Matth.xj. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Et in hoc verbo Chriſtus ſe nobis offert in exemplũ mititatis in dulci conuerſatione: humilitatis in ſui deiectione, & veritatis in pura intentione, quaſi dicat. Mitis ſum, quia nullum lędo: humilis, quia nullum deſpicio: corde verus, quia nullũ decipio. Et licet ex ſupradictis euidenter appareat quod beata virgo purificatione non indigebat nec ex parte legis, nec ex parte ſui, poteſt tamen hoc ſpecialiter oſtendi ex parte filij triplici ratione.

Triplex ratio q̃re Maria nõ indigebat purificatione.

Primo enim Purificatione non indigebat, quia portauerat florem amœnum illum ſcilicet de quo ſcribitur, Cant.ij. Ego flos campi & lilium conuallium. Secundo, quia portauerat balſamum odoriferum. Eccleſiaſt.xxiiij. Sicut cinnamomum & balſamum aromatiſans odorem dedi. Tertio, quia portauerat & genuerat ſplendorẽ diuinum. Hebrę.j. Cum ſit ſplendor &c. Conſtat autem quod vas plenum floribus recipit maiorem amœnitatem, vas plenum balſamo maiorem odorem ſuauitatis, vas plenum ſplendore recipit maiorem claritatem, & ideo ratione prolis mater penitus purificatione non indigebat. Secundo beata virgo purificari voluit, vt perſuaderet obedientię ſanctitatem, quę oſtenditur in pręſentatione filij cum dicitur, Tulerũt illum in Hieruſalem vt ſiſterent id eſt pręſentarent eum domino. Tantę enim religioſitatis, tantę obedientię & ſanctitatis fuit beata virgo, quod nihil de mandatis legis voluit pręterire. Q̃uis enim legi non ſubderetur ex neceſſitate, ipſa tamen in exemplum aliorum eam ſeruare voluit ſpontanea voluntate & ex ſpiritus libertate, quod patet ex tribus. Primo nanq; ſecundum legem impleuit legalia. Et hęc ſunt tria quę hic tanguntur in littera. videlicet ſua purificatio: filij pręſentatio: & eius oblatio. Quorũ primum incitat ad mentis noſtrę purificationem, ſecũdum prouocat ad dei glorificationem, nam ſecundum Athaſi. ideo Chriſtus in templo voluit pręſentari, vt diſcamus nos deo per ſancta deſideria & per cœleſtem cõuerſationem pręſentare, ad quod hortatur Apoſtolus cum dicit. Glorificate & portate deum in corde & corpore veſtro. Tertium inuitat ad gratiarum actionem, vt pro beneficijs nobis a deo collatis ſibi gratias referamus. Eſaię ſexageſimotertio. Miſerationum domini recordabor: laudem dicam ꝓ omnibus quę reddidit nobis dominus deus noſter. Secundo, ſecundum legem viſitauit ſanctuaria. vnde ſcribitur Lucę ſecundo: ꝙ ibant per ſingulos annos in Hieruſalem in die ſolenni Paſchę. Cuius cauſam aſſignat Chry. quia in Hebręorum ſolẽnitatibus, non ſolum tempus ſed etiam locũ obſeruare lex iuſſerat. & ideo parẽtes domini nec extra Hieruſalem Paſcha celebrare volebant. Sed inſtat Auguſti-

[Margin: Ꝙ maria fuerit obſeruatrix legis ex trib' oſtenditur.]

[Margin: j.Cor.vj.]

nus. quomodo verum ſit quod ſingulis annis illuc aſcenderẽt, cum tamen timore Archelai illuc venire prohiberentur. Et reſpondet. Quod hoc dictum verificari poteſt, vel quod latenter ſe in turbarũ multitudine immiſcerent & ita aſcenderent, vel ꝙ hoc verbum acciplamus factum poſt mortem Archelai: quando eius timor ſublatus fuit. Et per hoc informamur quod debemus eſſe ſoliciti tria ſanctuaria viſitare, videlicet ſanctuarium conſcientię ad ſerenandum. ipſius eccleſię ad adorandum, & ęternę glorię ad appetẽdum. Tertio ſecundum legem obſeruauit feſta. Lucę ſecundo. Aſcendẽtibus illis Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti. Obſeruabant autem ſpecialiter tria feſta, videlicet Paſchę, Pentecoſtes, & ſcęnophegię. Quę tunc ſpecialiter obſeruamus, quando pane cœleſti per gratiam ſpiritualiter reficimur, & per dona ſpiritusſancti mentaliter replemur, & in templum domini ipſius munere ſpiritualiter dedicamur. ¶Tertio beata virgo purificari voluit vt nobis cõmendaret voluntariam paupertatem, & hoc proprie oſtenditur in oblatione ſacrificij, quia pauperum oblationem elegit. Poteſt autem dici quod Maria voluntariam paupertatem nobis in tribus ſingulariter commendauit. In quibus alię mulieres diuitias appetunt & affectant. Et primo quidem in eius cõiugio, quia pauperi fabro ligni deſponſata fuit, vt patet Matthęi primo. vnde & contumelioſe ipſum Chriſtum filium Fabri appellabant. Mathęi decimotertio. Nõne hic eſt filius Fabri? vbi dicit Hilarius. Quia licet ſapientia docendi & virtus operandi ipſos in ſui admirationem conuerterent: ex peruerſitate tamen ſua ipſum paternę artis opprobrio laceſcũt. quamuis ſecundum Auguſtinum, vere pater Chriſti faber exiſtit: qui totius mundi opera fabricatus eſt. pſalm. Tu fabricatus es auroram & ſolem. Secundo in eius puerperio, quia vilibus pannis mundi Saluatorem inuoluit & in pręſepio reclinauit. vt patet Lucę ſecundo. vbi dicit Beda. Qui totum mundum vario veſtit ornatu pannis vilibus inuoluitur, vt nos ſtolam primam recipere valeamus. Et vt dicit Gregorius Niſſenus. Conditor orbis ab ipſis cunabulis docet calcare ſuperbiã, & ideo pauperem matrem elegit, quę caruit quibus natum infantem reclinaret, ꝑpter quod ipſum pręꝑ penuria in pręſepio poſuit. Tertio in eius offertorio quia pauperum oblationẽ obtulit, puta par turturum, aut duos pullos columbarum. Sed beatũ coniugiũ in quo inuenitur Ioſeph id eſt augmentum, beatum puerperium in quo inuenitur Maria id eſt caſtitas animorũ, & columba id eſt fœcũditas omnium virtutum. Nos igitur chariſſimi, & ſi Marię puritatem & eius ſanctitatem, propter eius exceſſum imitari nõ poſſimus: ſaltem ipſius paupertatem imitari ſtudeamus.

B

C ¶ Sciendū autē quod paupertas euāgelica eſt nobis amplectenda quadruplici ratione. Primo, quia eſt res liberrima, quia exuit aīam ab omni cura & ſollicitudine terrenorū, & ideo eſt per cōſequēs omniū donatiua. Rerū eīn amator & cupidus eſt earū ſeruus, quia ſecūdū Tuliū in paradoxis: eſt eis per affectū ſeruiliter ſubiectus. Paup autē ſecundū ipſum omnibus dn̄atur & imperat, quia nihil in tēporalibus diſponitur: quod eius voluntati cōtrarietur. Secūdo: quia eſt res ſublimis & alta. nā quanto aliquid a terra magis elōgatur: tanto ſublimius inuenitur. Et quia per paupertatē euangelicā animus a terrenis maxime elōgatur: ideo per ipſam in ſummū culmen dignitatis erigitur: quia iudiciariā poteſtatē cū Chriſto tribuit. vñ Gregorius tractās illud Iob. Qui ponit homies in ſublime dicit ſexto Moraliū. In ſublime homines ponūtur: quia hi qui nunc per paupertatē pro amore Chriſti deſpecti ſunt: tūc cum Chriſto iudices apparebunt. Tertio: quia eſt res nobilis & precioſa. Nā quanto aliquid eſt precioſius: tanto precio maiori cōparatur. Nihil autē eſt carius regno cœlorū. quod tamen (ſecūdū Bernardū) ſola paupertate emitur ꝓpter quod etiā Saluator ſolos veros pauperes euāgelicos in eius ꝓprietatē etiā in pręſenti induxit, cū dixit Matthei. v. Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū, cū tamen alijs beatitudinibus in futuro tantūmodo ꝓmittatur. Quarto: quia ſuos ſectatores reddit habiles ad currendū: quia ſunt exonerati. Itē reddit eos ſubtiles ad cœlū penetrandū, quia ſunt extenuati. Reddit etiā eos limpidos & perſpicaces ad deū cōtemplandū: quia nō ſunt terrenorū puluere obfuſcati. vnde dicit Bernardus. Nihil ditius paupertate Chriſti: quod ꝓbat per hoc. Panni eīn Chriſti diuitijs noſtris ſunt precioſiores: ſiquidem panni Saluatoris omni purpura nobiliores & glorioſius hoc pręſepe auratis regum ſolijs: ditior deniq; paupertas Chriſti cunctis opibus & theſauris. Cuius amplexū & amorē nobis concedat qui eſt benedictus &c.

Quare amplectēda ſit pauptas euangelica.

Iob. v.

¶ Sermo ſecundus ad idem.
& in numero. LII.

Cum inducerent puerū Ieſum parentes eius in templū vt facerēt ſecundū cōſuetudinē legis ꝓ eo: accepit eum Symeon in vlnas ſuas &c. Luce ſcdo. In his verbis inuūtur tria pręſentē feſtiuitatē attollentia. Primum eſt ſaluatoris noſtri in tēplo corporalis pręſentatio. Cū inducerent puerū Ieſum parentes eius in tēp'ū. Secundū eſt pro eo cerimonialis oblatio: vt facerent ſecundū cōſuetudinē legis pro eo. Tertium eſt ipſius deuota quaſi proceſſionalis portatio accepit.

A ¶ Quātū ad primū ſciēdū quod ſecundū legē. Exodi. decimotertio

Omne maſculinũ adaperiẽs vuluã, id eſt quod aperta matrice exit
in mundũ,ſanctũ dño vocabitur,id eſt ſanctificabitur & portabitur
dño & pręſentabitur. Sed hęc lex non erat Chriſti obligatiua, quia
ipſe clauſo vtero virginis exiuit, ſicut radius ſolis integrũ vitrũ pe-
netrat: voluit tamen ex humilitate ſe legi cõformare quã non venit
ſoluere ſed adimplere. Iſta autẽ pręſentatio puerorũ ad tẽplũ pręce-
pta erat ꝓpter tres cauſas. Tũ, vt ex hoc infans cõſecraretur. Tũ, vt
per hoc diuinę cuſtodię cõmendaretur. Tũ, vt gratiarum actio deo
redderetur, a quo tale donũ parentes acceperunt. nã puer ſecundũ
corpus eſt a deo qui operatur formationẽ corporis, & ſecundũ ani-
mã per creationẽ quã creatã infundit. Sed primę duę cauſę non ha
bent locum in Chriſto, quia mox cõceptus in vtero fuit pleniſſime
deo cõſecratus: & diuinę cuſtodię per diuinitatis vnionẽ cõmenda
tus. Sed tertia cauſa pręcipue locũ habuit in Chriſto, pro quo beata
virgo gratias agere habuit deo patri pę omnibus matribus, vtpote
quę eũ tã ſingulari priuilegio cõcepit & peperit. vnde de tanto mu-
nere gratias agens deo patri: filiũ ſuũ in tẽplo pręſentauit, quaſi di-
ceret. Ecce tibi pręſento tuũ filiũ ęternaliter, & meũ tẽporaliter, ec-
ce pręſento tibi eũ qui ſemper eſt tibi pręſens: gratias tibi ago ꝙ eũ
tuo munere ſic cõcepi mirabiliter: & peperi ſingulariter. Quãtũ ad
ſecundũ ſciendũ ꝙ ſecundũ legẽ Leuiti. xij. offerebãt pauperes par
turturũ, aut duos pullos colũbarũ. Et licet beata virgo alterũ pſoꝝ
obtulerit, & nõ vtrũq;, euãgeliſta tamen vtrũq; ponit diſiũctiue, nõ
ſpecificando quid horũ obtulerit. Et hoc ꝓpter myſteriũ, quia enim
turtur caſtũ eſt animal, colũba vero fœcundũ, Et in virgine fuit ca-
ſta fœcunditas & fœcunda virginitas: ideo vtrũq; poſuit euangeli-
ſta. Quantũ ad tertium dicitur. Accepit eum Symeon. Cũ enim Sy
meon veniſſet in ſpiritu in templũ: vt induceretur puer Ieſus, ſtatim
agnouit infantẽ, & currens nimio deſiderio venit ad virginẽ, & non
ſuffecit ſibi adorare: videre: & tãgere puerũ: niſi & ipſum acciperet
in brachia de ſinu virginis. Et mirũ eſt ſi beata virgo nõ prohibuit
ſenem Chriſtũ amplecti. Sed ipſa agnouit ipſius deuotũ deſideriũ
& intellexit placere deo patri ꝙ ille homo cõſolaretur in amplexu
pueri. Huiuſmodi autem amplexus Chriſti eſt duplex effectus. Pri
mus eſt interna mẽtis cõſolatio vſq; ad perfectũ cõtemptũ huius vi
tę. vnde dixit Symeon. Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe &c. Secundus
eſt prophetię ſpiritus collatio. vnde dixit. Ecce poſitus eſt hic in rui
nã &c. Et tuã ipſius animã &c. Hi duo effectus fuerũt in Maria ab
hora cõceptionis Chriſti. Itẽ in Elizabeth quãdo cũ amplexu virgi-
nis ſalutata eſt, & ſimiliter in Ioanne in vtero cũ exultaret ad tactũ
virginis. Hãc portationẽ iſtius benedicti infantis deſignat portatio

Duplex effectus amplexꝰ Chriſti.

Vide myſticã expoſitionẽ q̃tuor pſonaꝝ q̃ fuerũt in Purificatiõe.

luminũ in proceſſione. In lumine enim eſt cęra per quã caro Chriſti ligmẽ per quod anima,& ignis per quẽ diuinitas deſignatur. Hodie in proceſſione fuerũt quattuor perſonę. Maria, Ioſeph, Symeon,& Anna. Et nos mentaliter harũ perſonarũ ſignificationẽ habere debemus in nobis, vt digne Chriſtũ lumen portare poſſimus. Maria illuminatrix ſignificat gratiã diuinę cõformitatis. Ioſeph accreſcẽs eſt feruidus zelus ſpũalis ꝑfectus. Symeõ ſpeculũ exẽplaritatis boni operis ad ꝓximos. Anna reſpõdens, gratiarũ actio de beneficijs perceptis. Hę quattuor perſonę portare debẽt quadruplex lumen. Maria portat lumen ſupernę contẽplationis. Ioſeph lumen internę meditationis. Symeon lumen delicioſę ammirationis. Anna lumẽ extaſis & mẽtalis defectionis. de his quattuor,ꝑs. Renuit conſolari anima mea: memor fui dei & delectatus ſum,& defecit ſpũs meus. Beata anima quę hodie ſic peragit proceſſionẽ, quia hęc poteſt dicere cum Symeone. Nunc dimittis ſeruum.

ℭ De ſancta Agatha. Sermo vnicus. & in numero. LIII.

A

Vide quadruplicẽ fortitudinẽ beatę Agathę.

ACcinxit fortitudine lũbos ſuos & roborauit brachiũ ſuũ. guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eiꝰ: nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Prouerbio. vlti. Magna laus ĩ muliere: animi fortitudo, quia ex hoc omnia bona cauſantur in muliere, ſed paucę habent iſtã fortitudinẽ. ibidẽ. Mulierẽ fortẽ quis inueniet. Beata igitur Agatha quadruplicẽ fortitudinẽ habuit & ideo omni laude digna fuit.

ℭ Prima eſt, quia ſexũ fragilẽ virtute animi ſuperauit, quod notatũ cũ dicitur, Accinxit fortitudine lũbos ſuos. Secunda eſt, quia contra mũdi & tyranni ſęuiciã pugnauit & vicit. vnde dicitur, & roborauit brachiũ ſuũ. Tertia eſt, quia prę dilectione dei omnia mũdi delectamenta deſpexit. vnde dicitur, guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eius. Quarta eſt, quia in morte per martyriũ triũphauit. vnde dicitur, non extinguetur in nocte lucerna eius. Prima igitur fortitudo fuit ꝙ ſexũ fragilẽ virtute animi ſuperauit. Magnã quidem virtutẽ animi habuit, ex eo quod fuit in Chriſto firmata: & inſtar lapidis & ferri indomabilis habita. de primo dixit ipſa. Mens mea ſupra petrã eſt ſolidata & in Chriſto fũdata. de duobus alijs dicit Affrodoſia. Facilius poſſunt ſaxa molliri: & ferrũ in plũbi molliciẽ cõuerti q̃ ab intẽtione Chriſtiana mens huius puellę reuocari. Tyrannus em̃ & diabolus quattuor iaculis ipſam ſuperare voluerũt, ſcilicet minis

vt eam terrerent:ꝓmiſſis,vt allicerent:tēptationū iaculis,vt animū perforarent:tormentis & ſupplicijs,vt confringerent:ſed minis nō poterat terreri,quia ſupra fundamētum fidei fuit fortiſſime fundata. Matthęi.vij.Deſcenderunt pluuię & venerunt flumina & venti flauerunt,& non cecidit,fundata enim erat ſupra firmam petram. Nec promiſſis potuit allici,quia ſupra Chriſtum per charitatem fuit ſolidata & radicata. Ephe.iij.In charitate radicati & firmati & cętera,Nec temptationum iaculis potuit perforari,quia tota fuit ferrea,id eſt lorica fidei induta.Epheſi.ij. Induti lorica iuſtitię &c.Nec tormentis potuit frangi,quia tota erat ſaxea & adamantina. Ezechielis ſecundo,Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam.Secunda fortitudo erat,quia contra mundi & tyranni ſęuiciam pugnauit & vicit.vnde dicitur,Roborauit brachium ſuum.Quadruplici nanq; acie tyrannus contra eam pugnauit,quia fecit eam in eculeo extendi,in mammilla torqueri,in carcere obſcuro recludi:& inter teſtas & carbones volutari. Sed primam aciem ſcilicet pœnam eculei vicit conſideratione ęternę remunerationis.vnde dixit.Ego in his pœnis delector,ſicut qui bonum audit nūcium:vel qui videt quod diu deſiderauit,vel qui multos theſauros īuenit,nec poteſt anima mea in paradiſum introire cum corona martyrij:niſi feceris corpus meum diligenter a carnificibus attrectari. Ex quibus verbis habetur,quod ipſa per merita paſſionis ſperabat ſe audire bonum nuncium,id eſt bonam auditionem,qua dicitur Matthęi viceſimoquinto.Venite benedicti patris mei:percipite regnum & cętera. Sperabat ſe videre amicum,id eſt recipi ſe ad dei viſionem,ſciens quod illa eſt tota merces ſua.Ioannis decimoſeptimo. Hęc eſt vita ęterna & cętera. Tota lętitia ſua.Iob triceſimotertio.Videbit faciem eius in iubilo.Tota delectatio ſua.Heſter decimoquinto.Facies tua plena gratiarum.Sperabat ſe inuenire cœleſtem theſaurum,de quo dicitur,Matthęi octauo.Nolite theſauriſare vobis theſauros in terra theſauriſate autem vobis theſauros in cœlis.Theſaurus autem mūdi in ſeipſo conſumitur:ideo dicitur:Vbi nec ęrugo,aut in morte relinquitur:ideo dicitur,aut tinea,aut a nobis aufertur:ideo dicitur: Nec fures & cętera. In cœlo autem nulla erit conſumptio vbi vera ęternitas,nulla mors vbi plena immortalitas,nullus timor vbi plena ſecuritas.Sperabat ſe recepturam coronam regalem.ij.Timo.iij Non coronabitur niſi qui legitime certauerit.Certauit enim fortiter,lętanter,vtiliter. Vnde dicitur de ea. Mentem ſanctam ſpontaneam ſcilicet habuit.Ecce ꝓmum,honorem deo:ſupple dedit:quo ad ſcdm:& patrię liberationē,ſcilicet impetrauit:quo ad tertiū.Scdo fuit in mãmilla torta:illd certamē vicit ex triplici ꝯſideratiōe cū alt.

Ego habeo mammillas integras intus in anima mea, quas ab infan
tia deo cõſecraui. mãmillę ſunt intellectus & affectus: ipſa quidẽ mã
millas integras habuit, ſcilicet ſiniſtrã qua deũ cognouit per fidẽ, &
dexterã qua ipſum amauit per deuotionẽ. Et iſtas mãmillas habuit
cõſecratas: quia intellectũ poſuit circa vtilia inueſtigãda, & affectum
circa cœleſtia diligenda. Et iſtas mãmillas cõſecrauit nõ in ſenectu-
te ſed ab infantia, Threñ. iij. Bonũ eſt viro cũ portauerit iugũ dñi ab
adoleſcẽtia ſua. Tertio fuit in obſcuro carcere clauſa. & ꝯtra illud cer
tamen Apoſtolus dedit ſibi triplex auxiliũ, ſcilicet ſplendorẽ eximi
um. ij. Corinthi. vj. Quę ſocietas lucis ad tenebras. Dulce alloquiũ.
Eccle. xviij. Nõne ardorẽ refrigerabit ros, ſic & verbũ melius q̃ da
tũ. Et cœleſte medicamentũ quia mãmilla fuit ſibi reſtituta. Eccle.
xviij. Vnguẽtarius faciet pigmẽta ſuauitatis &c. Quartũ certamen
eſt quia fecit eã inter teſtas & carbones volutari. Contra illud certa-
men habuit adiutoriũ omnia elemẽta. nã terra tremuit: aer coruſca-
uit: aqua tyrannũ abſorbuit: ignis erupit. Sapien. v. Pugnabit cũ illo
C orbis terrarũ cõtra inſenſatos. ¶ Tertia fortitudo fuit, quia pię dul
cedine dei omnia delectamẽta deſpexit, cũ dicitur. Guſtauit & vidit
&c. Beati qui ſunt in nomine dei inſigniti. Apocal. xiiij. Habẽtes no
men eius & nomen patris eius &c. Sunt in ſuperno cœleſtis refrige-
rij poſiti. p̃s. Quoniã apud te eſt fons vitę. Sunt multitudine dulcedi
nis diuinę repleti. p̃s. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ domi-
ne. De triplici hac pulchritudie beata Agatha habuit triplicẽ guſtũ,
ſcilicet nomẽ dei virtuoſum: rorẽ ſaluificũ: & ſpiritũ ſanctũ. vnde ait:
Si feras ꝑmittis: audito dei noie mãſueſcunt. Matth. viii. In nomi-
ne meo dęmonia eijciẽt. Si ignẽ adhibeas: de cœlo mihi rorẽ ſaluifi-
cũ angeli miniſtrabunt. Dañ. iij. Fecit mediũ fornacis quaſi vẽtũ ro-
ris flantẽ. Si plagas inferas, habeo ſpiritũ ſanctũ per quẽ deſpicio vni
uerſa. p̃s. Secũdũ multitudinẽ dolorũ meorum cõſolationes tuę &c.
D ¶ Quarta fortitudo eſt quia per martyriũ triũphauit. vnde dicitur
Non extinguetur in nocte lucerna eius. Nõ enim in nocte extincta
fuit, quia multiplici radio coruſcauit. Primo radio reuerẽtię & digni
tatis, quia deus de ipſa curã habuit generalẽ: ſpecialẽ: & ſingularem.
vnde ipſa ait cũ deberet decapitari. Dñe Ieſu Chriſte qui me creaſti
ecce cura generalis. Qui me ab infantia docuiſti. ecce cura ſpecialis.
Et corpus meũ a pollutione ſeruaſti. ecce cura ſingularis. Secundo
fulſit radio puritatis, quia deus ab infantia, ab ipſa omnẽ amorẽ illi-
citũ reſecauit, ſcilicet amorẽ carnalẽ. vñ dixit. Qui corpus meum a
pollutione ſeruaſti, amorẽ terrenũ dicẽs. & tuliſti a me amorẽ ſeculi.
Amorẽ propriũ dicens. Qui tormenta me vincere feciſti. Et per-
duxit ipſam ad amorẽ ęternũ. vnde ait. Iube me ad tuam miſericor

diam peruenire. Tertio fulſit radio ſanctitatis, quod notatur cũ dici
tur. Mentem ſanctam ſpontaneam. Ipſa enim quantũ ad ſe fuit val
de pura: ideo dicitur, mentem. deuota, ideo dicitur, ſpontaneã. fuit
deo valde grata, ideo dicitur, honorẽ deo. & proximo valde fructuo
ſa, ideo dicit̃, & patrię liberationẽ. Quarto fulſit radio pietatis, quia
data eſt nobis in aduocatã. vnde ipſa ait Lucię. Sicut per me ciuitas
Cathinenſium ſublimatur a Chriſto &c. Sicut enim ipſa tanq̃ aduo
cata liberauit patriam ſuam ab incẽdio ignis: a cultura dęmonis: ita
liberat nos quotidie a periculis vniuerſis. Ipſa enim tanq̃ fidelis ad
uocata pro nobis intercedit ardenti voto: iuxta illud. ij. Machab. j.
Nunc ſumus orantes pro vobis. vnde Auguſtinus. Immẽſa dei bo
nitas & pietas ſanctorum merita noſtra vult eſſe ſuffragia: & ſangui
ne precioſo nos redemit. ſicut dicitur, Heb. iij. Acceſſiſtis ad ſangui-
nis aſperſionem melius loquentem q̃ Abel. Quinto fulſit radio po
teſtatis. Oſtendit enim ſe habere poteſtatem ſuper corpora, quia ea
ſanauit: ſuper animas, quia ipſas conuertit: ſuper creaturas ſuperio-
res, quia deus ad ipſam angelos deſtinauit: ſuper inferiores, quia ter
ram tremere fecit: & ſuper medias, quia ignem accẽſum extinxit, &
aerem in carcere coruſcare fecit &c.

¶ De Cathedra ſancti Petri, Sermo. & in numero. LIIII.

TIbi dabo claues regni cœlorum. Matth. xvi. Verbum
iſtud fuit Chriſti ad Petrum loquentis: eiq; claues re-
gni cœlorꝝ ſe daturũ pollicẽtis. Non eñ tunc actu de
dit quando hoc verbũ dixit. vnde nõ dixit tibi do: ſed
ait, tibi dabo. Nemo enim dat quod non habet. neq;
eñ Chriſtus oĩes claues regni cœlorꝝ adhuc habuit, vt hic de claui
bus loquimur. ¶ Sciendũ ergo ꝙ propter peccatũ primorꝝ parentũ
ianua regni cœlorꝝ humano generi clauſa fuit ſeptem clauſuris, de- A
ſignatis in ſeptẽ ſigillis quibus clauſus erat liber vitę: per quẽ intelli
gitur diſpoſitio diuina de redẽptione generis humani, qui liber ita
fuit ſeratus, ꝙ nemo inueniebatur: neq; in cœlo inter angelos, neq;
in terra inter hoĩes, qui dignus eſſet aperire ſignacula huius libri, &
ſcire myſteriũ redẽptionis humanę. ꝓpter quod Ioãnes fleuit, vt ſcri
bitur, Apoca. v. Sed tandẽ vidit agnũ habentẽ cornua ſeptem quaſi
ſeptẽ claues. hic fuit ſolus dignus aperire librũ & ſoluere ſeptem ſi-
gnacula eius, id eſt ſolus dignus redimere genus humanũ & ei ape-
rire regnũ cœlorꝝ cũ ſeptẽ clauibus. Et hę ſunt claues, quas Chriſtꝰ
Petro ſe donaturũ ꝓmiſit in verbo ꝓpoſito cũ dixit. Tibi dabo cla-
ues regni cœlorꝝ. ¶ Per ſeptẽ ſignacula quibus clauſus erat liber vi B
tę, intelliguntur ſeptem obſtacula pręcludentia nobis ianuam vitę. Septẽ ob-

ſtacula ingreſſus ianuę vitę: ſeptē clauib⁹ Chriſto datis remota ſunt.

ad quę obſtacula oīa remouēda ſeptē claues requirebātur: quas deus pater dedit agno id eſt filio ſuo dn̄o nr̄o Ieſu Chriſto. Primū obſtaculū vel ſignaculū erat humanę naturę corruptio. Nā per peccatū primi hominis corrupta eſt integritas humanę naturę, & in pœnā peccati indicta eſt ei cōcupiſcētia vitioſa, ꝙ caro rebellat ſpiritui. vnde oēs ex illa radice naſcimur filij irę. & hęc fuit prima ſera qua clauſa eſt nobis porta cœli. Ad hoc ſignaculū aperiendū eſt vna clauis agni, videlicet natiuitas Chriſti. Ipſe eñ eſt qui cōceptus & natus eſt abſq; huiuſmodi fœda cōcupiſcētia, ac per hoc natura corrupta in ſuo ſuppoſito eſt reintegrata. & hoc angelus paſtorib⁹ nūciauit dicēs, Lucę. ij. Annūcio vobis gaudiū magnū, quia natus eſt nobis hodie Saluator. in hoc ꝙ dicit Saluator, innuit hāc ſerā primā ꝑ eū eſſe aperiendā, quia nemo natus de corruptione nr̄a poterat eſſe Saluator. vn̄ hęc clauis aperit. Secundū ſignaculū erat peccati originalis infectio. prędicta eñ naturę corruptio non tm̄ fuit homini ad pœnā, ſed etiā ad culpā, quę eſt culpa originalis. Ad quod ſignaculū aperiendū eſt ſcd̄a clauis, ſcilicet baptiſmus Chriſti. Ipſe enim in ſui baptiſatione, tactu ſuę mundiſſimę carnis ſanctificauit aquas. Et hęc clauis aperit ꝑ peccati originalis ablutionē. vn̄ Ioannes baptiſta cū baptiſaſſet Ieſum, teſtimoniū perhibuit de eo dicēs. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. & hoc ꝑ inſtitutionē baptiſmi. Baptiſmus eñ remouet obſtaculū originalis culpę. Hugo. Baptiſmus eſt aqua abluēdis criminibus ſanctificata. vn̄ quia aqua eſt elemētū humidū, figurat̄ in eo ablutio culpę. Et effectus baptiſmi eſt ꝙ ſine pœna liberat ab omni culpa & infundit gratiā in habitu, & eſt principiū vitę ſpūalis. per ipſum eñ mens in deū extollitur, quia Chriſto baptiſato aperti ſunt cœli, ſcilicet, vt oſtēderet cœlū aperiri baptiſatis. Beda. Extinguitur flāma gladij tui. Quia infidelitas cū aquis vitalibus tollitur, recōciliatur angelicis ſpiritibus: cū ad pacē ſui redierit creatoris: adeo vt qui percepta ſacramēta fidei puro corde & corpore ſeruauerit: mox carne ſolutus regna cœleſtia poſſit intrare. Tertiū ſignaculū eſt intellectus humani obfuſcatio. Nā ante peccatū primus homo habuit ꝑſpicationē & cognitionem triplicē, ſcilicet dei, nō ęnigmaticā vt nūc, ſed per quandā interiorē aſpirationē, nec tamē ita clarā ſicut beati habent in patria. Habuit etiā cognitionem ſui, qualis fuit factus ſciuit: & quid agere vel cauere deberet/intellexit. Habuit etiā cognitionē rerū propter ſe factarum, quibus & nomina impoſuit, ſed per peccatū infatuatus eſt, iuxta illud ꝑs. Homo cū in honore eſſet non intellexit &c. Hiere. x. Et ſic ſtultus eſt omnis homo a ſcientia ſua: non ꝙ omnimode fatuus fuerit factus, ſed aliquid de cognitione retinuit, quę tamen in cōparatione ad priorē

Ephe. ij.

Ioan. j.

ſtatũ modica fuerit. propter quod etiã regnũ cœlorũ ei clauſum fuit Contra hoc eſt tertia clauis, ſcilicet prędicatio & doctrina Chriſti. Hęc clauis multũ operabatur ad apertionẽ ianuę vitę. vnde ipſe Saluator dixit, Ioan. v. Qui verbũ meũ audit & credit ei qui miſit me: habet vitã ęternã. Econtra qui illã clauẽ ſapientię Chriſti contẽpſerunt, ſicut Iudęi & alij infideles: nunq̃ intrabunt in regnũ cœlorum Matth. vltimo. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Quartũ ſignaculum erat debiti grauis obligatio. Erat enim homo deo graui debito obligatus ex reatu tranſgreſſionis. Nec erat qui huiuſmodi debitum poſſet exoluere: donec occideretur agnus dei qui ſuo ſanguine pro nobis Adę debitum ſoluit. Et hęc fuit quarta clauis ſcilicet paſſio Chriſti, quę aperit per precij ſolutionem. Obſtaculum enim maieſtatis offenſę remouet paſſio Chriſti, quia iam facta eſt ſatiſfactio. vnde in morte Chriſti ianua aperta eſt quantum ad meritum. & in reſurrectione quantum ad egreſſum de limbo. & in aſcenſione quantum ad gloriam in cœlo. de hac claue dicitur, Apocaly. Vidi angelum habentem clauem abyſſi, id eſt crucem Chriſti, Apoc. xx Bernar. Clauus penetrans, clauis reſerãs factus eſt mihi. Ante eum enim nullus intrare potuit, quia prius per clauem crucis aperienda erat. Eſa. Dabo clauẽ domus dauid ſuper humerũ eius. Quintũ ſignaculum erat corporis humani diſtẽperantia. Nã ante peccatũ cõplexio humana fuit ad mediũ reducta, nec fuit humorũ diſtẽperantia. & per conſequens fuiſſet ſanitas continua: ſed poſt peccatum corpus eſt ingrauatum & diſtemperatum multis paſſionibus: & mortis neceſſitati addictum: quod prius poterat non mori. Tale autem corpus non eſt aptum ad intrãdum regnum cœlorum. immo nec anima ſeparata in habitudie ad tale corpus: ꝑpter quod neceſſaria fuit quita clauis, ſcilicet reſurrectio Chriſti: qua natura hũana in Chriſto eſt glorificata, & ad ingreſſum regni bene aptata. Oportet enĩ corruptibile hoc induere incorruptionẽ: & mortale hoc induere immortalitatẽ. vñ dicit Apl's. j Corin. xv. Quæ hęc mutatio eſt per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, vt ſubditur ibidem. Sextum ſignaculũ erat vię cœleſtis occultatio. Nam via quę ducit ad regnum cœlorum fuit homini occultata, quia vt dicit Auguſtinus in ſermone, via ignota erat ante Chriſti aduentum, quia nullius adhuc reſurgentis fuit itinerata veſtigio. vnde Ioan. xiiij dixit Thomas. Dñe neſcimus quo vadis, quo modo poſſumus viam ſcire. Et reſpondit Ieſus. Ego ſum via. ecce clauis cõtra iſtũ ſignaculũ. ſcilicet aſcẽſio Chriſti, qua ipſe eſt via: oſtẽdit omnibus ſuis ſecutoribus viã ad cœlũ. ipſe enĩ aſcẽdit pãdens iter nobis. Mich. iiij. Trãſibit rex corã eis & dñs in capite eorũ aſcendet, iter expandens ante eos. vnde ipſe aſcendit non ſolum propter ſe;

Eſa. xxij.

ſed vt homo haberet locũ glorię ſuę congruũ: et daret homini ſpem aſcẽdẽdi. vnde Leo papa. Dũ humanã cõditionẽ ſidentibus importa
C uit, credẽtibus cœlũ poſſe patere mõſtrauit. ¶ Nota q̄ per iſtas ſex claues prędictas ſufficienter ianua regni cœleſtis fuit aperta quãtũ ad illos qui exutis corporibus tũc erãt parati q̃n Chriſtus aſcẽdit, ſicut erãt patres ſancti veteris teſtamẽti quos de limbo eduxerat ad paradiſum, qui oẽs veriſimiliter Chriſto aſcendẽte poſt eũ euolauerũt in cœlũ. Sed q̃tũ ad alios homines quos adhuc pręſens ſeculũ in carne retinet: remãſit adhuc obſtaculũ, quod eſt peccatorꝝ quotidiana obuolutio. Nã poſt reparationem humanę naturę in Chriſto: omnibus ſex obſtaculis prędictis virtute clauiũ pręmiſſarũ remotis adhuc tãta fragilitas remãſit ĩ natura humana: q̄ nemo eſt mũdus a ſorde: nec infans vniꝰ diei, vt dicit, Prouer. xx. Vñ ille ſanctiſſimꝰ Apoſtolus a Chriſto dilectus dicit. j. Ioan. j. Si dixerimus q̃m peccatũ nõ habemus, noſipſos ſeducimus: & hoc de lege communi a qua beata virgo excipitur & paruuli baptiſati. ꝓpter obſtaculũ ergo peccatorꝝ noſtrorꝝ adhuc clauditur nobis cœlũ, cõtra quod eſt ſeptima clauis ſcilicet abſolutio peccatorꝝ. Hanc clauẽ portauit Chriſtus & ea vſus eſt etiã ante paſſionem ſuã, vt patet in Maria Magdalena & pluribus alijs. vnde Scribę & Phariſęi dicebãt. Quis eſt hic qui etiã peccata dimittit? Licet tamen clauis iſta adhuc ꝓtunc nõ aperiret ianuã regni anteq̃ alię pręmiſſę fabricarẽtur, ſcilicet paſſionis, reſurrectionis, & aſcẽſionis. bene tamen habilitauit perſonas: vt poſt Chriſtum intrare potuiſſent. Hanc itaq; clauem dedit dominus Petro vt ſequitur &c.

¶ Subſermo primus, de eodem. & in numero. LV.

TIbi dabo claues regni cœlorꝝ. vbi ſupra. Viſo de ſeptẽ clauibus aperiẽtibus ſeptẽ ſignacula libri vitę, ſupeſt videre quas claues dederit Petro. Et quidẽ ſolũ vltimã clauẽ ſcilicet poteſtatẽ ligandi & ſoluendi dedit ei explicite, ſed & oẽs ſeptẽ implicite. Primũ patet: quia cũ dixiſſet ei hoc verbũ. Tibi dabo claues regni cœlorꝝ, ſtatim adiunxit. Quodcũq; ligaueris ſup terrã erit ligatũ & in cœlis. & quodcũq; ſolueris ſuper terrã erit ſolutũ & in cœlis. Secundum patet, quia iſta ſeptima pręſupponit ſex alias: & ipſa in virtute omniũ aliarũ habet vires, & ſecundum hoc virtualiter & implicite dedit ei omnes ſeptem. Neceſſe eſt igitur cuilibet adulto, vt porta cœli ei aperiatur: ſacerdoti gerenti vicem ſancti Petri confiteri peccata ſua & ab eo abſolui: & hoc vel in re quãdo habetur opportunitas, vel ĩ ꝓpoſito q̃n hoc articulus neceſſitatis excludit & non contemptus religionis.

¶ Et nota ꝙ hęc verba quę dixit dñs primo ſingulariter Petro: hęc poſtea generaliter dixit omnibus apoſtolis, Math.xviij. Quęcũq; alligaueritis ſuper terrã &c. Et deinde etiã poſt reſurrectionẽ eadẽ dixit apoſtolis & alijs diſcipulis tũc pręſentibus. Ioh.xx. Accipite ſpiritũſanctũ, quoꝝ remiſeritis peccata: remittũtur eis, & ſcd̃m hoc claues iſtę quę dicũtur claues eccleſię: cõpetunt papę, epiſcopis & ſacerdotibus: ſed quomodo differenter habes in alio opere, lor. ccvij.&.ccix. Sed quantũ ad propoſitũ de clauſura & apertura cœli ſciendũ eſt ꝙ clauſura cœli triplex eſt. Quędã vniuerſalis & nõ ꝑpetua: ſcilicet clauſura facta generi humano per peccatũ primorum parentũ, quę durauit vſq; ad Chriſtũ. Secunda vniuerſalis & perpetua, quę fiet per vltimã ſentẽtiã & permanebit in ęternũ. Vnde claudis & nemo aperit. Math.xxv. Clauſa eſt ianua. Tertia clauſura particularis eſt: qua quis medio tẽpore claudit ſibiipſi regnũ per ꝓpriã culpã. Quo ad primã clauſurã claues nulli pręterꝙ Chriſto dari debebant & datę ſunt. quo ad ſecundã nulli: ſed quo ad tertiã claues datę ſunt eccleſię. Huiuſmodi autẽ poteſtas aperiendi regnum, duplex eſt. Quędã auctoritatis, quę eſt in ſolo deo qui aperit per gratię infuſionẽ. Altera miniſterij, quę eſt in pręlatis eccleſię, qui aperiunt per miniſteriũ ſacramentoꝝ: in quibus eſt virtus paſſionis Chriſti. Ioan.xx. Quorũ remiſeritis peccata &c. Eſt autẽ ſignanter notãdũ ꝙ Saluator noſter Petrũ & ſacerdotes eccleſię dignificauit ſup angelos in quattuor. Primo in dñici corporis conſecratione. Angelorũ quidẽ eſt ſacerdoti conſecranti aſſiſtere & hoſtiã conſecratam deo offerre. Petri vero & omniũ ſacerdotũ panem in corpus Chriſti cõuertere, quod nulli angelo eſt donatũ. vnde nõ angelis ſed ſolum ſacerdotibus dictũ eſt, Lucę.xxj. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Secundo in peccatorũ remiſſione. Angelorũ quidẽ eſt peccatores ſuis inſpirationibus a peccato auertere: & ſuis orationibus ſibi miſericordiã implorare: ſed beati Petri & ſacerdotũ eſt ſibi cõfeſſis peccata dimittere. vnde non angelis ſed ſolum ſacerdotibus dictũ eſt, Ioan.xx. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis & cætere. Et quia hoc officium ſolius dei eſt: ſcilicet peccata remittere, ideo vocantur dij. ps. Ego dixi, dij eſtis. Tertio in clauiũ collatione. Angelorum quidem eſt animas ad cœlum adducere, ſed Petri & ſacerdotum eſt animabus ianuam regni aperire. vnde nõ angelis ſed Petro & ſacerdotibus dictum eſt. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Ad ſacerdotem enim pertinet abſoluere & ligare, vel abſolutio & ligatio culparum. peccator enim habet cœlum ſuper ſe clauſum: infernum apertum infra ſe, conſcientiam arguentem intra ſe: nec habet gratiam ſed culpam, ratione cuius perdidit meritorum participatio

De multiplici clauſura cœli.

Pręlati & ſacerdotes eccl'ię ſunt angelis digniores i quattuor.

nē.Poteſt autē peccatori ſacerdos cœlū aperire,Mat.xvj. Quodcū-
q; ligaueris ſuper terrā &c.Poteſt etiā infernū claudere,ibidem. Et
portę inferi nō ꝑualebūt &c.poteſt etiā ſpiritūſanctū dare. Act.xvj.
Tunc imponebant manus ſuper illos &c.Poteſt etiā peccatū remit-
tere,Ioan.xx.Quorū remiſeritis peccata remittūtur eis:& per cōſe-
quēs poteſt merita ſanctoꝝ cōmunicare.ij.Corin.iij Cui aliquid do-
naſti & ego &c. Quarto in iudiciaria poteſtate. Angelorū quidē eſt
iudicādos ad iudiciū colligere:collectos ab inuicē ſeparare:ſeparatos
malos in ignē proijcere:ſed Petri & ſacerdotū eſt ipſos iudicare. vn-
de nō angelis ſed Petro & ſacerdotibus ſuis ſucceſſoribus dictū eſt.
Amen dico vobis,qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me: ſedebitis
ſuper ſedes iudicantes.xij.tribus Iſrael.& patet.

¶ De ſancto Matthia.Sermo primus. & in numero. LVI.

A Oportet ex his viris qui nobiſcum congregati ſunt &c.
Actuum.j. ¶ In epiſtola hodierna euidenter agitur de
Iudę reprobatione : & de Matthię in locū ſuū ſurroga-
tione:ꝓpter quod beatus Matthias in verbis iſtis prin-
cipaliter cōmendatur a tribus. Primo a ſuę cōuerſationis perfectio
ne virtuoſa.Secundo a ſuę inſtitutionis electione gratioſa. Tertio a
ſuoꝝ meritoꝝ approbatione gaudioſa.Primum notatur cū pręmit-
titur.Oportet ex his viris teſtem reſurrectionis nobiſcū fieri vnum
ex iſtis. Secundū cum ſubditur.Et ſtatuerunt duos Ioſeph & Mat-
thiam.Tertiū notatur cum ſubiungitur. Et cecidit ſors ſuper Mat-
thiam & annumeratus eſt cum vndecim apoſtolis. ¶ Circa primū
eſt ſciendū ꝙ eius perfectio virtuoſa colligitur ex tribus. Primo ex
ſtrennuitate virilis perfectionis ſeu conſtantię, quę notatur cū dici-
tur:ex his viris. Vir enim a vigore animi dicitur:& ideo per hoc ꝙ
dicit,ex viris:excludit pueros & effœminatos:qui non ſunt apti ad
regimen aliorum :licet quādoq; peccatis noſtris exigentibus tales
pro regimine deputantur.Eſa.iij.Dabo pueros principes eorum,&
effœminati dominabuntur eis:quod tamen valde periculoſum eſt,
quia vęh terrę cuiꝰ rex puer eſt.Eccleſiaſtes.x.Hęc autē ſtrēnuitas
apparuit:primo in ſuę fidei magnanimitate:quia quandam potio-
nem toxicatam bibit:& nihil mali inde pertulit:quod vtiq; magnę
fidei fuit,Marci vltimo.Et ſi mortiferum quid biberint nō eos no-
cebit. Secundo in miraculorum poteſtate,nam cum centumquin-
quaginta homines ex quadam potione toxicati fuiſſent:omnes ſa-

Perfectio b.matthię ex tribus penſatur.

nauit & ad fidem conuertit. Cum etiam quidam obſtinati perſiſte-
rent & verbum dei deriderent: ad eius dictum ſtatim terra abſor-
buit eos,& ſic viui(vt prędixerat)ad infernum deſcenderunt. Ter-
tio in tormentorum acerbitate: nam primo fune ad collū miſſo per
ciuitatem fuit tractus,deinde fuit crucifixus & in cruce lapidatus,&
ad vltimum per ſecurim excerebratus. Secundo colligitur ex ſancti
tate vitę:quod notatur cum dicitur. Qui nobiſcum ſunt congrega-
ti. Nam ſecundum gloſam,in tam ſancta congregatione nullus po
tuiſſet habitare niſi valde ſanctus.vt dicit Chryſoſtom⁹. q̄diu Iudas
fuit in collegio apoſtolorum: diabolus non audebat ipſum inuade-
re:ſtatim vero cum ab ipſis receſſit,in eum intrauit. Et hęc ſanctitas
euidenter oſtenditur. Primo ex nominis interpretatione quia par-
uus interpretatur, humilitas autem eſt ſedes ſapientię & ſanctitatis
Secundo ex apoſtolorum electione:quia inter centum viginti iſte tā
q̄ melior alijs eſt electus. Item ex diuina approbatione,quę apparet
in hoc ꝙ deus ipſum alteri pręelegit. Tertio ex ſcientię perfectione
Fuit enim in ſchola diſcipulorum de ſacra ſcriptura & articulis fidei
ſufficienter inſtructus,quod notatur cum dicitur. Omni tempore
quo intrauit & exiuit inter nos domin⁹ Ieſus. In quibus verbis eui
denter oſtenditur ꝙ ſufficienter inſtructus fuit de articulo incarna-
tionis:paſſionis:reſurrectionis:& aſcenſionis. Nam(vt dicit gloſa.)
Chriſtus ad nos intrauit per myſterium ſuę incarnatiōis:per exem-
plum ſanctę conuerſationis:& per doctrinam ſalutiferę prędicatio
nis,exiuit autem a nobis per paſſionem:reſurrectionem:& aſcēſio-
nem. Et prędicta tria reddunt quemlibet idoneum pro pręlato eli-
gendo,videlicet animi ſtrennuitas:vitę ſanctitas & ſcientię lumino
ſitas. propter quod ſcribitur,Deuteronō.j. Date ex vobis viros:ecce
animi ſtrennuitas:ſapientes:& gnaros:ecce ſapiētię claritas & quo-
rum conuerſatio ſit probata:ecce vitę ſanctitas. Ad quid autē bea-
tus Mathias electus fuit declarat,cum ſubdit. Teſtem reſurrectio-
nis nobiſcum fieri. Hanc enim teſtificatus eſt verbo prędicationis.
exemplo cōuerſationis & martyrio paſſionis, Actuum.j. Eritis mi-
hi teſtes in hieruſalem:& in omni Iudęa:& Samaria &c. Per hoc au-
tem quod ſubdit: vnum ex iſtis nō deſignatur numerus perſonalis
ſed magis excellentia ſingularis,& ideo dicit vnum, hoc eſt ſingula
rem & pręcipuum tam in virili ſtrennuitate q̄ in vitę ſanctitate q̄ in B
ſcientię claritate. ¶ Secundo commendatur a ſuę inſtitutionis ele- Electio
ctione gratioſa,quę notatur cum ſubditur. Et ſtatuerunt duos.vn- Matthię
de ſua electio redditur cōmēdabilis ex tribus. Primo ex parte eligē ex tribus
tium. Secūdo ex parte electi. Tertio ex pte modi eligēdi. Primū pa commen-
tet ex tribus. Primo,quia ſua electio facta fuit per omnium eligentiū dabilis eſt

plenam concordiā: quia de centūuiginti electoribus nullus circa ſu-
am electionem in aliquo diſcordauit. Quod patet per hoc, ꝙ ex cō
muni omnium conſenſu iſtos duos ſtatuerunt, quos etiam (vt dicit
gloſa) omnibus alijs pręferendos non dubitauerunt, tū propter ex-
cellentem vitam, tum propter excellentem ſcientiam, tum ꝓpter
excellentem gratiam. Hęc enim tria ſunt quę debent attendi in eo
qui alteri pręfertur. vnde propter defectum iſtorum quilibet eligen
dus in prelatum merito ſe excuſat aſſumens illud Iſa. iij. Non ſum
medicus, & hoc propter defectum ſcientię, & in domo mea non eſt
panis, & hoc propter defectum gratię per quam debet animos debi
les ſuſtentare: neq; veſtimentum, & hoc propter defectum morum
& vitę per quam debet alios bonis exēplis veſtire & virtutibus ador
nare. Secundo quia facta fuit per omnium eligentium intentionem
rectam: quod patet per hoc: quia intēdebant illum eligere qui eſſet
deo acceptior: & populo fructuoſior, vt ſic impleret illud quod ſcri
bitur, Hieremię. iij. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū, ecce diui-
nę voluntatis acceptatio. Et paſcent vos doctrina & ſapientia: ecce
communis vtilitas & fructificatio: quia talis paſcit ſibi gregem com
miſſum doctrina veritatis & exemplo ſanctitatis. Tertio, quia ſer-
uauerunt formam canonicā: quod patet per hoc: quia facta fuit per
legitimam ſcrutationem: immo etiam per diuinam inſpirationem.
Vnde dederunt ſortes eis. In quo ſecundū glo. diuinum iudiciū ex-
pectabant, & hoc rationabiliter. Statuerunt enim duos quos (vt di-
cit glo.) ęſtimauerūt exemplis ęquales & ſanctitate pares, quos etiā
pręferendos cęteris non dubitauerunt, ſed quis eorum alteri pręfer
retur: non fuit iudicij humani ſed ſolius dei, & ideo in ſortium datio
ne diuinum iudicium implorabant. Secundum patet per hoc ꝙ ex
tota multitudine ſolum ſtatuerunt duos, videlicet Matthiam, & Io
ſeph qui dicebatur Barnabas qui cognomiatus eſt iuſtus. In quibus
verbis eſt diligēter notādū quāti meriti fuerit Matthias: quia tali p̄-
fertur qui multipliciter cōmēdat. Nā ſuus collega cōmēdat a trib⁹,
videlicet a gratię affluētia: a quieta cōſciētia, & a vitę excellētia. & ꝓ
Act. j. dici tur Barſa bas. pter primū dict⁹ eſt Ioſeph, qui interp̄tatur accreſcēs, vt oſtendatur
ꝙ fuit accreſcēs in gratia. Propter ſcd̄m eſt dictus Barnabas, quod
interpretatur donū columbę vel filius quietis, vt oſtendatur ꝙ fuit
Iob. xxvij quietus in conſcientia. Vnde poterat dicere illud Iob. Nō me reprę
hendit cor meū in tota vita mea. Sed propter tertiū cognominatus
eſt anthonomatice iuſtus: vt oſtendatur in eo vitę & ſanctitatis ex-
cellentia. Per diuinam tamen reuelationem patuit, ꝙ in oībus prę-
dictis excellebat Matthias, & ideo rationabile fuit ꝙ Lucas non im

moraretur laudibus Matthię,quia ſufficienter per hoc cōmēdabaᵵ
ꝙ per reuelationem diuinā tanto & tali viro ꝓferēdus iudicabatur.
Ideo aūt Barnabę laudib⁹ inſiſtebat,ne tanq̄ indignus repelli vide-
retur.quod etiam poſtea confirmatū eſt cum de mandato ſpūſſan-
cti Paulo in ſorte prędicationis aſſociareᵵ,Actuū.xi.Segregate mi-
hi(inquit ſpūſſanctus)Barnabam & Paulum ī opus ad quod aſſum-
pſi eos.Eſt etiam notandū ꝙ per hoc dn̄s elegit Matthiā extraneū
& nulli Apoſtoloꝝ carne ꝓpinquū nos inſtruere voluit ꝙ electiōes
& inſtitutiones canonicę nō ſunt fiendę ex amore carnali:ſed ex ze
lo fidei.Tertium patet.Nam ipſius electio primo fuit ichoata per
ſalutiferam exhortationem.Quia Petrus tanq̄ caput aliorū vtilem
exhortationē ꝑmiſit dicēs:Oportet ex his viris &c.Et hoc cōueniē
ter.ipſe enim erat apud quem reſidebat auctoritas:& cui ſpecialiter
commiſſa eſt confirmandi poteſtas.Lucę.xxij.Tu aliquādo cōuer-
ſus confirma fratres tuos.Secūdo fuit mediata per deuotam orōnē
vnde orantes dixerūt.Tu dn̄e qui corda noſti omniū:oſtēde quem
elegeris vnū ex iſtis.Tertia fuit terminata per diuinā reuelationē:
qn̄ ſors cecidit ſuper Matthiā:nā(ſecundū Dionyſiū)illa ſors fuit q
dam ſplendor diuinus:per quē oſtendebatur ꝙ erat alteri ꝓferend⁹
& in Apoſtolum aſſumendus.¶Tertio commendatur a ſuoꝝ me- C
ritorum approbatione gaudioſa,quod notaᵵ cū annectiᵵ:& cecidit
ſors ſuper Matthiā.& hoc cōuenienter.Recte namq; ſuoꝝ merito
rū approbatio cōuincitur gaudioſa:cum diuino iudicio monſtrabaᵵ
ꝙ viro tam ſancto deberet pręferri & Apoſtoloꝝ collegio ſociari.
ꝓpter qd̄ bene ſequitur.Et annumerat⁹ eſt cum vndeci Apoſtolis.
Poteſt autē dici ꝙ beat⁹ Matthias collegio Apoſtoloꝝ fuit triplici
ter annumerat⁹.Primo quidem in gradu pręlatiōis:de quo dicit Pe
trus.Oſtende quem elegeris accipere locū miniſterij huius & Apo-
ſtolatus &cę.in quo gradus prælationis ſuę euidenter exprimitur.
Scdo in officio prędicationis & merito paſſiōis,quia fidē catholicā
ſicut ceteri Apl̄i feruenter ꝑdicauit.& ꝓ eo conſtāter mortem ſuſti
nuit.Tertio in ꝑmio ęternæ retributionis.Matthæi.xix.Vos qui
reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me:ſedebitis ſup ſedes duodecim
iudican.&cęt.Sciendum autem ꝙ notabiliter in ipſo completur per
fectus Apoſtolorum numerus duodenarius,vt ſic eorum numero
completo perfecte daretur ſpirituſſanctus.Propter quod Petr⁹ no-
luit diu remanere in numero vndenario,quia eſt numerus tranſ-
greſſionis.duodenarius vero eſt numerus perfectionis.& ideo cō-
petit numero Apoſtolico triplici ratione.Primo quidem propter
myſterium ſuccedendę multitudinis,qui per eos credere debue-
runt.Et hoc deſignatur per hoc ꝙ iſte eſt numerus excreſcēs,quia

Verior opinio eſt ꝙ fuerit alius a collega Matthiæ.

Nota de ꝑfectione numeri duodenarij.

ex ſuis partibus aliquotis ſurgit in ſedecim,quod patet. Quia ſiue quaternarius ducatur in ſeipſum,ſiue ternarius ducatur in quinari um:vnitate addita ſemper reſultant ſedecim.Secundo propter myſterium habendę perfectionis Conſtat enim ex duplici ſenario qui eſt numerus perfectionis:quia primus deſignat præceptorum perfectionem.ſecundus conſiliorum. & ambos Apoſtoli excellenter obſeruabant.Tertio propter myſterium exercendę prædicationis. conſtat enim iſte numerus ex ternario & quaternario inter ſe reductis,per quod myſtice deſignatur,ꝙ Apoſtoli fidem trinitatis per quattuor partes mundi prædicare debebant:vt ex eorum doctrina & fides catholica & ſalus æterna credentibus conferretur. Quod nobis præſtare dignetur.

¶Sermo.II.de eodem.Et in numero.LVII.

A Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos. Matthæi.xj.¶Præſens euangelium legitur conuenire de beato Matthia,quia hic agitur de iudicio abſconſionis & de beneficio reuelatiõis. Abſcõdiſti(inquit)hæc a ſapientibus & prudẽtibus & reuelaſti ea paruulis. quorum primum pertinet ad reprobationem Iudæ.ſecundum vero ad electionem Matthię.vt ſic euangelium epiſtolę apte reſpondeat. In verbis igitur propoſitis Chriſtus exprimit inuitatorium amoroſum:omnes in præſenti vita laboribus & ęrumnis pro Chriſto expoſitos dulciter euocans ad ſeipſum cum dicit. Venite ad me &c.In quibus verbis tria per ordinem applicantur. Nam primo oſi dit inuitationis principium allectiuum,cum pmittit. Venite ad me ſecundo ponit ipſorum venientium motiuum impulſiuum.cũ ſub ditur.Omnes qui laboratis & onerati eſtis. Tertio innuit fructum ſuę inuitationis & noſtri deſiderij completiuum:cum annectitur & ego reficiam vos.Circa primum eſt ſciendum ꝙ notabiliter Chriſtus dicit,venite ad me,qui ſecundum beatum Auguſtinum. vj. confeſſionum.Sum omni luce clarior:omni ſecreto intimior: & omni ſuauitate delectabilior. Nec mirum.quia ſecundum Caſſiodo.ſup pſ. ipſe eſt ſapientia ineffabilis:virtus inexplicabilis:& dulcor incõprehenſibilis Et ideo ad ipſum venire & in ipſum intendere nos inuitat natura,gratia & gloria.Natura inquã nos inuitat tendere in ipm tanq̃ in ſuum principium,quia natura ab ipſo accepit eſſe permanẽtiam & ordinationem,vt patet per Apoſtolum Roma.xj.Ex ipſo inquit ſumus,per ipſum ſcilicet manemus & ſubſiſtimus,& in ipſum Chriſtum ſcilicet ordinamur:tanq̃ in finem vltimum & totius noſtri deſide-

Natura, gr̃a,& gloria:nos inuitant venire ad Chriſtum

rij complementum. Et ideo videmus ꝙ quęlibet res naturali appetitu ad hoc tota ſua virtute indeſinenter tendit:vt ſuo principio vniatur.ſicut aqua inceſſanter fluit:quouſq; mari tanq̄ ſuo principio vniatur. Quod prouenit ex eo ꝙ quęlibet res nobilius & perfectius habet eſſe in ſua cauſa q̄ in ſeipſa.vt dicit Philoſophus. Quare cum anima rationalis ſecundū rationem imaginis multo excellētius & perfectius eſſe ab æterno habuit in deo q̄ in ſeipſa: congruū eſt ꝙ ipſa indeſinenter feruenti deſiderio & amore pfecto ipſi deo tanq̄ ſuo pricipio vniaſ. Qd ex hoc potiſſime fieri oportet. quia ſecundū beatū Auguſtinū,nec ſeipſam,nec aliquā creaturā pt ſyncero amore diligere:niſi eā diligat in ipſo deo. Cui⁹ ratio ē,quia pria & vitalis vena ſynceri amoris ſolū innaſciſ ex puritate diuinę bonitatis. & exinde fluit i nos ex puritate cordis diuini. propter qd ſynceritas diuini amoris totiens ſordidatur & contaminatur in nobis: quotiēs per amorem in aliquod inclinamur:pręterq̄ in ſolum deum & i rationalem animum:vt dicit beatus Auguſtinus in libro de vtilitate credendi. Ex quo patet vlterius ꝙ ſynceritas diuini amoris totiens ſordidatur in nobis:quotiens in homine aliquid aliud diligimus niſi candorem primæ veritatis,& hoc ratiōe diuinę imaginis. Et quāto iſta clarius refulgent in homine vno q̄ in alio:tam in ſanctitate vitæ q̄ in claritate doctrinæ:tanto eſt prę cæteris amplius diligendus Gratia etiam ſecundo inuitat tendere in ipſum ſicut in mediatorē noſtræ reconciliationis: quia mediator dei & hominum eſt homo Chriſtus Ieſus.j. Timo.ſecundo. Hanc autem mediationem reconciliationis ipſe Chriſtus comprehendit in tribus. Ioannis decimoquarto. Ego ſum inquit via/veritas/& vita. Eſt enim nobis via in exemplis & virtuoſis exercitijs: veritas vero in doctrinis & miraculis: ſed eſt vita in ſacramentis,& maxime in ſacramento paſſionis,per quam nos ab æterna morte viuificauit & deo patri recōciliauit. per quam etiam alia ſacramenta habent virtutē viuificandi. ❡Tertio vero gloria nos inuitat ad ipſum ſicut ad finem vltimum & totius beatitudinis præmium. Quia ipſe deus eſt ibi omnia i omnibus,primę Corinthiorū decimoſexto. Quod declarat beat⁹ Auguſtinus per hoc ꝙ ipſe deus erit rationi plenitudo lucis: voluntati plenitudo pacis,ſed ipſi memorię continuatio ęternitatis. Vnde ibi implebitur illud quod ſcribitur Sapientiæ tertio. Dabitur illi donū fidei electum,quod quidem donum eſt clara viſio,quæ ſuccedit fidei,quæ etiam bene dicitur donum electum:quia ſecundum beatū Auguſtinum,viſio dei eſt tota merces. Per hoc tamen nō excluditur amoris fruitio:cum deus a nullo poſſit videri:quin etiā intime diligatur,& p conſequēs eo fruaſ. & ideo bene ſequiſ. Et ſors in tem- B

plo dei acceptiſſima. Accepta enī erat illis ſors gloriȩ propter gloriſicationem corporis:acceptior propter gloriſicationem animȩ:ſed acceptiſſima propter æternitatem vtriuſq;. Vel poteſt dici accepta quia deum clare videbimus:acceptior,quia ipſum intime amabimus:acceptiſſima vero,quia ſecundum Auguſtinum, ipſum perenniter laudabimus. Quod nobis præſtare &cȩt.

¶Sermo.III.ad idem.Et in numero.LVIII.

TV domine qui corda noſti omnium: oſtende quem elegeris vnum ex iſtis &cæt. vbi ſupra. Verba iſta ſcribuntur in actibus de electione Matthiæ. Pro cuius electione Apoſtoli orantes dixerunt. Tu domine &cæt. ¶In quibus verbis duo notantur/ſcilicet

A Apoſtolorum orantium deuotio ibi. Tu domine. & intentionis eorum explicatio ibi. oſtende. ¶Nota tria ſigna veriſſima diuinȩ electionis & dilectionis. Primum eſt ſi homo eſt cautus ad peccatum fugiendum. Secundum eſt ſi eſt ſollicitus ad meritum cumulandū. Tertium eſt ſi eſt deuotus ad cœleſtia contemplandum. Iſta tria ſigna diuinȩ electionis expoſuit Samuel Sauli primo Regum:quem dominus elegerat in regem ſuper Iſrael. Vnde dixit ei. Hoc erit tibi ſignum ꝙ dominus vnxit te in principem:cum abieris a me inuenies duos viros in meridie ſaliētes duas magnas foueas. ecce primum ſignum electionis. Nam duo viri qui debent homini occurrere per quos poſſit cognoſcere ꝙ dominus elegerit ipſum ad ſalutem:ſunt duo propoſita. vt ſcilicet de peccato commiſſo ſemper velit cauere. & cui dominus hoc inſpirat eſt primum ſignum. Secundū vt de peccato commiſſo ſemper velit dolere:& amplius non cōmittere. & cui dominus hæc duo propoſita inſpirat, illi duo viri occurrunt, quia tales viriles ſunt & viri dicuntur. Et iſti duo viri nō occurrunt niſi in meridie:quando lux eſt clariſſima. Ita hoc duplex propoſitū non inſpiratur homini:niſi quando Chriſtus qui eſt vera lux ipſum hominem veraciter illuminauerit. Sequitur, ſalientes duas magnas foueas. Illi enim duo qui occurrerunt Sauli: forſitan ludebant ſaliendo. Similiter iſtud duplex propoſitum quando inſpiratur homini:facit hominē tranſire duas magnas foueas/ſcilicet purgatorium & infernum. Quando enim homo ſollicite ſe cuſtodit: & peccatum mortale fugit & deuitat:tunc foueam inferni tranſibit & euadet. Quando vero tantam diligentiam adhibet, ꝙ etiam a venialibus abſtinet: tunc illam magnam foueam purgatorij tranſibit

B abſq; pœna. & talis eſt laudabilis ſaltator. ¶Secūdum ſignum eſt

Tria ſigna diuinȩ electiōis notāda:cum expōe ſcripturȩ de electione Saulis. .j. Reg.x.

ſi homo ſollicitus ſit ad meritum cumulandum. Vnde Samuel prę dixit Sauli dicens. Poſtea occurrent tibi tres viri aſcendentes in Bethel: vnus portans tres hędos: alius tres tortas panis: & tertius portans lagenas tres vini. Iſti tres viri ſignificant tres intentiones animi: quibus homo debet aſcendere ad dominum in Bethel. Bethel interpretatur domus panis, ſignificans gloriam cœleſtem: vbi ſancti pane viuo reficiuntur. Primus igitur vir portat tres hædos. Et eſt ꝙ homo debet viriliter tria proponere de ſeipſo velle ſacrificare Nam hædus erat animal quod in veteri lege ſolebat immolari. Debet ergo homo deo offerre cor ſuum / corpus / & ſubſtantiam temporalem: nam hoc ſignificabant illi tres hædi. Tunc enim homini occurrit vir, tres hædos portans: quando homo incipit habere firmum propoſitum: vt deo offerat mentem / corpus / & ſubſtantiam mentem per deuotionem: corpus per bonam operationem: & ſubſtantiam per eleemoſynarum largitionem. Iſtam tamen triplicem operationem non poteſt homo deo offerre: niſi deus ipſum reficiat & confortet. & ideo neceſſe eſt vt ſibi occurrat alius vir portans tres panes: per quos homo ſpiritualiter confortetur. Iſte autem vir eſt Chriſtus: tres panes ſunt verbum dei, corpus Chriſti, & cœleſtis gloria: quia hæc tria ſunt quaſi tres panes hominem laborantem in dei ſeruitio reficientes. Q̄ verbum dei ſit panis animæ patet Matthæi quarto. vbi dominus reſpondit diabolo dicens. Nō in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo &c. Fruitio etiam cœleſtis beatitudinis vere eſt panis. Vnde dicit quidam in Luca. Beatus qui manducat panem in regno dei. Iſti ergo tres panes / ſcilicet verbi dei auditio: corporis Chriſti manducatio: & cœleſtis gloriæ fruitio, animam ſpiritualiter reficiunt. Primi duo reficiunt eam in præſenti: ſed tertius ſcilicet fruitio gloriæ in futuro. Et ideo vir ille qui occurrit Sauli & portabat tres panes: dedit Sauli duos: & tertium reſeruauit. quia Chriſtus amicum ſuum reficit panibus duobus in p̄ſenti: & tertium reſeruat in futurum. Tertius vir qui occurrit Sauli portans lagenas vini: ſignificat fortitudinem mentis, qua deū omni virtute nititur amare. Nam per vinum ſignificatur vera dilectio, quæ animam inebriat & inflammat. Quando igitur homo ad deum incipit habere fortem animum: vt eum veraciter diligat & nunq̄ offendat: tunc occurrit ſibi ſpiritualiter vir portans lagenam vini, Et quando iſti tres viri ſimul occurrunt homini / ſcilicet vnus portās tres hędos: & ali⁹ portās tres panes: & terti⁹ lagunculā vini, tunc ſperare poterit ꝙ vere a dn̄o ſit elect⁹. ¶ Tertiū ſignū eſt ſi hō deuot⁹ ſit ad cœleſtia cōtēplanda. Qui eñi ex deuotione cœleſtia iugiter contemplatur, & frequenter diuina meditatur, electus eſt a

Luc. xiiij.

C

domino ad ſalutem. Vnde dixit Samuel Sauli. Deinde venies ad collem domini vbi eſt ſtatio Philiſtinorum. & ibi inuenies cuneum prophetarum: ipſoſq; prophetantes,& inſiliet in te ſpiritus domini & ꝓphetabis cũ eis. Collis dñi ſignificat eminentiã vite cõteplatiuę: ſuper quã debet aſcendere q vult multũ in merito ꝓficere. ĩ iſto colle deuotiõis ẽ ſtatio philiſtinoꝝ: quia in cõteplantiũ mẽtib⁹ ita confundit malitia dęmonum: vt ad talem hominem accedere non pręſumant. Nam philiſtim interpretatur cadentes. & ſignificat dęmones, qui propter ſuperbiam de cœleſti gloria ceciderunt: & multos faciunt ruere in peccatũ. Iſti igitur philiſtini in colle dñi faciunt ſtationem: quia ad contemplantes non audent accedere: nec pręſumunt deuotos homines moleſtare. Cum igitur homo in collem domini per deuotionem mentis aſcenderit: tunc ſibi occurrit cuneus prophetarum, hoc eſt præſentia Angelorum & ſuffragia hominũ beatorum, qui ſemper prophetant, hoc ẽ deum laudando ſemp honorant. Et ille felix homo qui talem occurſum Angelorum habuerit: quandocunq; incipit prophetare, quia per excitationem Angelorum & interceſſionem ſanctorum: talis per ſpiritus ſancti gratiam tam fortiter inflammatur, vt coram deo etiam ipſe iubilet & prohibere non poſſit. Quando ergo hoc ſignum homini aduenerit tunc gaudeat & lętetur, quia cert⁹ poteſt eſſe ꝙ domino placeat vita ſua & a domini conſortio nunq̃ debeat ſeparari.

¶De Tranſlatione ſancti Auguſtini. Sermo vnicus. Et in numero. LIX.

A Nte tranſlationen teſtimoniũ habuit placuiſſe deo. Hebreorum vndecimo. ¶Verbum iſtd ſcribitur de Enoch quem deus viuum tranſtulit ab hoc mundo in paradiſum: & conuenienter exponi poteſt de ſancto patre Auguſtino, qui tribus vicibus poteſt dici tranſlatus. & ante quamlibet tranſlatiõem teſtimonium habuit placuiſſe deo. Primo enim tranſlatus fuit de culpa ad gratiam. Secundo a mundi miſeria ad cœli gloriam. Tertio ab vna regione in aliã. Prima tranſlatio fuit ſpiritualis & gratioſa, ſecunda ſupernaturalis & glorioſa, tertia corporalis & miraculoſa. Prima ergo trãſlatio ſua fuit ſpiritualis a culpa ad gratiam, de qua. ij. Ioannis tertio. Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitã. Ante hãc tranſlationẽ habuit teſtimoniũ Aug. placuiſſe deo, & hoc in prædeſtinatione diuina qua elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt dicitur Epheſios ſecundo. Ipſe enim vocat ea quæ non ſunt tanq̃ ea quæ ſunt. Romanorum quarto. Quia vt dicit Auguſtinus in de verbis domini, his qui non ſunt diſponit deus & præparat ab æterno gra-

diuitib⁹ qui habetis hic cõſolationẽ veſtrã &c. Scdm donũ ſignatũ eſt in quiq; virginib⁹ ſapientib⁹ q̃ portãt lãpades ardentes, quæ ſũt quiq; ꝓpter oimodã quiq; ſenſuũ integritatẽ. Alię ſunt virgines fatuę, vt in ſermone. Quęranť regi virgines, vtpote lumen claritatis & nitorẽ totalis integritatis nõ habentes &c. Hoc etiã donũ ſingulariter hodie cõferť, quia hodie virginitas fœcũdata eſt. Tertiũ donũ corrñdens tertię claritati, ſignatũ eſt in tranſfiguratiõe. vbi tria fuerunt q̃ fiunt in cõtẽplatiõe. ſ. lux: vox de cœlo: & caſus diſcipuloꝝ in facies ſuas. Hęc tria cõtingunt in ꝯtemplatiõe. Ibi eñ dať lux ſiue intellectualis ſiue viſibilis. Omne eñ ꝙ manifeſtať / in luie manifeſtať. Ibi eñ fit reuelatio ſecretoꝝ dei, q̃ intelligiť in voce facta. Item in tali exceſſu euenit mẽtis alienatio q̃ ſignať in caſu illo. vel etiã ꝑturbatio mentis ſubſequens ꝯtemplationẽ põt intelligi ꝑ illum caſũ Hoc etiã donũ ſingulariter hodie dať. quia lux vera hodie facta eſt caro / & ad nos deſcẽdit. Scdo ꝯmendať hęc dies a ſuo dulcore & iocũditate q̃ claritatẽ ſequiť, ſicut mœſtitia tñbras. To. v. Quale mihi gaudiũ eſt &c. Hęc eñ eſt dies boni nuncij. Triplex eñ bonũ i ea apparuit. ſ. bonũ honeſtum, & eſt virginis fœcunditas. Berñ. Bona ẽ ꝯtinentia ꝯiugalis, melior caſtitas vidualis, optima fœcunditas virginalis. Bonum vtile, & eſt repatio hoĩs. Mat. i. Ipſe eñ ſaluũ faciet populũ ſuũ a pc̃tis eoꝝ. Bonũ delectabile ſcilicet dei viſio. Dulce eĩ eſt videre ſolẽ, hoĩem hoĩs ꝯditorẽ. Luc. ij. Annũcio vobis gaudium magnũ. Berñ. Dulcis Ieſu memoria, dãs vera cordis gaudia. ſic Maria. Magnificat &c. Et exultauit &c. Et Io. i vtero exultauit. Zacha riæ. j. Exulta ſatis filia Sion. i. aĩa contẽplatiua q̃ reuelata facie gl̃am dñi ſpeculať. Eſt eñ ineffabile gaudiũ: qđ licet nõ poſſit exprimi, nõ põt taceri ſcdm Richar. Berñ. in Rithmo. Hic amor ardet dulciter: dulceſcit mirabiliter: ſapit delectabiliter: delectat fœliciter, quia eſt pręguſtatio fœlicitatis æternæ. Ad quam &c.

¶Sermo. II. ad idem. Et in numero. LXV.

A Ec ẽ dies quã fecit dñs, exultem⁹ & lętemur i ea. ps̃. lxvij &cę. ¶Verba iſta ꝯueniẽter aſſumi pñt ad ꝯmẽdatione pñtis diei, annũciatiõis videlicet virginis glorioſę, i qbus hodierna feſtiuitas attolliť a duob⁹. Prio a claritatis refulgẽtia ſingulari, cũ p̃mittiť. Hęc dies quã fecit dñs. Scdo ex magnę exultatiõis lętitia gñali, cũ addiť. Exultem⁹ & lętemur i ea. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ licet de⁹ oẽs dies vniuerſaľr fecerit: hãc tñ diem peculiaľr antonomatice diciť feciſſe ꝓpter opum ſupexceſſiuam magnitudinẽ: quib⁹ ipſã magnifice cõſecrauit. Eſt eñ hodie prim⁹ hõ creat⁹, deus incarnat⁹, partus virginis annũciat⁹, de⁹ mortu⁹, hõ

reſuſcitatus:& infern⁹ ſpoliatus. Sed quæreret aliquis. Quare eccle
ſia in illa ſolenni hodierna antiphona apponit eſt,cum tamen pro
pheta hoc non appoſuerit? In feſto etiam reſurrectionis in graduali
cantatur. Hæc dies/ſine eſt. Dicendum eſt,ꝙ hui⁹ poſſunt aſſigna-
ri tres rationes ſumptę ex proprietate huius verbi/eſt. Nam ly eſt,
eſt verbum ſubſtãtiuum:& quia hic dies ſe habet ꝑ cõparationẽ ad
alios ꝑ modũ ſubſtantialis fundamenti:ex eo ꝙ oĩa alia feſta ſe ha-
beant ad iſtud ſicut accidentia ad ſubſtãtiam. vnde ſicut accidentia
fundantur in ſubſtantia:ſic hic. Quod patet inducendo ſingula fe-
ſta. Item ly eſt/eſt verbum pñtis temporis. Et quia ille qui eſt eſſen
tialiter ęternus:factus eſt hodie temporalis & determinat⁹ ad pñs
ergo &c. Item tertio eſt verbum primũ reſolutiõe. Et quia oĩa alia
feſta reſoluuntur in iſtud. qđ patet,quia oĩa feſta referunť ad Chriſti
hũanitatẽ quodam ordine & aliquo reſpectu, vt patet inducẽdo. q̃re
&c. ſi aũt ly ẽ alibi nõ exprimiť:tñ ſubaudiť. Spãliter aũt q̃tum ad ꝑ
ſens ſpectat ꝑconium huius diei conſiſtit in tribus. Primo in Ange-
lica ſalutatione. de qua exponi poteſt illud. iiij. Re. vij. Hæc dies bo
ni nũcij eſt. De hoc habes in ſermone ꝑcedenti. Secundo in virginis
reſponſione,cum dixit. Ecce ancilla domini &c. De hoc Cantic. viij.
Quæ habitas in hortis amici auſcultant:fac me audire vocem tuam
quaſi dicat. Amici/ideſt Angeli & homines attendunt in te: & a te
expectant cauſam ſuę ſalutis:ergo fac me audire vocem tuã/ſcilicet
Ecce ancilla domini,fiat mihi &c. De hoc habes ſufficienter in Po-
ſtilla triceſimaquarta. Tertio ĩ verbi incarnatione. Vnde Iob. j. Ver
bum caro factum eſt:& hoc hodie. De hoc dicit Damaſcenus ꝙ his
verbis, Ecce ancilla domini, fiat mihi &c. prolatis a virgine, ſtatim
ſpiritusſanctus ſuperuenit ſuper ipſam:ſecundum diuinum ſermo-
nem quem prędixerat ei Angelus imprę gnãs eã & virtutẽ ſuſcepti
uam verbi dei imbuens ſimul & generatiuam: ſtatimq; ĩ parua ſub
ſtantia carnis totum corpus Chriſti formatum fuit:& cum omnib⁹
corporalibus lineamẽtis perfectũ fuit,& ibi ſtatĩ anima rõnalis ple-
na gratia & gloria infuſa fuit. & in ipſo eodem inſtanti fuit ei diuinũ
verbum vnitum inſeparabili vnitate perſonali:ita ꝙ omnia iſta fie-
bant in inſtanti/ſcilicet ſanguinis ſeparatio,ſolidatio, figuratio, ani-
matio,deificatio. Et ꝙ non fuerunt ſucceſſiua/patet ex virtute agẽ-
tis/ſcilicet ſpiritusſancti,cuius eſt in inſtanti eſſe operari. & hoc ẽ qđ
dicitur, Hiere. xxxj. Fœmina circundabit virum &c. Et licet mem-
bra ſecundum omnia lineamenta fuerunt perfecta in illo corpore,
vt dictũ ẽ:ipſoꝝ tñ diſtinctio ſecũdũ Aug. tã ꝑua fuit & tenuis ꝙ hũa-
no viſui vix poſſet ſubijci:quia in tãto fuit minus corp⁹ q̃ aliđ cõce-
ptũ cũ informatur,ĩ q̃tum intra. xlvj. dies augeri in vtero potuiſſet.

In quib⁹ ſpecialr cõſiſtit ꝑconiũ feſti Annũciationis.

Miraculoſū igr̄ erat ꝙ in tā paruo corpe recepta fuit aīa. Hoc aūt fa
ctū fuit ideo, vt cōcept⁹ Chriſti q̄tū ad tēp⁹ manēdi in vtero nō eſſet
nr̄æ cōceptiōi diſſimilis. ¶ Circa ſcdm ꝯſiderādū ꝙ quia hec dies
tā imēſis p̄conijs ē priuilegiata: merito in ea letari dēm⁹. vn̄ ſubdiᷓ
Exultem⁹ & letemur in ea. & hoc ꝑpter tria. Prio ꝑpter nature no
ſtre pfectā recōciliationē. Nā hodie natura hūana: q̄ in ꝑſcriptiōe di
uina vltra quinq; millia annoꝝ iacuerat: virtute iſti⁹ nūcij ſic fuit deo
pfecte & intime recōciliata: ꝙ de⁹ pr̄ p ſemetip̄m iuramēto firmauit
ꝙ ꝯtra naturā hūanā nūq̄ de cetero ꝑuocari velit, iuxta illud Gen̄.
xxij. Per memetip̄m iuraui dicit dn̄s, vt vltra iā nō iraſcar ſup terrā
& hoc rōnabiliter factū fuit. Nā ſicut ex hoc natura hūana irā dei in
currit: ꝙ hō ſe ꝯtra diuinū p̄ceptū temere & ſupbe erexit: ita p hoc
ꝙ verbū eternū ſuā celſitudinē qua pr̄ne glorie equalis exiſtit, vſq;
ad aſſūptionē hūane fragilitatis humiliter inclinauit: merito ira diui
næ offēſæ placata fuit. Scđo ꝑpter beatæ virgis internā exultationē
Hodie em̄ in ſpū beatæ virgis orta eſt ineffabilis exultatio. Nā poſt
q̄ Angel⁹ ſuā ſalutationē annūciauit: ex hoc Maria mirabiliter exul
tauit: itā ū ꝙ p̄ interno gaudio exultatiōis in canticū iubileū ꝑrupit
dicens Magnificat aīa mea &c. Vbi ē notabiliter ꝯſiderādū ꝙ Ma
ria recte magnificaᷓ in aīa. i. ex tota virtute ſue aīæ benignitatē diui
nā q̄ de ip̄a naſci voluit magnificādo. Sed exultauit in ſpū: ꝑpter di
uinoꝝ bn̄ficioꝝ q̄ ſibi ſingulariter ꝯtulit pluralitatē. Et illa ſūt tria q̄
etiā ꝯſ̄ter enumerat. Prio quia ſuā hūilitatē reſpexit: & hoc p gratie
plenitudinē. ꝑpter qđ Angel⁹ ſibi dixit. Aue gr̄a plena. Scđo quia
magna ſibi fecit. & hoc p filij dei ꝯceptionē. ideo dixit Angel⁹, dn̄s
tecū. Tertio quia ipſam beatā oñdit p cōmunē oīm bn̄dictionē. qa
in ip̄o & ſuo partu oēs gētes bn̄dictionem eternā ꝯſequūᷓ. & ideo
bn̄ Maria dixit, ex hoc beatā me &c. Primū igr̄ bn̄ficiū refert ad ple
nitudinē mentis. ſcđm ad fœcūditatē vētris. tertiū ad exultatiōem
ſui nois: quia ab oīb⁹ gētib⁹ erat bn̄dicēda. Nec mirum ſi ꝑpter iſta
tria bn̄ficia ſu⁹ ſpūs tpe ꝯceptiōis verbi dei ineffabili gaudio exul
tauit: quia etiā tpe pturitiōis quo alie fœmie dolorē intolerabilē pa
tiunᷓ, ip̄a indicibili gaudio replebatur. & ſi nos ſum⁹ deuoti beatæ
virgis ſuā exultationem colere debem⁹. Tertio exultare debemus
ꝑpter oīm creaturaꝝ & toti⁹ vniuerſi vltimatā pfectionē: q̄ etiā ho
die facta eſt. Perfectio em̄ cuiuſlibet rei cōſiſtit in vniōe ſui ad eius
principiū. Cui⁹ rō eſt, quia figura ſpherica (q̄ eſt oīm pfectiſſima) ſp
habet finem coniunctum ſuo principio: propter qđ ſibi nihil p̄t ad
di vel ſubtrahi quod eſt de ratiōe perfecti. Verbū aūt pfectū eternū
hodie p ſuā ſapiētiā coniunxit finē creature. i. hominem qui eſt fi
nis toti⁹ corporalis creature, quia oēs facte ſunt ad hois miniſteriū

B
Trib⁹ de cauſis læ tari debem⁹ in die Annūciationis.

vel in eius ſolatium:cū vniuerſali principio oīm rerū qd eſt ipſe de⁹ & ideo ipſo homine in tanto perfectionis culmine ſublimato,conſtat ꝙ oēs creaturę vltīate perfici dicunť:quia ad ipm hoiem omnia alia ordināť. Vñ ſicut hoie per peccatū deiecto tota creaturarū vniuerſitas fuit quodāmodo vilificata:ita hoie nūc in tanto dignitatis culmine ſublimato:non incongrue omnes creaturę hodie dignificā tur & nobilitanť. ꝓpter qđ bene ſcribiť Prouerb.vlt. Procul & de vltimis finibus precium eius:quia p̄ciū humanę redēptiōis conſtat ex cōiunctiōe vltimoꝝ finiū.iņtum hō qui eſt finis toti⁹ creaturę corporalis/cōiunct⁹ ē pſonæ diuinę q̄ eſt principium & finis totius vniuerſitatis. Lętamini ergo in domino & exultate iuſti. &cę.

¶Sermo.III.de eodem.Et in numero. LXVI.

GAudeamus & exultem⁹ & dem⁹ gloriā deo,quia venerūt nuptię agni. Apoca.xix.&c. In verbis ꝓpoſitis myſteriū incarnatiōis dñicæ tripliť attolliť & eximie cōmēdať. ¶Prio nāq; ꝓponiť vt gaudioſū ꝓpter diuinā clementiā nr̄am ſalutē delectabiliter operātem A
Scđo vt glorioſum ꝓpter pſonę diuinę excellētiā nr̄am naturā ſingulariter ſublimātē. Tertio vt fructuoſū ꝓpter oīm bonoꝝ affluētiā mentē rōnalē pulchriformiter adornātē. Et hęc tria in verbis p̄miſſis cōgrue deſignāť. Nā ꝓpter primū p̄mittiť,gaudeam⁹.ſ.mentaliť & exultem⁹.ſ.corpaliter,vt dicit gloſ.ſup illđ Cātic.j. Exultabimus & lętabimur in te. Et reuera merito gaudere & exultare debem⁹:ꝓ eo videlicet ꝙ diuina clemētia nr̄m lapſū tam delectabiliť & miſericorditer reformauit. Propter ſcđm ſubdiť,& dem⁹ gloriā deo,ꝓ eo videlicet ꝙ pſonę diuinę excellētia nr̄am naturā tā ſingulariter ſublimauit. Sed ꝓpter tertiū annectiť:qa venerūt nuptię agni.ꝑ quas ſibi humanā naturā ꝑ actū vniōis pſonaliť mirabiliť deſpōſauit,& mētē rōnalē ꝑ donoꝝ affluētiā pulchriformiter adornauit. Circa primū eſt ſciēdū ꝙ myſteriū dñicę incarnatiōis recte cōuinciť gaudioſū ꝓpter diuinā clemētiā nr̄am ſalutē hodie tā delectabiliť opantē. qđ patet ꝑ hoc ꝙ naturā hūanā q̄ pluſq̄ quīq; millib⁹ annoꝝ iacuerat ī ꝓſcriptiōe maledictiōis diuinę:hodie verbū ęternū pr̄i tā pfecte recōciliauit:vt iuramēto ꝓprio firmauit ſe fœd⁹ hui⁹ recōciliationis nūq̄ velle de cętero violare,iuxta illud Gen̄.xxij. Per memetip̄m iuraui dicit dn̄s,vt iā nō vltra iraſcar ſup terrā. qđ ꝑ nullā purā creaturam fieri potuit,vt ꝓbat Anſ.i.li. Cur de⁹ hō. vñ diciť ī p̄s. Q ue nō rapui tūc exoluebā. Qualiť aūt de illa p̄uaricatiōe ꝓ nobis deo pr̄i ſatiſfecit patebit.j.in tertio mēbro pricipali. Circa ſcđm eſt ſciēdū ꝙ myſteriū diuinę incarnatiōis rōnabiliť ꝯuinciť glorioſū ꝓpter diuię pſonæ

excellẽtiã nřam naturã ſingulariter ſublimãtẽ. de qua ſublimatione
pt intelligi illđ qđ ſcribiť in figura Heſter. vj. vbi dicit ꝙ hõ ille quẽ
B rex honorare volebat: debuit indui veſtib⁹ regijs & poni ſup equũ
Triplex q de regis ſella eſſet, & regio diademate debuit coronari. ¶ In quí
honor ho: b⁹ verbis innuiť triplex honor magnificę dignitatis hodie exhibitę
die exhibi naturę humanę verbo ęterno hypoſtatice vnitę. Pria eſt diuiarũ ꝓ
tus natu· prietatũ cõmunicatio, q̃ intelligiť in veſtib⁹ regijs. Quia oĩs pfectio
ræ hũanę. eẽntialiter cõpetens naturę diuinę p cõicationẽ idiomatũ etiã cõpe·
tit naturę humanę, inq̃tum hypoſtatice vniť in pſona verbi. qđ pa
tet: nã ꝓprietas diuinę naturę eſt ꝙ ſit oĩm creatrix & oĩm cõſerua·
trix. quorũ vtrũq; verificať in hoie aſſũpto, quia bñ dicit. Iſte puer
creauit cœlũ & terrã. De ipſo etiã ſcribiť Heb. ij. ꝙ portat oia verbo
virtutis ſuę. & qđ oĩbus excellẽti⁹ ẽ: iſte puer hodie cõcept⁹ ẽ dei fili
us p naturã & nõ p adoptiõis grãm: quia licet natura hũana p grãm
hoc eſt p volũtatẽ dei gratuitã fuerit aſſũpta a diuino ſuppoſito: in p
ſona tñ verbi habet ſubſiſtẽtiã naturalẽ, quia natura hũana ita natu·
raľr ſubſiſtit in verbo, ac ſi ſubſiſteret in ꝓprio ſuppoſito, ex qua ſub
ſiſtẽtia naturali hõi aſſũpto competit ꝙ ſit dei fili⁹ p naturã. Secun
da dignitas ẽ diuinę bonitatis pfecta fruitio q̃ ꝯueniẽter p equũ itel
ligiť, quia ſicut hõ ſuauiter qeſcit in equo regio portãte ſuauiter: ſic
oẽs vires aię Chriſti in btã fruitiõe diuinitatis hodie fuerũt feliciter
qetatę. bñ ergo hodie natura hũana ſup equũ regis fuit ĩpoſita, quia
aĩa Chriſti hodie fruebať eadẽ fruitiõe obiectiue qua ipe deus oĩm
rex: & dñs gaudet & fruiť in ſeipõ. Nã aĩa Chriſti ab inſtãti ſuę cõce
ptiõis & vniõis in pſona verbi, nude & lipidiſſie agnouit diuinã eẽn
tiã ſup oẽs creaturas. & ideo eadẽ bonitate fruebať qua verbũ æter
nũ fruiť in ſeipſo. Tertia dignitas ẽ diuinę reuerẽtię exhibitio, q̃ itel
ligiť p regiũ diadema. Nam eodẽ honore & cultu latrię quo adoraẽ
deitas: & ipſa hũanitas: ꝓut ſubſiſtit in pſona verbi. iux ta illud Heb.
.j. Et adorent eũ omnes Angeli eius. & Phil. ij. ſcribitur: In nomine
Ieſu omne genu flectatur & cæte. & bene ſcribitur Danielis. vij. ꝙ
fil⁹ hoĩs vſq; ad antiquum dierum ꝑuenit. quia ſcdm gloſ. natura
hũana a verbo aſſũpta vſq; ad ęqualitatẽ & ad celſitudinẽ pr̃nę ma·
ieſtatꝭ ꝓcẽdit, ꝓpter qđ ibidẽ ſeqť. Et datũ ẽ ei regnũ & honor & oĩs
popul⁹ trib⁹ & ligue ſeruiẽt ei. Ex quo patet ꝙ de⁹ maiorẽ honorẽ
C naturę humanę ꝯferre nõ potuit q̃ ꝙ eã ꝓprio hõre & reuerẽtiæ di
Quo gra· uinę parificauit: faciẽs illũ hoiem mediã in trinitate pſonã: ſup quo
ui⁹ nũc oĩ· merito oẽs ineffabiliter gaudere debem⁹. ¶ Sed hoc ẽ ſũme lamẽta
ſẽdũt pec· bile: ꝙ qdã ꝓch dolor tanto bñficio ſic ingrati exiſtũt ꝙ naturã hũa·
cãtes q̃ q nã ſic magnifice ſublimatã p momẽtaneã delectationẽ: vel p vanã
Chriſtum ſul oñt atiõnẽ: vilitate peccati inficiũt: & ſpretis gaudijs cœleſtib⁹ / in

pfūdū ęternę dānatiōis barathrū ſe imergūt. De qbus ſcribit Heb. crucifixe-
vj. Rurſus crucifigētes filiū dei in ſemetipſis. Nā quotiēs manibus runt.
tuis illicita tangis, vel pedib⁹ ad loca vel ſolatia pphana pgis: maio-
rem deo diſplicētiā facis: q̄ illi q eū manib⁹ & pedib⁹ ppriis cruci af
fixerūt. Cui⁹ ratio ē quia illi reputabāt Chriſtū hoiem blaſphemū &
morte dignū: qa ſibi diuinū honorē vſurpauit: ſe verū eē deū conte-
ſtans. Tu aūt in p̄dictis ſcienter & voluntarie deum offēdis. Quoti
ens etiam oculos tuos ipudice & pcaciter aperis, vel illicita deſide-
ria in corde tuo voluntarie cōcipis, ſeu pauperes & ſubiectos p vio-
lentiā opprimis: maiorē deo diplicentiā facis q̄ illi qui ſibi pro deri-
ſione oculos velauerūt, vel ip̄m lācea in latere pupugerunt, ſeu etiā
ip̄m in ſtatua ligatum flagellis ceciderūt. Quotiēs etiā pręlatis vel
clericis vel religioſis q ſunt capita & ſuperior pars eccleſię detrahis
maiorem diſplicentiā deo facis & irrogas q̄ illi qui coronam ſpineā
ſuo capiti ipreſſerūt. & hoc de ſecūdo. Circa tertiū ē ſciēdū q̄ myſte-
riū diuię icarnatiōis recte oñdit fructuoſū ppter oim donorum affluē-
tiā mētē rōnalē pulchriformiter adornātē. Nā diuia clemētia nobis ho De tripli-
die liberalr cōicauit oēm theſaurū quē nobis cō care potuit: tā in na ci theſau-
tura diuia q̄ in hūana. Qđ ē ſic videre. Nā in ſuo corpe nobis hodie ro nobis
cōtulit theſaurum ois miſeratiōis & clemētię & pietatis, in ſua aīa bñdi hodie cōi-
cta nobis ꝯtulit theſaurū toti⁹ grę & ſctitatis, ſed in ſeip̄o ꝯtulit the- cato.
ſaurū ęternę fœlicitatis. Et iſte triplex theſaur⁹ pulchre figurat⁹ eſt
Geñ.xl. vbi in eadē vite tres ppagies erūpebāt: q̄ paulatī creſcebāt
in gēmas & matureſcebāt in vuas, ex qb⁹ picerna vinū exp̄ſſit & da
bat poculū Pharōi. Tres ppagines ī vna vite, ſūt tres ſubſtātię ī vna
pſona Chriſti q ē vitis vera, Ioh.xv. ¶ Collige ergo prio bñficia quę D
Chriſt⁹ tibi ꝯtulit in ſuo corpe, & deuota mēte reuolue q̄ amare p te Deuotæ
ſatis fecit de pctō prię trāſgreſſiōis: nā quia Eua in pria p̄uaricatiōe meditatio
temere brachiū ad pomū vetitū extēderat: ideo Chriſt⁹ ad hoc expi nes,
andū pmiſit totū corp⁹ ſuum imaniter ī cruce diſtēdi, vt oia oſſa ſua
& iūcturę mēbrorum poſſent dinumerari, iuxta illđ p̄s. Dinumeraue-
runt oia oſſa mea. Quia Eua temere pomum maſticauit & traiece-
rat: ideo hic ad expiandum. Chriſtus paſſus eſt in ore aceti & fellis
amaritudinē cōtra guſt⁹ dulcedinē: genarū pcuſſionē ꝯtra illicitā ma
ſticationē. & in collo alaparū pcuſſionē cōtra illicitā traiectionē. Con
ſidera etiā q̄ in ſuo corpe ſit p te imaniter flagellat⁹, q̄ a plāta pe-
dis vſq; ad verticē: null⁹ loc⁹ ſine liuore & plaga remāſerit. Cōſide-
ra etiā q̄ te a pctīs ablueret & te ab ęterna morte redimeret: acerbiſ
ſimā mortē pro te pati voluit & totū ſuū precioſum ſanguinē pro te
effudit: adeo q̄ totum corpus ſuum & etiam oſſa ſua tanq̄ cre-
mium aruerunt, vt dicit ī p̄s. Si iſtum botrum pfunda meditatiōe

tui cordis exprimere volueris: tūc ſine dubio in calicē cordis tui ex eo tibi fluet vinū feruidū diuinę charitatis, qđ adeo dulciter te iebriabit, ꝙ oīs amaritudo & pœnalitas pn̄tis vitę ex ei⁹ ſuauitate ſibi dulceſcet. quia dicit Aug. ꝙ nulla ē amaritudo tā magna quī dulceſcat ex ꝯſideratiōe acerbitatꝫ paſſiōis Chriſti. qđ etiā figuratū ē. iiij. Re. vbi Heliſe⁹ ꝑ miſſionē ligni (qđ p̄figurabat lignū crucis) dulcorabat aquas amaras. Collige ſecūdo bn̄ficia q̄ tibi cōtulit in ſua aīa bn̄dicta & deuota mente recogita q̄ ſollicite ꝓ tua ſalute ꝑ. xxxiij. annos laborauerit, quātis doctrinis & exēplis te exēplariter formauerit, & q̄ feruenter tuā ſalutē appetierit. Hāc eñ adeo feruēter deſiderauit. ꝙ corā Pilato interrogat⁹, rn̄dere noluit: ne ꝑ morā rn̄ſionis elongaretur tp̄s nr̄ę redēptiōis. Et ſi iſtū botrū ꝓfunda meditatiōe expſſeris tūc ꝓculdubio in calicē tui cordis affluet vinū feruidū diuię dilectionis. Ex cuius guſtu tanta ſuauitate inebriaberis, ꝙ p̄ ei⁹ dulcedine oīs terrena ſuauitas tibi in amaritudinē & tędiū cōuertet. qđ etiā ſecūdū Bern̄. figuratū eſt in ſerpēte Moyſi q deuorauit oēs ſerpentes magorū. Sic guſt⁹ diuini amoris debet in corde tuo cōſumere & abſorbere oēm ſuauitatē terrenę dilectiōis, vt ſic veraciter poſſis dicere cū Aug. Oīs ſuauitas & oīs copia q̄ deus me⁹ non ē, egeſtas mihi eſt. Collige tertio bn̄ficia q̄ Chriſt⁹ tibi cōtulit in ſua diuinitate, & deuota mēte reuolue q̄ dulcis & ſuauis ſit ſuis amicis in vita pn̄ti, quos qn̄ꝫ ꝑ vnā ſtillā ſuę dulcedinis ſic inebriat, ꝙ ex hoc ducunt̄ in ꝑfectā obliuiōnē ſui ipſius & oīm terrenoꝝ. Exēplū i Petro q ex corporali Chriſti claritate ſibi in transfiguratiōe oſtēſa tātū iebriat⁹ fuerat ꝙ in eius aſpectu petijt ꝑpetuo remanere dicens. Dn̄e bonū ē nos hic eſſe. Recogita etiā q̄ dulcis & ſuauis ſit beatis in patria, quia ab vbertate ſuę dulcedinis iugiter inebriant̄: & torrēte diuinę voluptatis: & pane illo Angeloꝝ dulciſſime recreant̄. Recogita nihilomin⁹ q̄ ſuauis & dulcis ſit in ſeipſo, q oīa corda & oīa deſideria in ſeip̄m trahit & in ſua bonitate adeo imobiliter figit, ꝙ extra ip̄m nullū aliud bonū p̄t appetere p̄ter ſolū bonum diuinum: quia hoc ſolum eſt quod mentem rationalem perfecte ſatiat & quietat. Quod nob. &c.

In. iiij. re. ij. c. dicit̄ ꝙ hoc ſfeci Heliſe⁹ p miſſionē ſalis

Sed Moyſes dulcorauit aq̄s Marath ꝑ miſſionē ligni.

Exo. xv.

Exo. vij.

Mar. ix & Luc. ix.

Sermo. IIII. de eodem & in numero. LXVII.

ORtus cōcluſus ſoror mea ſponſa. Can. iiij. Salomon cōſiderās in ſpū prophetico virginis Marię excellentiā i pſona ſummi ſpōſi tripl'r ipſā in verbis ꝓpoſitis cōmendat. Prīo in ſecuritate virginitatis illibatę. Secūdo in naturali ipſius propinquitate. Tertio in prerogatiua eius familiaritate: nam primum tangitur cum dicitur. Ort⁹ concluſus, ſecundū cū ſubiungitur. ſoror mea. tertium cum ſubinfertur, ſponſa. quid enim horto clauſo ſecurius? quid ſorore propinquius? quid ſponſa fami-

ſiarius. Virgo enim Maria propter omnes proprietates iſtas.ſ.orti cõueniẽter orto cõparatur. Nã ortus primo prȩcluditur: prȩcluſus purgãdo perfoditur: pfoſſus ac purgatus plãtatur: ita recte Maria fuit prȩcluſa, perfodiendo purgata ac plantata. Fuit enim prȩcluſa triplici muro, videlicet diuina gubernatione: angelica ptectione: & ſui ipſius promiſſione. Diuina em̃ gubernatio ita ipſam ſolicite gubernabat: ꝙ ipſam nũꝗ deſerebat: nec aliquid coinquinatũ in eã intrare ſinebat: ſed ipſam in omnibus actibus ſuis dirigebat, vt nihil eſſet in ea, quod alicuius offenderet aſpectum: ſed quod eius decerет ſanctitatẽ. Hȩc autẽ clauſura Mariã ab omni peccato immunẽ retinuit, quia nihil aliud niſi quod ſanctitatẽ augeret intromiſit. vñ Abacuc.ij. ppheta in pſona totius trinitatis, de hac cuſtodia loquitr̃ dicens. Super cuſtodiã meã ſtabo &c. Secũdo fuit clauſa angelica ptectione. nã quãdo Herodes rex quȩſiuit occidere Chriſtũ Marię filiũ, Maria ptectione angelica in Aegyptũ fuit deducta, & poſt ſeptenniũ reducta. vñ Mat.ij. dicitur. Vade in Aegyptũ & eſto ibi vſq; dũ dicã tibi &c. Et cũ Maria Chriſtũ cõcepiſſet & Ioſeph ipſam occulte voluiſſet dimittere, diſſuaſit ſibi angelus: & virginem protexit, & ipſam ab infamia cõſeruauit dicens. Ioſeph fili Dauid &c. vſq; quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Tertio fuit prȩcluſa ſui ipſius promiſſione: promiſit enim ſe velle clauſam reſeruare: & in virginitate perſiſtere: & nullum prȩter amatorem ſuum admittere vnde potuit illud dicere. Poſuit ſignum in faciem meam: vt nullũ prȩter eum amatorẽ admittam. de quo poſtea fuit ſine corruptiõe grauida & i partu virgo puerpera. vñ Lu.j. Cõcipies & paries filiũ & vocabis nomen eius Ieſum. Cõcipies id eſt totũ capies ſimul in te: nõ aliſide: in vtero addit. q.d. cõcepiſti mente quẽ cõcepturus es carne. nõ em̃ impleretur vterus cœleſti germine, niſi mẽs prius fuiſſet ipleta rore gratię: quia aliter rhinocerõtis ſupbia capi nõ poterat niſi in gremio virginali. Eo ergo vt ipſum rhinocerõtẽ caperet: oportuit vt ſe clauſam reſeruaret: quẽ concepit ſine pudore, peperit ſine dolore. Exẽplũ ſicut radius de ſtella: flos de virga: fruct⁹ de arbore pdeũt ſine corruptione: ros de vellere cõprimitur ſine læſione: rubus accẽditur illuminatur nõ cõburitur: cryſtallus aqua aſpgitur & ad radios ſolis ignis ſcintilla pducitur: Maria aqua ſpũſſancti pfuſa parit ſaluatorẽ nec amittit virginitatis pudorẽ. Vñ virgo ante partũ, & virgo in partu, & virgo poſt partũ. Triplici ergo muro Maria fuit clauſa.ſ. diuina gubernatione, angelica ptectione, ac ſui ipſius pmiſſione. Si volueris poteris addere ad tertiũ mẽbrum ꝙ Maria conceperit ſine corruptione: peperit ſine lȩſione. De primo quomodo cõcepit ſine corruptiõe, introduc illud Gen̄.xxvij. Ecce:

De multiplici cuſtodia virginis.

odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore cœli,& de pinguedine terrę abundãtiã. Ager plenus cui benedixit dñs eſt virginalis vterus incorruptus filio dei plenus. vnde dicit, odor. Nam ſicut odor ab odorifero corpore procedit & in eo eſt ſine corruptione, ſic dei filius conceptus in vtero virginis fuit & ab ea proceſſit ſine corruptione. vnde ſi queris: quomodo virgo ſine corruptione concepit ſaluatorem? Reſpondit Hugo. Sicut flos odorem, ſi corruptum inuenis florem quia dedit odorem, violatã crede pudorem, quia edidit ſaluatorem. Eccle.xxiiij. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris. Et licet iſta cõceptio habuerit exemplũ in ſexu mulierũ, exemplũ tñ habet in natura rerum. De ſecũdo quomodo peperit ſine lęſione, hinc eſt quia concepit ſine libidine. Eccl. xxix. Bñdictio illius quaſi fluuius inundabit & quaſi fluuius fluit a fonte leniter / & quaſi inſenſibiliter. Et fili' dei natus eſt de virgine delectabiliter & impaſſibiliter, Gene.j Fluuius egrediebaẽ de

B loco voluptatis. ❡ Secundo ortus pręcluſus perfoditur & purgatur. Maria vero conuenienter orto perfoſſo cõparatur. Perfodit autem eam triplex magiſter & purgauit eam de omni zizania. Nam poſt peccatum Adę tota poſteritas zizania .i. peccato fuit impugnata. Specialiter triplex zizania genus humanũ vexauit, ſcilicet ignorantia in rationali, impotentia in iraſcibili, malicia in concupiſcibili. Ne autem Maria huiuſmodi miſeria vexaretur, venit pater fodiẽs cum foſſorio potentię: & fugauit impotentiam. venit filius cum foſſorio ſapientię effodiens ignorantiam. venit ſpiritusſanctus cũ foſſorio clementię effodiens maliciam. Et ita Maria plenarie ab omni zizania fuit mundata & purgata, ita vt per ſapientiã fugaret primã, per fortitudinem ſecundam, per clementiã ſiue bonitatem tertiã. Vnde Apoſtolus dat ipſi deo tria nomina, ſcilicet ſplendorem glorię, verbum virtutis, purgationem peccatorum facientẽ: vt ſplendor illuminet rationalem, virtus confortet iraſcibilem, purgatio dirigat dulcificet & ordinet concupiſcibilem. Sapientia illuminatur Maria ad credendum: fortitudine eleuatur ad ſperandum: bonitate dirigitur ad diligendum. Et ſic a Maria tollitur ignorantia / impotentia / & malitia. & ſic tres vires animę in beata virgine roborantur, ſcilicet rationalis, iraſcibilis, & concupiſcibilis. His ergo viribus ita purgatis & perfoſſis, prima efficitur ita benigna q nihil vult qñ eſt bene ordinata / niſi benignã veritatẽ. ſecunda efficitur ita virtuoſa: q nihil deſiderat niſi ſummã ac delectabilem dulcedinem. tertia efficitur ita nobilis: q nihil quęrit niſi honorabilem ęternitatẽ. Et ita in Maria imprimebatur per patrem glorię ęternitas. a filio benigna veritas. a ſpũſancto delectabilis ſuauitas. Et ita Maria ſic effoſſa &

Maria ſicut fuit a pctõ originali pſeruata, ita etiã ab huiuſmodi triplici zizania.

Caue ab iſto fermẽto veteri ſanctificationis Marię.

purgata fuit,& dicitur ſanctificata anteq̄ nata. ¶ Tertio ortus pfoſ- C
ſus & a zizania purgatus plantatur. Maria bene orto plantato cōpa
ratur. Fuit em̄ plantata diuerſis plantis, hoc eſt diuerſis virtutibus. Quare
Specialiter tamen pater plantauit in ea ſuam plantã. Filius ſuã. Spi Maria or-
ritusſanctus ſuã. Nã pater plãtauit in ea virginalẽ puritatẽ. Fili⁹ ob- to plãtato
ſeruantię caſtitatem. Spiritusſanctus caſtitatis placabilitatem. Plan cõparetur
ta ergo patris in corde virginis fixa: pater ſuperfundẽs rorem ſuę be
nedictionis dicit, Eſa. xliiij. Effundã ſpiritũ meũ ſuper ſemen tuum
& benedictionẽ meã ſuper ſtirpem tuam: & germinabunt inter hę r
bas id eſt alias virtutes: quaſi ſalices iuxta fluentes aquas. Poſita
etiam planta filij in corde Marię fixa: dicit filius illud Eccle. xxiiij.
Rigabo ortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fru
ctus. Rigabo dans gratiam in promiſſione voti: inebriabo ſuperad-
dens gratiam in executionem promiſſi. Poſita autem ſpiritusſan-
cti planta adiungit illud, Canti. iiij. Veni auſter, perfla ortum meum
& fluent aromata illius. Ventus auſter qui ſurſum generatur flans
a meridie, gratia fuit ſpiritusſancti: qui ſurſum virgini charitatem &
ſapientię lucem infudit. Nam inflauit ita q̄ ſapientia vſq; ad inti-
ma penetrauit: vt ex eius plenitudine ſapientię fluerent aromata ad
eruditionem eccleſię. Hac ſapientia perflata vſq; ad intima fuit pe-
netrata, vt aliquãdo eſſet vna caro filij & virginis. Pater vero filius
& ſpiritusſanctus volentes congratulari in corde Marię dicunt illud
Canti. vii. Videamus ſi floruerit vinea noſtra: ſi flores fructum par-
turiunt. Maria autem hoc intelligens, reſpondit toti trinitati & dei-
tati dicens. Venit dilectus meus in ortum ſuum. q.d. Non ſolum
plantę noſtrę flores protulerunt ſed iam fructum parturiunt. quem
fructum nobis concedat &c.

¶ De ſancto Georgio. Sermo vnicus. & in numero. LXVIII.

LAbora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. ij. Tim. ij. In ſtrẽ
nuo & ꝓbato milite requiritur q̄ ſedule laboret: q̄ ſtrẽ
nue pugnet, & q̄ dño ſuo fideliter militet. ¶ Quę tria A
elegãter fuerũt in beato Georgio, propter quod in ver-
bis pręmiſſis cõmẽdatur ex tribus. Primo ex ſedulitate laborandi:
cũ pręmittitur, labora. Secũdo ex ſtrẽnuitate pugnãdi, cũ additur, ſi
cut bonus miles. Tertio a fidelitate obſequẽdi, cũ annectitur, Chri-
ſti Ieſu. Circa primũ eſt ſciẽdũ q̄ ſedulitas ſui laboris in hoc apparet
q̄ fidẽ Chriſti viriliter prędicauit, & magnanimiter idola deſtruxit
& populũ ad fidẽ Chriſti fideliter cõuertit, ſicut patet in rege cui⁹ fi-
liã a dracone liberauit: & totũ ppl̃m ei⁹ ad fidẽ cõuertit. Sciẽdũ autẽ
q̄ tria ſunt quę quemlibet bonum militem ad laborãdũ inducunt.

Primū eſt cōſideratio laboris in rege, ex hoc eñ q̄ miles videt re-
Cōſideratio laboris Christi inducit fidelē ad laborandū.
gē viriliter laboraſſe: merito aīatur ad ſtrennue operādū. Cōſtat autē q̄ Christus rex noſter ſemp fuit in labore, p noſtra ſalute: & in ſua infantia, quia in duro pręſepi fuit reclinatus & pānis vilibus & aſperis indutus: & in ſua iuuētute, quia cōtinue pędicauit & totā terrā ſanctā docēdo perambulauit, & etiā extremā paupertatē ſeruauit: ,ppter quod bñ dicitur in ps̄. Pauper ſum ego & in laboribus a iuuētute mea. Et etiam in ſua morte in qua pœnas acerrimas ſuſtinuit. Ad quarū cōſiderationē nos inuitat, Thre. j. O vos oēs qui trāſitis per viā attēdite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Scd̄m eſt apta cōditio in milite. Nā nomē militis eſt nomen exercitij & laboris. Vnde ſcribitur, Iob. vij. Militia eſt vita hoīs ſuper terrā. Et bene militia: tū ,ppter cōtinuū pugnę exercitiū: quo cōtra varias tētationes pugnamus: tū propter dubiū triūphū, quia neſcitur an vincam' vel in pugna ſuccūbamus: ,ppter quod quilibet noſtrū ad pugnę virile exercitiū inducitur per Apoſtolū. ij. Tim. iiij. cū dicitur. Tu vero vigila. in quo innuit q̄ vigilāter & nō ſegniter eſt pugnādū. In omnibus labora. in quo innuit q̄ in tali pugna eſt viriliter decertandum. Tertiū eſt cōſideratio magnitudinis in mercede, quia ſcd̄m Greg. Cōſideratio pręmij minuit vim flagelli. licet eñ Iacob multū ſtrennue laboraret, p Rachel amplexib', quia ipſe dicit, Die noctuq; ęſtu vrebar & gelu: fugiebatq; ſomn' ab oculis meis. videbātur tamē ei pauci dies prę amoris magnitudine. Ideo dicit Hiero. q̄ nullus labor durus, nullū tēpus longū videri debet, in quo gloria ęternitatis acquirit̄. ideo ſcribitur, Sapiē. iij. Bonoꝝ laboꝝ eſt glorioſus fructus

B ¶ Circa ſecundū eſt ſciendū q̄ ſtrēnuū militē tria faciūt videlicet robur virtutis: experiētia bellicę artis: & copia armaturę cōuenientis.
Tria habuit Georgius, quę habet ſtrēnu' miles
Robur autē virtutis cōſideratur in tribus. Primo eñ ſtrēnuus miles debet habere robuſtū animū ad aggrediendū: ,ppter quod formidoloſi & vecordes de pręlio reuocātur: vt patet, Deutero. xx. Talē robuſtū animū habuit beatus Georgius qui in medio hoſtiū poſitus audacter exclamauit. Oēs dij gētiū dęmonia: dn̄s autē cœlos fecit. Secūdo debet habere robuſtā manū ad feriendū. vñ in laudē huius dicitur de Iuda. Gen̄. xlix. Manus in ceruicibus inimicoꝝ tuorum. Iſtā robuſtā manū habuit beatus Georgius qui caput draconis (qui diabolū figurabat) manu ,ppria amputauit, & oībus eius ſuggeſtionibus in ſui initio cōtradixit: ,ppter quod ſibi cōpetit quod ſcribitur Gen̄. iij. Ipſa cōteret caput tuū. quod dicitur de ſerpēte diabolo: cuius caput cōteritur: qn̄ mens rationalis primis eius inſtinctib' prauis reluctatur. Tertio debet habere robuſtū dorſum ad ſuſtinēdū: & hoc bene habuit beatus Georgius, qui multa tormēta cōſtāter & ſo-

trepide ſuſtinuit. vñ poterat dicere illud ps. Supra dorſum meū fabricauerūt peccatores. ¶ Secundū quod facit militē ſtrēnuū eſt experientia bellicę artis. Iſta autē experiētia tripliciter acquiritur. Primo per ſacrę ſcripturę eruditionē, hortātis nos ad virilē ꝯgreſſionē & armoꝝ aſſumptionē. de quo ſcribitur, Ephe. vj. Accipite armaturā dei, id eſt virtutes nobis diuinitus collatas: vt poſſitis reſiſtere in die malo, id eſt in tētationibus pręſentis vitę, & in omnibus, ſcilicet actibus perfecti ſtare. vnde dicit Vegetius in lib. de re militari. Sciētia rei bellicę dimicādi nutrit audaciā, nemo eñ facile metuit: quod ſe bene didiciſſe cōfidit. Secūdo modo per ipſoꝝ viriliter pugnātiū diligentē cōſiderationē. per hoc eñ multū aiatur homo ad virilem cōgreſſionē. in cuius figura anſa trahebat anſam, & cortina cortinā: vt patet, Exo. xxvi. Cui cōſonat quod dicit Greg. ſuper Ezech. & etiā. xxiiij. Moraliū. Ala ſua me percutit quę exēplo ſanctitatis me ad melius accēdit. Ala autē mea vicinū animal feriam, ſi bonū opꝰ quod imitetur oſtendo. validiora enim ſunt exēpla q̄ verba: multo fortius opere docetur q̄ voce, vt dicit Leo papa. Tertio per crebrā cū aduerſario cōgreſſionē. vñ dicit Caſſio. ij lib. epłaꝝ. Terribilis eſt hominibus cōflictus ſi nō ſit aſſiduus: & niſi vſu acquiratur, cōcertādi fiducia nō habetur. Nā quod in iuuētute nō diſcitur: in ſenectute nō habetur. Dicitur Iudicū. iiij. ꝙ dñs gētes dereliquit. i. non deleuit, vt erudiret in eis Iſraelē: quia per eoꝝ impugnationū cōtinuā populus Iſrael magis fuit exercitatus ad bellandū. ¶ Tertiū quod facit militē ſtrēnuū eſt copia armaturę cōueniētis. Hāc autē armaturā ſex virtutibus oportet integrari, vt dicit Apłs, Ephe. vj. Prima eſt cōtinētia quę lūbos. i. cōcupiſcētias carnis & mētis cōſtringit. vt dicit Greg. Lūbos eñ pręcingimus cū carnis luxuriā per cōtinētiā coartamus. Secūda eſt iuſtitia quā appellat Apłs loricā. Quia ſicut lorica totū corpus ꝓtegit: ita iuſtitia oēs actus virtutū dirigit: docēs hominē viuere ſobrie, quo ad ſeipſum: pie & deuote, quo ad deū: iuſte, quo ad ꝓximū. Tertia eſt fides certa diuini auxilij, quā appellat ſcutū fidei: quia reprimit & extinguit igneas tentationes & feruidas inimici. Hoc autē ſcutū in ſiniſtro latere portamus: quia ſolū in pręſenti vita cōtra vitia decertamus. Quarta eſt ſpes firma ęterni ꝓmiſ quā appellat galeā ſalutis: quia mentē & caput animę munit & roborat cōtra tribulationes pręſentis vitę. vnde dicit Greg. ꝙ cōſideratio ęterni pręmij, minuit vim flagelli. Quinta eſt charitas. quę pedes. i. affectus animę ornat: munit: & roborat, faciens ipſos fortiter ſtare & viriliter currere in via mādatoꝝ dei. vñ ps. In via mādatoꝝ tuoꝝ cucurri &c. Sexta eſt ſapiētia diuini verbi, quā appellat gladiū ſpūs: quia ſuo acumine pertingit ad diuiſionē animę & ſpūs: mentē

ſcindens & oĩno elõgãs & diuidẽs a deſiderijs carnalibus: a mundi
vanitatibus,& a diabolicis inſtinctibus:& quicũq; talibus armis vir
tutũ munitus fuerit:faciliter poterit cũ beato Georgio cõtra oẽs ho
E ſtes & quęlibet vitia triũphare. ¶ Circa tertiũ eſt ſciendũ ꝙ ille eſt
fidelis miles Chriſti,qui certat ꝓ honore & amore ipſi⁹ Chriſti. Vñ
talis legitime certat,ideo coronã victorię reportat. prima Timo.ij.
Nõ coronabitur niſi qui legitime certauerit.Sciendũ autẽ ꝙ legiti-
mũ certamen tria requirit. Primũ eſt vt homo nõ ſolũ a malis & no
xijs:ſed etiã ab his quę habẽt ſpeciem mali diligẽter abſtineat.ideo
ſcribitur Theſſa.v. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Et ad hãc ob
ſeruantiã omnes fideles tenẽtur,teſte Auguſt.in libro de doctrina
chriſtiana,qui dicit. Ille verus chriſtianus eſt : qui omnibus miſeri-
cordiã facit: qui nulla mouetur iniuria, qui alienũ dolorẽ tanq̃ pro-
priũ ſentit: qui terrena cõtẽnit vt poſſit habere cœleſtia: qui ſubue-
nit miſeris:qui ad fletũ prouocatur fletibus alienis : vt poſſit dicere
cũ Apoſtolo. Quis infirmatur & ego nõ infirmor? Secundũ,ꝙ in ta
li conatu & diligẽtia vſq; ad mortẽ perſeueret. Eccleſia.iiij. Vſq; ad
mortẽ certa pro iuſtitia. Et bene dicit vſq; ad mortẽ. Quia vt dicit
Gregorius in Moralibus. Incaſſum bonũ agitur,ſi ante vitę termi-
nũ deſeratur. Nam fruſtra velociter currit qui priuſq̃ ad metam ve
niat,deficit. Ideo dicit Bernard⁹. Abſq; pſeuerãtia,nec qui pugnat
victoriã:nec palmã victor conſequitur. Tolle perſeuerantiã,nec ob
ſequium mercedem habet,nec beneficium gratiam, nec fortitudo
laudem. Sola enim eſt quę ęternitati hominẽ reddit,dicente dño.
Qui perſeuerauerit vſq; in finem &c. Tertium eſt,vt in certamine
non ſuũ ſed dñi honorem intendat. Ad quod hortatur Apoſtol⁹.j.
Corin.x. Omnia quęcũq; facitis in verbo & in opere:omnia in noie
dñi noſtri Ieſu Chriſti , id eſt ad honorem & gloriam ipſius facite.
vnde dicit Grego. xxvij. Moraliũ. Omni cura ſeruandus eſt a mali-
tię puluere oculus cordis : ne hoc quod in actione foris hominibus
rectum oſtenditur:intus per elationis vel proprię complacentię vi-
tium inquinetur. & hoc bene ſeruauit Ioab qui dixit ad Dauid cum
ij.Reg. xij triumphaſſet de Abſalon. ſecundo Regum. Congrega reliquã par-
tem populi.& infra. Ne nomini meo aſcribatur victoria . & iſta tria
beatus Georgius eleganter ſeruauit. Nam virtuoſe & ſancte viuẽs,
Primo ab omni ſpecie mali ſe totaliter cohibuit. Secundo quia pro
fide vſq; ad mortem fortiter dimicauit. Tertio quia dei honorem in
omnibus obſeruauit. Ideo a domino meruit audire illud euangeli-
cũ. Euge ſerue bone & fidelis:quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra mul
ta te conſtituam:Intra in gaudium domini tui. Cuius gaudij nos par
ticipes &c.

¶ De ſancto Marco euangeliſta. Sermo vnicus. & in numero. LXIX.

FActus eſt ſicut catulus leonis rugiens in venatione ſua
.j.Macha.iij. ¶ Verba iſta allegorice ſumpta commen A
dant nobis beatum Marcum q̄tum ad tria. Primo q̄tũ
ad circũſpectionem eccleſiaſticę veritatis. Secundo q̄tũ
ad prędicationem verę fidelitatis. Tertio q̄tum ad conuerſionem
cęcę gentilitatis. Primum reſpicit doctrinę ſubiectum. ibi. factus eſt
catulus leonis. Secundum doctrinę vſum. ibi. rugiens. Tertium do
ctrinę fructum. ibi. in venatione ſua. vt ſit ſenſus. Beatus Marcus
fuit leo in deſcribendo Chriſtum: & maxime quo ad reſurrectionẽ.
fuit vt leo rugiens edocendo per prędicationem. fuit vt leo rapiens
lucrando animas per fructuoſam gentium conuerſionem. Quan-
tum ad primum ſciendum ꝙ ſanctus Marcus fuit leo tam in euan
gelij deſcriptione q̄ in forti conuerſatione: quia doctrina parum va-
let ſine vita. Mat.v. Qui fecerit & docuerit ſic homĩes: hic magn⁹
vocabitur in regno cœlorum. Primo ergo ſanctus Marcus fuit leo
in euangelij deſcriptione, quia de reſurrectione Chriſti plenius de-
ſcripſit, quę figurata eſt in catulo leonis: qui naſcitur mortuus: & a
tertia die ſuperueniẽte patre rugitu ſuo viuere incipit. ſic Chriſtus
in carne mortuus reſuſcitatus eſt tertia die, dicente patre ad filium.
illud p̄s. Exurge gloria mea &c. nam filius ſapiens eſt gloria patris.
Secundo fuit leo in forti conuerſatione. vnde ſicut ipſe inter euan-
geliſtas leoni comparatur: ſic inter virtutes cardinales fortitudo ei
adaptatur. quemadmodum Lucę qui comparatur vitulo: adapta-
tur temperantia, Matthęo iuſtitia: Ioanni prudentia. Igitur per
leonem intelligitur fortitudo, quę hominem in actibus arduis regit
& perficit tripliciter. Primo in hoc ꝙ viriliter aggrediatur ardua. Se
cundo in hoc ꝙ fortiter patiatur aduerſa. Tertio in hoc ꝙ indefeſſe
in vtroq; finaliter perſeueret. Primum proprie fit per magnanimi-
tatem. Secundum per patientiam. Tertium per ipſam perſeueran-
tiã. Et iſtę ſunt tres partes fortitudinis, vt dicit Tullius, quas tamen
explicat Caſſio. ſic dicẽs. Vir fortis notatur a virilitate mẽtis: qui ne
ſcit in aduerſis tolerando deficere: aut in proſperis aliqua ſe elatio-
ne iactare, animo ſtabili defixus: & cœleſtium rerum contemplatio-
ne firmatus, manet ſemper pauidus. Et de hoc virili animo poteſt
intelligi quod ſcribitur, Prouer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiarum ad
nullius pauebit occurſum. Talis enim eſt fortis in aggrediendo ar-
dua: fortior in patiẽdo aduerſa: ſed fortiſſim⁹ in finali pſeuerãtia, q̄
ſumme eſt neceſſaria, quia ſicut dicit Gre. Incaſſum bonũ agitur: ſi
ante vitę terminũ deſeratur. Hę partes fortitudinis oẽs fuerũt i ſctõ

Fortitudo quõ regit hoiem & pficitur in actib⁹ arduis.

Marco.ipſe enim iuſſione Petri veniēs Alexādriā,viriliter opus prędicationis aggreſſus eſt,quantum ad primū:& dū fune in collo eius miſſo traheretur per terrā ad locū buculi,forti patiētia ſuſtinuit:quātū ad ſcdm.& in oībus his cruciatibus forti mēte vſq; ad mortē pſeuerauit,quantū ad tertiū. Poſſumus autē dicere ꝙ Marcus Leoni ſpecialiter cōparatur ꝑpter tria. Primo ꝑpter Leonis audaciā. Secūdo ꝑpter ipſius fortitudinē. Tertio ꝑpter eius largitatē. De primo dicitur in de cauſis ꝑpoſitione.xvij. Virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa,ſed leo(vt dicitur de aīalibus)habet paruū cor,ergo calor naturalis plus vnitur ibi,ſicut patet in olla ſi impleť viuis carbonibus plus de calore exit de eis,ꝙ̄ ſi funderentur ad terram. Et quia calor circa cor accendēs ſanguinē eſt cauſa audacię,& calor in leone eſt plus vnitus propter paruitatē cordis:ideo Leo naturaliter eſt audax,ceruus vero timidus,quia cor magnū habet vbi calor diſgregatur. Vnde leo nō fugit quādo venatur,ſed ſi in ſylua vel in rubo eſt: cāpū petit planū & ad defendendū ſe pręparat, Prouer. Leo nullius formidat occurſum. Sic ſanctus Marcus fuit audax in euāgelij prędicatione,nō timēs aliquē,nō principū minas,nō mortē,attendens illud Mat.x. Nolite timere eos qui occidūt corpus &c.quia ſciūt adiutorē ſuū eſſe deū.ꝑs. Dñs adiutor mihi: nō timebo quid faciat mihi homo. Et prędicauit in plano cāpo.i.in manifeſto,vt cūcti volētes accedere poſſent: dādo ſe periculis corporalibus propter deum ſecūdū illud. Euntes prędicate &c. De ſcdo legitur in de aīalibus ꝙ leo habet oſſa ita dura & ſicca ꝙ inde fit ignis a paſtoribus. inde eſt ꝙ multū fortis eſt, Prouerb.xxx. Leo fortiſſimus beſtiaꝝ. Sic ſctūs Marcus fuit fortis in fidei cōſtātia quā laudabiliter obſeruauit vſq; in finē vitę ſuę.iuxta illud, Matth.x. Qui perſeuerauerit vſq; in finē &c.ꝑs. Cātabo in vita mea:pſallā deo meo ꝙ̄diu fuero. Bern. Solus perſeuerans coronabitur. De tertio dicitur in de aīalibus ꝙ leo raro comedit:quin alijs circūſtantibus partē tribuat.vñ aliqua aīalia ideo eū ſequūtur. Sic ſanctus Marcus qñ prędicationē arripuit:non ſolus vti voluit ſed largiter oībus volētibus.nō ſolum prędicatione vſus eſt: ſed ipſum euāgeliū in volumine oībus legendum ſcripſit. Quod in Aquileia in ſummis feſtis oſtēditur adhuc,& (vt dicit) cū magna reuerētia ꝓ reliquijs ibidē reſeruatur. Dic de legēda ꝙ̄tū placet.

Tria propter quę b. Marc⁹ ſpecialiter Leoni ꝯparatur.

B ¶ Quātū ad ſecundū de rugitu prędicationis eſt ſciendū ꝙ rugitus in leone habet quadruplicem ꝓprietatē. Eſt incuſſiuus timoris aīalia deterrēdo,oſtēſiuus languoris quartanā patiēdo,expreſſiuus furoris iracūdia ſęuiēdo,excuſſiuus corporis ſomnolentiā deponendo. Sic beatus Marcus rugitu prędicationis ſuę incutiebat timorem audiētibus gehennę ſupplicium cōminando: oſtendebat languorem,

peccatũ hominũ deplorãdo. exprimebat furorẽ, flagitia deteſtando excutiebat torporem, ad bona opera excitãdo. Et hęc quattuor in vna auctoritate innuuntur. Ozee.xj. Leo rugiet & formidabũt filij maris: & auolabunt quaſi auis ex Aegypto: & quaſi colũba de terra Aſſyriorum. Leo iſte eſt beatus Marcus, propter euangelij ſui conſcriptionẽ. Hic rugiet per frequentẽ prędicationẽ, & formidabũt auditores per trepidationem ſuppliciorum: q̃tum ad primum. Filij maris, per amarã deplorationem peccatorũ: q̃tum ad ſecundũ. & auolabunt quaſi auis ex Aegypto, per deteſtationẽ flagitiorum. Aegyptus enim tenebra interpretatur: q̃tum ad tertium: & quaſi columba de terra Aſſyriorum per exercitationem bonorum operum. Aſſyrij enim interpretantur vigilantes dño, q̃tum ad quartum. Quales ſunt boni & columbini auditores: qui ſe excutientes a torpore deſidię: inuigilare non ceſſant bonis operibus iuſtitię & miſericordię. Et qualiter fuerunt in noſtro leone beato Marco, patet in eius legenda &c.

¶ Q̃tum ad tertium de venatione ſua, ſciendum ꝙ ſicut venatores prędam ſuam inueſtigant animalibus: inſtigant vocibus: apprehendunt manibus: ſic prędicatores qui venãtur animas, inueſtigãt terram circũcurrendo, inſtigant ſermonibus perſuadendo, appręhẽdũt manu boni operis eos alliciendo. Et hęc tanguntur, Hiere.xvj. vbi dicitur. Mittã venatores & venabũtur eos de omni mõte & de omni colle & de cauernis petrarũ. Mittã: inquit miſſio dicit auctoritatẽ. Apoſtolus. Quomodo eñ prędicabũt niſi mittantur. Miſit ergo dñs venatores, id eſt prędicatores circũcurſantes terrã p montes, colles & cauernas petrarũ, id eſt magnos mediocres & puos cuiuſcũq; terrę vel cõditionis ſint ſublimes & dñi, quibus omnibꝰ eſt prędicandũ. Et venabũtur eos, ſcilicet homines cuiuſcũq; conditionis, tã ſermonibus q̃ operibus ad fidẽ & pœnitentiã cõuertẽdo. Talis venator circũcurſans terrã fuit ſanctus Marcus, qui primo cũ Petro Romã proficiſcens: deinde in Aquileiã a Petro miſſus venit & ibi fortiter prędicauit: poſtmodũ ad Petrũ rediens ab ipſo Petro eſt in Alexandriã epiſcopus deſtinatus, vbi viriliter opus ſuũ exercẽs multos cõuertit. Tandem ibidem leo & venator fortiſſimus a feris indomitis (paganis ſcilicet) interemptus: martyrio coronatus eſt. Cuius meriti nos participes efficiat &c. C Roma.x.

¶ De ſanctis Philippo & Iacobo. Sermo primus. & in numero. LXX.

In domo patris mei manſiones multę ſunt. Ioan.xiiij. ¶ Domus patris poteſt ſumi q̃druplicter, ſcdm q̃ttuor ſenſus facrę ſcripturę, ſcdm Aug. & in quolibet ſenſu verũ eſt qd hic dicitᷓ, i domo pr̃is &c. Sed ſenſu lr̃ali, ſcilicet A

exponēdo de domo dei materiali.i.eccleſia materiali. Et ſenſu allegorico exponēdo de eccleſia militāte, in qua diuerſi ſunt gradus & ordines omiſſis: exponemus ea in ſenſu tropologico & anagogico. Et primo in anagogico, quia ſenſus iſte in auctoritate prędicta prima facie videtur intendi, & primo adaptando euāgeliū ad propoſitum de apoſtolis Philippo & Iacobo. In beatitudine cœleſti quę hic domus patris dicitur: tria ſunt, ſcilicet beatorꝝ cū chriſto familiare cōtuberniū: in domo. Obiecti beatifici eſſentiale pręmiū, patris mei ſcdm meritorꝝ diſtinctionē accidētale gaudiū. Māſiones multę ſūt. Primū notatur in eo quod dicitur, in domo nō in regno, ad deſignādū maiorē familiaritatē. Magis eīm familiares ſunt regi ſui domeſtici q̄ alij in regno ꝯſtituti. Vñ per hoc eliditur error. Pelagianorꝝ: qui dicūt in regno beatitudinis exiſtere multas māſiões, quia aliqui ſcilicet infantes ſine baptiſmo decedentes, aliā māſionē diſtinctā ab alijs beatis habent in qua etiā beati ſunt, quaſi ipſi ſint quidē de regno beatitudinis ſed nō in domo, ſed hic nō dicitur māſiones multę ſunt in regno beatitudinis ſed in domo, quia regnū beatitudinis nuſq̄ eſt extra domū nec ecōuerſo, ideo ad deſignādū maiorē familiaritatē dicit in domo. Habent autē ſancti cū Chriſto dei filio triplicem familiaritatem, ſcilicet cōformitatem in veſtitu: vniformitatē in cibo: & cōſcientiā ſecretorꝝ. In his tribus perpenditur maxima familiaritas multorꝝ. Habent inquā beati cōformē veſtitū cū Chriſto in glorificatione corporū. vnde Apl's. ij. Corin. v. Scimus quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ędificationē habemus ex deo domū nō manufactā, id eſt nō humana generatione factā ſed ęternam in cœlis. Nā & in hoc ingemiſcimus habitationē noſtram quę in cœlo eſt ſuperindui cupientes, ſi tamen veſtiti (ſcilicet virtutibus, & nō nudi īueniamur. Nam & qui ſumus in iſto habitaculo ingemiſcimus grauati, eo ꝙ nolumus expoliari ſed ſupueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, hęc Apl's. declara totum.

Triplex familiaritas ſctōrꝝ cum Christo.

B ¶ Sed diceres quid indiget anima tali veſtimento corporis, facit ne ad maiorē beatitudinē. Dicendū ꝙ ſic extēſiue inq̄tum ſcilicet poſt reſurrectionē anima gaudebit non tātum de proprio bono ſed etiā de bono corporis. Poteſt etiam dici ꝙ intēſiue augebitur gloria ex reſumptione corporis: quia cum anima ſit actus corporis (ſuū eſſe non eſt perfectum quando non eſt coniuncta corpori, & per conſequēs nec ſua operatio. Quanto enim aliquid eſt perfectius ſecundū eſſe: tanto poteſt perfectius operari. Et quia omne imperfectū petit naturaliter perfici: ideo anima propter appetitū ex imperfectione procedentem (quę habet ad corporis coniunctionem, nō ita perfectam operationē operatur, ſed operatio qua in deū fertur eſt minus intenſa, & hoc eſt quod dicit Hiero. ꝙ ex appetitu corporis re-

tardatur,ne tota intentione pergat in ſummũ bonũ. Ex quo ſequi-
tur corollarium ꝙ in hac vita nunq̃ ita perfecte anima poteſt in de
um tendere & diuina ſpeculari,quin inclinationẽ habeat ad corpus
ex quo eliditur error quorundam dicentium cõtrarium. Habent ſe
cundo beati cum Chriſto vniformitatem in cibo. Cibus beatorum eſt
perfecta vnio totius animę cum deo, & q̃tum ad intellectum & q̃-
tum ad affectum. Declara qualiter anima videndo eſſentiam diui-
nam vnitur ſibi abſq; medio per intellectum & diligendo q̃tum ad
affectum. Quę vnio bene dicitur cibus vel manducatio ꝓpter vnio
nem cibi & cibati &c. De hac mãducatione eiuſdem cibi cum Chri-
ſto dicitur. Lucę viceſimoſecundo. Ego diſpono vobis regnum,vt
edatis & bibatis ſuper menſam meam &c. vbi dicit Beda. ꝙ menſa
propoſita omnibus ſanctis ad fruẽdum eſt gloria cœleſtis vitę: qua
qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã ſaturabuntur fruendo deſiderato gau
dio veri boni. vnde Chriſtus dicit eis illud, Canti.v. Comedite ami-
ci bibite & inebriamini chariſſimi: vt comeſtio referaẗ ad cognitio-
nẽ qua deus cognoſciẗ a beatis ꝑ ſpecies infuſas,bibere autẽ ad eã q̃
fit per eſſentiã. Declara. ❡ Tertio Chriſtus cõmunicat beatis ſua ſe-
creta, Ioan.xv. Quęcunq; autem audiui a patre meo nota feci vo-
bis. Si hoc fecit exiſtẽs cũ eis hic in via: multo magis hoc faciet i pria
alias videretur illegalis. Vbi quęritur vtrum quilibet beatus habeat
cognitionem oĩm eorum q̃ cognoſcit aĩa Chriſti. ❡ Ad quod ſciẽdũ
oportet videre de ſcientia Chriſti. Quidam dicunt, ꝙ anima Chri
ſti,& quilibet beatus cognoſcit omnia quę relucent in verbo vel eſ
ſentia diuina: cum ipſa ſit quoddam ſpeculum ſimplex & indiuiſi-
bile. Alij dicunt,ꝙ cum anima Chriſti (ſicut & quælibet creatura)
ſit virtutis finitæ, non poteſt cognoſcere infinita, qualia ſunt quæ
ſunt in verbo. ideo dicunt,ꝙ anima Chriſti cognoſcit omnia quæ
ſcit verbum ſcientia viſionis: ſcilicet,quę ſunt,fuerunt,& erunt. nõ
autem ſcit oĩa quæ ſcit ſcientia ſimplicis notitię: ſcilicet illa,quę po
teſt facere,q̃uis nunq̃ ſint futura: ita ꝙ aĩa Chriſti ſcit omnes crea-
turas non ſolum quantũ ad naturales proprietates,quod & angeli
habent, ſed etiam ꝙ ſubſtant diuinę prouidentiæ ordinatę in finẽ
ſalutis humanę & donorum gratię. & ideo ſcit omnia ſingularia,oẽs
ſingulares actus oĩm: & etiã cordis abſcõdita: qđ de nulla alia crea-
tura dicere oportet. Alij aũt beati ſecundũ eos nõ ſic: ſed illi vident
oĩa ea q̃ ꝑtinent ad beatitudinẽ, & ſic intelligũt dictum Gregorij.
Quid eſt qđ nõ videat &c. imo & vnus btũs videt illud qđ alius nõ
latronum effectum,ſuis grauibus laboribus ad vitam iuſtitię redu xit:vt legitur in Eccleſiaſtica hiſtoria.Tertia iuſtitia conſiſtit in hoc ꝙ homo iuſte ſecundum deum viuat in ſynceritate fidei,quæ ſola iuſtificat impium.Iuſtus enim ex fide viuit.Roma.j. vbi dicit Glo. ꝙ per ſolam fidem ſi patiendi neceſſitas non ingruat, vita æterna datur.Hanc etiam iuſtitiā perfectiſſime Ioannes dilexit,qui in fide Chriſti perfectiſſimus fuit:prout hoc ipſe ſcripto,verbo,& facto ap tiſſime comprobauit.Scripto quidem,ſicut patet in Euangelio ſuo in quo ipſe profundiſſima fidei luculenter reſerauit,ſcribēs: In prin cipio erat verbum. &c. Item patet hoc ex Apocalypſi,& epiſtolis ſuis,in quibus ardor fidei & dilectionis ſuę euidenter relucet. Ver bis etiam hoc comprobauit,quia q̄diu vixit,a prædicatione ceſſare noluit. Factis etiam in tota vita ſua hanc iuſtitiam ſe diligere cōpro bauit:vt patet ex ſua legenda.Et quia ipſe in hoc mundo nō vitam terreſtrem ſed celibem duxit:ideo Chriſtus ipſum a communi mor tis ſęuitia,& a corruptione pręſeruauit: quia eum dulciter ad cœle ſte conuiuium inuitauit. Prædictę autem triplici iuſtitię contrariaꝫ triplex iniquitas,q̄ eſt odienda.quia vt dicit Glo. aliter pfecte non diligitur iuſtitia,niſi odiatur iniquitas. Et quia hanc odiuit beatus Ioannes,ideo bene ei dicitur: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquita

B tem. ℭ Secundo innuitur beati Ioannis per diuinam gratiam ſin gularis pręrogatio,cum ſubditur: Propterea vnxit te deus &c.q.d. Quia tu dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem,in ratione cauſę me ritorię,propterea vnxit te deus deus tuus:in ratione præmij,ſcꝫ vn xit te oleo ſingularis gratię.Deus inquā omniū vniuerſaliter pgene ralem gubernationem:q & ipſe eſt deus tuus ſpecialiter per ſingula rem quam ad te habet dilectionem:& hoc prę cōſortibus tuis,alijs ſcilicet diſcipulis,p̄ quibus pręrogatiuam obtines gratię ſingularis. Poteſt autem dici,ꝙ beatus Ioānes fuit vnctus triplici oleo.Primo namq; hodierna die in toto corpore vnctus fuit oleo materiali,quā do iuſſu Domiciani in doliū feruentis olei miſſus fuit:in quo nō ad uſtus ſed ſuauiter vnctus fuit. Vnde Bernardus dicit. Vnxit te deus vt miſſionis in oleum crudelitas attribuatur Domiciano,ſed vnctio nis ſuauitas attribuitur deo.vnde bene ſibi adaptatur illud Eſa.xliij Puer meus noli timere quia ego tecum ſum:ſi tranſieris per ignem flamma non nocebit te:& odor ignis non erit in te.Sed diceres,qua re Domicianus potius eum fecit poni in oleo feruenti,q̄ in aqua bul lienti. Ad quod dicendum ꝙ hęc fuit ratio,vt maiorem ſibi pœnā infligeret. Nam aqua bulliens penetrat quidem exteriora carnis, ſed oleum bulliens penetrat etiam interiora oſſium & medullarū. Propter quod Propheta iſtam differentem pœnalitatem volēs diſ

cernere: dicit, ꝙ afflictio ſcilicet pœnę, intrauit ſicut aqua in interiora mea, & ſicut oleum in oſſibus meis. In quo euidenter innuit, ꝙ doloroſius affligit & magis penetrat oleum bulliens, q̃ aqua feruẽs. ❡Secundo fuit vnctus in capite oleo ſacramentali, quando fuit in Aſia in Patriarcham & in Archiepiſcopũ conſecratus. vnde ſibi cõgruit quod ſcribitur in Pſal. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Bene autem Ioannes per Dauid intelligitur, q interpretatur manu fortis & vultu deſiderabilis: quorum vtrunq; ſibi congruit, qui in ſtadio præſentis vitę prę omnibus alijs Apoſtolis diutius pro fide Chriſti certauit: quia in decrepita ętate exiſtens, omnes Aſiæ Eccleſias inſtruxit, & perſonaliter rexit. Et per virginitatis ac etiam ſingularis amoris priuilegium, vultui diuino magis deſiderabilis, & plus cæteris Chriſti diſcipulis dilectus fuit. propter quod congruit ſibi verbum præmiſſum: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ prę conſortibus tuis. Nam per hoc fuit vnctus oleo ſingularis lætitię & exultationis præ cæteris Apoſtolis, ꝙ nullam mortis ſæuiciam vnq̃ ſenſit: quam omnes alij ſenſerũt. Et iſtud oleum propter ſui vigorem, & ſuauitatis odorem, eſt illud vnguentum, quod in Chriſto noſtro capite fuit in omni plenitudine: quia nõ habuit ſpiritum ad menſuram cuiuſcunq; ſcilicet alterius ſancti: ſed ſupereminenter poſſedit omnem plenitudinem gratiarum. Ioannis primo. Vidim⁹ eum plenum gratia & veritate. Et ideo gratia Chriſti dicitur gratia capitis. Quia ſicut a capite ſenſus & motus deriuãtur in alia membra corporis: ita gratia fluit a Chriſto. Primo in eiꝰ diſcipulos, & deinceps in alios gradus eccleſiaſticos. Quod aperte videtur innuere Propheta, cum dicit: Sicut vnguentum in capite quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Per quod deſignatur, ꝙ vnguentum ſpiritus ſancti quod fuit in Chriſto tanq̃ in capite, & vniuerſali principio gratificante: primo deſcendit in Apoſtolos, qui per barbam bene intelliguntur: quia fuerunt viriles fidei fundatores, & gratiam ſpiritus ſancti cum magna plenitudine acceperũt. Deinde deſcendit in cæteros prælatos & doctores eccleſiæ, qui bene per veſtimentum intelliguntur: quia ſunt Eccleſiæ ornamentum, verbo ſcilicet, & exemplo ipſam adornantes. Eſa. quadrageſimonono. His omnibus velut veſtimento veſtiens. Vltimo autem deſcendit in extremam oram veſtimenti, id eſt, in ſimplices & infimos in Eccleſia conſtitutos. ❡Tertio fuit vnctus in mente oleo ſpirituali, per quod myſterium trinitatis profundius cognouit, & clarius nobis diſſeruit. De qua. j. Ioan. ij. Vnctio eius docebat de omnibus. Et illud oleum ſpũale iuxta quatuor ꝓprietates olei materialis

C

D

habet quadruplicẽ effectũ ſpũalem in mẽte. Nã ſicut oleũ materia-
le rõne pinguedinis nutrit ignẽ, rõne dulcedinis fouet carnẽ: rõne
vnctuoſitatis lenit dolorẽ: ſed rõne pſpicuitatiſ cauſat nitorẽ. Ita oleũ
diuinę grę ſecundũ Berñ. dicitur lux, qa illũinat rõnalẽ: dicitur cib⁹,
quia ꝯfortat iraſcibilẽ: ſed dicit medicina, quia ſanat concupiſcibilẽ,
& delectat voluntatẽ. Primũ patet. Nam lumẽ grę diuinę primo illu
Iob.xxix minat rõnalẽ in cognitiõne diuinoꝝ. Vñ dicitur Iob. Splendebat lu
cerna eius ſuper caput meũ. i. ſup mentẽ meã. Scdo cõfortat iraſci-
bilẽ in operationẽ bonoꝝ. Nã ſecundũ Berñ. in Cãt. Nihil ęque mẽ
tem cogitãtis impinguat, nihil ęque exercitatos ſenſus reparat, ni-
hil ſic virtutes roborat, & bonos mores vegetat, ſicut vnguentũ grę
quod eſt oleũ effuſum p ipſum dulcẽ Ieſum. Tertio ſanat cõcupiſci
bilẽ a varietate lãguorũ. Vñ dicit Berñ. Nihil ſic iræ impetũ cohibet
ſuperbiæ tumorẽ ſedat, oĩm languoꝝ vuln⁹ ſanat: q̃ medicina ſpũa
lis vnguenti nobis p Chriſtũ effuſi. Quarto delectat voluntatẽ i qua
dã ſuaui pguſtatioue mentaliũ gaudioꝝ. Vnde dicit Ber. ibidem, ꝙ
aridus eſt oĩs cibus aię qui iſto oleo nõ infunditur: inſipidus eſt, ſi
iſto dulcore non cõdit. Et iſta quatuor tangit Apoſt. j. Corin. i. ꝙ
Chriſtus a deo factus eſt nobis ſapiẽtia, iuſtitia, ſanctificatio, & redẽ
ptio. quod exponens Ber. ſup Cant. dicit: Q꞉ Chriſtus p ſuã ſapien-
tiã nos illuminauit in pdicatione: p iuſtitiã & fidẽ nos ſanauit in pec
catoꝝ ablatione: p ſctãm eius ꝯuerſationẽ nos ſanctificauit in bono
rũ exemploꝝ oſtenſione, tradẽs nobis formã vitæ, qua de exilio ad
patriã redeamus: per ſuã etiam paſſionem nos a dura ſeruitute pctĩ
redemit, & ab inferni vinculis liberauit, & ad æternã beatitudinem
E introduxit. ¶ Sciendũ aũt, ꝙ iuxta dictas quatuor pprietates verbi
æterni Chriſtus. B. Ioãnẽ hodie quadrupliciter lętificauit. Primo nã
q; per ſuã ſapientiã lætificauit ipſum in cœleſtiũ ſecretoꝝ reuelatio
ne. Apoc. x. Significauit deus q̃ oportet fieri cito, loquens p angelũ
ſuũ ſeruo ſuo Ioãni. Et ꝙ iſta reuelatio fuerit ſibi dulcis & gaudio-
ſa, patet p illud Hiere. xv. Factũ eſt mihi verbũ tuũ in gaudiũ & læ
titiã cordis mei, Secũdo p ſuã iuſtitiã ipſum lætificauit in Domicia
ni iuſta delectione, quẽ populus Roman⁹ ob nimiã ſuã crudelitatẽ
interfecit. Pſal. Lætabit aũt iuſtus nõ quidẽ de malis pœnę: ſed de
gloria & honore diuinæ iuſtitię, q̃ p hoc excellenter extollitur, qd p
iuſtã vindictã virtus diuinæ iuſtitiæ declaratur. Tertio p ſuã redem
ptionẽ ipſum lętificauit in eius honorabili reuocatione, quia occur
rit ei multitudo viroꝝ & mulierũ p tres horas clamantiũ: Bñdictus
qui venit in nomine domini. Hiere. xxxj. Conuertam luctum eorũ
in gaudium. Nam quantum de eius exilio fuerant perturbati: tan-
tum fuerunt dę eius amabili reditu conſolati. Quarto per ſuam ſan

ſificationem ipſum lætificauit in dilectæ ſuæ hoſpitę reſuſcitatiōe quæ propter merita ſuę ſanctitatis per ipſum reſuſcitata eſt: de quo omnes qui aderant gauiſi fuerunt, & pro eo diuinā clementiā laudauerunt. Pſal. Tunc repletū eſt gaudio os noſtrum, & lingua nr̄a exultatione. Cuius gaudij nos participes fa. &c.

¶ Ad idem, ſermo ſecundus, & in numero. LXXIII.

Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ prę conſortibus tuis. Pſal. In verbis iſtis Propheta Dauid. B. Ioannem præuidens in ſpū prophetico, vtens p̄terito pro futuro, dixit: Vnxit de deus &c. Ipſe em̄ ſanctus Dauid in ſpiritu præuidit qūo beatus Ioannes gratia ſpūs ſancti vnguendus eſſet oleo lętitiæ ſpūalis, p̄ om̄ibus Apoſtolis & diſcipulis Chriſti futuris. Quis aūt hęc verba ad literā verificata fuerint de eius vnctione corporali, qn̄ iuſſu Domiciani miſſus fuit in dolium olei bullientis: de quo illęſus exiuit, non aduſtus pœnaliter, ſed vnctus lętanter. Vnde illud oleū bene fuit ſibi oleum lętitię. Spiritualiter tamen dicere poſſumus ꝙ deus beatum Ioannem vnxit triplici oleo: videlicet oleo caſtitatis, oleo veritatis, & oleo charitatis: in quibus beatus Ioannes p̄rogatiuam habuit prę oībus conſortibus ſuis. De primo videmus, ꝙ oleū eſt mundū, & nihil immunditię recipit: Sic ſanctus Ioannes nō ſolū fuit caſtus, immo exēplū ſpeculū caſtitatis/ nihil immunditię admiſit, ſed in puritate & caſtitate firmiter permanſit. Vnde Bernar. Quid caſtitate decorius/ quę mundū de immundo cōceptum ſemine, domeſticū de hoſte, angelū de hoīe facit: tales em̄ angelicā vitā ducunt Hiero. In carne p̄ter carnem viuere/ non humana ſed angelica vita eſt. De ſecundo videmus, ꝙ oleū natat ſuper omne humidū: ſic ſanctus Ioannes in p̄dicatione Euangelica/ volauit ſuper oēs. vnde aquilæ aſſimilatur, quę volatu ſuo oēs aues tranſcendit. Vnde illud pro fundiſſimū verbū ſcripſit: In principio erat verbū. cuius fundū hūana mens nunq̄ adinuenit. Et altiſſimū/ quia humanā ratiōnē tranſcēdit. Vnde glo. ſuper Mat. Qūo filius a patre genitus ſit: neq; ꝓpheta, neq; Apoſtolus, neq; angelus nouit. De tertio videmus ꝙ oleū mitigat dolorem, & mollificat aliqua indurata: Sic ſanctus Ioannes charitatem habens oīa ſibi aduerſantia mitigauit, qn̄ oleum feruēs in dulce balneum cōuertit: venenū forte in dulcem potum mutauit: exilium deſolationis factum eſt ſibi quaſi cœlū contemplationis, & diuinę reuelationis: & multa corda indurata in molliciem dilectiōis conuertit & deuotionis ſua charitatiua p̄dicatione. & qa plenus fuit charitate, ergo plus cæteris de charitate ſcripſit, omnes homines in charitate deſiderans proficere, dicens: Deus charitas eſt &c. Quia

Triplici oleo ſpūali vnct⁹ ē B. Ioannes.

ipſa non ſolum deum manere in nobis facit,ſed etiã deus per ipſam
colligatur per modum vinculationis. Vnde Hugo. Q̃ magnum
vinculum eſt quo etiam deus ligatur. Vnde ſanctus Ioannes in vl-
tima prædicatione ſua dixit quando ducebatur ad eccleſiã ad quã
libet pauſam: Diligite vos fratres. Interrogatus cur hoc totiens di-
ceret, reſpondit: Quia in hoc omne præceptum completur.

❡De ſancto Spiritu ſermo primus & in numero. LXXIX.

CVm autẽ venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos om
nem veritatem. Ioan. xvj. Verba propoſita conuenien
ter aſſumuntur, tum pro huius temporis congruẽtia,
tum pro noſtra inſtructionis pleniſſima efficacia. In q
bus quidem verbis iſtud donum excellentiſſimũ Apo
ſtolis viſibiliter datũ, dupliciter attollitur & ex iure commendatur.
Primo namq; attollitur a proprietate ſuę ęternæ emanationis. Se
cundo a fœcũditate ſuæ internæ inſpirationis. Proprietas ſuę ema
nationis notatur cum pręmittitur: Cum aũt venerit ille ſpũs veri-
tatis. Fœcunditas vero ſuæ internæ inſpirationis habetur cum di-
A citur: Docebit vos omnem veritatem. ❡Circa primũ eſt ſciendum
ꝙ ſpũs ſanctus congrue dicitur ſpũs veritatis triplici ratione. Pri-
mo, quia mentem rationalẽ ad diuinam veritatem cognoſcendam
irradiat & illuſtrat. Secundo, quia mẽtem deuotam ad diuinam ve
ritatem feruentiſſime diligendam igne charitatis inflammat. Ter-
tio, quia de plenitudine paternæ fœcunditatis & filialis veritatis ꝑ
ſonaliter emanat. Et licet modus huius emanatiõis ex ſui profun
ditate ineffabili ſit incomprehenſibilis omni intellectui creato. Cũ
enim mentem rationalem plus delectat aliquid modicum compre
hendere de veritate vel intellectualitate primę veritatis, q̃ ſi de ali
is rebus ſenſibilibus plura cognoſceret. ideo ad aperiendũ vtrũq;
iſtum modum ineffabilem ſuę emanationis, dici poteſt ꝙ ſicut pa-
ter ex intellectione ſuiipſius nõ quidem eſſentiali ſed notionali &
perſonali per fœcunditatem & actum virtutis generatiuę ſe totum
tranſfundit in filium, cõmunicando ſibi omnem potentiam & om
nem ſapientiam & omnem perfectionem eſſentialẽ quã pater natu
raliter poſſidet, & ibi in lumine ſuo intellectuali ex actu intelligen-
di perſonali ſuiipſius cõcipit verbum æternum: quod expreſſa ſimi
litudine dei patris, ipſum patrẽ & oĩes creaturas perfectiſſime re-
pręſentat: ita per fœcũditatem & actum virtutis ſpiratiuę, pater &
filius ſe tranſfundũt in ſpm̃ ſctm̃, & ꝑ vnicũ actũ ſimplicẽ & cõmu-
nẽ amoris mutui ꝓducunt ꝑſonã ſpũs ſancti: & inde eſt ꝙ ipſe ſpũs

ſanctus recte dicit͛ nexus & amor patris & filij,quo ſe inuicem pſo-
naliter diligunt,& oēm creaturā ingenti bonitate perfundunt: vt di
cit Hilarius in li.ſuo de Tri. In hac aūt emanatiōe pater & filius ſim
pliciter & vnite tranſfundunt in ſpm̄ ſc͡tm̄ oēm nobilitatem,& ple-
nitudinem ſuæ naturalis pfectionis. Quia quicquid nobilitatis,quic
quid fœcunditatis eſſentialiū perfectionum pater habet ſub eſſe na
turali & innaſcibili,filius ſub eſſe intellectuali,hoc totū tranſfundūt
in ſpm̄ ſc͡tm̄ ſub eſſe diligibili & amoris mutui vtriuſq; in ſeipſo pſo
naliter ſubſiſtentes. ¶Quantū ad ſecundū de fœcunditate ſuæ in- B
ternæ inſpirationis,quę notatur cum dicitur: Docebit vos oēm ve
ritatem. Sciendū ꝙ ſpūs ſanctus mentem rōnalem quā inhabitat q̄
druplíciter inſtruit & informat. Primo namq; docet oīm defectuū
culpabiliū perfectam expiationem. Secundo docet oīm virtutū vi-
goroſum crementū & germinationē. Tertio docet oīm bonorū ope
rū deiformē aſſimilationē. Quarto docet oīs operatiōis intellectua
lis ordinatum vſum & applicationem. Primo dico ꝙ ſpūs ſanctus
docet oīm defectuum culpabiliū perfectam expiationē. Quod pa-
tet. Nam ſicut ignis materialis aurum & argentum ab omni impu-
ritate ſecernit,ita feruor ſpiritus ſancti mentem rationalem quā in
habitat/ab omni defectu culpabilium perfecte depurat. Quia ſicut
dicit Gregorius in Morali. Ipſe nec minimam paleam intra quod
poſſidet habitaculum,patitur reſidere: ſed ſtatim omnem defectū
culpabilem igne ſubtiliſſimæ circunſpectionis exurit,& flamma fer
uentiſſimæ dilectionis abſumit,menti rationalis feruorem ac cona
tum boni deſiderij iugiter inſpirando:per quem quidem feruorem
omnem defectum culpabilem abolet & abſumit. Talis autem fer-
uor & conatus boni deſiderij & operis virtuoſi ex tribus innaſcitur
Primo quidem ex hoc ꝙ homo ex amore virtutis prompte & de-
lectabiliter inclinatur in quodlibet opus virtuoſum. Et iſtud donū
confert ſpiritus ſanctus animæ deuotæ,quando per ſuam internā
gratiam/mentem ipſius trahit in tantam peccati diſplicentiam. Da
to etiam ꝙ ipſi deo nulla per peccatum irreuerentia fieret,& ꝙ fœ
ditas peccati puritatem imaginis rationalis nullatenus inficeret,
nec ꝙ homo per peccatum aliquam pœnam incurreret: adhuc ta-
men propter ſolam peccati diſplicentiam peccare non liberet. Pro-
pter quod ex prædicti peccati diſplicentia hominis deſiderium in
tanto feruore accenditur operis virtuoſi,ꝙ ad illa opera/etiam quā
tumcunq; ardua, prompte & faciliter inclinatur. Quod vtiq; pro
tanto neceſſarium homini fore dinoſcitur: quia natura humana ex
morbida fomitis infectione ſic ad inordinatas concupiſcentias incli
natur,ꝙ ſtatim cū homo ſe trahit ab exercitio virtuoſo, immediate

Quadru-
plicit͛ ſpūs
ſc͡tūs illu-
ſtrat mētem/
quā inha-
bitat.

ſeminaria prauæ concupiſcentiæ incipiunt in homine pullulare, & inclinatio morbida peccati reincipit apparere. Et hæc eſt certa cauſa, quare homines quandoq; tam diu retinent inclinationem vicioſam in vna religioſa domo exiſtentes: quod exinde contingit, quia tantum torporem & deſidiã habent in exercitio virtuoſo. Ex eadem etiam cauſa homini multotiẽs ſubtrahiť donum grãæ, & feruens deſideriũ opis virtuoſi: quia ſicut feruor bullitiõis cacabo bullienti tollitur ex hoc/ ꝙ ab igne remoueť, ſic in tepiditate boni & ſuaui retractatiõe vitę veteris iãdudũ p grãm diuinã abolitę, multotiens perditur donũ gratiæ prius habitę, & tollitur cum hoc feruor operis virtuoſi. Quod aperte ſaluator videtur innuere, cũ dicit: Ne
Lucæ.ix. mo mittẽs manũ ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei Nam ille mittit manum ad aratrũ, qui voluntatem ſuam conuertit ad feruens deſideriũ exercitij virtuoſi. ſed tũc retro reſpicit, qñ peccatorꝝ p̃teritorũ fœditates delectabiliter mẽte reuoluit. Et ideo talis non eſt aptus regno dei: quia per hoc ſibiipſi adimit donũ grãæ,
D & feruorem voluntatis bonæ. ¶ Secundo talis feruor innaſcitur ex eo ꝙ homo per efficaciam gratię tantũ inflãmetur in amore virtutis: ꝙ om̃e bonum quod efficere poteſt, modicũ & quaſi nihil reputet reſpectu eius qđ ex gratia ipſum inſtigante libenter operari vellet & deberet, ſi poſſe ſufficeret. Quod patet. Nam quicunq; diligẽter aduerteret, quantis donis diuinis homo ſe per pctm̃ priuauit, & quantũ reatum pœnæ homo ex pctõ incurrit, & quantã contumeliam honori diuino per ſua peccata enormia irrogauit: talis om̃e bonum quod operari poteſt, non plus ęſtimaret reſpectu eius quod digne operari deberet, q̃ minimã guttam aquę reſpectu totius maris Et de iſtis mentibus ſic per grãm inflãmãtis in amore virtutis, pulchre loquitur Bernardus, ita dicens: Sunt quidam adeo inflammati in amore diuino, quibus eſt ſuauis oratio: dulce ieiunium: vigiliæ breues: & vniuerſa conuerſationis huius auſteritas refrigeriũ videtur. Nec mirum: quia dulcor diuini amoris/ ipſis reddit pdĩcta oĩa ſaporoſa: nec ſentiũt de aliquo alio tantã moleſtiam, niſi ꝙ p incolatum pñtis miſeriæ tam diu elongantur a conſpectu diuinæ p̃ſentiæ iugiter clamantes cum Propheta: Heu mihi, quia incolatus meus
E prolongatus eſt. ¶ Tertio feruor talis innaſcitur ex eo ꝙ homo per exercitium virtuoſum tantum firmetur in bono virtutis, ꝙ non ſolum patienter, verum etiam voluntarie & gaudẽter pro Chriſto pati deſiderat. Et iſtud deſiderium ex hoc potiſſime innaſcitur, ꝙ homo recogitet ꝙ in iſtum perfectiõis ſtatum, puta ꝙ pro Chriſto volũtarie patiať: nullis ſuis meritis poteſt attingere, niſi ad hoc diuino munere eleueť. Quod etiã videť innuere Apoſtol⁹, cũ dicit: ꝙ per

gratiam dedit Chriſtus ſuis fidelibus,nõ ſolum vt i ipſum crederẽt:
verum vt pro ipſo gaudenter & voluntarie patiantur. Vbi diligẽter
conſiderandum eſt,ꝙ homo patienter ꝑ Chriſto patiatur:hoc pro-
prie ptinet ad actũ fortitudinis,quę eſt virtus per quam mens ho
minis ita firmatur i bono rationis:vt itrepide aggrediatur ardua ſe-
cundum hominem ſuſtinenda.Sed ꝙ hoc homo gaudenter & volũ
tarie ꝑ Chriſto patiatur:Hoc ꝓprie ptinet ad donum ſpiritusſancti
& ad fructum eius,qui eſt donum ſapientiæ:p quam mens hoīs ele
uatur ſupra humanum modum,ꝙ non ſolum patienter:imo etiam
gaudenter ꝑ Chriſto contumelias patiatur.Quo vtiq; dono iſigniti
fuerant Apoſtoli:quãdo ibant gaudentes a cõſpectu concilij:quoniã Actu.v.
digni habiti ſunt ꝑ nomine Ieſu contumeliam pati. Propter quod
quilibet homo merito debet gaudere de ſua paſſione voluntaria tã-
ꝗ de enxenio ſpeciali,p quod homo iſcribitur militię cœleſtis curię:
& p quod Chriſto pleniſſime cõfirmatur.Nam ſicut miles ſtrẽnuus
ꝓ magno honore ſibi reputat,ꝙ de eodem panno cum regis filio i
duatur:ita vilis homo ſibi debet ꝑ magno gaudio reputare,ꝙ pro
Chriſto voluntarie poſſit pati:quia per hoc ſibi Chriſtus i veſte no-
biliſſima,qua pater cœleſtis ipſum iduit:& quam ipſe voluntarie ſu
ſtinuit,conformatur.Propter quod tanta eſt dignitas voluntarię paſ
ſionis,quæ hominem reddit admirabilem etiam cœtibꝰ angeloꝝ:
ideo p̄ ammiratione prorumpũt in illud Eſa.lxiij.Quis eſt iſte q ve
nit de Edom.&c.Quis ē iſte qui i hoc exilio iuictus ē iuentus i paſ-
ſione voluntaria:& qui veſtes ſuas itinxit i ſanguine Edom,qui in-
terp̄tatur ſanguineus:& ſignificat ipſum Chriſtum, id eſt qui plenã
conformitatem iduit voluntarie ꝑ Chriſto:reddit hominem admi-
rabilem ipſis angelis,& pfecte conformat ipſum Chriſto,qui ſuper
omnes homīes pro nobis amantiſſime paſſus fuit.Si quis autem ſci
re voluerit quot & quales ſunt illi qui ꝑ paſſione Chriſti patiũtur:ex
hoc patet quot ſint qui voluntarie ꝑ Chriſto pati volunt & poſſunt:
tot vtiq; & tales ſunt illi qui pfecte ſeipſos triumphaliter vicerũt,&
carnem ſpiritui ſubdiderunt.Propter quod cuicunq; videtur ꝙ ino
center patiatur:talis vtiq; vult eſſe inocentior ipſo Chriſto, qui tan-
tam acerbitatem paſſionis pro nobis in cruce ſuſtinuit:ꝙ pręamari
tudine afflictionis ad patrem clamauit dicens Deus deus meus,vt
quid dereliquiſti me.ideo autem ſe Chriſtus clamat a p̄re derelictũ:
quia nullum ſolatium cõſolationis ſibi exhibuit:per quod amaritu-
do ſuæ paſſionis poſſet aliqualiter mitigari. Quod qdem ſolatium
alijs martyribus ipendit:i quibus per dulcorem mentalẽ diuini amo
ris & diuinę ſuauitatis:acerbitas exterioris pœnę quaſi totaliter ab-
ſorpta fuit.Cuicũq; vero videtur,ꝙ idebite patiaꝛ:talis nititꝛ igredi re

gnum beatitudinis per aliam viam q̃ per illam quam nos Chriſtus exemplo ſuo docuit. Nam de ipſo ſcribitur Luc.vlt. Nōne ſic oportuit pati Chriſtum,& ita intrare in gloriam ſuam. Ex quo notabiliter elicitur, quātę ſit dementię, ꝙ homo fragilis regnum beatitudinis abſq; paſſione nititur adipiſci, quod Chriſtus abſq; amaritudine paſſionis ingredi non potuit: cum tamen illius regni verus & naturalis hęres exiſtat.

Triplex rō idūcēs ad volūtarie ꝓChrō patiendum.

F ¶ Poteſt autē dici ꝙ quilibet homo merito debet induci ad voluntarie pro Chriſto patiendum triplici ratione. Primo, quia voluntaria paſſio ipſum patientem Chriſto perfecte ꝯformat, vt patet ex dictis. Secundo, quia voluntaria paſſio quēlibet hominem de ſuis viribus perfecte informat: quod declarat Aug. in de vera religione. Per hoc ꝙ homini quandoq; videtur ꝙ ſeipſum perfecte deuicerit, & ꝙ omnibus rebus creatis propter deum voluntarie renunciare poſſet: ſed qñ actuali paſſione tangit̃, tunc vires ſuas qlibet certitudinaliter experitur. Nā ſi voluntarie & ſine murmuratione ſuſtinet ea quæ ſibi deus imittit, ſignū eſt, ꝙ de ſeipſo ꝑfecte triumphauerit, & econuerſo. Tertio, quia voluntaria paſſio hominem regali honore ſublimat: quod patet per hoc, q̄a q voluntarie ꝓChriſto paſſi ſunt, regali aureola martyrum inſigniuit. Ex quo patet, ꝙ p voluntariā paſſionē ꝓ Chriſto corona æterni gaudij triūphaliter obtinetur. teſte Apoſt. q dicit. Non coronabitur niſi q legitime certauerit. Ex quo innuit, nullum hominem coronari in ęterna vita corona cœleſtis præmij, niſi eā hic inuenerit in vita p̄ſenti legitime decertando, & de paſſionibus imminentibus gaudioſe & victorialiter triumphando. Quod nobis concedat. &c.

¶ Subſermo primus ad idem,
& in numero .LXXX.

Docebit vos omnē veritatem, vbi ſupra. Secundo ſpiritus ſanctus docet omnium virtutum vigoroſum incrementum & germinationem: quia tunc proprie menti rationali incrementum tribuit, quando eam per ſuam præſentiam interiori ſuauitate perfundit, faciens ipſā

A ad omnia virtutum opera delectabiliter inclinari. Et hanc ſuauitatem mens rationalis exequitur ex tribus. ¶ Primo quidem ex familiari perceptione interni dulcoris, quam diuina pietas ex paterna prouidentia, & ſingulari beneuolentia ſuis amicis ſpecialibus tribuit, vt de mœrore & prolixitate p̄ntis exilij ꝯſolent̃, & in pœnis trāſitorijs releuent̃. Propter qđ videmus, ꝙ illi q in magno feruore charitatis deo ſeruire incipiunt, habent in ſui exordio tantū conatū ꝓficiendi, ꝙ opa quantūcūq; difficilia & aſpera ſibi reputāt leuia &

ſuauia ꝓpter ſuauitatē interni dulcoris/qua intrinſecus ꝑ charitatis dulcedinē recreanť. & iſtā ſuauitatem ſuſpirabat ſpōſa in Cant.cū di- Canti.j.
ceret: Trahe me poſt te, curremus in odore vnguētoꝝ tuorū. quaſi diceret. Si per guſtum tuæ ſuauitatis tracta fuero, tūc odore tuę dulcedinis refecta gaudenter currā ad mandata tua: ad quæcunq; opa virtuoſa hilariter adimplenda. Et hoc exinde contingit, quia ſecundum Augu. hoc eſt propriū charitatis, ꝙ ipſa origo & mater eſt omnis interni dulcoris. Et ideo ex ſua proprietate habet/om̄s laboris qui pro Chriſto ſuſtineť/amaritudinem dulcorare. Vn̄ dicit Augu. Qꝛ omnia ſęua & immania leuia & prope nulla facit amor. & iſtam dulcedinem bene guſtauerat Aug. cū diceret: O domine, q̄ inenarrabiliter ſuauis eſt guſtus internus tui amoris, quo illi ſoli reficiunť q nihil q̄runt, nihil diligūt, nihil aliud appetūt, q̄ ſolū teipſum. ❡ Se- B
cūdo illā ſuauitatem mēs rationalis exequitur ex intima meditatione bonitatis diuinæ, quam homini ex paterno amore tam multipliciter oſtendit. Quod patet. Nam inde homo euidenter concipit largitatem & effluentiam diuinæ benignitatis: & ex hoc delectabiliter omnem actum virtutis exercet, & deuote recogitat q̄ paterne ipum deus a multis defectibus ꝑſeruauit, in qbus alij qn̄q; melioris vitæ detinenť: & q̄ pie & miſericorditer cor ſuum per gratiæ efficaciam frequenter retraxerint a multis defectibus in quos a fragilitate prius fuerat inclinatus. Et ꝙ etiam recogitet/q̄ feruenter & ſollicite noſtram ſalutem quæſſerit: & q̄ amara ſuſtinuerat. Et quicunq; talia profunda meditatione penſauerit, certum eſt/ꝙ omnem virtutis actum pro honore dei delectabiliter, & cum gaudio operatur. Vnde ad hanc meditationem ipſe Chriſtus prouocat quamlibet mētem deuotam. Matthæi.xxiij. cum dicit: Hieruſalem, Hieruſalem, quotiens volui congregare filios tuos quaſi gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti, quaſi diceret. O anima deuota per Hieruſalem ſignata, recordare/quotiens filios tuos, id eſt actus interiores cordis, & deſideria tua ſparſa ad exteriora, per inſtinctum gratiæ meæ congregauerim & in vnum recollegerim. Recordare etiā, q̄ paternaliter cor tuum a malis deſiderijs & impugnationibus hoſtilibus defenſauerim, & te ſub alas gratię meæ receperim, quemadmodum gallina pullos ſuos ſub alis ſuis defendit. Et his omnibus ingratus, mihi acquieſcere noluiſti. Propter quod Propheta ſollicitudinem iſtam quam deus pro noſtra ſalute oſtendit, admirans/dicit ipſi deo. Quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut filius hominis qa reputas eum. quaſi diceret. Quid eſt vita hominum, quare tantum reputas, ꝙ tam grauia, ſæua, & tam enormia ſupplicia pro eius ſalute pati digneris. Reuera huiuſmodi rei non eſt alia cauſa,

niſi ſupereffluentia diuinæ pietatis & miſericordiæ, quæ ipſum ad
hoc inclinauit:ꝙ noſtræ miſerię voluit miſereri: vt patet per Dañ.
libro tertio. Et ne plaſma ſuū deficeret, pro noſtra ſalute tam pium
C & ſollicitum ſe voluit exhibere. ¶Tertio illam ſuauitatem aſſequiť
per hoc ꝙ mens rationalis per feruorem charitatis dño intime & iu
giter vnitur: quia per hoc reddit amabilem, ad quęcunq; opera vir-
tuoſa propter deū delectabiliter operari, & ſuo beneplacito in omi-
bus ſe conformare. Et hoc videtur multum rationabile, ꝙ mēs de-
Rōnabile tiota deo per charitatem ſit iugiter vnita. Et hoc triplici ratione. Pri
ē mē'ē de mo, quia ſine diuina manutenentia per vnicū momentum ſubſiſte-
o p chari- re non poteſt. Et ideo ſicut quęlibet res naturaliter diligit ſuum eſſe
taté iugiť proprium, ita ſpūs rationalis iugiter, non ſolum dilectione naturali,
vniri ſed etiam charitatiua, debet diligere ipſum deum. Secūdo, quia hoc
eſt naturale ꝙ deſiderium homis in ſuo proprio theſauro quieſcat,
& proprius theſaurus rōnalis mentis nō eſt niſi ſola bonitas diuina
ideo rationabile eſt ꝙ mens rationalis in ſolo deo per amoré quieſ-
cat. Tertio, ex eo ꝙ mens rationalis nullicubi perfectam quieté in-
uenire poteſt, niſi in ſolo deo. Vnde dicit Auguſt. Dñe feciſti nos ad
te, & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te: tuam ſcilicet
veritatem lympide contemplando, & bonitatem tuam ſuauiſſime
deguſtando. Et exinde ꝯtingit, ꝙ cor mundanum peccatis inuolu-
tum, non poteſt quieſcere in ſeipſo: quia quando recolligiť in ſeipm
tunc nullam delectationem inuenit in ſeipſo, ſed potius magnam
amaritudinem: quia magno remorſu cōſcientię & peccatorum acu-
leis ſauciatur: & ideo oportet ꝙ ad exteriora ſe deflectat & in eis ſen
D ſibilem delectationem quęrat. ¶Sed econtra cor amoroſum & pu-
Cor deuo rum pœnam ſibi reputat ad exteriora ſpargi: & ideo libenter qeſcit
tū q̄re ſe re ſolitarie, & hoc triplici ratiōe. Prima, quia mens amoroſa in ſolo bo
colligit a- no diuino ſuo ſuum finem conſtituit, & in eo ſolo ſuam delectationē
pud ſe. quęrit. Conſtat autem ꝙ diuinam præſentiam nullicubi ſecurius &
dulcius poſſidet q̄ in ſeipſa, quare &c. Secūda, quia talis mens amo
roſa & pura, tantam delectationem inuenit in ſeipſa, ꝙ omīs extrin
ſeca delectatio reſpectu ſui quaſi mœror & triſtitia reputatur. Ter-
tia, ne per rerum exteriorum varietatem ſibi claritas & ſuauitas di-
uinæ pręſentię obumbretur: propter quod proprium eſt cordi pu-
ro & amoroſo, ꝙ libenter in ſe quieſcat, & ꝙ ſoli deo iugiter per
amorem inhęreat: tum quia non habet aliam vitam niſi in deo: quia
Coloſſ. iij. ſolus ipſe ſecundum Augu. eſt vita animę. & ideo dicit Apoſt. Mor
tui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. tum quia non ha
bet aliam ſubſiſtentiam niſi in deo: quod eſſe cuiuſlibet rei eſt mul-
to nobilius in ipſo deo q̄ ſit in ſeipſa, tum etiam quia nullam aliam

querit delectationem niſi in ſolo deo,quia omnem aliam rem extra ſe cā reſpuit propter deū. & ſi deus ſemper ipſi conſolationem quā ſemper appetit nō influeret:adhuc aliter extra ipm cōſolationē pe rere faſtidiret dicēs cū propheta. Renuit conſolari anima mea. Vbi notabiliter eſt aduertendū ꝙ ſi ſola meditatio & memoria de deo tantam delectationem menti ingerit:ꝙ ſpiritū mentis in defectum ſui adducit:quantum dulcedinis tunc ingerat menti ipſa dei actua lis pręſētia. Diſcernat qui poteſt,quia hoc ē inexplicabile oi linguę.

¶Subſermo.II.de eodem.Et in numero. LXXXI.

DOcebit vos omnem veritatem. Hic videndum eſt tertio quomodo ſpūſſanctus docet bonorum operū deiformē aſſimilationem. Q đ patet per hoc ꝙ ꝑ ſuam gratiā men tem deuotā inſpirat:vt in oībus ſuis actionibus ſolā diui nā cōplacentiā & diuinū honorē intendat. Et ex hoc q̄ mens deuo ta illa quæ operaꝛ cū tanta puritate ordinat in laudē & honorē diui num:neceſſario oportet ꝙ ſuę oēs actiōes decorenꝛ quodā cœlico colore & quadā deiformi aſſimilatione. Propter qđ bene dictum ē ꝙ ſpūſſanctus docet oīm bonorū operum deiformē aſſimilationem ¶ Et ex iſta ſpirituſſācti doctrina aīa deuota tria dona amabilia cō ſequitur. Primo ſui cordis incontaminabilem puritatē. Secūdo ſua rum virtutum mirabilem venuſtatē. Tertio æternæ mercedis inef fabilem vbertatem. Primum patet. Nam quę poſſet eſſe maior pu ritas cordis q̄ ꝙ cor amoroſum ſemper ſit expoſitū oībus indigen tibus in charitate ſeruire pro poſſe:ac ſi ſoli deo talia opera exhibe ret?De iſta puritate cordis amoroſi poteſt intelligi qđ ſcribitur Sa pientię vij. Hęc eſt eñi ſpecioſior ſole:& ſuper omnium ſtellarū diſ poſitionē luci cōparata inuenitur prior. Et ſi quęraꝛ. Ex qua ratiōe puritas cordis āncedit & excellit puritatem Solis & cuiuſlibet lucis. Ad hoc pōt dici ꝙ hoc eſt ꝑ tanto,q͞a lux Solis eſt corpalis: puritas aūt mentis ē lux ſpūalis. Cōſtat aūt ꝙ lux ſpūalis āncedit & excellit corpalē,ſicut etiā ipſe ſpūs excedit ipm corp⁹. Itē lux corpalis Solis obūbraꝛ ꝑ tñbras noctꝭ ſubſequētis:ita ꝙ nobis i hemiſphęrio nr̄o nō apparet. puritas aūt mētis amoroſę nunq̄ obſcuratur:quantū eſt de ſe per aliquas tenebras iniquitatis & malicię. ſed potius illas fu gat & diſſipat ab ipſa mente. ¶ Hęc aūt cordis puritas eſt obſeruan da diligentiſſime propter tria. Primo quia cor purum continuo frui tur in ſeipſo dulcedine ſaporoſa,quod patet. Mēs enim deuota ex conſpectu eius interiori puritate ſemper i ſeipſa quieta pace fruitur & ineſtimabili gaudio interioris ſuauitatis reficitur. Quod exinde ꝑuenit,q͞a mēs pura ſine intermiſſione fixis oculis cōtemplatur ſpe

A Tria dona ꝯſequitur aīa deuota ex ſpūſ ſancti doctrina.

B

culum diuinę præſentię:& cum ſumma diligẽtia pcauet ne vnq̃ ab exteriori ſibi quicq̃ incidat vel interiori ſubrepat:qd oculos diuinę maieſtatis offẽdat:& ideo talis mẽs neceſſario reficiť interiori gaudio ſuauitatis.& ideo ſcribiť Prouer.xv.Secura mens quaſi iuge cõuiuiũ.Scdo quia cor purũ eſt alijs delectabile in conuerſatione gratioſa.Vnde de puro corde ſcribitur Sapientię octauo.Non enim habet amaritudinem conuerſatio eius:nec tędium conuictus eius ſed lętitiam & gaudium.Q d exinde cõtingit,quia cor purum omnib⁹ ſuis actionibus imprimit ſimilitudinem deificam & omnibus ſuis cogitationibus & affectionibus confert diſpoſitionẽ coelicam & tota eius cõuerſatio venuſtať decore virtuali:propter quod nõ eſt mirum ſi ipſius cõuerſatio ſit alijs gratioſa.Tertio quia cor purũ iugiter reficiť verbi ęterni pñtia iubiloſa.Quod patet per hoc ꝙ cordis puritas non eſt aliud q̃ locus ſeu laqueus quidam amoris:ĩ quo cor purum & amoroſum verbi ęterni pręſentiam delectabiliter aſſequatur:in quo quidem laqueo verbum ęternum ab ipſa mentis puritate delectabiliter captiuatur.Cuius patet exemplum in vnicorni:qui cum a venatoribus fugatur/in ſinum virginis ſe reclinat:deſignãs ꝙ verbum æternum per puritatem mentis deuote attrahitur & in ea delectabiliter requieſcit:nec mirum quia cordis puritas eſt domus verbi in quo reponit thezaurum totius diuinę largitatis,vnde Sapiẽtiæ octauo.Intraui domum meam/ſcilicet per puritatum mẽtis conſtructam:& quieſcam cum ea mente/ſcilicet deuota & pura.Eſt etiam ſedes verbi in qua diſpenſat thezaurum totius ſapientię & veritatis.Prouer.Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.Eſt etiam lectulus verbi Cantico.j.Veni dilecte mi:en lectulus noſter floridus eſt.Ex quibus patet cum quanta diligentia cordis puritas merito debeat conſeruari:& quantum ſibi diſpendium faciant:& quãtam irreuerentiam deo exhibeant:qui puritatem ſui cordis inquinant quia deum turpiter excludunt a propria domo,a propria ſede,a proprio lectulo:& cum hoc ſeipſos priuant thezauro ineſtimabili diuię largitatis:& pręſentia amabili diuinę claritatis:& guſtu delectabili iternę ſuauitatis.

C ¶Secũdo per iſtã doctrinã hõ conſequiť ſuarũ virtutũ mirabilem venuſtatem.Quod patet,quia conſtat ꝙ quilibet actus & habitus cuiuſlibet virtutis ſingularem dignitatem & nobilitatem ſortitur a fine in quem ordinatur.Et quia ille qui omnes actiones ſuas pure dirigit in honorem dei & in eius complacẽtiam neceſſario omnibus actibus ſuis imprimit aſſimilationem deificam & formam coelicam,vt prius viſum eſt,ideo patet ꝙ per hoc ſuæ virtutes ſingulari nobilitate & mirabili venuſtate decorentur.In cuius argumentum illa regina quæ verbo a dextris aſtitit/id eſt

anima perfecta,quę regnum ſuum / id eſt vires & potentias ſuas re
gali pręſidentia ordinat & diſponit: viſa eſt in veſtitu deaurato, qa
virtutes quibus veſtitur & decoratur ſunt decoratę mirabili venu
ſtate & quadam deiformi claritate.¶Tertio per eam conſequitur D
æternę mercedis ineffabilē puritatem & vbertatem. Quod patet.
Nam certum eſt ꝙ ęterna merces debetur actui charitate informa
to. Et ideo oportet ꝙ ad multiplicationem actuum & eorum circa
quos ex pietate & amore act⁹ meritorij exercenť:ipſa merces ęter
na multiplicetur. Quia talium actuum ipſe Chriſtus ſeipſum conſti
tuit debitorem,iuxta illud Matth.xxv. Qđ vni ex minimis &c. Vi
gilanter igiť cōſideret mens deuota q̄ poſſit eſſe maior dignitas: q̄
maior vbertas & fœcunditas in actu meritorio charitate informato
prout ipſe Saluator ore ꝓprio repromiſit Luc.xij. Amē dico vobis
ꝙ p̄cinget ſe & faciet illos diſcūbere in regno.ſ.beatitudinis ęternę:
& trāſiēs miniſtrabit illis. In qbus verbis ſubtiliter innuiť ꝙ verbū
ęternū noſtrā fœlicitatē p ſeip̄m tripliciter opať. Prio quidē celeri
ter,qa ad nutū cuilibet btō r̄ndebit ſuū deſideriū celeriter ſine mo
rę diſpendio adiplēdū. Et hoc innuitur cum dicitur,p̄cinget ſe:nā il
le q p̄cingiť prōptus reddiť ad actus celeriter & agiliter exercēdos.
Vnde per hoc innuitur,ꝙ per iocūditatem ſuę pręſentię deſideriū
noſtrum ad nutum prompte & celeriter adimplebit. Secūdo oſtēdi
tur ꝙ noſtrum deſiderium multiformiter delectabit: qđ innuiť cū
dicitur.& tranſiens:iſte enim tranſitus non importat in verbo æter
no aliquā varietatē: ſed potius in nobis inſinuat diuini guſtus mul
tiformem nouitatem:quia ſicut in tranſeunte eſt nouitas paſſuum,
ita in quolibet fruēte erit cōtinua nouitas multiformiū delectatio
nū. propter qđ etiā talis ſuauitas internę fruitionis pluraliter expri
mitur per prophetā cū dicit. Delectationes in dextera tua.ſ.in æter
na beatitudine,q̄ intelligitur p dexterā,ſicut pręſens vita p ſiniſtrā
vſq; in finem. Tertio oſtenditur ꝙ noſtrā beatitudinē pficiat hono
rabiliter,qđ notať cū annectiť,miniſtrabit illis. Nā q̄ poſſet maior
dignitas attribui ſpiritui creato q̄ ꝙ verbum ęternum i illo cōuiuio
ęternę fœlicitatis ſibi perſonaliter ſeruiat & miniſtret per ſeipſum?
Sine dubio tūc nobis miniſtrabit & ſeruiet p ſeipſum,qn̄ nos paſcet
per ſeipſum:& quando feliciter fruemur ſeipſo &cę.

Saluator noſter per ſeip̄m noſtrā beatitudinē triplr operatur.

¶Sermo.II.ad idem.Et in
numero. LXXXII.

DOcebit vos omnem veritatem &c. Conſequenter vidē
dum eſt qualiter ſpiritusſanctus docet omnis operatio
nis intellectualis ordinatum vſum & applicationem.
Circa quod eſt ſciēdum ꝙ ordinatus vſus operationū

intellectualiũ ad vitam contemplatiuam ſpectantium perficitur in tribus. Primo quidem in ordinata cognitione. Secundo in ordinata dilectione. Tertio in ordinata ſuiipſius abnegatione. Propter primum eſt ſciendum ꝙ ordinata cognitio diuinę veritatis cōſiſtit in tribus. ¶Primo in hoc ꝙ homo cognoſcit ſuam propriam fragilitatem: penſando diligenter q̄ debilis & impotens ſit a ſeipſo: & ꝙ nullũ bonum opus poteſt efficere ex ſe: niſi diuina gratia adiuuetur: nec habere aliquid a ſe: niſi diuinit⁹ largiaꝛ. Et talis cognitio ad hoc hominē inſtigat, vt nullũ bonũ ſibi aſcribat ſed ſolũmō a deo gratuite recognoſcat & in ipſum tanq̄ in fontale pricipiũ omnis bonitatis quicquid ſuſcepit per gratiarũ actionē refundat: & p hęc oia dona ſibi augentur per effluentiā copioſam. & hoc videtur innuere Saluator cum dicit. Omni habēti/ſcilicet gratitudinē de donis a deo ſuſceptis, dabitur & abundabit: ei autem qui non habet/ſcilicet gratitudinem de ſuſceptis: etiam illud quod videtur habere/auferet ab eo. Nec mirum quia ſecundum Bernardũ, Ingratitudo eſt ventus vrens: deſiccans fontē totius pietatis &c. Secũdo i hoc ꝙ recognoſcat p̄ntis exilij calamitatē. penſando quā multipliciter intellect⁹ humanus in p̄nti varijs phantaſmatibus obruiꝛ, per q̄ ſcđm Aug. a ſyncero intuitu primę veritatis impediꝛ: & q̄ grauiter affect⁹ humanus p cupiditatē terrenoꝝ a cœleſtib⁹ deſiderijs retrahitur: & q̄ miſerabiliter aīa in p̄nti p corporeos laqueos captiueꝛ: ne ſummũ bonum qđ p̄ oībus appetit puro mentis oculo valeat intueri: & iſta cognitio cauſat in hoīe mœrorē & tędiũ p̄ntis vitę: qđ bene videtur ſenſiſſe ꝓpheta cum diceret. Heu mihi qui incolatus meus prolongat⁹ eſt, faciens ipſum ad cœleſtem vitam feruentius aſpirare. Quod deſideriũ vtiq; habuit Ap̄ſ cũ dixit Rom̄. vij. Infœlix ego hō: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. Tertio in hoc ꝙ hō recognoſcat diuinā bonitatē & cœleſtis glorię imēſitatē: q̄ tantę iocũditatis & tātæ ſuauitatis eſt: vt ſi ſolũ p momētũ hoī in ea morari liceret: merito ꝓinde mille anni p̄ntis vitę delicijs contēni deberēt, vt dicit. Augu. iij. de libero arbi. Et iſta cognitio extenuat & q̄ſi anihilat hoī oēm laborē p̄ntis vitę p feruēs deſideriũ cœleſtis patrię, q̄a ſcđm Grego. vj. Mora. Spes in ęternitate aīm erigit, & idcirco nulla mala q̄ exterius tolerat/ſētit. Cui cōſonat qđ dicit Origenes ſup Exd. Futuroꝝ ſpes laborantibus requiē parit: ſicut in agone poſito dolorē vulnerũ mitigat corona. Vñ dicit Ambro. ſup p̄s. ꝙ ſpes futurę vitę furaꝛ hoi labores p̄ntis vitę & abſcōdit piculũ. ¶Propter ſcđm eſt ſciēdũ ꝙ ordīata dilectio attēdiꝛ i reſpc̄tũ dei & reſpc̄tũ creaturaꝝ: Reſpc̄tũ qdē dei attēdiꝛ i trib⁹, Prio vt pure, ſcđo vt caſte, tertio vt intime diligaꝛ de⁹. Pure quidē diligitur deus, quando ſolum diligitur propter ei⁹

A — In quib⁹ cōſiſtit ordinata cognitio diuię veritatis.

Luc. xix.

B

ingenitam bonitatem,quæ ex ſe eſt ſumme diligibilis:adeo vt ap-
petitum omnium creaturarum indeſinenter ad ſe attrahat & incli
net. Nam ſicut deus ex ſua bonitate omnia diligit: ita propter ſu
am bonitatem ab omnibus diligitur. Specialius tamen & purius a
creatura rationali, quæ eſt ipſius imagine inſignita. Nec mirum
ſi a creatura rationali purius diligitur propter tria quæ bene ſenſe-
rat ſponſa cum diceret Cantico.v. Dilectus meus candidus & rubi-
cundus: electus ex millibus. Dicitur enim candidus propter nitorem
veritatis, quia eſt principium intelligibile. Dicitur rubicundus pro-
pter dulcorē ſuauitatis, quia ē principiū fruibile. Caſte vero de⁹ dili-
git: cū ꝑpter nihil aliud amatur niſi ꝑpter ſeipſū, vnde dicit Augu- Quis eſt
ſtinus. Caſtus amor eſt qui nihil aliud a deo quærit: niſi ipſum deū caſtus a-
Nam quicunq; aliquid aliud pręter ipſum deum quærit, non caſte mor dei.
deum quęrit. Tali amore quærebat Auguſtinus deum cum dice-
ret primo confeſſio. Tu refulges & places: amaris & deſideraris, vt
erubeſcam de me atq; abijciam me: & eligam te, & nec mihi nec ti-
bi placeam niſi de te. Hic autem amor caſtus ſecundum Bernardū.
in hoc conſiſtit ꝙ mens ad vnum ſolum bonum ſe contulit quod
ita ſingulariter diligit: ꝙ nihil aliud ab ipſo ſperat aut cupit: niſi ſo-
lum amare ſynceriter & ſingulariter ſummum bonum. Tunc ve
ro intime deus diligitur: quando mens rationalis ipſum diligit
ex tota anima ſua, & omnibus viribus ſuis, & ex tota virtute
cordis ſui, & ſecundum vltimum poſſe ſuæ cognitionis, ſuæ af-
fectionis, & ſuæ operationis: ita ꝙ in interiori conuerſatione tam
lucida exempla intendat ſanctitatis: & in interiori illuſtratione tan
to dulcore charitatis præfulgeat, ꝙ veraciter ſibi conueniat quod
de vnigenito per eſſentiam dicitur. Hic eſt filius meus dilectus in Mat.iij.&
quo mihi bene complacui. Talis enim homo efficitur ſpeculum & xvij.
exemplum recte viuendi omnibus ſecum conuerſantibus: exem-
plo ſuo ipſos virtualiter cogit: & dulciter afficit ad viuendum & pla
cendum ſoli deo. Et de talibus verificatur quod ſcribitur Eſa.lxj.
Hoc eſt ſemen cui benedixit dominus. ¶ Ordinata vero dilectio re
ſpectu creaturarum conſiſtit in hoc ꝙ homo ſciat diligere creaturā C
ſynceriter/ſpiritualiter/deifice/& exemplariter. Tunc autem crea-
tura ſynceriter diligitur: quando mens rationalis ſolum ob hoc &
intantum ad eam inclinatur: inquantum per eam poterit iuuari
& dirigi ad conſequendum vnionem diuinam. Et q̄ primum ad
uerteris ꝙ amor creaturę te impedit vel retrahit ab amore diuino,
tunc ſtatim tuus affectus eſt ab illo amore reſcindendus. Et hoc do
cet Chriſtus cum dicit Matthæi xviij Si oculus tuus vel manus tua
vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde & proijce abs te & cæt. Nam p

oculum deſignatur amicus nobis neceſſarius in ſpirituali inſtructio
ne. per manum amicus nobis neceſſarius in corporali procuratiõe
ſed per pedem deſignatur ille qui nobis eſt neceſſarius in exterio-
ri negociatione. Et iſta tria Chriſt' ſpecialiter enumerat, vt detur i-
telligi ꝙ quãtũcunq; amicus in prędictis tribus ſit homini neceſ-
ſarius: ſi tamen aduertit ꝙ eius dilectio eum ab amore diuino re-
trahit ſtatim indilate eius affectio eſt deferenda. Et ideo dicit abſcĩ
de. i. dilectionẽ eius reſcinde & proijce abs te. i. a corde tuo. Tũc ve
ro creatura ſpiritualiter diligiẽ: qñ nihil aliud in ea diligis q̃ diuinę
imaginis claritatem & diuinę lucis veritatem & actuũ exteriorum
ſanctitatem, quę quãto magis relucent in vno homine q̃ in alio tã
in ſanctitate vitę q̃ in claritate doctrinę: tanto etiam prę cęteris am-
plius eſt diligendus. Per omnem eñ aliũ amorem creaturarum
& animus ſordidatur & a cognitione diuinę veritatis impeditur.
Vnde dicit Auguſtinus ꝙ veritatem puram animus ſordidus in-
telligere non poteſt, & ſubdit. Sordes autem animi ſunt amor qua
rumcunq; rerum pręter deum & animũ. In quo manifeſte innuiẽ
ꝙ totiens rationalis animus ſordidatur: quotiẽs ad creaturam ſor-
didate afficitur, aliquid aliud in ipſa diligẽdo pręter rationalis ima
ginis puritatem vel vitę ſãctitatem vel etiam diuinam & perſpicuã
veritatem. Per hoc autem animus ſordidari dicitur, in quantũ per
talem amorem diuini amoris puritas inquinatur, iuxta illud Aug.
Et venam amicitię inquinabam ſordibus concupiſcentię. Sed tunc
creatura deifice & exemplariter diligitur: quando affectus rationa
lis ad eam inclinatur: non ſecundũ eſſe illud quo exiſtit in propria
natura: ſed ſecundum illud quo exiſtit idealiter in eſſẽtia diuina. Et
quia eſſe ideale creaturę in deo eſt ipſa eſſentia. tale etiam eſſe idea-
le in ęquali nobilitate ſubſiſtit in eſſentia diuina: quia idea equi eſt
ita nobilis in deo ſicut idea Angeli. ideo quęcunq; dilectio iſto mo
do prędicto fertur in creaturam in ęquali nobilitate diligit omnem
creaturam. Propter quod impoſſibile eſt taliter amantem poſſe de-
ordinari in affectu cuiuſcunq; creaturę. Et talem amorem ordina-
tum ſenſerat ſponſa in Cantic. cum diceret. Introduxit me rex i cel
Cantico. j laria ſua: ordinauit in me charitatem. In quibus verbis innuitur ꝙ
nullus iſtam ordinatam charitatem aſſequitur: niſi pri' fuerit ad re-
gia cellaria introductus. Vbi ſciendum ꝙ per cellaria in propoſito
intelligitur profunditas & fœcunditas naturę diuinę: in qua ſolum
vinum ſuauitatis indicibilis deguſtatur. Ex cuius guſtu affectus ra
tionalis iſtam charitatem ordinatam aſſequitur: per quam nouit
ipſum deum & etiam creaturam prædicto modo diligere ordinate.
Quam charitatem nobis præſtare dignetur &c.

❡Subſermo.IIII,Et in numero. LXXXIII.

AVferes ſpiritum eorum & deficient: & in puluerem ſuum reuertentur.Emitte ſpiritum tuum & creabū-tur & renouabis faciē terrę.Pſal &c. Verba iſta ſunt prophetę Dauid qui videns in ſpiritu ſancto multos homines terrenis nimiū inuiſceratos & a cœleſtibus elōgatos:p eorū reformatione ad deū orans dicit hæc verba.Aufe-res ſpūm eorū &c.In quib' verbis ꝓpheta duo petit q̄ ſpūſanct' in hoīe pfecto opaꝛ. ❡Primū ē ſuiipſius totalis abnegatio.Scdm ē to- A
tius hoīs ſpūalis innouatio.Primū notaꝛ in eo ꝙ dicit, Auferes ſpūꝫ eorū hoīm/ſcilicet mundanorū:& deficient in ſemetipſis p ſuiiſi' ab negationem,& in puluerem ſuum reuertentur,p ꝓprię vilitatis cō ſiderationem. Hoc opus ſpiritusſancti ipſemet ꝓpheta in ſe exper-tus fuerat cum dicebat in alio Pſalmo.Renuit conſolari anima mea memor dei fui & delectatus ſum.& defecit ſpiritus meus/ſcilicet,p prius in eo operante ſpiritu ſancto.Secundum notatur in eo qđ ſub dit. Emitte ſpiritum tuum.i.ſpiritum ſanctum q creat nouos hoīes in operib' bonis/proprio ſpiritu & veteri homine ablato & defecto Ad hoc hortatur nos Apoſtolus Ephe.iiij.Renouamini ſpiritu mē tis veſtrę & induimini nouum hominem &c.Quātum ad primum ſciendum ꝙ abnegatio & deſertio vel derelictio ſuiipſius trib' mo-dis perficitur.Primus eſt vt homo abneget & deſerat omnem amo-rem naturalem ſuiipſius:vt ſoli deo viuat. Secundus eſt vt homo ſeipſum deſerat ſecundum omnem affectiōem & deſiderium: quo homo poteſt affici ad complacentiam propriam ſuipſius & omniū actionum ſuarum:non ſolum illarum quas homo operatur natura-liter ex ſeipſo,ſed etiam oportet ꝙ homo deſerat ſeipſum in illis operibus perfectis quæ in ipſo homine per ſuam gratiam operatur Tertius eſt vt homo ſeipſum deſerat quantum ad vſum & exerci-tium omnium operationum intellectualium quantumcunq; perfe-ctarum: a quibus oportet mentem rationalem abſtrahi & ſuſpen-di: ſi debeat perfecto modo ſeipſam deſerere. De primo patet Nam ad hoc ꝙ mens rationalis deſerat ſeipſam & moriatur ſibi-ipſi: oportet ꝙ deſerat propter deum omnem amorem naturalem quem habet naturaliter ad ſeipſam & ad parentes & ad amicos & etiam ad bona terrena exteriora, imo etiam oportet ꝙ de-ſerat amorem naturalem quem habuit naturaliter ad ipſum de-um. Quod patet. Nam amor naturalis quem habet homo ad ſeipſum naturaliter,reflectitur in commodum propriū: quod q̄ diu homo amplectitur,certum eſt ꝙ amorem ſuiipſius nō perfecte de-

Quibus gradib' p ficiꝛ abne gatio ſui.

ſeruit. Oportet ꝙ etiam homo amorem naturalem propinquorum & amicorum inquantum ſunt impeditiua amoris diuini deſerat. Et
Matth. x. ideo dixit Chriſtus Qui amat patrem aut matrem pluſq̃ me: non eſt me dignus. Ex quo patet quanta cęcitas eſt & amentia ꝙ homo per amorem extraneum deflectatur in aliquem hominem: vnde & amor diuinus contaminatur & homo ſibi ſpiritualiter morit̃. Hoc enim dolenter conqueritur Auguſt. ſe feciſſe cum ante ſui conuerſionem adhuc in amore ſuiipſius erat dicens. Et venam amicitiæ coinquinabam ſordibus concupiſcentiæ. Oportet etiam ꝙ homo deſerat amorem omnium terrenorum, inquantum abducunt ab amore diuino: quę tamẽ recte & ſalubriter diligi & haberi poſſunt in vita actiua: inquantum ſunt inſtrumẽta fœlicitatis & organa virtuoſę operationis. Sed in vita contemplatiua ſunt ſimpliciter & totaliter deſerenda, quia perfectus actus contemplatiuæ vitæ conſiſtit in ſpeculatione & intima dilectione ſummi boni, quod abſtrahit ab oi exercitio vię actiuę. Et quantum ad hoc dicit Auguſtin⁹. Minus te amat/quę tecum aliquid amat: quod non propter te amat. Oportet etiam vltimo ꝙ homo deſerat ſeipſum in amore naturali quem poteſt habere naturaliter/etiam ad ipſum deum. Cuius ratio eſt, quia talis amor eſt reciprocus & reflectitur in commodum proprium ſui ipſius: ſicut cum homo diligit deum: quia per ipſum habet eſſe & ꝑ ipſum conſeruatur in eſſe, non ſolum naturę ſed etiam gratię & glorię. Et quia tali amore homo nõ diligit deũ ꝑpter ſeipſũ ſed magis propter commodum illud quod ab ipſo conſequitur vel expectat ideo oportet ꝙ homo a tali amore ſe ſeparet & incipiat deũ pure di
lis & conformis ei. Primo igitur lux eſt errantium ſiue deuiantium in terra & in mari directiua. Dicitur enim, ꝙ radios in terra proiicit, tenebras pellit, & viam qua eundum eſt patefacit, vnde dicit in Euangelio Ioan. Qui ambulat in die, non offendit: quia ſequitur lucem huius mundi: qui autem ambulat in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo. Sic moraliter loquendo, quilibet noſtrum habet naturale lumen in anima ſua: ſcilicet, intellectum, quo diſcernit bonum & malum: bonum faciendum, malum fugiendum. Qui intellectus obfuſcatur quandoq; ab appetitu carnali & ſenſibili, ꝙ tanꝙ oculus lippus male iudicat de viſibilibus, ſic ipſe male de agibilibus. Exemplum magis familiare ſumatur in guſtu corrupto. Talibus ſic deuiantibus & errantibus Ioannes fuit & eſt lux directiua, quo ad intellectū: & medicus, quo ad affectum, quando nobis oſtendit viam ſalutis. Quæ fuit hæc via? certe qui de ſe dicit, Ioan. xiiij. Ego ſum via, veritas, & vita. Via non ſeducens: veritas non fallens vita non deficiens. Sed hanc viam oſtendit, quando Chriſtum digito demonſtrauit. Dicitur enim in Ioan. j. ꝙ quando Ioannes vidit Ieſum venientem ad ſe, dixit: Ecce agnus dei &c. Qꝫ autem iſte agnus ſit imitandus, patet per Euangeliſtam, vbi dicitur. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. &c. Vis autem venire ad viam ſalutis tibi per ipſum demonſtratam, porta in manibus tuis, id eſt operibus tuis: lucem, id eſt, vitam Ioannis lucidam & luminoſam ieiunijs, vilibus eſcis, & aſperis veſtibus: & fuge laudem humanā. Et bene dicitur, porta in manibus: ſicut enim quod in manibus noſtris eſt non facile obliuiſcimur: ita ſuæ vitæ lucidæ nunꝙ debemus obliuiſci. Et in huius portatione exprimitur etiam periculum. quia ſicut lumen noſtrum quod in ventum fertur, diligenter in manibꝰ operitur: ita quilibet noſtrum vtriſq; manibus, ſcilicet, animæ & corporis debet diligenter operire vitam ſuam exemplo Ioannis informatam, ne a ventis validiſſimis diabolo ſcilicet carne & mundo, circumquaq; flantibus extinguatur. Et ſicut portans lumen quandoq; manuum incendium vel læſionem pro tempore patitur, ne extinctum laborioſe reaccendat, vel forte ignem non inueniat: ſic tu pro conuerſatione ſanctę vitæ manuum læſionem id eſt operum grauedinem ſuſtineas: ne vita lucida extincta careas: aut cum labore maximo reaccendas. Si tamen (quod abſit) extincta fuerit in te vita bona: accendatur a lumine Ioannis. quia tanꝙ magnus ignis in medio mundi locatus eſt: vt quicunq; illuminari voluerint, ad eum ad illuminandū accedant, & ſecundum doctrinam & vitā ſuā viuāt Pſal. Accedite ad eū illuminamini. ¶Secundo lux eſt debiliū confortatiua. Vn̄ Phūs dicit, ꝙ in aſcenſu Solaris lucis vſq; ad mediā

Ioan. xj. (margin, beside "Euangelio Ioan.")

B (margin, beside "¶Secundo lux")

diem confortent,& creſcant vires in corporibus aīalium:quæ ī deſcenſu eius ad occaſum decreſcunt,& reſoluuntur in ſomnum. Sic Ioannes fuit lux confortatiua:dū populos a virtute diuina(ſine qua nihil potuerunt vel poſſunt facere)rōne peccatorum alienatos ad vigorem verę pœnitentię exemplis & operibus animauit & cōfortauit. Nam & p̄dicationem ſuam a pœnitentia inchoauit,dicēs. Pœnitentiam agite. Et quia ſpes p̄mij minuit vim flagelli,ſcd̄m Bern. addidit fructū ſiue præmiū pœnitentię dicens. Appropiquabit regnum cœlorum. Ecce quomodo confortabat populos p appoſitionem p̄mij ſingulos ī vniuerſali:& vniuerſos in ſingulari, ad omnes tamen dicebat,Pœnitentiam. In ſpeciali vero prouocabat turbas,& populares ad eleemoſynam:publicanos & mercatores ad iuſtitiā: milites ad miſericordiam. Nam ſicut habet Lucę tertio:turbis interrogantibus eum,quid facerēt rn̄dit. Qui habet duas tunicas:det non habenti vnam.& ſimiliter de eſcis habens faciat. Item publicanis dicentibus,Magiſter,quid faciem⁹?reſpōdit ille:nihil aliud q̄ qđ conſtitutum eſt vobis.id eſt ea quæ recepiſtis fideliter & iuſte tractetis. Item militibus q̄rentibus:& nos quid faciemus?ait. Neminē cōcutiatis:nec alicui calūniam faciatis:& eſtote contenti ſtipendijs veſtris. O q̄ felices turbę mercatores milites,& alij quicunq; eſſent: ſi hanc doctrinam obſeruarent. Sed quis eſt q de duabus tunicis:imo de multis & varijs:vnam non habēti daret?quis eſt qui iuſte & ſine fraude mercationes faciat:& qui aliena bona ſibi commiſſa turpiter non inuadat? Quis eſt ex maioribus q̄ minoribus nō faciat calumniam:qui ſeruos non cōcutiat:qui ſuis ſtipendijs content⁹ exiſtat? Vtinam officiales cōmunitatum nihil acciperent vltra ſuum.ſed iā omnes furantur & capiunt:& qui plura rapit,melior & ſapiētior reputatur.

C ¶Tertio lux eſt frigidorum īflammatiua & calefactiua per radiorum repcuſſionem. Dū enim ſolares radij ad corpus opacū veniunt,& tranſire non poſſunt,repcuſſi retrocedūt:ſicut pila ad murū proiecta cum tranſire non poteſt,repercuſſa ab ipo muro retrocedit. Radij eñ ſic repcuſſi circa corpus illud ſe multiplicant,& ibi maximum calorem generant. Vnde ſemp maior calor eſt iuxta parietem q̄ in campo. Et eadem de cauſa maior in valle q̄ ī monte: quia in valle radij detinentur ne tranſeant:cum ī monte detinere non valeant. Et propter eandem etiam cauſam maior ē calor ęſtatis q̄ hyemis:quia ī hyeme radij cadūt ſup terrā quaſi ex latere,& vltra tranſeunt,& non ibi ſubſiſtunt:ſed in ęſtate ē ſolis ad Zenith capitis noſtri recta poſitio.vñ radij ſolares cadunt quaſi diametraliter ſup terram:& ſic ibi ſubſiſtunt:nec vltra procedunt:propter quod calorem efficiunt. Sic Ioannes tanq̄ lux ſpiritualis ſua ſanctiſſima vita:& do

ctrina multorum corda frigida inflãmauit:in quibus calor vel ignis
diuini amoris fuit extinctus. Quod ſic patet,ſecundum Auguſti
num primo de Trini.& ſecũdum Philoſo.iij.de anima dicentes.Ni
hil amatur niſi cognitum:& ſecundum menſuram cognitionis men
ſuratur amor.exemplum de lapide ꝓcioſo.vt ergo nos rederet feruí
dos in dei dilectione plures conditiones perfectas & nobiles ipſius
nobis manifeſtauit.Cum enim eſſemus peccatis inuoluti, & poſſe
mus diffidere,an tanta poſſent dimitti:venit Ioãnes & oſtendit ab
eo poſſe dimitti quem prædicabat:dicẽs eum deum cui omnia poſ
ſibilia ſunt.Sed vtrum vellet/in quęſtione erat.Oſtendit ergo Ioan
nes,ꝙ vellet dicens eum ſponſum & amicum.Sed forſitan poterat
crimen/graui tum aduſtione/curare ſi vellet:ideo addidit,ꝙ ẽ agnꝰ
dei cum manſuetudine veniens,& ſolo verbo iuſtificans impium.
Quia ergo deus eſt,poteſt dimittere peccatum:quia eius potentia ẽ
infinita:peccatum autem noſtrum eſt finitum.vnde poteſt in infini
tum plus dimittere q̃ omnes nos peccare. Verum quia amicus eſt:
vult & delectatur dimittere.Nam quęlibet res delectatur in ſua pro
pria operatione,ſicut oculus invidendo,auris in audiendo:ſed nihil
eſt adeo proprium,vel nullum opus eſt ita proprium ipſi deo ſicut
& parcere,ſecundum Auguſtinũ primo de Ciuitate dei.ergo vult &
delectatur dimittere:imo non poteſt non velle, ſicut Sol non poteſt
non illuminare,& ignis non ardere. Sed quia eſt agnus manſuetus
hoc facit:quia non aliam grauiorem pœnitentiam pœnitentibus in
iunxiſſe legitur q̃, Vade & amplius noli peccare.

¶Ser.ad clerum in capi.&.iiij.ad
idem:& in numero.XCI.

MAne,Thethel.phares.Daniel.v. Verba ꝓpoſita myſti A
ce intellecta ad tria poterunt deſeruire.Primo nanq; de
ſeruiũt ad prędicatoris verbi dei aliqualem ammonitio
nẽ.ſecundo ad beati Ioan. Bap.venerabilem commen
dationem.tertio ad electionis canonicę moralem inſtructionem.
Qualiter autem primo deſeruiant, ſciendum ꝙ ſecundum Philo
ſophum in libello ſecundo de motibus animalium:omne quod mo
uetur ab aliquo imobili ſuſtentatur. Cum igitur in quolibet prędica
tore inueniãtur tria mobilia,ſcilicet verbum prædicationis in auri
bus foris ſonãs:& ſcientia interius intellectum informans:& inten
tio mobilis inter vtrunq; fluctuãs:in eodem neceſſe eſt tria ſtabilia
inueniri:vt ſunt veritas ſubſtrata locutioni:ne per falſitatem decipi
at:charitas ſubſtrata cognitioni,ne per vanitates ſuperbiat:ſcientia
enim inflat.vt patet prima Corint.viij. Et gratia ſubſtrata intentio
ni:ne per obliquitatem inficiat. Requirit igitur prædicator verbi

Tria regñ dei eloquentiam innixam veritati:& ſcientiam innixam charitati: ta in præ- & intentionem innitentem gratiæ firmitati. Primum appropriate dicatore. dat filius a patre intellectuali intelligentia genitus:cum ſit via recta qua proficimus,veritas firma qua non erramus,vita pura qua i iti nere non deficimus. Secundum dat ſpiritusſanctus ab vtroq; volitiua potentia inſpiratus:cum ſit bonitas ad quam mouemur:charitas qua diligimur,clementia qua recipimur. Tertium dat pater au ctoritatiuum principium vtriuſq;:cum ſit brachium quo ſuſtentamur,potentia qua bene operamur: & brauium quo æternaliter p̄miamur:iuxta illud Ioannis.xiiij. Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis,& cætera. Hæc autem tria in verbis propoſitis per ordinem deſignantur. Primum notatur cum præmittitur. Mane id eſt numerus,per quod veritas & ſapientia intelligitur. ſicut habetur Eccleſiaſtici.iij. Arenam maris & pluuiæ guttas,& dies ſeculi, quis dinũerauit? Et q̃ hoc de ſapientia intelligatur,patet de hoc q̃ ſubdit,quaſi exponens quod dixerat. Sapientiam(inquit) dei præcedentem omnia quis inueſtigauit Secũdum notatur, cum dicitur Thethel,quod interpretatur pondus vel ſtatera:per quam intelligo charitatem quæ eſt pondus animæ ipſam ſuauiter inclinans. vnde Auguſtinus decimoquinto confeſſio. Amor meus,pondus meum: eo feror quocunq; feror. vult enim dicere q̃ hoc eſt mora in ſpiritibus:quod eſt pondus in corporalibus:quia ſicut corpora per pondera ſua ad loca ſua tendunt,& ibi quieſcunt:ita ſpiritus per amorem in re amata delectatur & quieſcit. Tertium notatur,cum annectitur: Phares,qđ interpretatur diuiſio:per quod intelligo motum diuinæ gratiæ:per quem anima a terrenis ſeparatur,& diuinis coniũgitur:& ſic in ea rectitudo itentionis perficitur. de hoc poteſt intelligi quod ſcribitur Geñ.j. Fecit deus firmamentum:& hoc in rationali natura per gratię ſtabilimẽtum:& diuiſit aquas quæ erant ſub firmamento,ab aquis quæ erant ſuper firmamentum.i. aquas fluxibilitatis mundanę ab aquis cœleſtis gratię & glorię. Et quia hęc tria a memetipſo haberenon poſſum:ideo.&c. Mane, Thethel, phares.

B ¶ Viſo quomodo verba propoſita ſint expoſita de verbi dei prędicatore:reſtat oſtendere quomodo poſſint exponi de beati Ioannis Baptiſtę venerabili commendatione:propter quod ſciendum q̃ in verbis iſtis perfectio beati Ioannis tripliciter attollitur,& eximie cõmendatur. primo nanq; commendatur a diuinę electionis certitudine. ſecundo a ſuæ ſanctitatis ſiue perfectiõis plenitudine. tertio a diuinę retributionis celſitudine. Electio oſtendit ipſum a deo mirabiliter vocatum:perfectio oſtendit ipſum laudabiliter conuerſatum: ſed retributio pandit ipſum feliciter coronatum. Per primum oſtẽ

ditur priuilegio glorioſus: per ſecundum oſtenditur merito copio-
ſus: ſed per tertium oſtenditur præmio gaudioſus. Electionis cer-
titudo habetur, cum præmittitur: Mane, id eſt, numerus. Et ideo re
fertur ad præſcientiam apud quam videtur certus numerus electo
rum. & perfectiõis plenitudo, cum dicitur: Thethel. i. pondus: quod
pertinet ad plenitudinem gratiæ, ex qua eſt pondus meritorum. re
tributionis autem celſitudo habetur, cum ſubinfertur: Phares. i. di-
uiſio: hoc enim conuenienter pertinet ad celſitudinem gloriæ, per
quam diuidentur electi a numero reproborum. Ne igitur a proli-
xitate faſtidium generetur, hoc ſecundum membrum iſto breui cõ
pendio coartetur. ¶ Viſo quomodo verba præmiſſa ſint expoſita C
de verbi dei prædicatore, & beati Ioannis venerabili commenda-
tione: reſtat tertio videre, quomodo exponantur pro præſentis
noſtræ electionis morali inſtructione: propter quod ſciendum, ſe-
cundum Damaſcenū libro ſecundo. Electio eſt motus animi liberi
ſui. Et ideo debet in libertatē ſpiritus exerceri, vt nihil ab electione
retrahat, nihil ad eligendum impellat, niſi ob reuerentiam dei, &
vtilitatis proximi. Et ideo ſcribitur quarti Regum quarto. Eligi-
te meliorem, & eum ponite ſuper ſolium patris ſui. Meliorem autē
dico in vita, in regiminis induſtria: & ſi non ſemper ſit literatior in
ſcientia. quia tamen promptius & efficacius ſibi conformabit ſub-
iectos cum exemplo bonę vitę q̄ verbo doctrinę. Nā vt refert Caſ.
in libro epiſtolarum, Inualidus eſt omnis ſermo, niſi iuuetur exem
plo. Et ideo debita conditio eligendi nobis in verbis præmiſſis eui
denter innuitur, quo ad tria. Debet enim talis eligi qui ſit ſtrennu- Quis ſit e
us in regendo: ſanctus in viuendo: & altus in contemplando. ligendus.
Strennuitatem regiminis exigit ſynceritas diuini iudicij: ſanctita-
tem auctoritatis requirit arduitas officij: lympiditatem contempla
tionis exigit immenſitas periculi. Qꝫ autem hæc tria requirun-
tur in quolibet prælato, oſtendit dominus, Marci decimotertio, vbi
dicit, loquens prælatis: Videte, vigilate, & orate. Videte, per con-
templationem, vt præſeruetis periculum: vigilate per ſtrennuam
correctionem, vt extirpetis vicium: & orate per ſanctam actionem
vt & vos, & vobis commiſſis euitetis ſupplicium. Hæc autem tria
per ordinem in verbis propoſitis deſignantur. Primum exprimit
verbum numerationis, cum præmittitur: Mane. Secundum innuit
actus ponderationis, cum ſubditur: Thethel. Tertium expandit a-
ctus diuiſionis, cum ānectitur: Phares. Verum quia electio eſt finis
& concluſio conſilij: vt habetur tertio Ethicorum. Conſilium autē
humanum in multis inuenitur defectibile: nam cogitationes mor-
talium ſunt timidæ & incertę prouidentię noſtrę: vt habet Sapiē. ix.

Et ideo indiget homo,vt in ſua electione initatur regulæ volunta-
Quid req tis diuinæ:quę firma eſt & infrangibilis:propter quod ſicut in eligē
rit i eligen do requiritur q̄ ſit virtutibus informatus:ita & in eligente exigitur,
te. vt ſit diuinitus inſpiratus. Inſpiratio enim omnipotentis dat intelli
Iob.xxxij gentiam.vt ſcribitur Iob. Et ideo hæc diuina inſpiratio verbis ꝑpo
ſitis præmittitur imediate in Daniele:vbi ſupra cum dicitur. Ab eo
ſcilicet omnipotente/miſſus eſt articulus man⁹,quæ ſcripſit hoc q̄d
exaratum eſt:apparuerunt enim digiti quaſi manus ſcribentis con-
tra candelabrum in pariete domus aulæ regię. In quibus verbis iſpi
ratio manifeſte datur intelligi quantum ad perſonarum diſtictionē,
& operationis vnitatem. Sicut eni i ſcribendo tria videmus cõcurre-
re:ſcilicet virtutem motiuam brachij,manus,& digitorum,quæ tria
ſic ſe habent,q̄ virtus motiua deriuatur a brachio in manum,& ab
vtroq; in digitum:ſic in trinitate virt⁹ patris ſe habet,vt brachium.
Iob.xl. Indica mihi ſi habes brachium ſicut deus,& voce ſimili to-
nas. Virtus filij ſe habet,vt manus. Iob.xxvj. Obſtetricante manu
eius eductus eſt coluber tortuoſus. De hoc i Pſal. Emitte manū tuā
de alto. Virtus autem ſpiritusſancti ſe habet,vt digitus. Exo.viij. Di
gitus dei eſt hic. Et ſicut vna operatio ꝓcedit a brachio manu & di-
gito:ſic vna inſpiratio a patre & filio & ſpiritusſācto:quæ ſumme ne
ceſſaria eſt bene & ſalubriter eligere volentibus:& ſuppliciter peten
dum eſt a domio dicentes cum Apoſtolis, Actu.ij. Tu domie q no-
ſti corda oim.&c.id ip̄m petebat Moyſes. Nume.xxvij. Prouideat
dominus ſpiritum ois carnis:hoiem qui ſit ſuper multitudinē hanc
&c.ſic autem pie & ſalubriter petentes/exaudiri merentur:quia de
ſiderium ſuum iuſtis dabitur.vt ſcribitur Prouer.iiij. Primo ergo di
co q̄ eligendus & in eccleſiaſtico prouidendus debet eſſe ſtrennu⁹
ſiue ſolicitus i correctione:quia ſic dicit Gregorius. Qui crimia quę
quis emendare poteſt non corrigit:ipſe ea committit:& ad hanc ſo-
licitudinem hortatur Caſſia. lib.viij.epiſtola.vij.dicens. Conſidera
te ſi negligere debemus,vnde nos culpari poſſe cognoſcimus: quia
vltra omnes dementes eſt,q repręhendere negligit quem groſſatū
i ſuo decore compręhendit. Ex torpore nanq; i prę latis oritur con-
temptus i ſubditis. prout docet Caſſia.iij.lib.epiſtola.viij.dicens. Si
Diuini iu- remiſſ:o i ammonitionibus veniat:neceſſe nimirum eſt,vt contem-
dicij ſeue- ptus cunctos inuoluat. Et ſic naſcitur de pietate crudelitas:ſi quem
ritas idu-e ammonere negligit's:poſtea corrigere durius compellatis. Ad hanc
re debet p̄ autem ſtrennuitatem monere debet ſeueritas diuini iudicij,quę no
latū ad ſoli tatur i actu numerandi cū pręmittitur. Mane.i.numerus. Numerat
citudinē em̄ dominus prælati greges,prælati dies,& prælati vices. Nume-
gregis rat(inquit)greges ſi bene cuſtodiuit.dies ſi bene expendit, & vices

ſi poteſtatē ſibi traditā ſurrogauit. De primo Hiere.xxxiij. Ad hāc
trāſibūt reges ad manū numerātis, qñ ſcilicet dicetur illis, Lu.xvj.
Redde rationē villicationis tuę. Rationē inq̄ tam de merito q̄ de nu
mero ſi creuerūt. Et q̄ exacta & diſtricta ſit illa ratio habetur, Geñ.
xxxj. quicquid furtim & captū a beſtia perierat: a me exigebas. Et
ideo multa ſollicitudine opus eſt in cuſtodiēdo: quę etiā ibidē expri
mitur cū ſubdit: die ac nocte ęſtu vrgebar & gelu: fugiebatq; ſomn⁹
ab oculis meis: ego omne dānū reddebā: damnū inq̄ erroris/deuios
reducēdo: diſperſionis/errātes colligēdo: lāguoris/infirmos ſuppor
tādo: de his tribus, Ezech.xxxiiij. Quod perierat per errorē requi-
rā: quod abiectū fuerat per diſperſionē/alligabo & cōgregabo: & qđ
infirmū fuerat per lāguorē/cōſolidabo. Qui circa gregē ſibi cōmiſ-
ſum ſic fuerit ſollicitus/poterit bonā rationē reddere de nūero ei⁹:
cōfidēter dicēs illud, Ioan.xvij. Ego ſeruaui eos quos dediſti mihi,
& nemo ex eis perijt niſi filius perditionis: de ſcđo, Iob.xxviij. Scie-
bas forſitan tunc ꝙ naſciturus eſſes, ſcilicet ad officiū paſtorale aſ-
ſumendus. Nā ſcđm Aug. tūc dicitur in ſcriptura aliquis naſci, vel
etiā creari: qñ ad altiorē ſtatū ꝓmouet. Dicit ergo forſitā ſciebas ꝙ
naſcitur⁹ eſſes ac nūerū dierū tuoꝝ noueras. De nūero. p̄s. Petit a
dño ſuppliciter īformari cū dicit. Notū fac mihi dñe finē meū: & nu
merū dierū meoꝝ &c. Ille autē dies ſuos bñ expendit q ea q̄ placita
ſūt deo facit: dicēs, Ioā.viij. Ego q̄ placita ſūt ei facio ſemp. Qui ſēp
in ſpū ꝓficit.ij.Coř.xv. A claritate in claritatē tāq̄ in dñi ſpū: q lōgi⁹
in hac vita mortali a malo ſcilicet diſcedit: vt ſic vniuerſaliter timēs
deū & recedēs a malo. Iob.j. De tertio in p̄s. Qui numerat multitu-
dinē ſtellarū, & oībus eis noīa vocās. Per ſtellas cōueniēter intelligū
tur prelati minores a maioribus ſubſtituti. Quia ſicut ſtellę non ha-
bēt lumen a ſe: ſed ipſum a ſole participāt: ſic pręlati ſuperiores infe
rioribus interdū diſpēſant. Multitudinē ergo ſtellarū numerare non
eſt aliud q̄ pręlatos inferiores bona diſcuſſione meritoꝝ ꝑficere: vt
tales pręlat⁹ ſuperior pręficiat qui exēplo bono alijs luceat. Phi.ij. In
ter quos lucet: s ſicut lūinaria in mūdo & mādatis ſuperioꝝ deuotę
obediāt: vt de eis verificet illud Baruth.iij. Stelle dederūt lumē in cu
ſtodijs ſuis quo ad primū: vocatę ſunt & dixerūt aſſum⁹, quo ad ſe-
cūdū, de hoc etiā numero ſcribit, Mat.x. Capilli capitis veſtri oēs nu
merati ſunt. Nā ſicut capillus ꝓcedit de capite & ei cōiūgitur, ſic prę
latus inferior a ſuperiore deriuat: & ei quadā iuriſdictione ſiue iuriſ
dictionis perceptione coniungitur. Et ſicut capillus creſcit & tamē
in ſe eſt inſenſibilis: ita/ prochdolor/multi creſcunt quidem ſublimi
tate dignitatis: nullum tamē in ſe habent eſ ſenſum deuotionis vel
motum bonę operationis. Tales autem cum ſint membrum & alijs

influere nō poſſunt: abſurde nomen capitis ſibi vendicant & paſtoris, quia ſicut dicit Caſſiodorus. Nimis eſt abſurdum nomen portare alienum & aliud velle dici q̄ poſſit in moribus inueniri. Merito ergo contra candelabrū, id eſt talem prelatū ſcribitur, Mane, id eſt numerus, quia ſub diſtrictiſſimo iudicio dn̄s ab eo exigit numerū gregis quem diminuit dierum quos male expendit, & culpā eorū quos male ſubrogauit, & hoc de primo.

E ❡Secundo dico q̄ eligendus debet eſſe ſanctus in actione. & hoc rationabiliter, quia ſecūdū Greg. Manus quę ſordes abluerit debet eſſe munda: aliter em̄ non mūdaret ſed potius inficeret. Et ideo ad ſanctitatē eius hortatur in paſtorali dicēs. Prius mūdādi ſunt &c. Cōſimilē ſententiā ponit Caſſio. lib. ix. capi. ij. d. Sit in nobis fratres libera conſcientia: vt aliorum poſſimus emendare delicta: ę quat culpa omnes quos inquinat. Et ideo diſſimilis ab accuſato debet eſſe qui iudicat. hęc autem ſanctitas notatur in actu ponderationis cū ſcribitur, Tethel, id eſt pondus vel ponderatio. Et hoc cōueniēter vt ſecūdū triplicē rationē ponderis ſit in eo ſanctitas tripertita. Inuenim⁹ em̄ pondus ęquitatis, grauitatis & firmitatis. De primo, Leuit. xix. Statera iuſta & ęqua ſint pondera. De ſecūdo. Eſa. xlvj. Onera veſtra graui pondere vſq; ad laſſitudinem contabuerunt. Et Iob. xxxj. Si pondus eius ferre non potui. De tertio, Iob. xxxvij. Qui facis ventis pondus, id eſt cordibus leuibus & fluxibilibus ſua gratia contulit firmitatem. Per pondus ęquitatis intelligo iuſtitiam inuiolabilem: vt pro nulla re a iuſtitia deuiet dicendo, Iob. Iuſtitiam quam cœpi tenere non deſeram. per pondus grauitatis beniuolentiam imperturbabilem: vt nullum ex rancore perturbet, ſed omnes clementer ſupportet: ad quod hortatur. Eccli. iiij. Congregationi pauperum affabilem te facito. Per pondus firmitatis intelligo ſubſtantiam inſuperabilem: vt nec metu timoris, nec applauſu fauoris a veritate declinet di. illud, Eſaię. xxviij. Ponam iudicium, ſcilicet firmitatis & iudicium in menſura, hoc eſt pōdus ſanctuarij quo quęlibet res ponderari pręcipitur. Leui. xxvij. Omnis ponderatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Et pręlati maxime ponderabuntur, ſicut habetur, Eſa. xliiij. Leuabit in pōdere montes, id eſt pręlatos in officio alijs pręeminentes, hoc eſt pōdus quo precium redemptionis ſingulorum pro leuitis taxatur, ſicut patet, Nume. iij. Ex hoc autem triplici pondere conſurgit in pręlato triplex perfectio quę de ipſo perfecte prębet iudicium ſanctitatis. Ex pondere nanq; ęquitatis & iuſtitię conſurgit in ipſo cōſcientię puritas. Ex pondere grauitatis conſurgit in ipſo exempli luminoſitas, ſed ex pondere firmitatis conſurgit in ipſo regiminis vtilitas. de conſcientię puritate poteſt intelligi quod ſcribitur, Cantic. ij.

Triplex ſctitas debet eſſe in eligendo/ ſecūdū rationem triplicis ponderis.

Iob. xxvij

Oculi eius columbę ſuper riuos aquarū. per oculum intelligitur in-
tentio: vt patet per beatum Augu. in libro de ſermone dn̄i i mōte.
Tunc ergo oculi prelati ſunt ſicut columbę, quando tenent ſimpli-
citatē & puritatē intētionis in ſuo opere: vt magis curet ꝓdeſſe q̄ ap
petat preeſſe. Per riuos aquarū poteſt intelligi affluētia lachrymaꝝ
quibus ſuā & ſuoꝝ ſubditorū cōſcientiā debet iugiter depurare: vt
poſſit dicere illud, Actu. xxiij. Cū bona cōſciētia cōuerſatus ſum in-
ter vos. Et .j. Pe. xxiiij. Studeo ſine offendiculo conſcientiā habere
ad deū. De exēplaritate, dicit Caſſio. j. li. ca. xxiij. Talibus viris cura
debet eſſe qui poſſunt dare alijs euidēter exēpla. & li. x. xlj. di. Mori
bus debet eſſe conſpicuus, qui datur alijs imitandus. De hoc poteſt
intelligi illud, Prouer. xiiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens proce
dit vſq; ad perfectā diē. Iuſtoꝝ ſemita, id eſt prelatoꝝ via debet eſ-
ſe quaſi lux ſplēdens per mundiciā & boni exēpli euidentiā ꝓcedēs
& creſcens per meritoꝝ cumulantiā: vſq; ad perfectā diē p finalem
perſeuerantiā. De regiminis vtilitate poteſt intelligi, quod ſcribitur
di. xxxvj. ca. Qui Eccleſiaſticis. & Hiere. j. Ecce cōſtitui te ſup gen
tes & regna: vt euellas & deſtruas & diſſipes & plātes. Ad hoc enī
prelatus cōſtituitur: vt euellat a ſubditis malas occupationes: & de-
ſtruat illicitas actiōes: & diſperdat nociuas locutiones: & diſſipet pra
uas operationes: & edificet in cordibus ſubditoꝝ fidem & mores: &
plantet inſerendo virtutum radices. qui taliter in regimine proficit
non ab re paſtoris nomen aſſumit. Ad hoc hortatur Greg. in paſto-
rali dicens. Noſcamus inquit quod ſumus &c. Et hoc de ſecundo.
¶ Tertio dico ꝙ eligendus debet eſſe altus in contemplatione. Si- F
cut nanq; prelatus excedit alios in ſublimitate poteſtatis: ita debet
precedere in cognitione veritatis: nimirum cum ſint aliorum duces
& rectores. De hoc poteſt intelligi quod ſcribitur, Ezecchie. xxij.
Sapientes tui facti ſunt gubernatores tui. Magna quippe eſt vtili-
tas reipublicę: quando regitur a gubernatore ſapiente. vnde Boeti-
us primo de conſolatione: beatas iudicauit reſpublicas ſi eas ſtu- Eſt dictū
dioſi ſapientię regerent: vel ſi earum rectores ſtudere ſapientię con platonis.
tigiſſet. Hęc autem celſitudo contemplationis conuenieter intel-
ligitur cum poſtponitur, Phares, id eſt diuiſio. Cum enim duplex
ſit in homine cognitio ſenſibilis & intellectualis: quantomagis ho-
mo ad ſenſibilia inclinatur: tantomagis ab intellectualibus retrahi-
tur: & econuerſo/ quanto ab iſtis inferioribus elongatur: tanto ſapi-
entię appropinquat. vnde dixit Sapiens, Eccleſiaſtes. ij. Cogitaui a
vino abſtrahere carnem meam: vt inuenirem ſapientiam. Et ideo
in actu diuiſionis (quod notat phares) per quā intellectus & affectus
a viſibilibus ſecernit: cōuenienter altitudo cognitionis intelligitur.

Oculus ratiõis trib⁹ ĩpedit̃ .p.portiõabilit̃ ad oculũ corpalē

Sicut autē videmus ꝙ viſum & pceptionē luminis in oculo corporali tria impediūt ſcilicet vmbrę interpoſitio: pulueris iniectio: & humoris diſtillatio: ita oculus rationis vt luminis vere ſapiētię ꝑticeps eſſe poſſit: oportet ꝙ ſit diuiſus a terrenorū affectione: a curarū cumulatione: & a peccatorꝫ obnubilatione, quibus dicta tria .pportionabiliter correſpōdēt. Primo dico ꝙ prelatus ad hoc ꝙ poſſit cōſcēdere ad altitudinē ſapiētię debet eſſe diuiſus a terrenarū affectione & dilectiōe. vnde Eſa.xxviij. queritur. Quē docebit ſapiētiā: & quē ītelligere faciet auditū? Et reſpōdet .ppheta Ablactatos, id eſt remotos a lactę pręſentis dulcedinis & auulſos, id eſt diuiſos ab vberibus terrenę dilectionis. Et huic recte ſonat quod ſcribitur, Iob.xxviij. Sapiētia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligētię? Et reſpōdet. Neſcit homo preciū eius nec īuenitur in terra ſuauiter viuētiū. Et ideo Daniel qui ſpretis cibis regijs leguminibus veſcebatur: ipſam copioſius meruit inuenire, ſicut patet eiuſdē.ij.& .v.c. Secūdo dico ꝙ prelatus ad hoc ꝙ poſſit conſcendere ad altitudinem ſapientię: debet eſſe diuiſus a curarū cumulatione. Et de hoc ſcribitur, Eccl.xxxviij. Sapientiam ſcribe in tempore vocationis: & qui minoratur actu inueniet ſapientiam. Et ideo ſcibitur a Philoſopho, ꝙ anima ſedēdo & quieſcendo fit ſciens & prudens: propter quod antiqui pręordinauerūt ęthicam ordine doctrinę ipſi Metaphiſice, quia vt dicit cōmendator Euſtacius: paſſionibus: tumultib⁹ & phātaſmatibus quietatis: intellectus magis diſponitur ad ſuprema intelligibilia capeſſenda. Tertio dico ꝙ prelatus ad hoc ꝙ poſſit conſcendere ad altitudinem ſapientię debet eſſe diuiſus a peccatorum obnubilatione. Cuius ratio eſt: Cum enim ſemper oporteat eſſe proportionem inter perfectibile & perfectionem, quia actus actiuorum ſunt in patiente prędiſpoſito.ij. de anima. Ipſa autem ſapientia ſit vapor quidam: & virtus dei & emanatio quędam omnipotentis dei ſyncera, Sapien.ij. Oportet ad ipſius perceptionem abſtergere caliginem omnium peccatorum: & ideo ſcribitur, Sapien.j. In maliuolam animam &c. Spiritus enim ſanctus diſciplinę effugiet fictum & auferet ſe a cogitationibus quę ſunt ſine intellectu, vt dicitur ibidem. De illo autē qui ab his tribus ſapientię repugnantibus diuiſus fuerit conuenienter intelligitur quod ſcribitur, Gene.j. Diuiſitq; lucē, ſcilicet ſapientię a tenebris culpabilis ignorantię. Talis enim ſufficiēter reſpōdere poterit illi quęſtioni quę ſcribitur, Iob.xxxviij. Indica mihi in qua via habitet lux: & tenebratum quis ſit locus. Per quam viam ſpargitur lux: diuiditur ęſtus ſuper terram. Poteſt reſpōdere quod ſpargitur per viam humilitatis, quia vbi humilitas ibi ſapiētia, Prouer.xvj. Spargitur etiam per viā innocentię, ſicut ſcribitur in ps.lxxxiij.

Nō priuabit bonis ſcilicet ſapientię/eos qui ambulāt in innocentia.
Facile enim inuenitur ab his qui diligunt eā: pręoccupat eos qui ſe
cōcupiſcūt, vt dicitur Sapiētię. Reuera talē inuenerat eā qui dicebat. Sapiē.vj.
Quid autē eſt ſapiētia & quēadmodū facta ſit referā & nō abſcōdā
ſacramenta dei: ſed ab initio natiuitatis meę inueſtigabo eā, & po-
nā in lucē ſcientiā illius, vt dicitur Sapien. vbi ſupra. Talē igitur pręlatū paſtorē ſtrennuū in regimine: ſanctū in actione: lympidū in cō-
templatione nobis per ſuam ſapientiam inſpiratam det eligere do-
minus Ieſus Chriſtus: qui cum patre &c.

ℭ De ſanctis Ioanne & Paulo. Sermo vnicus. & in numero. XCII.

ECce q̄ bonum & q̄ iocūdū, habitare fratres in vnum.
ps.cxxxij. ℭ Quia beati martyres Ioannes & Pau- A
lus nō tm̄ fuerunt fratres carne, ſed & fide chriſtiana
ab vno patre cœleſti & vna matre ſancta eccleſia per
gratiā. Et ideo de eis cōgrue poteſt dici verbū ꝓpoſi
tū: in quo cōmendātur a tribus quę in ipſis fuerūt. Fuit nāq; primo
in ipſis vera fraternitas, quod notatur in eo ꝙ dicitur. Fratres. Secū
do fuit in eis fraternitatis vnitas, quod innuitur in eo quod dicitur:
habitare in vnū. Tertio fuit in eis fraternitatis vtilitas, quod expri-
mitur in eo quod pręmittitur. Ecce q̄ bonū. vt ſit ordo verboꝝ: fra
tres habitare in vnū ecce q̄ bonū. Primo dico ꝙ in iſtis ſanctis mar
tyribus fuit vera fraternitas, ſed nō ſolum carnalis ſed & ſpiritualis.
Vbi ſciendū ꝙ fraternitas ſpūalis excellit carnalem in tribus, de qui Fraterni-
bus ſic dicit Ambro. Sanguinis fraternitas aliquādo inimica eſt chri tas ſpūalis
ſti: fraternitas autē ſpiritualis ſine intermiſſione pacifica eſt: iſta in- in quib⁹
ter ſe cōmunia cū ęmulatione diuidit, hęc ꝓpria cū gratulatione cō- excedat
municat: iſta cōſortē deſpicit & ſępe germanū: hęc aſſumptū frequē carnalem
ter admittit alienū. Ex quibus verbis habetur ꝙ fraternitas carna-
lis ſępe habet contētionē. Apoſtolus. Frater cū fratre in iudicio con .j.Cor.vj.
tendit, ſpūalis autē habet pacē & dilectionē. Eccl. In trib⁹ bn̄placitū Eccl.xxv
eſt ſpūi meo q̄ ſunt ꝓbata corā deo & hoib⁹, ſcilicet cōcordia fratrū
& amor ꝓximoꝝ, & vir & mulier bn̄ ſibi cōſentientes. Duo fratres
ſunt intellectus & affectus, qui tūc ſunt cōcordes qn̄ intellect⁹ bonū
diſcernit & affect⁹ illud eligēdo diligit: duo ꝓximi ſūt oculus & cor.
qui tūc ſunt cōcordes, qn̄ cor ſtudet oculū ad bonū dirigere & ocul⁹
cordis bona renūciare: vir & mulier ſunt ratio & ſenſualitas, quę tūc
ſūt ſibi bn̄ cōſentiētes: qn̄ ratio ſenſualitatē regit & ſenſualitas ratio
ni obedit. Scđo fraternitas carnalis diuidit cōmunia. Gen̄.xiij. Diui
ſi ſunt alter ab altero vel alteruter a fratre ſuo: ſpūalis autē cōmuni-
cat ꝓpria, etiā tēpalia. Prouer.xx. Alij diuidūt ꝓpria & ditiores ſūt.

Q etiā ſpūalis cōmunicet ꝓpria de hoc, Aug. Ois res quę dādo nō deficit dū habetur & nō datur: nōdū habeť quo modo habenda eſt. Tertio fraternitas carnalis ſępe deſpicit germanū: ſpūalis autem ad mittit alienū: de hac ſancta & vera fraternitate diciť in collatiōibus patrū collatione abbatis Ioſeph. Hęc eſt vera fraternitas quę nullis vnq̄ caſibus ſcindiť, quā nō ſolū diſſociare vel delere locoꝝ vel tēporū interualla nō pręualēt: ſed nec mors quidē ipſa diuellet. vñ de iſtis ſanctis fratrib⁹ canit eccleſia, hęc eſt vera fraternitas q̄ nunq̄ po

B tuit violari certamine. ¶ Scdo dico ꝙ fuit in eis fraternitatis vnitas

Modi qui b⁹ ſcti vni unť iuicē. Sancti eñ aut boni viri vniūtur ſcdm Ciprianū, ſicut in vno ſole diuerſi radij, ſicut diuerſi rami in vna radice, ſicut diuerſa membra in vno corpore, iſtis modis iſti ſancti martyres Ioannes & Paulus fuerunt cū deo & ad inuicē vniti. Primo quidē in vna fide, ſicut diuerſi radij in vno ſole. Radij accipiunt a ſole lucē calorē & virtutē: illa igiť eſt perfecta fides q̄ habet cū deo verā cognitionē vel de deo: & q̄tū ad hoc diſtinguiť a fide gētiliū & hęreticoꝝ. Itē quę habet ad deum charitatē: & q̄tū ad hoc diſtinguiť a fide dęmonū. Itē quę habet virtutū operationē: & quo ad hoc diſtinguitur a fide maloꝝ chriſtianorū. Scdo vniūtur ſicut diuerſi rami in vna radice. id eſt in vna chari

Ephe. iij. tate. Apl'us. In charitate radicati & fundati eſtis. Greg. V teñ multi arboris rami ex vna radice ꝓdeūt: ſic multę virtutes ex vna charitate generātur: nec habet ram⁹ boni operis aliq̄d viriditatis: ſi nō mā

C ſerit in radice charitatis. ¶ Tertio vniūtur ſicut diuerſa membra: & hoc in vno corpore ſacroſanctę matris eccleſię. Quę tñ vnio aliq̄n

Eſa. lix. in pręſenti ſeparatur, aut per culpā mortalē. Eſa. Iniquitates veſtrę diuiſerūt inter vos & deū veſtrū. vel per excōicationē. Apl's ad Corin. ij. Auferte malū a vobiſmetipſis, & loquiť de publico fornicario per excōicationē auferēdo. Aliquādo in futuro per quā ſeparabun

Mat. xiij. tur mali a bonis, Matth. xiij. Exibūt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtoꝝ. Sed iſti glorioſi fratres nec ab inuicē nec a deo vnq̄ potuerūt ſeparari. vnde bene dicūtur habitare in vnū: corde ſcilicet & corpore. De hac ſancta & inſeparabili fraternitate diciť in collationibus patrū vbi ſupra. Hęc eſt vera & indirupta fraternitas: quę gemina amicoꝝ perfectione ac virtute cōcreſcit: cui⁹ ſemel mūdū fœdus nec deſideriorū varietas, nec cōtētioſa diſrūpet contrarietas voluptatū. Tertio dico ꝙ fuit in eis fraternitatis vtilitas. vñ diciť Ecce q̄ bonū. Iſta enim ſpiritualis fraternitas bona & vtilis eſt ad multa, quia ſicut dicit Rabanus ſuper Matth. ca. vlti. Vera fraternitas eſt dū fratrē veneratur deuotū: corripit diſſolutū: quę pręſenti obſequitur: abſentem non lędit: ſano applaudit: infirmum nō deſerit: placatum non prouocat: iratum vt maiorem metuit: & (quod vtiliſſimū

eſt)ad finẽ beatitudinis perducit.vnde bene in preallegato cãtu:hec eſt vera fraternitas ſubditur in fine,peruenerunt ad regna cœleſtia.
¶Sed notandũ q licet hec fraternitas ſpũalis ſit multũ cõmendabi D
lis vt dictũ eſt:vbi tamẽ ſimul cũ carnali cõiũgitur adhuc maior eſt. Fraterni-
Quod patet quia licet deus añ incarnationẽ ſuã multũ dilexerat ho tas carna-
minẽ iuxta illud Hiere.xxxj. In charitate ppetua dilexi te: poſt in- lis auget
carnationẽ tñ ſuã quia caro & frater noſter factus eſt : multo ampli⁹ ad ſpũalẽ.
dilexit nos:ppter fraternitatẽ nõ ſolũ ſpũalẽ ſed & carnalẽ cõtractã.
Noluit eñ deus parentelã contrahere cũ natura angelica ſed cũ humana. Apl̃us. Nuſq̃ apprehendit angelos. Ex quo videtur q inter Hebre.ij.
deũ & hominẽ maior eſt fraternitas q̃ inter deũ & angelũ:maior affinitas:maior cõſanguinitas:& maior cognationis firmitas. Fraternitas que cauſat ex altero parentũ firma eſt,ſed q̃ ex vtroq; firmiſſima. Angelus eſt frater Chriſti tñ ex pte patris eterni,qui eſt pater Chriſti p eternã generationẽ ſed angelorũ per creationẽ. Sed homo eſt frater Chriſti,& ex parte pr̃is eterni qui eſt pater Chriſti p eternã generationẽ & hoĩs p creationẽ, & ex parte matris, quia Maria fuit mater Chriſti,& mater nr̃a. vñ Chriſtus nuſq̃ vocat angelos fratres ſed hoĩes.ps. Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. vñ Geñ. xxxiij. Io- Nota.
ſeph in ſuo cõuiuio maiorẽ partẽ dedit Beniamin (qui fuit frater ei⁹ ex vtroq; parente) q̃ ceteris qui tñ fratres erant ex altero parente. Quia Chriſtus duplicẽ refectionẽ homini dabit,ſcilicet in ſua deitate & in ſua hũanitate,angelos autẽ tñ in ſua deitate reficit. Quia igitur iſti duo ſancti martyres & fratres tã intra ſe inuicem q̃ inter ſe & Chriſtũ fraternitatẽ tã carnalem q̃ ſpiritualẽ inuiolatã cuſtodierunt: ideo magnã portionẽ hereditariã in regno cœlorũ accipere meruerunt. Quod nobis preſtare dignetur,qui &c.

¶ De ſanctis Petro & Paulo Sermo. & in numero. XCIII.

AMabiles & decori in vita ſua in morte quoq; nõ ſunt diuiſi. ¶Verba iſta ſcripta ſũt.ij.Reg.j & dicebat ea A
Dauid ad litterã ad ↄmẽdationẽ Saul & Ionathe,ſed myſtice aſſumi poſſũt ad cõmendationẽ ſctõrũ Petri & Pauli aploꝶ:vt per Ionathã (qui interptatur donũ colũbe) intelligatur Petrus,p Saul vero a quo deriuat Saul⁹ (qui interp̃tatur petitio vel expetẽs) intelligit Paulus, q̃tũ ad priorẽ ſtatũ quãdo petijt epiſtolas in Damaſcũ ad perſequendũ chriſtianos,ſed q̃tũ ad aliũ ſtatũ ſuũ quo Saulus ↄuerſus eſt in Paulũ lõge aliud.peti- Philip.j.
uit eñ tũc diſſolui & eſſe cũ Chriſto. De iſtis itaq; duobus principibus glorioſis conuenienter aſſumptũ eſt verbum ppoſitum. Amabiles & decori &c. in quibus quidem verbis cõmẽdãtur a duobus.

Primo ex perfectione vitę & gratioſitate conuerſationis,cũ dicitur Amabiles & decori in vita ſua. Secundo ex precioſitate & ſocietate paſſionis,cũ annectitur:in morte quoq; non ſunt diuiſi. Quãtum ad primũ perfectio vitę & gratioſitas cõuerſationis iſtorũ apoſtolorũ oſtenditur ex duobus. Primo ex amoris feruore,quia dicũtur amabiles. Secũdo ex virtutũ decore:quia decori in vita ſua fuerũt. In quã primo amabiles,ſcilicet deo:& hoc ideo quia ipi amabãt deũ: amor enim reciprocus eſt. vnde Seneca epiſtola.vj. Si vis amari ama. Et Augu.dicit, nulla eſt maior ad amorẽ inuitatio q̃ pręuenire amãtem. vnde Sapientia increata dicit, Prouerb.viij. Ego diligẽtes me diligo. Iſti autẽ glorioſi apoſtoli,quia ſpiritu ſancto accenſi erãt feruentiſſime amabant deum. Bene ergo ipſi erãt amabiles deo & cõ-
Eccl.xlv. ſequenter hominibus iuxta illud. Dilectus deo & hominibus. vnde de ſancto Sebaſtiano legitur: neceſſariũ erat vt quem deus tãta perfuderat gratia ab omnibus amaretur. Quõ autẽ iſti ſanctiſſimi apoſtoli deum perfectiſſime dilexerunt patet. Nam ſignum excellentiſſimi amoris & amicitię eſt ſe propter dilectũ morti exponere
Ioan.xv. dicente domino. Maiorem hac dilectionẽ &c. & relinquere omnia & nihil pręter ipſum deſiderare. Mat.x. Qui amat patrẽ vel matrẽ plus q̃ me,non eſt me dignus:hoc autem iſti beati apoſtoli fecerunt Quis enim Petro exponendo animã pro Chriſto feruẽtior eſſe potuit,qui Lu.xxj. dixit. Domine paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire. Licet enim diſpenſatoria permiſſione hoc tũc nõ impleuerit,immo ipſum negauerit:conſtat tamẽ ipſum ex immẽſi amoris confidentia hoc dixiſſe. vnde poſt reſurrectionem, Ioã.xxj. quęrente ſaluatore. Petre amas me, Reſpondit,etiã inquit dñe. Et ad huius dicti veritatem declarãdam ipſum dei filium teſtem induxit dicens. Tu noſti dñe quia amo te. Et quotiens dictam negationem ad memoriã reduxit: vbertim pręnimio dolore in lachrymas prorupit. Vnde dicit Clemens de ipſo, ſemper ſudariũ in ſinu ferebat:quo ſemper lachrymas fluentes detergebat. Et ſic flere in cõſuetudinẽ duxerat: tota facies pręlachrymis aduſta videbatur. ipſe etiã oĩa ꝓpter Chriſtũ reliquit & nihil pręter eũ dilexit. Mat.xix. Ecce nos reliquimꝰ oĩa & ſecuti ſumus te:quid ergo erit nobis? vbi in aduerbio demonſtrandi innuit prõptitudinẽ:nõ eñ multũ diſtulit ſed prõpte reliquit. In noĩe diſtributiuo tãgit vniuerſalitatem: nõ eñ partẽ dimiſit & ptẽ reſeruauit,ſed oĩa: in verbo ſequẽdi Chriſtũ tãgit ſui affectꝰ abſtractionẽ:quia multi ſunt qui etſi ſua relinquant: affectũ tamen poſſidendi nõ relinquũt. Petrus autẽ totũ affectũ cõuertit in Chriſtũ dicẽs:ſecuti ſumus te. Et cõueniẽs eſt,quia ſicut dicit Aug. Minꝰ deũ amat q ſecũ aliqd amat, qđ nõ propter eũ amat.

¶Similiter Paulus Apoſtolus ſui amoris excellentiã oſtẽdebat qñ B
pro Chriſto mori volebat, Actu.xxj. quando ꝓhibentib⁹ ei ne aſcẽ
deret Hieroſolymam ne traderetur gentib⁹, reſpõdit. Quid facitis
flentes & affligentes cor meũ: ego non ſolum alligari ſed & mori in
Hieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu. Ipſe etiam
propter Chriſtum omnia contempſit, Gala.vj. Mihi mundus cru
cifix⁹ eſt, & ego mundo. Gloſ. Neq; ego aliquid de mundo cupio:
neq; ipſe aliquid ſuum in me recognoſcit, Philip.iij. Oia arbitratus
ſum vt ſtercora: vt Chriſtũ lucrifacerẽ. De cui⁹ charitate dicit Chry
ſo. Cum Paulus excelſus exiſteret in arce virtutũ: ꝓcipue tñ charita
tis ardore ſuperabat: vt eñ ferrũ in ignem miſſum totũ ignis effici
tur: ſic Paulus charitate ſucenſus totus efficit charitas. vnde ãbo
poterant dicere qđ ſcribit ad Rom.viij. Quis nos ſeparabit a chari
tate Chriſti, tribulatio, an ãguſtia? an pſecutio? an fames? an nuditas
an periculum? an gladius? Omnia eñ hæc feruor charitatis puipen
dere fecit, vñ ſubditur. Certus ſum quia neq; mors, neq; vita, neq;
alia creatura, neq; alia poteſtas ſeparabit nos a charitate dei, quę eſt
in Chriſto Ieſu. Fuerunt aũt ſecundo iſti glorioſiſſimi Apoſtoli de
cori. ¶Sunt enim tres pręcipuę virtutes quę faciũt hominẽ decorũ C
in hac vita tam in oculis dei q̃ hominũ: videlicet caſtitas, charitas
& paupertas. Cui⁹ ratio eſt, quia iſtę virtutes remouent ab hoie tri
plicẽ infectionẽ. Nam caſtitas remouet infectionem carnis: charitas
tollit infectionem ſanguinis, quia dei amorẽ ꝓponit amori propin
quorum & parentum, vnde ſcribit in ps. Obliuiſcere populũ tuum
& domum patris tui: & concupiſcet rex decorem tuũ. Sed pauper
tas tollit infectionem mundi: qui animam inficit ad modũ picis. Ec
cl.xiij. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Has autẽ virtutes iſti
beati Apoſtoli pfectiſſime habuerũt, qa oẽs terrenas diuitias & om
nes corporales delicias & oẽs mundi pompas propter Chriſtũ con
tempſerunt. Secundo commẽdant iſti glorioſi Apoſtoli ex ꝓcioſita
te mortis & ſocietate paſſionis cum dicit: in morte quoq; non ſunt
diuiſi, vnde de eis cantat. Glorioſi principes terrę: quõ i vita ſua di
lexerũt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati, qa in eadẽ vrbe, in eodẽ
die, & ſub eodẽ principe (puta Nerone) paſſi ſunt. Et hoc erat mul
tũ conueniẽs, vt q fuerãt inſeparabiles in merito virtutis: eſſent &
inſepabiles in ſupplicio paſſionis: & p cõſequens in pmio remunera
tionis. Licet aũt ſimul eandẽ mortẽ ꝓ Chriſto paterent: diuerſa ta
men ſupplicia paſſi ſunt. Petrus enim paſſus ẽ crucis afflictionẽ: ſed
Paul⁹ capitis truncationẽ. Et Petrus ſimilẽ pœnã mortis cũ Chriſto
elegit, ſed modũ ſimilitudinis ex humilitate recuſauit: ideo paſſus ẽ
capite deorſum verſo: Chriſt⁹ aũt capite ſurſũ erecto. Et hoc ꝓpter

Charitas caſtitas, & pauptas, hoiem decorũ faciũt corã deo & hoibus

Quare Petrus non eſt crucifixus capite ſursum erecto. Petrus. Primo quia non reputabat ſe dignum vt capite erecto in cruce penderet: ſicut Chriſtus paſſus fuerat, nolens in hoc honori domini ſui ęquiparari, vnde dicit Maxim⁹. Qui cum verſus ſe poſceret cruci figi, paſſionem non renuit, ſed ęqualitatem crucis dominicæ declinauit: vt oſtenderet in ſe humilitatis admirandę virtutem, nouiq; miniſterij diſciplinam, etiam inter tormenta ſeruaſſe. Secũdo qa Chriſtus paſſus eſt pro mundi redemptione: & ideo decuit ipm ad mundum reſpicere: vt amaritudinem paſſionis nobis arcti⁹ imprimeret. Petrus autem paſſus eſt pro ęterna remuneratione, & ideo debuit in cœlũ reſpicere, quia ibi ſui mentales oculi iugiter fixi erãt Tertio hoc fecit ad deſignandum lapſum humani generis per quẽ homo caput mentis in terram defixit: pro cuius emendatione Petrus capite ad terram verſo ſupplicium mortis pati voluit: Chriſt⁹ autem quia nunq̃ peccauit ſed pro peccato ſatiſfecit: ideo capite erecto pati debuit. ¶ De Paulo etiam notandum q̃ caput eius abſciſũ tres ſaltus dedit & quolibet ſaltu, fons aquę erupit. Ad deſignandum q̃ in vita ſua tres ſaltus fructuoſos fecerat. Primum quo ſaltauit de ſynagoga ad eccleſiam. Et tunc aperuit fontem diuinæ miſericordiæ, quæ in ſua vocatione ex hoc euidenter apparet q̃ ipſum vocauit fideles ardente animo odientem. ideo dicitur ſpirans minarum & actu innitentem prauo ſtudio. ideo acceſſit ad principes ſacerdotum. Et eccleſiam perſequentẽ ſollicito miniſterio. vnde ibat in Damaſcum. vt ſi quos inueniret &cæt. Secundum quo ſaltauit diſcurrendo per mundum per fructuoſam doctrinam: & tũc nobis aperuit fontem diuinæ ſapiẽtiæ & cœleſtis doctrinæ. Tertium quo ſaltauit de terra in cœlum: & tunc aperuit nobis fõtem cœleſtis gloriæ: ipſum etiam caput abſciſum nomẽ Ieſu ter clara voce inſonuit. Ad deſignandum q̃ hoc nomen ſecundum Bernardum, ſibi fuerat iubilus in corde, mel in ore, & melodia in aure. Sciendum etiam q̃ in ſuo corpore mortuo quattuor miracula claruerunt. Nam prĩo emanauit vnda lactis, propter eius virginalem puritatem, ſecundo vnda ſanguinis propter martirij acerbitatem, tertio ſplendor lucis, propter ſapientię claritatem, quarto fragrantia odoris, propter famę celebritatem. Ex quib⁹ omnibus datur intelligi q̃ ſicut iſti beati Apoſtoli fuerunt mirabiles in ſua paſſione: ita ſunt ſublimes in æterna retributione. Cuius nos participes faciat Ieſus Chriſtus filius dei.

D Myſtica expõ triũ ſaltuũ capitis Beati Pauli.

¶ De ſancto Petro. Sermo. Et in numero. XCIIII.

A

TV es Petrus,Matth.xvj.¶Sicut Chriſtian⁹ a Chriſto:ſic Petrus dicitur a petra.Petra aũt erat Chriſt⁹ ſupra hanc petram ędificata eſt eccleſia.vnde dominus dicto verbo ꝓpoſito,Tu es Petr⁹,ſtatĩ adiunxit. & ſuper hã petram ędificabo eccleſiam meam.Cuius quidẽ eccleſię Petr⁹ caput eſt,nõ fũdamẽtũ,vñ ſcdm Aug.Chriſtus nõ dixit ſupra Petrũ ſed ſupra petrã ędificabo eccleſiã meã,in capite videlicet & in mẽbris,dicẽdo ergo.Tu es Petr⁹:Chriſt⁹ oſtẽdit Petrũ fundatũ ſupra petram.ſ.Chriſtum excellentẽ eſſe ꝑ alijs Apoſtolis in pluribus pręrogatiuis,quæ ad pręſens poſſunt aſſignari ſeptem.Prima prærogatiua Petri attenditur in fidei firmitate, in qua tantum ſolidatus fuit:ꝙ in fide cæteros Apoſtolos confirmauit dicente ſibi domino Lucæ viceſimoſecundo.Confirma fratres tuos. Nec mirum ſi in fide primatum ſuper cæteros tenuit, quia ei veritas fidei reuelata fuit:vt patet ex verbis Chriſti ante verbum propoſitum in themate quando dixit. Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Poteſt autem dici ꝙ firmitas ſuę fidei manifeſtatur triplici ſigno. Primum eſt promptitudo ad reſpondendum de fide. Nam cum Chriſtus quæreret a diſcipulis. Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis. Petrus pro omnibus reſpondit. Tu es Chriſtus filius dei viui.In quibus verbis confeſſio veritatis in Petro commendatur ex tribus. Primo quia fuit prompta ſine heſitatione.vnde ſtatim Chriſto reſpondit dicens. Tu es Chriſtus &cæte. Secundo quia fuit plena ſine diminutione,quia confitebatur veritatem vtriuſq; naturæ / diuinæ ſcilicet & humanæ in perſona Chriſti. Tertio quia fuit alta ſignificatione, quia confitebatur in Chriſto veram humanitatem ſecundum quam fuit vnctus plenitudine gratiarum cũ dixit Tu es Chriſtus. Et veram deitatem ſcdm quã eſt verus dei filius naturalis cũ ſubdit. Filius dei viui.Secundum eſt fortitudo & cõſtãtia mẽtis ad patiẽdũ ꝓ fide,de qua ſcribit Matth.xxviij. Si oportuerit me mori tecũ,nõ te negabo:in quo verbo expreſſit feruorẽ ſuę fidei licet fragilitatẽ eius animi non perpenderet,vt dicit Chryſo Tertiũ eſt fiducia & magnanimitas miracula operandi per fidẽ,quia nihil impoſſibile credenti reputauit:quod bene patuit in ſui ambulatione ſupra mare,Mat.ix.Domine ſi tu es,Iube me venire ad te ſuper mare Alij autem diſcipuli nauigio venerunt in curatiõe claudi. Cui dixit Actu.iij. In noĩe domini noſtri Ieſu Chriſti ſurge & ãbula,Scda ꝑrogatiua ei⁹ attendit in feruida charitate,quę colligit ex triplici ſigno Primum apparuit ĩ prima Chriſti vocatione,quia ad vnam vocationem qua Chriſtus ſibi dixit,veni ſequere me,Petrus amore vocan.

Vide ſeptem pręrogatiuas Petri.

tis omnia dimiſit & omnia propter Chriſtū cõtempſit, Matth .xix. Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Secundū apparuit in Chriſti paſſione, quia ſecum mori voluit q̄n dixit, Lucę.xxij. Tecū paratus ſum in carcerē & in mortē ire. Tertiū apparuit poſt Chriſti paſſionem, quia prę nimio Chriſti amore ſemper fuit in lachrymis. Habuit enī lachrymas doloris: ex eo ꝙ magiſtrū & dn̄m ſuum negauit, Luc. xxij. Egreſſus foras fleuit &c. Habuit etiam lachrymas ꝯpaſſiõis: ex eo ꝙ Chriſtū tam grauia ſupplicia pati videbat & ip̄m mortuū cernebat. Habuit etiā poſt Chriſti aſcenſionē lachrymas deuotionis: ex eo ꝙ ad ipſum videndū feruide ſuſpirabat: vñ dicit Clemens ꝙ in ſinu ſemp ſudarium ferebat, quo fluẽtes lachrymas detergebat: vnde in tantā conſuetudinē flere duxerat ꝙ tota facies adusta videbatur. ¶ Tertia p̄rogatiua attenditur in ei⁹ maxima humi

C litate, de qua ſcribit Ioan. xiij. Vbi cum dn̄s lauando pedes diſcipulorum ad Simonem peruenisset, ille celſitudinē Chriſti & ſuam paruitatem cõſiderans: tale miniſterium recuſauit dicens Nõ lauabis mihi pedes in ęternum. In quo eius humilitas commendatur ex trib⁹. Primo quia de tali miniſterio per Chriſtū ſibi exhibendo obſtupuit vñ dixit. Dn̄e tu mihi lauas pedes, quaſi diceret, hoc nequaq̄ fieri congruit. Secundo ꝙ tale miniſterium p Chriſtū ſibi fieri prohibuit dicens: non lauabis mihi pedes in æternū. Tertio quia Chriſto ſibi reſpondente. Si non lauero te non habebis partem mecum ĩ cœlis tandem perſuaſus humiliter obediuit cū diceret. Domine nõ tantū

D pedes ſed manus & caput. ¶ Quarta prerogatiua attenditur ĩ Chriſti ſingulari familiaritate: propter q̄d ſciendū ꝙ tres Apoſtoli p̄ cæteris fuerunt Chriſto familiares, videlicet Petrus, Iacobus, & Ioãnes Et ideo iſti tres ad omnia ſecreta Chriſti præ cæteris aſſumebantur q̄d bñ patuit in puellę ſuſcitatione, & in ipſa transfiguratiõe quam iſti tres ſoli viderunt, vt patet Matth. xvij. & in paſſionis lamentatione: pro qua cū orare vellet, prędictos tres ſolos ſecū pręaliis aſſūpſit vt patet Matth. xxvj. vbi dicit gloſſa ꝙ ideo illi tres fuerunt pręcæteris familiares, quia eos nouit præ cęteris meliores: inter quos Pe

E trus ſemper principalis erat. ¶ Quinta prerogatiua Petri attendit in officij ſublimitate. Nam Chriſtus fecit eum paſtorem ſuarū ouiū vt oues quas Chriſtus ſuo ſanguine redemerat: ipſe verbo vitę & alimentis ſuę doctrinę ſatiaret, vnde ſibi ſingulariter dictum eſt. Paſce oues meas. Ter autē ſibi dicitur paſce, quia bonus paſtor ſuū gregē debet paſcere exemplo bonę vitę, verbo doctrinę, & corporali ſuſtẽtatione. Secundo fecit eum clauigerum regni cœlorum, Matthæi xvj. Tibi dabo claues regni cœlorum. Hę autem claues ſunt potentia ligandi & ſcientia diſcernendi. Ad cuius maiorem intellectum ē

ſciendum q̄ ſolus deus remittit peccatum quantum ad maculam quā tollit per gratiā,& quātum ad obligationem ad pœnam æternam. Sacerdos autem peccatum remittit inquantū peccatorē abſolutum oſtendit & a pœna purgatoria abſoluit ſed ipm pœnę ſatiſfactorię ligat & de ipſa partem relaxat. Q̄d bene notatur in ſuſcitatione Lazari, vbi ſolus Chriſtus ipſum a morte ſuſcitauit: ſed diſcipulis tria commiſſit, primo vt lapidem tollerent, ſecundo vt ipſum ſoluerent, tertio vt eum libere abire permitterent. Lapidem enim tollere ē pœnam purgatoriam ī ſatiſfactoriam commutare: peccatorem abſoluere eſt ipſum a deo abſolutum oſtēdere. ſed permittere eum libere abire eſt ei partem pœnę ſatiſfactorię libere indulgere. Tertio fecit eum principem Apoſtolorum, ideo ſcribit̃ Ioan.j. Tu vocaberis Cephas, qđ idem eſt qđ caput: per hoc inſinuans q̄ debuit eē caput & princeps aliorum Apoſtolorum propter qđ ſibi dicitur, Lu. xxij. Cōfirma fratres tuos, quod bn̄ patuit i Barnaba & Paulo quos cum de pręcepto ſpiritusſancti ad prædicandum gentibus mittere deberet pro eis orauit & eis manus impoſuit & ſic ipſos in Apoſtolos gentium cōformauit. ¶ Eſt autem ſciendum q̄ ad iſtam dignitatem pręlationis pater ipſum elegit: quando ſibi diuinitus diuinitatis myſterium pręceteris reuelauit, Matth. xvj. Caro & ſanguis nō reuelauit tibi. ſed pater meus qui eſt in cœlis. Filius autem electum examinauit. & hoc in duobus. Priō in fide recta, quando dixit. Quē dicunt homines eſſe filium hominis? Cui Petrus reſpondit. Tu es Chriſtus filius dei viui. Secundo in dilectione ſyncera, qñ ſibi dixit Simon Ioannis diligis me plus his? hāc aūt interrogationē ideo tertio iterauit: vt per hoc innueretur q̄ p̄lati plus debēt oues diligere q̄ terrenā ſubſtantiā, vel carnalem propriam, ſeu vitam tranſitoriam Spiritus ſanct⁹ vero electū & examinatū confirmauit, qñ in die Pētecoſtes ſeipm̄ ad robur effudit. Tūc eni ſpūſſanct⁹ ſibi & alijs Apoſtolis (qui ſunt ſpūales colūnę eccleſię) potuit dicere qđ ſcribit̃ in ps. Ego confirmaui colūnas eius. Tota vero trinitas Petro (ſic electo, ſic examinato, ſic confirmato plenam iuriſdictionē cōtulit, quia poteſtatem plenā ſibi dedit ſuper cœlum cū dixit. Tibi dabo claues regni cœlorum: & ſuper mundum cum dixit. Q̄dcūq; ligaueris ſup terram erit ligatum & in cœlis: & ſuper infernum cū dixit. Et portæ inferi non p̄ualebūt aduerſus eā. ¶ Sexta p̄rogatiua eius attēditur in collati bn̄ficij ſingularitate, qđ eſt triplex. Primū ē quia fuit efficatior in virtute credendi, Luc. xxij. Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum &c. in quo verbo primo īſinuatur q̄ ei⁹ fides multum fuit a diabolo tēptata, cū pręmittitur. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticū: hoc eni habet hoſtis mali

Aliter eſt Ioan.j. q̄a ibidē Cephas interpretatur Petrus.

Actu. xiij dicit̃ fctā hęc miſſio bar.& Pau. Antiochiæ. & Petrus adhuc erat Hieroſolymis.

G

cia ꝙ vbi inuenit locum magis munitum:ibi maiorem exercet im-
pugnandi conatum.Secundo oſtenditur ꝙ fuit per Chriſtum valde
roboratus,vnde ſcribitur.Ego autem rogaui pro te vt non deficiat
fides tua. Tertio ꝙ fuit nobis omnibus in exemplum propoſit⁹:&
ideo annectitur.Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.
Secundum eſt,quia fuit efficacior in virtute ſanãdi.Non ſolum enĩ
ſanabat ſicut cæteri Apoſtoli verbo orationis ſed etiã verbo iuſſio-
nis:ſicut patet Actu.ix in ſuſcitatione Thabitę cui dixit.Tibi dico
ſurge,& ſtati ſurrexit q̃ erat mortua & cœpit loq.Sanauit etiam ſola
vmbra ſui corporis;ſicut patet Actu.v.vñ ponebãt infirmos i.pla-
teis q p ſolã vmbrã Petri ſanabanł.Sanabat nih lomin⁹ per ſol ã im
poſitionem ſui baculi,vt patet in diſcipulo per quinquaginta dies
defuncto qui per impoſitionem baculi beati Petri ſtatim reſuſcita-
tus fuit.Tertium ẽ ꝙ fuit efficacior virtute orandi,quod patet.Nã
eius oratio aperiebat cœlum ſicut patet Actu.x.vbi dicitur ꝙ ſuper
ipſum in oratione poſitum cecidit mentis extaſis & videbant cœlũ
apertum.Quãdoq; etiam faciebat deſcendere ſpiritumſanctum,ſi-
cut patet Actu.ix.in ipſis Samaritanis quibus munus ſpiritusſãcti
impetrauit.Quãdoq; etiam expoliauit infernũ,ſicut patet quando
ſuſcitauit illum defunctum quem Simon Magus ſuſcitare non pote
H rat.❡Septima pręrogatiua eius attenditur in pmij maioritate Circa
quod eſt ſciendum ꝙ ſi pręmium beatitudinis quod deus cõmuni
ter pręparauit omnibus diligentibus ſe ſecundum Aug.tantum eſt
quod intellectu non capitur:deſiderium & vota tranſgreditur: acq-
ri põt,eſtimari non:põt quãtũ ergo erit pręmiũ pricipis Apoſtoloꝝ
ac doctoris gentiũ:& alioꝝ Apłorũ,q fidẽ catholicã in oẽs fideles p
ſuã doctrinã diffuderũt:& ipſam eccleſiã ſuo ſanguine plãtauerunt
Et ſi iſtos beatos Apłos tãto honore dotauit in mũdo,vt claues re-
gni cœleſtis acciperẽt & thezaurũ diuinę potẽtię & diuinę ſapientię
vel ſapientiã in plena copia poſſiderent:quanto honore & gloria
ipſos ſublimauit in cœlo & ſingulariter Petrum quodã ſpeciali inſi
gnio tanq̃ eorũ principem:vt p̃miũ correſpondeat merito.vnde cũ
Petrus a Chriſto de pręmio beatitudinis quęreret Mat.xix.dicẽs.
Ecce nos reliqmus oĩa & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis .i.qd
dabis nobis pręmij?Ipſe Chriſtus magnitudinem pręmij ipſorũ vna
reſponſione comprehendere non valens:ad quęſtionem Petri tres
repõſiones dedit. Quarum vna exprimit iudiciariam poteſtatem
& eorum regalem dignitatem Mat.xix.Sedebitis ſup thronos duo
decim iudicantes duodecim tribus Iſrael.Alia promiſſio Chriſti de
monſtrat eorum ineffabilem lętitiã & iocunditatẽ,q̃ ponił Lu.xxij.
Ego diſpono vobis regnũ ſicut pater me⁹ mihi diſpoſuit:vt edatis

& bibatis ſuper mēſam meā in regno meo. Per menſā aūt regni cœleſtis principaliter Apoſtolis & conſequenter alijs fidelibus propoſitam: fruitionem regni cœleſtis deſignat, vt dicit Beda. Tertia ponitur Ioan.xiiij. Iterum veniam ad vos & aſſumam vos ad meipſum vt vbi ego ſum: ibi & vos ſitis. Et hoc demonſtrat ipſorū ęternā fœlicitatē. vnde dicit Aug. ſuper verbo prędicto. Quam gloriam maiorem habere adoptatus potuit q̄ vt ſit vbi eſt vnitus ſuo magiſtro? Cuius nos glorię participes & cętera.

ℂDe.S. Paulo ſermo. Et in numero. XCV.

Vas electiōis eſt mihi iſte, Act.x. ℂVerbum iſtud dictū A
eſt a domino de Paulo: in quo verbo beatus Paulus cō-
mendatur a duobus Primo a diuinę gratię receptibilita-
te, vnde dicitur vas. Secundo a diuinę electiōis ſingula-
ritate, quia non qualecūq; vas ſed electionis dicitur. Quantū ad pri- Quare
mum beatus Paulꝰ congrue vas dicitur ratiōe receptibilitatis & lar- Paulus di
gę capacitatis diuinę gratię: vt de eo vere dici poſſit illud Eccl'. Vas ctꝰ ē a do-
admirabile opus excelſi. Ad hoc aūt qd vas aliquod ſit cōueniēs re- mino vas
ceptui nobilis contenti, requiritur qd ſit vas profundū, amplū, va- Eccl'.xliij
cuū, & mundū. ſic ſanctus Paulus poſt receptionem gratię in ſua cōuerſione fuit vas profundum per humilitatem, quia profūde ſe humiliauit, quando cadens in terram & ad vocem domini Ieſu ſe totum a ſe deijciens diuinę voluntati ſe ſubiecit dicens. Domine quid me vis facere, Actu.ix. Quam etiam humilitatem poſtea clariꝰ expreſſit dicens. Ego ſum minimus Apoſtolorum & non ſum dignus &c. j. Coꝝ.xv. Gratia enim diuina ſecundum Auguſtinum, eſt quaſi candela accenſa: lumē inferens & tenebras expellens: vt homo modicitatem ſui melius cognoſcat. Et ideo dicit Gregorius. Quāto qs maius gratię lumen percipit: tanto ſe minorem eſſe cognoſcit. Fuit etiam vas amplum per charitatem. Tanta enim charitate ad ſalutē omnium æſtuabat: ꝙ non ſolum ſalutem aliorum ardenter affectabat: verum etiam pro ipſis hoſtibꝰ fidei mori deſiderabat. ij. Coꝝ.xij. Ego enim libenter impendam & ſuperimpendar pro animabꝰ veſtris: imo (quod magis eſt) pro damnatione aliorum vitanda. ipſe (ſi eſſet poſſibile) a gloria excludi affectabat. Romano. nono. Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, vbi dicit Chryſoſto. ꝙ acerbius ęſtimabat alios non ſaluari q̄ ſeipſum perire Et ſi dicatur hoc videtur eſſe contra verum ordinē charitatis qua quiſq; magis & prius ſuam debet ſalutem appetere q̄ alterius. Dicendum quod verum verum eſt abſolute loquendo: & ideo iſtud dictum debet intelligi ſub cōditiōe hac: ꝙ ſi hoc eēt poſſibile appe-

ti quod vellet pro ſalute aliorum a regno excludi. Iuxta quem mo-
ex.xxxij. dum Moyſes petijt aut populo noxam dimitti aut de libro prædeſtinationis deleri. Subaudi ſi hoc eſſet poſſibile, vt patet Exo.xxxij. Fuit etiam vas vacuum per rerum temporalium & ſuiipſius a ſe omodã euacuationẽ, quia vt dicit Chryſo. Licet Abraam commẽdet quia ad dei pręceptum patriam cognatoſq; reliquit: nõ poteſt tamẽ Paulo ęquari qui non ſolum patriam & cognatos ſed totum mũdũ immo & ſeipſum propter deũ reliquit: imo & cœlum & in eo cõtẽta propter Chriſtũ deſpexit, vñ dicit Phil.iij. Propter Chriſtum omnia detrimentum feci: in tali vaſa vacua bene recipitur gratia: ſecus de his qui ſunt terrenis occupati omnibus pleni: in cuius figura iuſſit Heliſeus mulierem habere vaſa vacua non pauca. iiij. Regũ. iiij. Fuit etiam Paulus vas ſolidum per conſtantię firmitatem, quia vas cordis ſui nulla aduerſitate frangi poterat vt de eo verificetur illud Eccl.xv. Firmabitur in illo & non flectet, vñ ipſe de dei bonitate cõfidens Rom.viij. dicit. Certus ſum ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare a charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fuit etiam vas mundum per continentiã & caſtitatem, imo vt creditur p virginitatem. vnde ipſe per gratiam dei hoc habuit: ꝙ omnis delectatio carnis immũda ſibi luctuoſa fuit, vnde ipſe dixit. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meę: & ſequit: propter qđ dñm ter rogaui
.ij. Corinthio.xij. &c. hinc patet ꝙ in eo oĩs delectatio carnis in luctũ verſa fuit. Quia igitur vas iſtud nobiliſſimum fuit ſic profundũ: ſic amplum: ſic vacuum: ſic ſolidum: & ſic mundum. ideo magnarum multarũq; gratiarum receptiuum fuit.

B ¶ Quantum ad ſecũdum eſt ſciendum ꝙ iſtud vas venerabile non fuit ſimplex vas ſed vas electionis. vt i eo intelligatur impletum illud Eſa.xlij. Ecce ſeruus me⁹ ſuſcipiã eum electus meus complacuit ſibi in illo anima mea. Et ſignanter dicit: electus meus, quia electus ex milibus. Et bñ ex milibus, quia inter mille ſanctos non inuenitur Paulo ſimilis. Fuit aũt illud venerabile vas electum a deo ad capeſſenda multa genera gratiarum: quę ad pſens reduci poſſunt ad tria. Primo fuit illud venerabile vas electum

Paul⁹ fuit vas electũ ad tria capeſcenda. ad dei ſapientiam: vnde recte potuit dici vas ſapientię. Fuit autem prædítus triplici ſapientia, videlicet Moſayca, Euangelica, & diuina Primam didicit in ſcholis Iudęorum Actu.xxij. Ego fui ſedens ſecus pedes Gamalielis eruditus iuxta veritatem paternę legis. Secũdam didicit in ſcholis Apoſtolorum, in quibus magiſtrũ habuit ſolum Chriſtũ Qđ patet, quia ſuum euangeliũ non fuit ſecũdum hominẽ: neq; illđ accepit ab hoie ſed p reuelationẽ Ieſu Chriſti, vt ſcribitur ad Gal.j. Tertiam didicit in ſcholis Angelorum, qñ fuit rapt⁹ in tertium cœlum, vbi audiuit arcana verba quæ non licet homini-

bus loqui, vt patet .ij. Corin. xij. Et qa in his trib⁹ ſcholis gradatim ſe excedentibus/hanc triplicem ſapiẽtiam didicerat, ideo perfect⁹ prædicator erat: quia nomen Chriſti tripliciter prędicabat: videlicet verbo, exemplo, & martyrio. Secundo fuit vas electum ad laborũ inſtantiam: quia tam laborioſus fuit, ꝙ (ſicut dicit Chryſoſt.) nec vnum quidem diem in ocio & quiete paſſus eſt tranſire. Quod probat per hoc, ꝙ vix in ſpatio triginta annorum Romanos & Perſas, Parthos & Mędos, Indos & Aethiopes, iugo ſubdidit veritatis: nã adeo laborioſus fuit, ꝙ noctem pro maiori parte conſumpſit in labore manuum: diem vero in exercitio prædicationis. Vñ dicit Haymo. ꝙ Apoſtolus a gallorum cantu vſq; ad quintam horam manibus laborauit, deinde prædicationi vacabat: & plærũq; vſq; ad noctem ſermonem protraxit. Reſiduum vero tempus in refectione, ſomno, & orationibus conſumpſit. Vnde dicebat ipſe .j. Corint. xv Abundantius omnibus alijs laboraui. Sed ne videretur de ſe gloriãdo hoc dixiſſe, ſubiecit: Nõ autem ego, ſed gratia dei mecũ. ¶ Tertio vas iſtud benedictum, fuit electum ad paſſionum tolerantiam. C

Quod patet in triplici genere paſſionum, quas patientiſſime tolerauit. Primum genus conſiſtit in corporali afflictione. ſecundũ in mẽtali affectione. tertium in mentali tormentatione. Primũ patet. Nã licet in corpore plurimas afflictiones ſuſtinuerit, omnes tamen ad tres reduci poſſunt. Quarum primã pertulit a ſeipſo: ſecundũ ab aduerſario: tertiam vero ab amico domeſtico. quod patet. Nã a ſeipſo pertulit voluntariã corporis caſtigationem: quæ cauſabať a laborib⁹ plurimis, a ieiunijs multis, a fame & ſiti, a frigore & nuditate: vt ipſemet teſtatur .ij. Corin. xj. Ab aduerſario aũt ꝑtulit multifariam periculoꝝ machinationẽ: quia pſeudo apoſtoli multipliciter machinati ſunt in mortem eius. Quod patet. Nã in ciuitate a falſis fratribus ſuſtinuit periculum proditiõis: in ſolitudine ab eiſdem ſuſtinuit tanq̃ a latronibus periculum occiſſionis. ſed in flumine ſuſtinuit ab ipſis periculum ſubmerſionis. Quia illi q non poterant ipſum in ciuitate per proditionem ꝑdere, nec in ſolitudine interficere, conati ſunt ipſum in flumine ſubmergere, licet Chriſto ipſum protegente cunctorum manus euaſerit. Et hoc innuit, cũ dicit: Periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis etiam in falſis fratribus. Ab ipſis vero domeſticis, id eſt, a Iudæis/pertulit variã pœnarũ illationem: quia, vt ipſe teſtatur ibidem A Iudęis quinquies, id eſt quinq; vicibus, accepi quadragenas percuſſiones vna minus. Nam dicit gloſſ. ne viderentur immiſericordes vnum ictum remittebant. Ab ipſis etiam Iudęis in Lichaonia ſemel lapidatus extitit. Et vt tandem ipſorum ſæuiciam declina-

Triplex genus paſſiõis ſuſtinuit beat⁹ Paulus.

ret,& verbum dei Gentibus prædicaret:ter naufragium paſſus fuit
& ideo bene de ipſo dicit Chryſoſtomus. Vis tibi eius mortes oſten-
di? tot vtiq; mortes ſuſtinuit, quot dies vixit. Vnde de omnibus ſi-
mul iſtis dicit vbi ſupra: ꝙ fuit in laboribus plurimis, in carceribus
abundantius: in plagis ſupra modum: & in mortibus frequenter, id
D eſt, in periculis mortis, vt dicit gloſſa. ¶ Secundum patet. Nam ſe-
cundum mentalem affectionem tripliciter paſſus fuit. Primo nanq;
pro eccleſiarum dilatatione, & pro profectu fidelium, habuit maxi
mam ſollicitudinem. vnde dicit vbi ſupra: Præter illa quæ extrinſe
cus ſunt, id eſt, quę patior ab exteriori inſtantia mea quotidiana ſol
licitudo omnium Eccleſiarum. Et ideo dicit Chryſoſtomus: ꝙ nul-
lus angelus populum ſibi creditum ita ſollicite gubernauit, vt Pau
lus Apoſtlus pro defectu omnium eccleſiarum totius orbis ſollicit⁹
fuit. Secundo pro debilium & infirmorum releuatione habuit ma-
ij.Cori.xj. ximam compaſſionẽ. vnde ſubdit ibidem. Quis infirmatur & ego
non infirmor. etiam in periculis mortis. Quis ſcandalizatur & ego
non vror, id eſt, mentaliter affligor. Sic omnibus omnia factus eſt,
& omnium afflictiones ex compaſſionis affectu ſic in ſeipſum trãſ-
formauit, vnde cum gaudentibus gauderet, & cum flentibus fleret
vt patet Roma.xij. Et ideo dicit Chryſoſtomus. Nullus tanto affe-
ctu defiet mala propria, quanto Paulus flebat aliena. Vnde ſecundũ
gloſſam, Quanto maior charitas eſt in aliquo, tanto magis dolet de
peccatis & defectibus alienis. Tertio pro aliorum tribulatione ha-
buit maximam triſtitiam, & deſolationẽ. vnde dicit Roma.ix. Tri-
ſtitia magna eſt mihi pro vobis, & continuus dolor cordi meo. & ſe-
cunda Corinthiorum primo, ſcribitur. Siue tribulamur pro veſtra
exhortatione & ſalute, ſiue conſolamur ꝑ veſtra conſolatione, ſiue
exhortamur ꝑ vr̃a exhortatione & ſalute: ſciẽtes ꝙ ſicut ſocij paſſio
E nũ eſtis, ita & conſolationis eritis. ¶ Tertium patet. Nam maxi-
mã habuit mentis conſtantiã in tolerãtia aduerſoꝝ. Quod per illud
patet, quod ſcribitur. ij. Corint. primo. Nõ eñ volumus vos ignora
re fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, qm̃ ſupra mo
dum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tęderet nos etiam viuere.
Sed & ipſi in nobiſipſis reſponſum mortis habuimus, vt nõ ſimus
fidentes in nobis: ſed in eo qui ſuſcitat mortuos. Vnde propter inui
ctam ſuæ mentis conſtantiã Chryſoſt. dicit: ꝙ ipſe fuit om̃i ſaxo du
rior, om̃i colũna imobilior, & om̃i adamãte durior & fortior. Primũ
patet ꝑ hoc ꝙ tantæ fuit conſtãtiæ, ꝙ nũq̃ alicui aduerſitati cedebat
ſed eã ꝑ mentis conſtantiã viriliter reprimebat, & victorialiter ſupa
bat. Cuius rõ eſt, quia affectiones ſuæ mentis & vires aię ſic fuerũt
in eo per gratiã confirmatę, ꝙ non ſolum nulli aduerſitati cedebat,

verum etiam omnẽ tribulationem quã pro Chriſto pati debuit, alacriter ſuſtinebat. Vnde de ipſo proprie verificatur quod ſcribitur in Pſal. Verbo domini cœli firmati ſunt. quia mens ſua cœlica ita fuit ꝑ verbum æternũ in gratia confirmata, ꝙ oẽm tribulationẽ quã pro Chriſto pati debuit, ſibi gaudium reputauit: iuxta illud Actuum. v. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Secundum patet. Nã ſicut onus lapidis columnæ impoſitum ipſam magis firmat & immobilitat: ſic p tribulationes iminentes mens Pauli magis in Chriſto firmabatur & imobilior deo reddebatur, ꝙ neq; per vincula, neq; p ſupplicia, neq; etiã per mortis ſæuitiã a Chriſto potuit ſeparari: nec ab amore ipſius diuelli. Quod nobis conce. &c.

¶ De.S. Margareta, ſer. vnicus, & in nũero. XCVI.

Inuenta vna ꝓcioſa margarita, abijt & vendidit oĩa quæ habuit, & emit eam. Matth. xiij. ¶ In verbis iſtis beata Margareta cõmendatur ex duobus. Primo ex virtutum varietate: cũ dicitur, margarita. Secundo ex precij inæſtimabilitate: cum dicitur: vendidit omnia. Propter primũ ſciendũ, ꝙ ſancta Margareta comparaẽ margaritę gẽmæ ꝓcioſæ, propter quatuor. Primo, qa rore cœleſti eſt generata. Margarita eñ ex cœleſti rore & Solis influentia generatur: Sic noſtra Margareta cor ſuũ diuinæ ſapientię aperuit, & exinde rorem ſpũs ſancti ſuſcepit: & ſic ꝓcioſa margarita ſpũaliter generata fuit. vnde oſtendit efficaciam ſuę virtutis tam in aere q̃ in igne q̃ in terra. In aere quidem noſtra Margareta virtutẽ ſuam oſtendit, quia pœnã eculei in qua ſuſpenſa fuit magnanimiter ſuſtinuit: nec vnq̃ p hoc in animo deiecta fuit. Oſtendit etiam ſuam virtutem in igne: quia licet ipſa eſſet in igne poſita, ibi tñ remanſit illæſa: quia fuit cœleſti rore diuinitatis pfuſa. Oſtendit inſuper ſuã virtutẽ in terra: quæ præ horrore ſuarũ pœnaꝝ fuit magno tremore ꝯcuſſa, & magnis coruſcationib⁹ fulgurata: ex quo etiã magna multitudo paganoꝝ credidit, & fidẽ Chriſti recepit. Secũdo margarita eſt cãdida: ſic & nr̃a Margareta habuit candorẽ, nõ ſolũ corporis, qa pulcherrima fuit, ita vt Olibri⁹ ea viſa cuperet eã habere vxorẽ, ſi liberæ conditiõis eſſet: ſed etiã habuit cãdorẽ virginitatis: de qua Bernardus. Fulgida virginitas virginum ſigillũ vel cingulũ caſtitatis, gemma virtutũ, germana angeloꝝ, lux aĩæ, lãpas eccleſię, ſemita ſecuriſſima cœleſtis patrię: ꝓpter cui⁹ dignitatẽ cãdorẽ ꝑt de ipa dici: Te agnũ ſine macula &c. Tertio Margarita habet paruitatẽ, ẽ eñ gẽma pua: Sic &. B. Margareta ẽ pua p hũilitatẽ. vñ Ber. Pulchra ꝯmixtio hũilitatis & virginitatꝭ. qa nec placuiſſet Marię virginitas, ſi non affuiſſet humilitas. Tantę eñ humilitatis fuit, ꝙ licet

A

Quare Margareta ꝯpareẽ margaritę lapidi precioſo.

fuerit filia Theodoſij regis Gentilium, de hoc tamen nihil curauit. Sed humiliter ſe nutrici ſubiecit,& eius oues cuſtodiuit.ſecundū il lud Eccl.iij.Quāto maior es,tanto humilia te in omnibus.Et Mat thei.xx.Filius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare.Quar to habuit virtutem ſanguinis reſtrictiuam:ſicut gemma margarita reſtringit fluxum ſanguinis.Quia certe potētiam diaboli, ſanguini eius & ſaluti inſidiātis/deuicit.Cum eñ poſt multas afflictiones po ſita eſſet in carcere,diabolus ſibi apparēs voluit eam deglutire: ſed

B ſigno crucis ſe muniēs,medius crepuit,& ipſa illęſa exiuit.¶Quā tum ad ſecundum de precij inæſtimabilitate ſciendum,ꝙ negocia tor iſte eſt dominus Ieſus Chriſtus, qui quatuor res precioſiſſimas

Quatuor ꝑcioſiſſia dedit Chriſtus vt nos ꝯpararet.

habuit,quas omnes vendidit/vt iſtā margaritam compararet.Qđ patet.Primo namq; habuit veram diuinitatem.j.Ioā.v.Hic eſt ve rus deus,& vita æterna.Hanc aūt pro iſta Margarita cōparanda no bis dedit in præmiū æternæ felicitatis.Quod bene promiſerat aīę deuotę:Eſa.lx.Erit tibi dñs in lucem ſempiternam,& deus tuus in gloriam tuam. Secūdo habuit animam veram, quam nobis dedit in precium noſtrę redemptionis.Eſa.liij.Si dederit pro peccato aní mam ſuam,videbit ſemen longęuum: & volūtas domini in manu eius dirigetur.Quod vtiq; intelligitur de domino Ieſu Chriſto: vt patet Mat.xx.Filius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare, & dare animā ſuam in redemptionē ꝓ multis:in eum ſcilicet credē tibus,vt dicit glo.Ideo autem ſecundum Origenem,aīam ſuam de dit in mortem,vt in ipſum credentes & ſe ſequi volentes,ab æter na morte liberaret.Tertio habuit veram carnem humanam/quam nobis in ſacramento dedit in cibum ſpiritualis refectionis. vñ ſcribi tur Ioan.vj.Qui manducat meā carnem, manducatione videlicet ſpirituali,ſe mihi per fidem & charitatem incorporando,in me ma net & ego in eo. Iſte eſt enim effectus huius cibi ſacramentalis,vt qui ipſum religioſe & deuote manducauerit,Chriſto ſpiritualiter ꝑ grām vnitur,& eius membrum efficitur.¶Quarto habuit verum

C ſanguinem, quem pro nobis fudit in remedium & fulcimētum no ſtrę pegrinationis.Et hoc ꝯuenienter:hō eñ erat famelicus,ſitibū dus,& infirmus.vñ qa erat famelicus,ideo carnē ſuā nobis dedit in cibū.qa ſitibundus,ideo ſanguinē ſuū ꝑcioſum nobis dedit in potū ſed qa fuit infirmus,ideo vtrūq; nobis dedit in remediū:de quo re medio dicit̄ in Coll.Sit ablutio ſcelerum,ſit fortitudo fragiliū,ſit cō tra mūdi ꝑicula firmamentū. Nā iſtud bñdictū euchariſtię ſacramē tū,eſt in remediū ꝯtra pctā ꝑterita/q̄ delet:& ideo dicit̄,ablutio ſcele rū.Et cōtra pctā pñtia,q̄ cauet,& ideo dicit̄ fortitudo fragilium. Et ꝯtra pctā futura,q̄ ꝓhibet: & ideo dicit̄ eſſe ꝯtra ꝑicula mūdi firma

mentũ. Quia igitur prudentiſſimus & piiſſimus negociator Chriſt⁹ cũ carne, & ꝑ tam ineſtimabili ꝑcio emit ſanctã Margaretã: imo & nos oẽs eodẽ ꝑcio ꝯparauit, ſi fuerim⁹ ipſius ſancti imitatores. Imitemur ergo eũ i virtutib⁹, vt ſim⁹ ꝑcij ſui participes i regno cœloꝝ. Amen.

¶ In diuiſione Apl'oꝝ, Ser. j. & in nũero. XCVII.

Sorte diuiſit eis terrã in funiculo diſtributionis. Pſal. lxxvij. ¶ Verba iſta exponi poſſunt dupliciter. Prio in ſenſu allegorico & reali de Apl'oꝝ per mundũ diuiſione. Secũdo in ſenſu tropologico & morali, de graciarũ in aïabus ſanctis diſtributione. Quantũ ad primũ ſenſum de Apoſtolorũ diuiſione tangunt̃ hic tria. Primo tangit̃ Apoſtoloꝝ per mundũ diuiſio, cũ dicitur: Diuiſit eis terram. Secũdo tangitur diuiſionis modus & ꝯditio, cũ dicitur: Sorte. Tertio tãgitur terraꝝ, per quas diuidebãt̃, diſtributio, cũ dicit̃, In funiculo diſtributionis. Primo igit̃ tangitur Apoſtoloꝝ per mundum diuiſio, in eo qd̃ dicitur: Diuiſit eis terrã. Et quis diuiſit? Certe ſpũs ſanct⁹, quẽ omnes antea acceperunt: qui diuiſit eos ꝑ vniuerſas terras: vt implerer̃ in eis illd̃ qd̃ ſcribit̃. Gen̄. xj. Diuiſit eos dñs ex illo loco in vniuerſas terras. Ex illo inquã loco, ſcꝫ prius q̃ fieret hęc eoꝝ diuiſio generalis. Nã ſicut legit̃ i Eccl'iaſt. hiſto. ꝑceptũ fuit apl'is a Chriſto, vt poſt paſſionẽ ſuã duodecim annis ꝑdicarẽt i Iudęa. iuxta illd̃ Mat. x. In viã Gentiũ ne abieritis. Expletis aũt illis duodeci annis qb⁹ apl'i in Hieruſalẽ, & finib⁹ Iudęę ꝑdicauerũt, cũ ex ꝑcepto dñi ꝑ orbẽ diuidi deberẽt, iuxta illd̃ Mar. xvj. Euntes in mũdũ vniuer. ꝑdi. Euãg. om. cre. Ex tunc ꝯueniẽtibus apl'is in Hieruſalẽ, dixerũt ad Iudęos. Vobis qdẽ oportuit primũ nũciari verbũ dei: ſed qm̃ illud repellitis & indignos vos iudicaſtis vitæ æternæ: ecce conuertimur ad Gẽtes. Et ex tũc Apl'i celebrato cõcilio, cœperũt paulati de Iudęa tranſire ad Gẽtes, vt i pleret̃ illd̃ Pſal. In oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ. &c. ¶ Secũdo tangit̃ diuiſionis eoꝝ modus & cõditio, cũ dicit̃: Sorte. Cuiuſmodi aũt illa ſors fuerit, dici põt ſicut de electiõe Matthię, q ſorte elect⁹ eſt in Apl'm. Qualis aũt illa ſors fuerit, de hoc ſunt duę ſctõꝝ patrũ ſentẽtiæ. Hieronym⁹ eñi & Beda volũt ꝙ hę ſortes tales fuerũt, quales illę quaꝝ in lege veteri in electiõe ſummi Põtificis celeberrim⁹ vſus erat. Dionyſi⁹ aũt i de Eccl'iaſt. hierar. dicit. ꝙ illa ſors nihil aliud fuerit, niſi donũ thearchicũ: velut q̃dam ſplẽdor & radius diuinit⁹ ſup Matthiã emiſſus, ꝑ quẽ ipẽ oñdebat̃ in Apl'm aſſumẽdus. Sic in ꝓpoſito poſſet dici, ꝙ in Prouinciarũ diuiſione ſcdm̃ nũerũ Apl'orũ deſcripta, orãtib⁹ ipſis ꝑ radiũ diuinit⁹ emiſſum, vel exterius in quodã ſplendore, vel interius in eorũ mẽtibus ſpiritus ſancti illuſtratione oſtendebatur, q̃ ꝓuincia cuiq; eo-

rum cederet: Ipſe eñ ſpiritus ſanctus docebat eos omnia. Ioan. ix. Vnde de ſingulo Apoſtolorum legitur, ꝙ talem vel talẽ prouinciã in ſortẽ prædicationis accepit. Tertio tangitur terrarum p quas diui debantur, diſtributio: cũ dicitur, In funiculo diſtributionis. Per funiculum intelligitur menſura. vnde dicit Caſſ. Funiculus diſtributionis tractus eſt ab illis, q terram tenſo fune diuidunt. Et poſſibile eſt, ꝙ Apoſtoli oẽs terras mundi quaſi tenſo fune conſiderationis men ſurauerunt: & ſic per ſortem (vt dictum eſt) ſinguli ſingulas terras in ter ſe diſtribuerunt, & ita diuiſi fuerunt in vniuerſas terras. Itaq; Petrus Romam adijt. Paulus Græciã. Andreas Scithyam & Achaiã. Ioannes Aſiam. Thomas Parthiam, Bracmaurã, & Indiam. Philippus Syriã & Aſiam. Barptolomeus Lichaoniã. Matthę⁹ Aethiopiã Simõ Aegyptũ. Thadęus Meſopotamiã. Matthias Iudęã. Iacob⁹ vterq; Hieroſolymis martyrium acceperunt: vnus ante diuiſionẽ, alter poſt. Quidam etiam eorũ interdũ ad alias Prouincias tranſiue

C rũt per reuelationem. ¶ Quantũ ad ſecundũ ſenſum ſcilicet tropologicũ & moralẽ, de diſtributione gratiarũ in aĩabus ſanctis, verba p̃miſſa exponendo, notantur hic tria ad ſpũalem diuiſionẽ ptinentia Primũ eſt diuinę p̃deſtinationis gratuita electio, ibi: Sorte Secundũ eſt in ipſis ſanctis aĩabus ſpũalis diuiſio, ibi: Diuiſit eis terrã. Tertiũ eſt gratiarũ & donorũ dei proportionalis diſtributio, ibi: In funiculo diſtributiõis. De primo dicit Pſal. Deus meus es tu, in manib⁹ tuis ſortes meæ. Vbi ſecundum Augu. per ſortem accipitur gratuita electio diuinæ p̃deſtinationis, qua ſine meritis quos vult, eligit ad ſalutem æternam. Et hęc ſors dicitur eſſe in manibus dei, qꝛ hmõi electio in ſola voluntate dei eſt, & eius executio actiue, paſſiue autẽ in ĩpo p̃deſtinato. & ideo dicit: Sortes meę. Hęc eñ ſors eſt dei qtãtũ ad p̃deſtinationẽ actiuam. Ephe. j. Elegit nos in ipſo añ mundi cõſti tutionẽ. Sed eſt ſors mea quantũ ad executionẽ paſſiuam. ſecundũ illud Augu. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Requiritur eñ liberum arbitriũ noſtrum ad aſſecutionẽ bonorũ, ad q̃ nos deus p̃deſtinauit. Et ſecundũ hunc intellectum dicit Augu. Si non es p̃deſtinatus, fac vt p̃deſtineris. i. vt ſors quæ eſt in manibus dei, ſi at etiam ſors tua. Vnde de viris ſanctis dicitur Sapiẽ. v. Ecce qũo cõ putati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. Vbi ſors vocatur effectus p̃deſtinationis, q̃ eſt adoptio beatitudinis, quæ ſors ẽ iam illoꝝ. Et bene dicitur ſors: quia quantumcunq; homo hic viuit incertus eſt ſi beatitudinẽ habebit, propter mutabilitatẽ liberi arbitrij noſtri & pronitatẽ ad peccandũ. Eccl. ix. Sunt iuſti atq; ſapiẽtes, & eoꝝ opa in manu dei. Sed neſcit homo, vtrum odio vel amore dignus ſit: & omnia in futurum ſeruantur incerta. Et ideo dicit Augu.

ſuper verbo aſſumpto, ꝙ ſors in manibus dei eſt gratuita mea ele-
ctio,quæ de dei voluntate & iuſtitia occulta venit. Pro hac ſorte adi
piſcenda & conſeruanda,orauit Heſter,cū dixit. Heſt.xiij. Dñe pro
picius eſto ſorti & funiculo hęreditatis tuę. ¶De ſecundo cum dicit D
Diuiſit eis terram:tangitur ſpiritualis diuiſio, quæ celebrari debet
in terra,id eſt,in anima fructifera & virtutibus fœcunda. Ad cuius Triplex
euidentiam eſt ſciendum,ꝙ homo diuinus volēs ſuæ prędeſtinatio diuiſio a
nis conſequi fructum,debet triplicem diuiſionem facere. Debet pri Chriſtiāo
mo diuidere ſpiritum ab anima,id eſt ab animalitate. Secundo,intel facienda.:
lectum a ſenſualitate. Tertio voluntatem a peccati vilitate. De pri-
mo dicit Ariſt.in primo de anima. Anima ē principiū motiuū ope-
rationum vitaliū. Mouet eñ anima corpus animatū naturaliter ad
opera naturalia,animalia,& corporalia. Et qui ſecundum illum mo
dum viuunt,morientur morte æterna. Apoſt.Ro.viij. Si ſecūdum
carnem vixeritis,moriemini,ſcilicet æternaliter. Vnde neceſſarium
eſt ad æternam vitam,vt talia reſtringantur: ſed optime reſtrigunt
per diuiſionem ſpiritus ab anima. ¶Sed diceres,quō iſta diuidi poſ E
ſunt quæ ſunt vnum in eſſentia,ſcilicet anima & ſpiritus? Reſpōſio,
ꝙ diuidi habent quantum ad opera: quia aīa prout habet opationē
alendi corpus,dicitur anima: ſed prout agit ſpiritualiter,dicitur ſpi
ritus.vnde dñs Ieſus dixit in cruce: Accipe ſpiritum meum: qa ſpiri
tualia opera habuit:nō animalia. Sicut epiſcopus poteſt vocari epiſ-
copus & princeps: epiſcopus, prout ordinat clerum: princeps,pro-
ut regit principatum:& tamē vnus ē homo. Sed ſpiritus & anima di
uidi debēt gladio acutiſſimo,ſcilicet verbo dei,quod eſt acutiſſimū.
Ad Hebræos quarto. Viuus eſt ſermo dei & efficax, & penetrabi-
lior omni gladio ancipiti, pertingens vſq; ad diuiſionem animæ &
ſpiritus. De hac diuiſione dicit Auguſtinus de ſpiritu & anima. Ni-
hil enim in creaturis hac diuiſione mirabilius, vbi illud quod eſſen
tialiter vnum atq; indiuiſum eſt ſecundum ſeipſum, quadam par-
titione diuiditur. Neq; enim in homine alia eſt animæ,alia ſpiritus
eſſentia:ſed vna/eademq; ſingularis naturæ ſubſtantia. Non enim
in hoc gemino vocabulo/gemina intelligitur ſubſtantia: ſed cum
ad diſtinctionem proceditur, gemina vis eiuſdem eſſentiæ/ vna in-
ferior, alia ſuperior ſpiritus deſignatur. Et ſequitur. In hac autem
diuiſione anima & animale in imo remanent,& quod ſpiritus & ſpi
rituale eſt,ad ſumma euolat, & ab infimis diuiditur, vt ad ſumma
ſubleuetur:& ab anima ſcinditur,vt domino vniatur. Q m̄ qui adhę Ro.viij.
ret deo, vnus ſpiritus eſt. Felix diuiſio & mirabilis ſeparatio, vbi qđ
corpulentū eſt,in cœno remanet: qđ aūt ſpūale & ſubtile eſt/vſq; ad
ſpeculationē diuinę gl̃iæ ſublimat,& in eandē imaginē trāſformat.

F ¶De ſecundo dicit Ariſtoteles in tertio de Anima. Intellectus nullum organum carnale habet. vñ ſimpliciter eſt ſpũalis. Potes ergo eum a ſenſibus diuidere p modũ regiminis & dominij: ita vt ipſe regat ſenſus, id eſt viſum, vt videat honeſte: auditum, vt audiat decẽtia. & ſic de ſingulis. Quia iſti ſenſus aliqñ ſunt inclinati ad illicita, & carnalia: & q̃uis ſic fiat, tñ intellectus non debet cõſentire: ſed debet gubernare & refrenare. Ptolome⁹. Inſita naturæ per intellectũ gubernãtur. Propterea Ariſtoteles in. ij. de Anima dicit. Conuenit intellectũ ſeparari a ſenſibus: ſicut perpetuũ a corruptibili. ſcilicet, vt hic accipiatur quantũ ad opationes, q̃ non debent eſſe ſenſuales in Chriſtiano: ſed magis rationales, ſecundũ illud Apoſt. Rationabile obſequiũ veſtrũ. Et hoc ſummũ bonũ, id eſt, beatitudinẽ cœleſtẽ attingit, ſi ſecundũ intellectũ & rationẽ viuat. Iſido. de Sũ. bo. Summũ bonũ ex hoĩe poſſibile eſt, ſi viuat ſecundum intellectũ. Hmõi autem diuiſio intellectus a ſenſualitate, maxime cõuenit cõtemplatiuis, qualis fuit Auguſtinus: qui in libro de contemplatione domini noſtri Ieſu Chriſti, ca. xx. ſic ait. Tu dulcedo amoris & amor dulcedinis. Tu mihi cor tene, mentem rege, intellectum dirige, animũ ſuſpende, & in ſuperna fluenta os ſitientis te ſpiritus trahe. Taceãt quęſo tumultus carnalium: conticeſcant phantaſiæ terrarum, & aquarum, aeris & poli: taceant ſomnia, & imaginariæ reuelationes: omnis lingua, omne ſignum, & quicquid tranſeundo fit: ſibi ſileat

G & ipſa anima, & tranſeat ſe non cogitãdo ſe: ſed te deus meus. ¶De tertio dicit Ariſto. v. Ethico. Nullus operatur iuſtum vel iniuſtũ niſi volens. Et ſe. xxvij. Valentior (inq̃t) omĩ fortuna eſt voluntas: & in vtranq; partẽ ipſa res ſuas ducit, beatæq; ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. Diuide ergo volũtatẽ a quocũq; pctõ, & nõ erit tibi pctm̃. Aug. Pctm̃ eſt ita voluntariũ, ꝙ ſi nõ eſt voluntariũ, nõ eſt pctm̃. Ecce q̃ bona & vtilis eſt talis diuiſio, quæ etiã ignem infernalem extinguit Bernar. Ceſſet voluntas, & non erit infernus, ſcilicet ardens peccatũ ſine voluntate. & ſic econuerſo, nec bona opera valent ſine bona volũtate. Vñ Ariſtoteles in. j. Ethicorũ. Virtus eſt habitus volũtarius. Pſal. Voluntarie ſacrificabo tibi. Chryſoſtomus. Sicut peccati opus ſine volũtate nihil facit, ita & iuſtitia ex opere nõ conſummat, niſi voluntas affuerit. Vnde Bernardus in de Libero arbitrio. Sola bona voluntas interdum ſufficit: cætera non proſunt, ſi ſola defuerit voluntas. Voluntas quippe eſt motus rationalis & ſenſui præſidens & appetitui. Habet ſane (quocunq; ſe voluerit) rationem ſemper comitem, & quodammodo pediſſequam. Non ꝙ ipſa ſemper ex ratione ſed ꝙ nunq̃ abſq; ratione moueatur: itavt multa faciat p ipſam contra ipſam, hoc eſt per eius quaſi miniſteriũ ꝯtra eius cõſilium ſi

ue iudicium. Eſt vero ratio data voluntati, vt inſtruat illam: non vt deſtruat. Beati ergo qui diuidũt voluntatem ſuam a peccato, & vniunt eam deo: quod optabat Pſalmiſta dicens. Doce me facere volũtatem tuam. E conuerſo miſeri ſunt qui diuidunt voluntatem ſuam a deo, & copulant eam peccato. de quibus Apoſtolus ad Epheſios ij. Facientes voluntatem carnis & cogitationum. Tales ſunt filij irę, vt dicit ibidem. Tertio cum dicitur in funiculo diſtributionis, tangit gratiarum & donorum dei proportionalis diſtributio. Non enĩ deus dat gratias ſuas omnibus/etiam ſanctis indifferẽter & ęqualiter: ſed dat eas ꝓportionaliter ſecundum menſuram capacitatis cuiuſlibet. vnde Apoſtolus Ro. xiij. Vnicuiq; ſicut diuiſit deus menſuram fidei: & ſubdit. Habentes donationes ſecundum gratiam quæ data ẽ vobis differentes. vbi dicit gloſſa: ꝙ illi in quibus habitat deus per gratiam habitat in eis ꝓ ſuæ capacitatis diuerſitate: ſed differenter, alij amplius, alij minus. Et hæc ꝓportionalis diſtributio donorum intelligitur hic per funiculũ diſtributionis. de quo in alio loco Pſal. Semitam (inquit) meam & funiculum meum inueſtigaſti. Per ſemitam intelligũtur conſilia euãgelica, per quę perfecti incedunt, ſicut per viam intelliguntur mandata, per quę communiter omnes fideles ambulant: per funiculũ vero menſura capacitatis cuiuſlibet deſignatur. Deus ergo per ſuam ſapientiam ab ęterno ſemitam, & funiculum cuiuſlibet in ſua prædeſtinatione inueſtigauit: & ſecundum hoc ei gratiam & gloriam diſpenſauit. Et quoniam huiuſmodi ſemitæ & funiculi ſunt differentes: ideo Apoſtolus poſtq̃ dixit verbum præmiſſum: habentes donationes ſecundum gratiam quæ data eſt vobis differentes: adiecit. Siue prophetiam ſecundum regulam fidei: ſiue miniſterium in miniſtrando: ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui pręeſt i ſolicitudine: qui miſeretur in hilaritate. &c. quæ ibi ſubijcit. Similiter. j. Corin. xij. Vnicuiq; (inquit) datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. & hoc ꝓ contemplatiuis. alij ſermo ſcientię, & hoc pro communi doctrina fidelium: & ſic de alijs quæ ibi ponit, ſubdens. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus: diuidens ſingulis prout vult. Tali funiculo diſtributionis gratiarum, & donorum diuiſi fuerant Apoſtoli differenter. Nã Petro dedit dñs principatum Apoſtolorum: Paulo Apoſtolatum Gẽtium: Ioanni priuilegium amoris. Andreę myſterium crucis. Beatę Marię fœcunditatẽ virginalẽ. & ita de alijs. Et ſimiliter eſt de ſingulis hoib⁹ deuotis, ꝙ quilibet habet aliqđ donũ dei: ita ſibi ſingulare, ꝙ nulli alteri illo modo competit. Exemplũ in facie hũana. Hinc eſt ꝙ de quolibet ſancto cantat. Nõ ẽ iuẽtus ſilis illi. vñ Bern.

ſup Cantl.ſer. Non oib' eodē mō data eſt gratia. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus i ſinu patris: Paulus in tertio cœlo gratiam aſſecutus: & alij aſſecuti ſunt. De hac materia habes plenius in opere Poſtillarum.xxxix.b.

¶Ser.ij, Ad idem: & in numero.XCVIII.

EGo elegi vos, vt eatis, & fructū afferatis. Ioan.xv. Verba iſta accipi poſſūt dupliciter. Vno mō de Apoſtolorū corporali diuiſione. Alio modo de ipſorū ſpirituali cōmendatione. ¶Primo modo applicādo verba ipſa ad ꝓpoſitū: non eſt dubiū beatos Apoſtolos a Chriſto fuiſ
A ſe ſpecialiter electos ex omnib' hoibus mūdi. vnde bene Chriſt' ad eos dixit. Ego elegi vos. Et quia ad hoc elegit, vt irent & portarent nomē ſuū ꝑ totū mūdū: ideo apte adiungit, vt eatis. Quod ꝓprie refertur ad iſtam ſolennem diuiſionem eorum. Tunc eñ diuiſi ab inuicem corporaliter: ſemꝑ tamen remanentes i vnum i vinculo charitatis mentaliter ire cœperūt ꝑ orbem vniuerſum. vt iplerent illud quod p̄ceperat eis, Mar.xxj. Euntes in mūdū vniuerſum, quod fieri nequaꝗ potuit abſq; eoꝝ corporali diuiſione quę hodie celebratur. Ibant autē ſinguli ad ſingulas ꝓuincias, quas i ſortē p̄dicationis acceperant. Ad quid autē faciēdū ire deberent, ſubiungit. Et fructum afferatis. Non eñ debebāt ire inuacuū, ſed afferre fructum. Miſit autem eos dominus ad faciendū quatuor: ex quibus in eccleſia dei magn' fructus ꝓuenit. Primo miſit eos ad teſtificandū. Actuum.j. Eritis mihi teſtes i Hieruſalem, & in oñi Iudęa, & Samaria, & vſq; ad vltimū terræ. Secundo miſit eos ad p̄dicandū. Mar.xvj. Euntes in mundū vniuerſū p̄dicate euangeliū oi creaturæ. Tertio miſit eos ad miracula faciendū. Matthęi.x. Cōuocatis Ieſus Apoſtolis dedit eis poteſtatē ſuper omnia dęmonia: & vt languores curarēt, & ſanarent infirmos. hanc poteſtatē dedit ad eorum teſtimonium roborandum, & ad doctrinam eorū confirmandā. Quarto miſit eos ad patiendum. Ioan.xx. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Grego. Sicut miſit me pater ad paſſiones mundi: & ego mitto vos in mundū ad eaſdē paſſiones tolerandas. Ex his quantus fructus ꝓuenerit apparet euidenter: quia fides nominis Chriſti per vniuerſum mūdum
B diuulgata eſt. ¶Alio modo verba p̄miſſa referendo ad ipſoꝝ Apoſtolorū ſpiritualē cōmēdationē dicere poſſumus, ꝙ i verbis iſtis inuūtur tria bñficia ſingularia a Chriſto Apl'is ipēſa. Primū ē ipoꝝ electio ſpūalis. Scdm eoꝝ ꝓgreſſio virtualis. Tertiū ē ipoꝝ fructificatio ſpālis ſiue ſpūalis. Primū notat, cū p̄mittit. Ego elegi vos. ſcdm notat, cū addit, vt eatis. tertiū cū ānectit, & fructū afferatis. Circa primū ē ſciēdū, ꝙ ſcti Apl'i fuerūt a deo electi dupliciter: videlicet ęternalr &

tpaliter. Aeternaliter i ſua ęterna p̄deſtinatione, in qua ipſos ad pfe
ctionē apl̄icā ab ęterno vocare diſpoſuit. Tpaliter vero in ſua corpa
li vocatiōe, ꝑ quā ipos ad ſui ſeq̄lam & imitationē tpaliter euocauit
De prima electiōe p̄t intelligi qđ ſcribit Ephe.j. Elegit nos in ipſo
añ mũdi cõſtitutionē.i.ab ęterno, vt eſſem⁹ ſcti & imaculati in ꝯſpe
ctu ipſius in charitate. In quo verbo innuit triplex effect⁹, ſiue fru
ctus ęternę electionis. Prim⁹ eſt, qa ꝯfert ipſis p̄deſtinatis ſanctifica
tionē gratioſam. & ideo dicit: Vt eſſemus ſancti .i. virtutibus & grã
pleni. Secundus eſt, qa ꝯfert mentibus refectionē dulcoroſam. ideo
dicit: Et imaculati. Puritas eñ mētis/magnã iocũditatē & exultatio
nē tribuit. vñ ſcribit Prou.xv. Secura mēs quaſi iuge cõuiuiũ. Ter
tius eſt, qa cõfert ipſius dei cognitionē radioſam. ideo dicit: In ꝯſpe
ctu eius .i. vt ipſius gloriã ęternaliter contēplemur. Quæ qdē viſio
ſiue contēplatio eſt tota merces beatoꝶ, vt dicit Augu. ¶ Secundo
Chriſtus ſanctos apl̄os elegit electione tpali p ipſoꝶ corporalē voca
tionē. De qua Ioan.xv. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Põt
aũt dici ꝙ Chriſtus ipſos elegit ad triplicē actũ priuilegiatũ. Primo
quidē ad viriliter pugnandũ ꝑ fidei veritate. Secũdo ad ſuauiter cõ
uiuandũ in cœnę ſocietate, vbi veꝶ corpus ſuũ ipſis ſacramētaliter
ſumēdũ dedit. Tertio ad potēter iudicandũ in finalis iudicij auſteri
tate. Quantũ ad primũ, elegit eos in pugiles: quãtũ ad ſecundũ, i cõ
uiuas: quãtũ ad tertiũ, in iudices. q̄ oia ſunt priuilegiata officia in cu
rijs regũ & principũ. De primo dicit Mat.iiij. Eſtote fortes in bello.
& pugnate cũ antiquo ſerpēte &c. In qb⁹ verbis ꝯſtituit eos pugiles
ad pugnãdũ tã ꝯtra ꝯcupiſcētias vicioꝶ i ſeipſis/q̄ ꝯtra ipugnatores
fidei Chriſtianę i alijs: vt p mētis ꝯſtantiã in hmõi bello fortes exiſte
rēt. vñ dicit, Eſtote for. in bel. Et qm̄ hmõi ipugnatiões/tã ꝯcupiſcē
tiaꝶ/q̄ etiã tyrãnoꝶ/ſępe ab hoſte ãtiquo excitãt: iõ hortat eos ſecũ
do, vt ꝯtra eũ viriliter pugnēt. vñ ſubdit. Et pugnate cũ ãtiquo ſerpē
te.i.diabolo. ſic fecit Pau.j Cori.ix. Sic pugno nõ q̄ſi aerē verberãs:
ſed caſtigo corp⁹ meũ & i ſerui.re. Sic(inqt) pugno.ſ.ꝯtra oēs hoſtes
mihi aduerſantes.ſ. mũdũ, carnē, & diabolũ: nõ q̄ſi aerē verberãs.i.
nõ pugno tm̄ verbis/ſed etiã opib⁹ & factis. Silr & oēs apl̄i ꝑ fide pu
gnauerũt, vt patet inducēdo p ſingulos: q oēs velut triũphatores pu
gna coronã martyrij adepti ſũt. vñ ſubiũgit, Et accipietis regnũ ęter
nũ. ¶ Scđo elegit eos i ꝯmēſales & ꝯuiuas, dicēs eis: Cãt.v. Cõedite
amici, & bibite chariſſimi. In qb⁹ verbis ip̄e ſpõſus.i. Chr̄us/inuitat a
micos ſuos ad comedēdũ & bibēdũ. Inter oēs hoies aũt mũdi, apl̄i
fuerũt amici Chriſti. qbus ait. Ioan.xv. Vos amici mei eſtis. & iteꝶ
Vos aũt dixi amicos, quia oia q̄ audiui a patre meo, nota feci vobis.
Hos inquã amicos ipſe ſuos ꝯmenſales, & cõuiuas conſtituit: imo

Triplex fruct⁹ electionis diuinæ.

C

D

etiam ipſis in vltima cœna ꝓprijs manibus corpus ſuum in cibum: & ſanguinem ſuum in potum dedit, dicens. Accipite & comedite. iterum. Accipite & bibite ex eo omnes. & ibidem nihilomin⁹ eis tā q̄ ſuis chariſſimis amicis mēſam ſuam in æterno conuiuio diſpoſuit dicēs. Lucę. xxij. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis ſuper mēſam meam in regno meo.

E ¶ Tertio elegit eos in iudices. Mat. xix. Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me: ſcilicet meam ſanctitatem & virtuoſa opera imitātes: in regeneratione. i. in finali mūdi renouatione: cum ſederit fili⁹ hois in ſede maieſtatis ſuę: quia Chriſtus iudicabit i forma humana, in qua ab impijs iudicatus fuit. ſedebitis vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodeci tribus Iſrael. quia ſcilicet vobis credentibus illi credere noluerunt. Ex quibus verbis patet ſecūdum Greg. ꝙ non ſolum diſcipuli: ſed omnes illi qui res poſſeſſas & propriā voluntatē ꝑ Chriſto reliquerunt, cum Chriſto iudicabunt. ¶ Eſt tamen ſciendum ꝙ multiplex eſt modus iudicandi. Primus eſt primarię vel ordinarię poteſtatis: & ſic ſolus deus iudicabit. Secundus eſt ſubauctoritatis vel delegatę poteſtatis: & ſic iudicabit Chriſtus inquantū homo: quia pater omne iudicium dedit filio. Ioan. v. Terti⁹ eſt aſſeſſorię dignitatis: & ſic iudicabunt Apoſtoli, qui ſūt etiam omnib⁹ eminentiores: & ideo debent ſedere ſuper thronos: tanq̄ illi qui legibus diuinis adiplendis perfectam operā dederunt. Quartus modus eſt approbationis: & ſic omnes ſancti & angeli cum Chriſto iudicabūt: quia veram eius ſententiam approbabunt. Et licet deus i iudicio appareat i forma glorioſa: hæc tn̄ claritas dānatis i tormentum erit & pœnā: quia ꝑ hoc ſpecialiter torq̄būť: ſcilicet quia ꝑ ſua demerita illam ꝑdiderunt, quā iuſti bonis meritis acquiſierunt. &c.

F

De multiplici mō iudicandi.

¶ Subſer. j. Ad idem: & in numero. XCIX.

VTeatis, vbi ſupra. In hoc verbo tangiť Apřorū ꝓgreſſio virtualis, qua quotidie ꝓfecerūt de virtute in virtutē vt ſcribiť Pſal. quod notať, cū diciť. vt eatis. i. vt i ꝓgreſſu virtutū iugiter ꝓficiatis. Q đ ē contra pigros & deſides, q nō ꝓficiūt, ſed ſēꝑ i quadā tepiditate ſubſiſtunt.

A ¶ Vt aūt clari⁹ appareat qualiter i virtutib⁹ ꝓficere debeam⁹, dici poteſt. Ꝙ aliter ire dn̄t icipiētes, aliter ꝓficiētes, & aliter ꝑfecti. Cui⁹ eſt rō qa ſtat⁹ icipiētiū ſcđm Bern̄. diciť aialis: ſtat⁹ ꝓficiētiū diciť rōnalis: ſed ſtat⁹ ꝑfectoꝝ diciť ſpūalis. Cōſtat aūt, ꝙ multa toleraāť i ſtatu aiali: q̄ rephēſibilia eēnt i ſtatu rōnali. Et multa tolerari poſſēt i ſtatu rōnali: q̄ eēnt rephēſibilia i ſtatu ſpūali. Et ideo pōt dici, ꝙ icipiētes potiſſie dn̄t ire & ꝓficere i trib⁹. Prio i inocētię recupatiōe: qđ fit ꝑ pœnitētiā. Quæ ſcđm Augu. peccata diluit: & angelicę felicitatis cōſor-

In qb⁹ debēt potiſſimū ꝓficeř icipientes.

tes facit. Non ſolum autem pœnitentia innocentiam reſtituit:ſed quandoq; homo per pœnitẽtiam ad maiorem reſurgit gratiam. vnde Ambro. Felicior inquit fact⁹ eſt Petrus, poſtq̃ fidem ſe ꝑdidiſſe defleuit:atq; ideo meliorem gratiã recepit quã amiſit. Qualiter autem agenda ſit pœnitentia pro recuperatione innocentiæ, docet idem Ambroſi. dicens. Qui pœnitentiam agit paratus debet eſſe ad opprobria perferenda, iniuriaſq; ſubeundas:nec commoueri, ſi quis ei ſui peccati crimen obijciat. Sic euntes erant Apoſtoli, q oĩs iiurias eis illatas patienter ſuſtinuerunt, & peccata pręterita defleuerunt. Exemplum de Petro qui egreſſus foras fleuit amare. Secũdo debent ire & proficere in peccatorum ſuorum amara recordatione: etiam poſt pœnitentiam. & peccatorum deletionem. Sic fecit Eſaias quantũcunq; ſanctus dicens. Recogitabo tibi omnes annos meos, i amaritudine animæ meæ. Eſa. xxxviij. Hæc enim recordatio

Recordatio amara pñiaꝝ ẽ mĩtũ vtilis.

cauſat in homine multa bona. Primo nanq; diuinum amorem generat Augu. i lib. cõfeſ. Recordari volo tranſactas fœditates meas: non vt eas amem, ſed vt amẽ te deus meus. Secundo dura & aſpera dulcorat. Iob. vj. Quę prius tangere nolebat anima mea:nunc p̃ anguſtia cibi mei ſunt. ideo dicit Hiero. Nullus labor durus:nullum tp̃s lõgum videri debet:quo gloria ęternitatis acquirit. Tertio a vanitate mundi, & ab omni laſciuorũ ſocietate ſeparat. vnde dicit Propheta. Solus ſedebam, quia amaritudine plen⁹ eram. & i Pſal. Ecce elõgaui fugiẽs, & mãſi i ſolitudine. vnde dicit Berñ. ꝙ viro iuſto nõ ſufficit prauorum conſortia fugere:niſi ſe elõget ab omni ſpecie mali, & contagione exempli peruerſi. Tertio incipientes debent ire, & ꝓficere debita ſatiſfactione:ſi ſperẽt peccata eis dimiſſa. Exemplo Lucę. vij. Mariæ Magdalenæ, quæ ſtãs retro ſecus pedes domini: lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergere, vt dicit Grego. Quot in ſe habuit oblectamenta:tot de ſe inuenit holocauſta. Conuertit ad numerum virtutum, numerum criminum: vt totum deo ſeruiret i pœnitentia: per quod deum offendebat i culpa. vnde legitur de Heſter, ꝙ omnia loca ĩ quibus ante lętari conſueuerat, crinium laceratione repleuit. Heſter. xiiij. vnde dicit Hiero. Nemo vnq̃ ad deum flens acceſſit:qui non quod poſtulauit accepit:null⁹ ab eo beneficia dolenter petijt:quę non impetraret quod voluit. Lauet ergo peccator lachrymis, quod delictis infecit:curet pœnitens, qđ fecit, vt poſſit accipere quod amiſit. ¶ Debent ſecundo in ſtatu proficientium exiſtentes ire & proficere in tribus alijs. Primo in proprię infirmitatis cognitione. Exemplum in publicano, qui proprię infirmitatis conſcius ſtabat a longe/ propter criminum pudorem: non leuabat oculos ſurſum/ propter pœnarum timorem: & percutiebat pectus

B In quibus dñt ꝓficiẽtes ꝓficere.

ſuum propter contritionis dolorem. Sed humiliter dixit per confi-dētiam & amorem. Deus propitius eſto mihi peccatori. vnde dicit Anſel. Alterius virtutem non vitium, ſuumq; vitium non virtutem debet attendere: quiſquis ad culmen humilitatis, & perfectionis cu-pit aſcendere. Cui conſonat, quod dicit Gregorius. Sancti viri ad co gnoſcendam propriam infirmitatem ſuum ingenium dirigunt: & ꝑ hoc ad profectum virtutis melius conualeſcunt. Secundo debēt ire & proficere in feruida deuotione, & ipſi⁹ Chriſti conformatione. ad quod hortatur Bernar. cum dicit. Induere homo inſignibus tuis: vt Chriſto cōformeris. Quæ autē ſunt illa inſignia docet Apoſtol⁹ Co-

Ephe.iiij. loſ.iij. Induite vos ſicut electi dei, ſancti & dilecti: viſcera miſericor-diæ: benignitatem, humilitatem, patientiam, manſuetudinem, & charitatem. & iterum. Induite nouum hominem, qui ſecūdum deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. vnde dicit Remigius. Qui habet iuſtitiam ſanctitatem & charitatem, & cæteras virtutes quas Chriſtus habuit: Chriſtum vtiq; induit. Tertio debent ire & ꝓ ficere in bonorum operū multiplicatione. ad quod hortatur Eccl'es ix. Quantum poteſt manu tua inſtanter operare. Vnde Auguſti. in de verbis Apoſtoli. Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice. Nam in via dei non proficere, deficere eſt: adeo enim feruidum ap-petitum debet habere hō ſemper proficiendi in melius: vt quantū-cunq; profecerit: ſemper ſibi videri debet, ꝙ nunc primo incipiat. Et hoc docet Eccl'.xviij. Cum conſummauerit homo, tunc incipiet.

Perfecti dēt ꝑfice-re i tribus. ¶ Debent tertio exiſtentes in ſtatu perfectorum ire & ſe perficere i alijs tribus. Primo in omnium rerum mundanarum perfecta obli-uione: quibus ipſarum rerum affluentia ſecundum Grego. onero-ſa eſt. Et iſti poſſunt dicere cum Apoſtolo Paulo, Gal'.vj. Mihi mū-dus crucifixus eſt, & ego mundo. vnde dicit. Perfecta vita mortis imitatio eſt. Nam ſicut mors inducit obliuionem omnium rerum: ſic perfectio. Cui conſonat, quod dicit Bern. Perfecta eorum quæ retro ſunt obliuio, & perfecta in anteriora extenſio: ipſa eſt hominis iuſti in hac vita perfectio. Secundo in ſuæ imperfectionis omnimo-da cognitione. vnde dicit Gregorius. Magna eſt perfectio ſuæ im-perfectionis cognitio. quod bene Paulus vas electionis oſtendit, cū ſe minimū Apoſtolorum aſſeruit. ideo dicit Grego. Sancti homines quanto magis in dei cognitione proficiunt: tanto magis ſuam imper fectionem agnoſcunt. Quia nunꝗ Abraam legitur ſe puluerem & cinerem appellaſſe: niſi cum dei colloquium habere meruit. Tertio in alienę imperfectionis tolerantia & perpeſſione. vnde dicit Gre-gorius. Ille perfectus eſt: qui ad imperfectionem proximi impatiēs non eſt. Nam qui alienam imperfectionem ęquanimiter ferre non

poterit:ipſe ſibi teſtis eſt ꝙ perfecte nondum profecit. propter quod doctor perfectionis dicit. Nos firmiores debemus infirmorum imbecillitatem ſuſtinere, id eſt, æquanimiter ferre. vt dicit gloſſa. Cuius exemplum nobis in ſeipſo Chriſtus exhibuit, qui Iudam proditorem ad Apoſtolatum accepit, & ei cum alijs euchariſtiam dedit, vt dicit Auguſtinus. Ro.xv.

¶Subſermo ſecundus ad idem, & in numero.C.

ET fructum afferatis. vbi ſupra. ¶In hoc verbo tangitur Apoſtolorum fructificatio ſpiritualis. vnde dicitur, Fructum afferatis. Attulerunt autem fructum in ſancta eccleſia verbo & exemplo, ſiue doctrina & vita. ¶De verbo & doctrina eorum per vniuerſum orbem manifeſtũ eſt: quoniam in omnem terram exiuit ſonus eorum. &c. De vita autem exemplari ipſorum dici poteſt, ꝙ licet in ſua vita innumerabilia ſanctitate exempla nobis reliquerint, omnia tamen quantũ ad pſens, reduci poſſunt ad tria perfectiõis exempla, q̃ nobis ſpecialiter reliquerunt. Primum fuit exemplum patientiæ & longanimitatis: quia omnes pœnas & omnes iniurias ſibi pro Chriſto illatas, patiẽtiſſime pertulerũt: & quod plus eſt, cum magno gaudio ſuſceperũt. quia de hoc ſumme gaudebant, ꝙ pro Chriſto pœnas & contumelias ſuſtinebant. & hoc eſt exemplum magnæ perfectionis. ideo ſcribitur Iaco.j. Patientia opus perfectum habet. quia ſicut dicit gloſſa Patiẽtia facit nos perfecte operari. Quod patet ex duobus. Primo, quia facit nos in tormentis fortiter & indeficienter perſiſtere. Secundo, quia facit nos futuram beatitudinem longanimiter expectare. Ideo dicit Gregorius in dialogo. Ecce virtutem patientiæ ſignis & miraculis maiorem credo. Ab hoc autẽ exemplo perfectionis multi prohdolor deficiunt, qui nihil aduerſi pati poſſunt, ſed ꝓ vno verbo ad magnam impatientiam cõmouentur: quia ſicut dicit Grego. Omnia bona prius ꝑ eos bene geſta, confundunt, & ſubito impulſu deſtruunt qcqd diu ante labore ꝓuido ꝯſtruxerunt. Sciendũ aũt, ꝙ iſtud exẽplũ patientię feruẽter amplecti debemus ꝓpter tria. Primo qa patiẽtia nos in ſtatũ pfectiõis ponit. vñ dicit Greg. Nullus pfectus eſt, q inter mala q̃ ſibi inferunt patiens nõ eſt. Qui eñ ęquanimiter aliena mala nõ tolerat, ipſe ſibi teſtis eſt, ꝙ ab oĩ pfectionis plenitudine longe diſtat. Ideo dicit Augu. Fili noli murmurare cõtra flagellũ dei: quia qd pateris, medicina eſt nõ pœna: caſtigatio, non dãnatio: noli repellere flagellum, ſi vis conſequi regnum: quia ſi cõpatimur & conregnabimus. Secundo, quia amaritudinem in dulcedinem conuertit. vnde dicit Gregorius. Si mens forti intentione per amorem & patientiam in deum dirigitur, quicquid in hac vita ama-

A

Quare debemus ãplecti exemplũ patiẽtię apoſtolorum.

nos perfecte operari.

ritudinis ſentit dulce æſtimat:& omne quod affligit requiem putat: certa exiſtens,ꝙ quanto hic acerbiora ꝓ deo patitur:tanto i æterna beatitudine glorioſius coronatur. Tertio quia præſentis vitæ delecta tionem nobis amaram reddit. vnde dicit Grego. Donis ſuis flagella permiſcet:vt nobis oē quod nos in hoc ſeculo delectabat amareſcat: & illud incēdium ſurgat in animo:quod nos ad cœleſte deſiderium ſemper excitet:&(vt ita dicam)nos ſuauiter cruciet,& hilariter con-

B triſtet. ¶Secūdum fuit exemplum māſuetudinis & mititatis.Quę quidem virtus eſt tanta. ꝙ a ſolo Chriſto diſci, & doceri digna fuit. vnde dixit Matthæi.xj. Diſcite a me,quia mitis ſū & humilis corde. vnde dicit Ambro.ſuper Lucam. Cum depoſuero omne peccatum,& exuero omnē maliciam :ſupereſt vt & mores reparē. Quid enim ꝓdeſt carere ſceleribus:niſi fuero mitis,atq; māſuetus? Quis autem mitis ſit docet Hieronymus ſuper Mat.dicens. Mitis ē quē non rancor vel ira afficit:ſed omnia ęquanimiter ſuſtinet:(nō irritat quenq̄,nec irritatur,nec nocet cuiq̄:&(quod plus eſt)nec nocere cogitat. Hanc autem mititatem & manſuetudinem amplecti debem⁹ propter tria. Primo quia hominem(etiam in hac vita)beatificat:id ē de beatitudine aſſecurat. Mat.v. Beati mites: quoniam ipſi hęreditate poſſidebunt terram. Illam vtiq; terram felicitatis, de qua pelli non poſſunt. vt dicit Auguſtinus. Secundo quia bonum m ꝓ malo recompenſat. Nam ſicut Hugo dicit. proprium eſt animi clementis & pij:ꝙ ſit tener ad compatiendum:facilis ad remittendum:& prō ptus ad ſubueniendum. vnde dicit Iſidorus. Magna virtus ſi nō le- das a quo lęſus es. magna eſt fortitudo, ſi etiam lęſus remittas:magna eſt gloria:ſi tu poſuiſti nocere,& parcas. Tertio quia quietē animi iugiter conſeruat. Vnde dicit Philoſophus. Manſuetudo eſt per quam tranquillitas modeſti animi nullius improbitate limitem ſuę quietis excedit. Sed(prochdolor)multi ſunt mites quādiu nihil dicitur:nihil agitur contra eorum arbitrium. Patebit autem q̄ longe ſint a manſuetudine:ſi leuis oriatur occaſio prouocandi. ¶Tertiū fuit

Mititas & manſuetudo quę amplectē da eſt.

C exemplum beniuolentiæ & charitatis:quæ maxime i hoc apparet, ꝙ pro fidei dilatatione,& aliorum ſaluatiōe mortis amaritudinem adeo alacriter ſuſtinebant:qua quidem charitate nulla maior eſt. vt docet ipſe Chriſtus Ioannis.xv. Ad quam charitatem hortaẜ Apoſtolus Col.iij. Snper omnia hæc charitatem continuam habētes qđ eſt vinculum perfectionis. In quibus verbis innuitur,ꝙ ipſa charitas cæteris virtutibus eſt ſuperior dignitate: ideo dicit.ſuper omnia autem hæc.&c. vnde ipſa dicitur via excellentior.j. Corinth.xij. Secundo eſt alijs ꝓcioſior vtilitate:ideo dicitur vinculum perfectionis: quia charitas omnia connectit,& ſimul ligat quæ pertinent ad per-

fectionem hominis,vnde dicit Dionyſius. Amorem ſiue diuinum ſiue humanum ſiue Angelicum: vnitiuam quandam virtutem intelligimus. Hanc autem charitatem potiſſime debemus amplecti propter triplicē eius effectum quē ex ea conſequimur. Primus eſt quia cor amoroſū iaculo amoris dulciter vulnerat: vnde dicit ſponſa. Vulnerata charitate ego ſum. Bene autē amor vehemens dicitur cor vulnerare, quia ſuſpiria trahit: gemitus multiplicat: & faciē amātis pallentem & tabeſcentem oſtēdit. Bene etiam talis amor cor vulnerat: quando ſic affectionem tranſfigit, ꝙ mors eius deſiderio reſiſtere non poſſit, vnde dicitur Canticoꝝ vltimo. Fortis eſt vt mors dilectio. Quod verbum tractās Gregorius in Homil. dicit. Ideo virtuti mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam ſemel perfecte accendit: a dilectione mundi funditus occidit. Secūdꝰ ē, quia cor amoroſum guſtu diuinę dulcedinis ſuauiter inebriat, qđ fit quando mens tam forti intentione in deum tendit, ꝙ ſuiipſius & omniū exteriorum totaliter obliuiſcitur: & per ſuauitatem amoris totaliter tranſformatur in deum. Quia vides ꝙ vna gutta aquę a vino potētī: & aurora a Solis claritate totaliter abſorbetur: & ſicut videmus ꝙ in languidis nihil eſt proprij vigoris ſed omnis eorū motus ex alieno dependet arbitrio. Sic qui ad iſtum gradum amoris ꝑfecerūt: nihil iam ꝓpria voluntate agunt: nihil proprio arbitrio relinquunt: ſed omnia diuinę diſpoſitioni committunt. Iam enim mundo & ſibiipſis mortui dicere poſſunt cum Apoſtolo Gal. ij. Viuo autē iā non ego: viuit vero in me Chriſtus. Tertius eſt quia cor amantis ſic cum ſponſo ligat: quod amantis animus de alio cogitare aut neſciat aut non valeat. Cuius ratio eſt, quia quicquid agat: quicquid dicat: hoc dormiens ſomniat: hoc vigilās omni hora retractat. Hoc amore inſolubili ęſtuabant omnes Apoſtoli, intantum ꝙ potius voluerunt per quęcūq; tormenta diuelli a corpore q̄ a charitate Chriſti ſeparari. Vnde Paulus Romano. viij. loquens in perſonis omnium Apoſtolorū ait. Quis ſeparabit nos a charitate Chriſti? & infra. Certus ſum ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; aliqua creatura poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. Quod patet per hoc. Quia fortius & inſeparabilius charitas vnit amantem cum amato q̄ anima vnitur cum corpore proprio. Quod oſtendit Hugo per hoc ꝙ facilīꝰ fuit animam Chriſti ſeparari a proprio corpore quod viuificabat q̄ mēs Magdalenę a corpore Chriſti mortuo poſſet ſeparari, quod diligebat. Cuius amoris nos participes faciat: qui in Trinitate &cæ.

Triplex eſt fectꝰ charitatis.

¶ Alius ſermo ad idem.

ET fructum afferatis. Alio modo poſſūt hæc verba re-
ferri ad fructus ſpūs qui ſunt. xij. ſecundum numerū
duodecim Apoſtolorū: ita ꝙ cuilibet Apoſtolo ada-
ptetur vnus fructus. vt ſit ſenſus verborū Chriſti pr
miſſorꝫ ad Apoſtolos. Ego elegi vos tā ęterna pdeſti
natiōe q̄ tpali vocatiōe, vt eatis virtuali ꝑgreſſiōe et fructū afferatis
fructū dico ſpūs in vobis appropriata repſentatiōe. Qualiter aūt ſin
guli fructus ſingulis Apoſtolis adaptent habes in opere Ior. lxix. B

¶ Sermo. III. ad idem. Et in
numero. CI.

MVrus ciuitatis habens fundamenta duodecim & i ipſis
duodecim Apoſtolorum nomina, Apocalypſis viceſi-
moprimo. ¶ Verba iſta conueniēter aſſumi poſſunt ad
A ꝯmendationem duodecim Apoſtolorū quorꝫ hodie ce
lebram⁹ diuiſionē. Ad quorꝫ verborꝫ itroductionē ē ſciendū ꝙ iter
alia ſecreta cœleſtia q̄ btō Ioāni i ſua Apocalypſi fuerūt diuinit⁹ re-
uelata: fuit illud qđ oñdit ei Angel⁹ ciuitatē ſanctā Hieruſalē deſcē-
detē de cœlo a deo habentem claritatem dei: & habebat murū ma-
gnum & altum. De iſto muro ſunt verba propoſita, quia habuit fun
damenta duodecī & in ipſis noīa Apoſtolorꝫ duodecī. Per ciuitatē
iſtam ſanctam intelligitur ſancta eccleſia. Cuius murus magnus &
altus eſt/ſcilicet fides Chriſti ſecundam gloſſam, quæ munit & tue-
tur eccleſiam. Huius muri fundamenta duodecim ſūt duodecī ar-
ticuli fidei qui bene dicuntur fundamenta, quia ſuper eis tota fides
eccleſię: imo vniuerſalis perfectio vitę Chriſtianę eſt fundata. Et ad
ipſos omnia q̄ reſpiciunt fidem eccleſię reducuntur. Quibus etiam
duodecim articulis fundamentalibus fidei catholicæ inſcripta ſunt
duodecim nomina ſingulorum duodecim Apoſtolorum, qui ipſos
articulos compoſuerunt. Et hoc poſt ſpiritusſancti miſſionem & an-
te eorum diuiſionem, vt & omnes idem concorditer vbiq; prędica
rent quatenus eſſet vna fides, q̄a vn⁹ ē de⁹. Ephe. iiij. Vn⁹ de⁹, vna
fides, vnum baptiſma. Et inde eſt ꝙ iſta complexio duodecim arti
culorum dicitur ſymbolum Apoſtolicū. Quod ſecrete dicim⁹ in pri
ma: & in completorio ea ratione, quia quando iſtud ſymbolum fuit
editum nondum fides fuit in publicum propalata, ſed quaſi ſecrete
inter pauciores fideles ſeruata/propter inualeſcentes perſequutio-
nes Iudęorum & gentiliū. De iſtis igitur fidei Chriſtianę fūdamen-
tis ē illud p̄s. Fūdamenta eius in montib⁹ ſanctis. vbi per mōtes ſan
ctos intelliguntur ſancti Apoſtoli: in quibus iſta fidei fundamenta
fuerunt initiata, firmata, & ſolidata. ¶ Circa iſtum proceſſum duo
B ſūt videnda. Primo quare ſancti Apoſtoli montibus comparantur.

Secundo quomodo iſti duodecim fundamentales fidei Chriſtianæ articuli ſecundum duodecim Apoſtolos diſtinguunt. Quātū ad primum ſciendū q̄ ſancti Apoſtoli bene cōparant montib' ꝓpter tria que montes materiales habent ab iſto Sole corporali. Sunt eñ mōtes fulgore ſplendidi: ſunt humore irrigui: & ſunt virore iocundi. Ad horum ſimilitudinem ſancti Apoſtoli a vero Sole iuſtitiæ / ſcilicet Chriſto tria myſtice acceperūt. Primum eſt ſplendor diuinæ cognitionis. Secundum eſt humor internę deuotiōis. Tertium eſt viror iocundę conuerſationis. Ipſi enim glorioſi Apoſtoli fuerunt in diuina cognitione ſplendidi, in amore feruidi, in deuotione irrigui, & in ſancta cōuerſatione iocundi. Prio inquā ſancti Apoſtoli acceperūt a Chriſto ſplēdorem diuinę cognitiōis inſtar montium a Sole. Ad ſenſum enim videmus q̄ de mane radij Solares primo apparent in cacumine montium & etiam de veſpere/poſtq̄ iidem radij ab oīb' planetis ſe ſubtrahunt: ad huc cacumina illuſtrantur. Ex quo myſtice datur intelligi q̄ ſancti Apoſtoli qui propter ſuę perfectionis eminētiam montes dicuntur: ante omnes alios coploſe & viſibiliter grām ſpūſſancti receperunt: & poſtq̄ temporibus nouiſſimis in cordibus multoꝝ (teſte Saluatore) charitas refrigeſcet: i ſolis viris Aplic; Apoſtolicam perfectionem ſectantibus lumen vitę & fidei catholicę viuaciter reſplendeſcet. Et iſti mōtes radijs veri Solis inuiſibiliter aduruntur, teſte Sapiente qui dicit. Tripliciter Sol exurit montes. Q̄d patet. Nam primo memoriam eorum illuſtrauit feruenti & aſſidua diuinorum memoratione, teſte propheta qui dicit. Memor fui dei & delectatus ſum, & defecit ſpiritus meus. Ex quo apparet q̄ crebra & feruens dei meditatio inducit in hoīe internā mentis delectationē & exinde ſpūs refectionē. Scdo ipſorū intelligētiam illuſtrauit clara diuinę veritatis cognitione: quā ſciebat Anſel. cū diceret. Domine deſidero aliqualiter intelligere veritatem tuā quam credit & deſiderat cor meū. & ſubdit. Vere domine hęc eſt illa lux inacceſſibilis i qua habitas: reuela te mihi domine, mūda ſana & illumina oculū mētis meę: vt videā te. Tertio ipſorū voluntatem inflāmauit feruentiſſima dei dilectione & diuinę dulcedinis ſuauiſſima ꝑguſtatione, vnde bene poterant dicere illud Sapiē.ij. O q̄ bonus & ſuauis eſt ſpūs tuus in nobis domine, ex qua quidē interna ſuauitate omnē afflictionem pręſentis vite volūtarie pertulerunt. Secūdo acceperūt a Chriſto humorē internę deuotionis. Nā ſicut montes ad litterā rōne ſuę ſpongioſitatis & poroſitatis ſunt aquarum attractiui & per conſequens interius irrigui: ſic ſancti Apoſtoli per quandam poroſitatē internæ deuotionis ab omnibus affectionibus mundialibus ſequeſtrati aīū orationi & interne deuotioni inſiſtebant & aquas

Quare Apoſtoli cōparētur montibus

Eccl.xliij.

diuinę gratię ſibi vberius attraxerunt, quas poſtmodũ & diuerſis
gentibus & linguis ꝑ ſuę doctrinæ riuulos diffuderunt, vnde ĩ ipſis
impletũ fuit qđ ante dñs promiſerat ꝑ prophetam dicens. Inter me
diũ montium pertranſibunt aquæ/id eſt ab eminentia perfectionis
Apoſtolicæ fluent in alios opera diuinę gratię & exẽpla bonę vitæ
qᵇus velut quibuſdã aqˢ ſalutaribus potabunť oẽs beſtię agri & ex
pectabunt onagri in ſiti ſua. Ex quo innuitur ꝙ non ſolũ ſimplices
qui intelliguntur per beſtias agri: verum etiam cõtemplatiui & pfe-
cti/q intelliguntur per onagrum qui amat ſolitudinem: ex ipſorum
doctrinis & exẽplis reficiuntur. Tertio ſancti Apoſtoli acceperunt
a Chriſto virorem iocũdę cõuerſationis ad ſimilitudinem montiũ.
Nam ſecundum ſententiam ſapientum: ex puritate aeris & conti-
nua attractione humoris: fructus qui naſcuntur in montibꝰ ſunt ſa-
pidiores dulciores & ſaniores, & hęrbe montiũ ex eiſdẽ cauſis ſunt
viridiores & flores iocundiores. In quo moraliter deſignatur ſapo-
roſa prędicatio: virens & iocunda conuerſatio iſtorum Apoſtoloꝝ
quibus corda fidelium in fide & moribus ſuauiter reficiebãt & dul-
citer nutriebãt & in eis diuerſa meritorum genera ꝓducebant. Vn-
de de ipſis bene poteſt intelligi quod ſcribitur in figura Geñ. xxvj.
Seminauit Yſaac in terra & inuenit in ipſo anno cẽtuplũ. Per Yſaac
qui riſus interpretatur, ſignificanť ſancti Apoſtoli, qui cum interno
mentis gaudio dño ſeruiebant. Iſti ſeminauerũt in terra mẽtis rõna
lis fidẽ per ſanctã ꝑ̃dicationẽ: & mores per exemplarẽ cõuerſationẽ
Et ideo germẽ tantę fœcũditatis ꝓduxerunt, quia per totũ mundũ
fidem Chriſti diſſeminauerunt. vnde ipſis appropriate cõpetit illđ
Eſa. lxj. Omnes qui viderunt eos cognoſcent illos: & dicẽt quoniã
hoc eſt ſemen cui benedixit dominus &cę.

¶ Sermo. IIII. continens tractatum de Arti-
culis fidei. Et in numero. CII.

FVndamenta eius in montibus ſanctis Pſalm̃. lxxxvj.
Quia fundamenta fidei Chriſtianæ noſcũtur eſſe duo-
decim articuli/ſecundum numerum Apoſtolorũ diſti
cti & eorũ noibꝰ inſigniti: qui Apoſtoli ꝓpter eoꝝ emi
nẽtię dignitatem & ſoliditatẽ montes appellãtur: apte de ipſis Apo
ſtolis dicatur verbũ ꝓpoſitũ, vt ſit ſenſus. Fundamenta eius/ſcilicet
fidei orthodoxę, ſunt in montibus ſanctis: id eſt ĩ ſanctis Apoſtolis
qui eos ediderunt & per orbem terrarum ſeminauerunt. Et hoc pa
tet ex ſermone prędecedenti. Nunc ergo bene licet oſtendere quomo
do fundamenta huiuſmodi duodecim diſtinguantur: & qualiter ſin-
guli ſingulis Apoſtolis attribuantur: qui etiam fructus & ſpiritua-
les effectus per quemlibet articulum credentibus conferantur.

¶Primum ergo fundamentum vel primus articulus pertinet ad A
perſonam patris / ſcilicet, Credo in deum patrem omnipotentē crea
torem cæli & terræ. Hic nota ꝙ aliud eſt credere in deum, & ali Differunt
ud credere deum, & aliud credere deo. Credere enim deo eſt crede credere de
re eſſe vera quę loquitur deus, qđ & mali faciunt. Credere aūt deū eſt um, crede
credere ꝙ ipſe ſit de', qđ iterū mali faciunt. Sed credere in deum ē re deo, &
credēdo eū amare, credēdo in eū ire, credendo ei adhęrere: & ſic ei' credere in
mēbris incorporari. Hunc articulum poſuit Petrus qui fuit primus deum.
Apoſtolorum. Et ad hunc habent reduci omnia quę pertinent ad p
ſonam patris: vt generare primum principium in diuinis: ſine prin
cipio & huiuſmodi. Per huiuſmodi articuli virtutem & efficaciā cō
fertur animæ eſſe gratuitam gratuita & vigoroſa ſuſtentatione: pa
tri enim aſcribitur potētia. vnde per articulum patris confertur ani
mæ vt ſit quodammodo omnipotēs in omnipotente, vt dicat cum
Apoſtolo. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Talis enim ani
ma operatur opera naturalis virtutis facultatem excedentia. quod
vtiq; non valeret niſi diuino robore ſuſtentata. Et ideo de hoc ro
bore ipſa gloriatur dicens cum propheta Hieremię ſedecimo. Do
minus fortitudo mea, dominus robur meum. Signanter dicitur pe
tra fidelis anima propter ſecurum refugium temptationum, Vnde
Bernardus. Si fremat mundus ſeu ſęuiat malignus: ego in te ſpera
bo domine. Et hoc appropriate habuit dicere Petrus q poſuit hūc
articulum. Dominus petra mea, vnde Petrus a petra. Et ſequen
ter quælibet fidelis anima idem poteſt dicere in virtute iſtius arti
culi. Dicitur autem robur eius propter pręſidium tribulatiōis, quia
nos in omni tribulatione coadiuuat & ſuſtentat. Pſalmiſta. Cum
ipſo ſum in tribulatione. Et ſequitur, eripiam eum & cætera. Tales
fuerunt Apoſtoli qui, ita firmiter in hac petra fuerunt ſuſtentati: ꝙ
nulla poterant ratione a Chriſto diuelli, vnde Auguſtinus in ſermo
ne de Apoſtolis. Dedit dominus poteſtatem Apoſtolis ſuper natu
ram vt eam curarent: ſuper dęmones vt eos euerterēt: ſuper elemē
ta vt ipſa mutarent: ſuper mortem vt ipſam contemnerēt: ſuper An
gelos vt corpus domini conſecrarent. Hęc etiam poteſtas data ē eo
rum ſucceſſoribus. Per hunc articulum introducitur primus fruct'
ſpiritus ſcilicet charitas: quę (vt eſt fructus ſpiritus) importat ſummā
delectationem qua mens per actum intimę dilectionis: ita deo inhę
ret & in eo firmatur, ꝙ nulla poteſt ab eo ratione diuelli, iuxta illud.
Firmabitur in illo & non flectetur Eccleſi. xv. ¶Secundus articu B
lus pertinet ad perſonam filij cum ſex articulis ſequentibus: ſed iſte
pertinet ad perſonam filij abſolute: ſex vero ſequentes per compa
rationem ad corpus eius verum quod traxit de virgine: & eſt iſte.

Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum
Hunc articulum poſuit Andreas frater Simonis Petri, vnde & inter Apoſtolos prim⁹ fuit q̄ p̄dicauit Ieſum Simoni fratri ſuo, Ioānis .j. Inuenimus Meſſiam qui interpretatur Chriſtus. Ad hūc articulū reducuntur omnia quę ad perſonam filij pertinent in diuinis. ſ. put dicitur gigni &c. Per huius articuli virtutem & efficaciam confertur homini credenti intellectus per lumē ſapientiæ radioſa illuſtratio. Quod relucet in tribus deſignatis in tribus particulis huius articuli, quę ſunt: fideles animę i deum ſubleuatio: in Ieſum Chriſtum filij dei in mente generatio: filium ei⁹, diuinę largitatis cōicatio. vnicum dominum noſtrū. Primum patet. Nam virtute hui⁹ nominis Ieſus Chriſtus anima deuota ſubleuatur ſuper omne quod eſt nominabile/id eſt ſuper omnes creaturas. Hoc eſt em̄ nomen quod ē ſuper omne nomen, vnde Pſal. cum dixiſſet. Domine domin⁹ noſter q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. & ſubdit. Quid eſt homo ꝙ memor es eius. & ſequitur. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Hęc ſubiectio omnium ſub pedibus hominis: non eſt aliud q̄ hominis ſuper omnia creata ſublimatio virtute admirabilis nominis Chriſti Ieſu. Quæ quidem ſublimatio poteſt accipi tripliciter. Vno modo quantum ad naturæ humanæ dignificationem factam in Chriſto, Hebræo. ij. Non Angelos apprehendit ſed ſemē Abrahę. Alio modo quantum ad creaturarū mundialiū deſpectionem, ita ꝙ anima omnem cōcupiſcentiam & amorē temporaliū ſuppeditauerit, ſicut Apoſtol⁹ Philip. iij. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora. Tertio modo quantum ad diuinorum conformationē. Tunc enim anima proprie dicitur ſuper omnes creaturas ſubleuata: quando deo fuerit perfecte vnita & conformata. Et hæc eſt ſublimatio nobiliſſima animæ pro qua ipſe Chriſtus rogauit patrem vt concederet Apoſtolis, Ioannis decimoſeptimo. Rogo te (inquit) pater vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Cuius auctoritatis expoſitionem habes in materia de filiatione diuīa in opere. li. diſtinctio. Secundum patet. Cum enim deus pater incommutabiliter gignat verbum filium ſuum coęternum ſicut lux ſplendorem: hinc ē ꝙ ſēper generat filium ſuum in mente rationali. Nam vbi eſt pater ibi generat verbum: ſed eſt in anima ſancta: igitur ibi gignit filiū ſuum. Ad hoc facit illud Apoſtoli Gal. quarto. Quoniam eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater: & eſt illatio ab effectu ad cauſam: ſed accipiendo a cauſa ad effectum, eſt ſenſus: ideo vos eſtis filij dei per adoptionem, quia deus pater in cordibus veſtris gignit filium ſuum per incōmutabilem generationem. Sed diceres contra. Si vbicunq; eſt deus pater

Cuius efficaciæ ſit credere in Ieſum.

Philip. ij.

ibi gignit filium: ergo quia etiam eſt in ligno vel in lapide, ibi gignit filium cum deus ſit vbiq;. Solutio: aliter deus dicitur eſſe in ligno: aliter in anima. Eſt enim in ligno per ſuam eſſentialem praeſentiam: ſed eſt in anima ſancta per illapſum & ſupernaturalis luminis refulgentiam. De quo lumine dicitur in Pſalm̃. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui do.&caete. hoc eſt lumen imaginis increatę qđ reſplendet in mente, quo mens capax dei eſt & eius particeps eſſe pōt. Vnde dici poteſt ꝙ quodãmodo mens congignit, ꝓ quãto ſcđm ſimilitudinẽ imaginis impreſſę ab imagine icreata memoria meminit & experit̃ in ſe diuinã pñtiã: intelligentia cõtẽplat̃ diuinã ſapientiã: volũtas amat & delectat̃ i diuini boni ſupaffluẽtia. vñ ſub dit ibidẽ in p̃s. Dediſti lętitiam in corde meo. Tertium eſt quod patet, Chriſtus em̃ dicitur dominus noſter ratione ſuę munificẽtię quã importat nomen dominus: quaſi dans munus, vnde in p̃s. Domin⁹ dabit benignitatem. vnde ꝑ efficaciam huius verbi quod dicimus Chriſtum eſſe vnicum dñm noſtrum: deum patrem flectim⁹ ad cõmunicandũ nobis omnia dona cœleſtium gratiarũ, vnde in fine cuiuſlibet orõnis in eccleſia dicimus. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Vbi hę tres ꝑticulę huius articuli exprimũtur vt facilius petita imploremus per efficaciam trium prędictoꝝ. Et bñ fiducialiter in virtute iſtius articuli deũ orare poſſumus, quia eius virtute & efficacia nullum donum gratuitum noſtrę capacitati proportionatum nobis poterit denegare, ex quo nobis obtulit filiũ ſuũ coęternũ: quẽ de ſecreto paterni cordis gñauit, vñ Apoſtol⁹ ad Ro. viij. Qui em̃ proprio filio ſuo nõ pepcit: quo mõ nõ etiã cum illo pariter nobis omnia donauit. Per hunc articulum introducitur ſecũd⁹ fructus ſpiritus, videlicet gaudium. Huius enim fructus dulcedo & ſuauitas oritur ex intima ipſius mentis cum deo vniõe & ex mẽtali verbi generatione & diuinorum donorum i mente exuberatiõe ex quibus mens dulcorem ineffabilem experit̃. Vnde ſibi redditur dulce & gaudioſum quicquid pertinet ad honorẽ diuinũ. & hoc eſt quod dicit̃ in p̃s. cum dixit. Signatum eſt ſup nos lumen vultus tui domine, ſubdit. Dediſti lętitiam in corde meo ¶ Tertius articulus eſt. Qui conceptus eſt de ſpũſancto, natus ex Maria virgine: & ẽ ſẽſus qui. ſ. Chriſtus conceptus eſt de ſpũſancto. i. operatiõe ſpũſſancti vñ ly de eſt operatiuũ nõ materiale, quia de matre ſumpſit materiã carnis: ideo iſta duo. ſ. cõceptio & natiuitas iunguntur in vnũ articulũ, quia eadem eſt difficultas credendi vtriuſq;. Hũc articulũ poſuit Ioãnes q fuit virginis cuſtos. Ad hunc articulum reducũtur omnia quae circa incarnationem & natiuitatem facta ſunt: vt miſſio Gabrielis, ſalutatio virginis, cantus Angelorum, aduentus paſtorum C

Virtute & Magorum &cæte. Per virtutem huius articuli confertur animæ
tertij arti- gratię diuinę dulcoroſa fœcūdatio. Quę cōſiſtit in duob⁹/videlicet
culi q̄ ꝯce- in ſpiritusſācti familiari inſtinctu vel monitione, quod notaꝶ ieo q̄d
pi⁹ ē cōfer dicitur. Conceptus de ſpiritu ſancto: & operū electorū ſupernatura
tur aię fœ li enixione vel electione, in eo quod dicꝶ. Natus ex Maria vigine
cūdatio di Primū patet, quia familiaris inſtinctus i mēte eſt q̄dam ſeminis ſpi-
uię gratię ritualis conceptio, qua mens vlteri⁹ dilatatur ad hoc vt perficiatur
in eo beneplacitum diuinę voluntatis, iuxta illud Pſal. Viam man-
datorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. Hui⁹ autem ſe
minis ſpiritualis conceptio eſt boni ꝓpoſiti inſpiratio. Exēplū i bea
ta virgine cui ſpiritusſanctus inſpirauit ſingulare propoſitū virgini
tatis ſupra communem modum illius tēporis: ſic & in Aplis inſpi-
rauit ꝓpoſitū obedientię in eoꝝ vocatiōe, ſequere me. Itē ꝓpoſitū
voluntarię paupertatis in oīm rerum relictione: ecce nos reliquim⁹
oīa. Erant autem ipſis omnia cōia in proprietatis abdicatione. In
quo Apoſtoli reponebantur in priſtinam puritatem naturæ huma
næ in qua conditus eſt homo. In prima enim conditione hominis
omnia erant communia: & hoc eſt de iure diuino & naturali, vt diſt.
octa.c. Quo iure. ſed meum & tuum introductum eſt iure humano
quod patet ex conſtitutione principum & regum, quod etiā ius hu-
manum diuina lege confirmatum eſt. Vnde lex vetus condemnat
furtum & huiuſmodi, quod non eſſet niſi eſſet meum & tuum. Sed
& huiuſmodi ius humanum locum non habet ad huc in duob⁹ ca-
ſibus/ſcilicet in hęreticis qui non poſſunt aliquid propriū poſſidere
ſed oīa ſūt ipſis auferēda. Item in articulo extremę neceſſitatis: tūc
Matt. xij. enim oīa ſunt communia. Exemplum de Apoſtolis qui tranſeun-
Mar. ij.& tes per ſata: cœperunt euellere ſpicas. gloſſa. ꝓpter famis neceſſita-
Lucæ. vj. tē, & ideo furtū nō cōmittebāt. Itē inſpirauit eis propoſitū continen
tię & caſtitatis in vxorum dimiſſione vel ſponſarum, vt in Ioanne.
Matth. v. Sed contra. Chriſtus non venit ſoluere legem: ergo non debuit ho
mines ſeparare ab vxoribus habitis. Solutio, Chriſtus non ſoluit le
gem matrimonij: ſed inſpirauit continentię propoſitū de conſenſu
cōiugis vtriuſq;. Circūibāt enī vxores quorūdam Apoſtolorū cum
eis in omni caſtitate: vt prępararent eis ciborum neceſſaria, Vnde
Apoſtolus. j. Coꝝ. decimoquarto. Non licet & mihi circūducere ſo-
rorem mulierē, ſicut Iacobo fratri domini & Cephe. Secundū patet
Opera elicita dicuntur quę ſunt ex virtutibus & donis elicita, qua-
lia dicuntur beatitudines. Declara quæ ſunt beatitudines. Quo-
tiens enim quis aliquid talium operum edit: totiens Chriſtum ſpi-
ritualiter parit. fac inductionē per ſingulas beatitudines. Beati pau-
peres ſpiritu. Pauperes ſpiritu ſunt, qui non ſolum quæ habent:

ſed & id quod ſunt:immo & ipſum ſpiritũ ꝓpriũ,qui eſt quid magis
intimũ homini dimiſerũt propter Chriſtũ:vt idipſum quod ſunt nõ
ſui ſed dei ſint. Iſti eñ quodãmodo hic incipiunt beate viuere: quę
beatitudo quaſi iã inchoata ꝑficietur in patria:vbi deus omnia eſt in
omnibus.ſic induc de alijs beatitudinibus. Huiuſmodi ſpũalis par-
tus beatitudinẽ Chriſtus innuit:cũ ſibi diceret mulier in euangello.
Beatus venter qui te portauit &c. Quod fertur dixiſſe pediſſequa
Marthę Reſpõdit Chriſtus. Beati qui audiũt verbũ dei & cuſtodiũt Lucę.xj.
illud. Illud audire eñ verbũ dei,eſt ſpũale ſemen cõcipere:ſed illud
cuſtodire opere eſt fœtũ perfectũ parere. Per hunc articulũ introdu
citur pax. Quod patet dupliciter. Tũ quia ſpũſſancti inſtinctu rales
ducuntur:qui auctor eſt pacis. Pſal. Audiã quid loquatur in me dñs
deus:quia loquetur pacẽ in populo ſuo. Tũ quia opera elicita in tan
tã trãquillitatẽ mentẽ reponũt: vt nõ poſſit ab aliquibus exteriori-
bus cõturbari.iuxta illud. Non turbabit iuſtũ quicquid ei acciderit.
¶ Quartus articulus. Paſſus ſub Pontio Pilato,crucifixus,mortu⁹ D
& ſepultus. Hęc omnia ducũtur in vnũ articulum,quia eadẽ difficul
tas credẽdi eſt de eis. Et ad hunc articulũ omnia quę circa mortem:
paſſionẽ:& ſepulturã facta ſunt.vt illuſiones militũ: officiũ ſepultu-
rę:obſequiũ Nicodemi & huiuſmodi: & labores viarũ & huiuſmo-
di &c. Hũc appoſuit Iacobus maior:qui inter apoſtolos prim⁹ paſ-
ſus eſt. Actuũ.xij. Per huius articuli efficaciã introducũtur quatuor Quatuor
ſpirituales effectus in anima. Primus eſt ęquanimitas volũtarię paſ ſpũales ef
ſionis ꝓ Chriſto:quod innuitur in eo,quod dicitur,paſſus:vbi dicit fectus ex
de volũtaria paſſione ꝓ Chriſto. Secũdũ eſt pœnalitas mũdialis de- quarto ar
lectationis:vt omne illud quod videẽ mũdo delectabile: ſit aię pœ- ticlo fidei
na & gehẽna,ibi crucifixus,ſicut Apl's ait. Mihi mũdus crucifixus Gala.vj.
eſt & ego mũdo. Aug. Diſplicebat mihi quicquid agebam in ſeculo
prędulcedine tua. Qñdiu ergo delectaris in his rebus mũdialibus:ſi
gnũ eſt ꝙ nondũ effectũ huius articuli attigiſti. Exẽpliũ huius eſt in
natura. Nã videm⁹ ꝙ ingreſſus in mundũ eſt homini pœnalis:quia
naſcitur cũ voce flebili & lamentabili:ſimiliter egreſſus in morte eſt
pœnalis & ſumme miſerabilis. Ergo & medi⁹ ꝓgreſſus noſter q̄tũ
ad ea quę mũdi ſunt:pœnalis nobis & diſplicibilis eſſe debet. Medi
um eñ correſpõdere debet extremis. Pſal. Heu mihi quia incolat⁹
meus &c. Tertiũ eſt mortificatio hois exterioris:vt videlicet homo
nõ ſentiat oblectamẽta vicioꝝ:ibi,mortuus. Apl's Mortui eñ eſtis
& vita veſtra abſcõdita eſt. Hãc mortem perfecte incurrit homo in
cõtẽplatione & in raptu. Extra cõtẽplationẽ autẽ nõ perfecte dicitur
homo ſibi mortuus: quia etſi ratio nõ aſſentiat:ſenſualitas tñ perci-
pit & ſentit. Hãc mortẽ delitioſam appetijt ꝓpheta, Numeri.xxiij.

Moriatur aīa mea morte iuſtoꝝ. Bernar. Vtinā ſępe in hāc mortem
cadā: vt nō ſentiā ęſtū luxurię. Quantū eſt vitę veteris oīmoda obli
uio. ibi, ſepultus. Quidam eñi patiūtur, ꝑ Chriſto, vel etiā interdū ſi
moriātur, nō tamē ſepeliūtur: quia reminiſcentes priſtinarū delecta
tionū: in eas relabūtur. Exēplū de filijs iſrael qui deſiderabāt pepo-
Nūeri. xj. nes Aegypti. Exēplū de ęremita in vitaſpatrū, qui poſt longā cōuer
ſationē ad ſeculū eſt relapſus, ꝑpter vanā gloriā qua in ſe extollebať
Tali etiā gloria impugnabātur diſcipuli Chriſti dicētes. Dñe etiam
Lucę. x. dęmonia ſubijciūtur nobis. Sic etiā quidā iniuriā illatā remittunt &
iniuria in eis moritur ſed nō ſepelitur, quia non totaliter obliuioni
traditur. ps. Sicut vulnerati dormiētes in ſepulchris, quoꝝ non es
memor amplius. De talibus Apl's. Conſepulti ſumus Chriſto. Coř.
E iiij. Hic introducunť fructus patiētię Declara. ¶ Quintus articulus
eſt. Deſcendit ad inferna. Intellige ſecūdū aīam tm̄, quia corpus in
illo triduo fuit in ſepulchro. Hunc poſuit Philippus, qui interpreta-
tur os lampadis, quia fratri ſuo Nathanaeli mox vt Chriſtum no-
Ioan. j. uit, prędicauit, Ioan. Eſt autem triplex infernus pręter infernū dā-
natorum de quo non eſt hic ſermo. videlicet purgatoriū vbi eſt pœ
na ſenſus & damni: ſed ad tempus & remiſſibilis. Item limbus pa-
trum in quo fuit pœna damni recuperabiliter. Item tertio limbus
puerorum in quo eſt pœna damni irrecuperabiliter. Ex his ſolum
in medium infernū Chriſtus deſcēdit & ipſum confregit. Per efficā-
ciā huiꝰ articuli anima cōſequitur inferni ſpiritualis in nobis deſtru
Triplex ctionē: vel ipſius animę de inferno liberationē. Eſt autem in nobis
infernus triplex infernus ſpiritualis. Primus eſt corporis elementaris corru
ſpūalis. ptibilitas. Corpus eñi quod corrūpitur aggrauat aīam. Quod ideo
Sapien. ix dicitur animę infernus, quia pœnale ſibi eſt & quaſi eius carcer. In
hunc infernum Chriſtus deſcendit per gratiā, animā a corruptionis
moleſtia, in hac vita aliqualiter ſubleuando: non tamen totaliter in-
fernum deſtruendo, quod fiet in morte: tunc eñi deſtruetur corpus
j. Coř. xv. peccati, & corruptibile hoc induet incorruptionē, vt dicit Apoſtolus
Ex hoc primo inferno eſt difficultas ad bonū. De ſecūdo inferno di
ij. Coř. v. cit Aplus. Q̄diu ſumus in hoc corpore ingemiſcimus grauati. Ori
ge. Naturale pactū ſocietatis deprauatę abſcōdit a me lucē ſuauiſſi-
mā. Alius infernus eſt fomitis rebellio & ad peccandū ꝓnitas: incli-
Roñ. vij. nati eñi ſumus ad malū. vnde Apoſtolus. Video aliā legē &c. Infœ
lix ego homo &c. Tertius infernus eſt exterioris alimēti neceſſitas
Iob. xv. Anteq̄ comedā ſuſpiro. Vnde & hanc neceſſitatem, Augu
ſti. moleſtiā appellat in libro Confeſ. Per hunc articulum introduci-
tur fructus longanimitatis & patet. Quia ſancti patres in limbo fue-
F runt in longa expectatione liberationis ſuę. ¶ Sextus articulus eſt,

Tertia die reſurrexit a mortuis. Iſtum articulum poſuit Thomas, qui pręcęteris apoſtolis ſollicitus fuit certificari de hoc articulo reſurrectionis: non tam propter ſuam dubitationem q̄ propter fidei in nobis confirmationem. Volebat enim videre & tangere vulnera Chriſti. Sciendū autem ꝙ licet q̄ plures alij legantur reſurrexiſſe a mortuis, ſicut Lazarus: nullus tamen vnq̄ reſurrexit virtute propria, ſicut fecit Chriſtus. Ioan.xiiij. Poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam. Item alij ſurrexerunt ad vitā corruptibilem, iterum morituri, Chriſtus autem ſurrexit ad vitam glorioſam & incorruptibilem & immortalem. Ro.vij Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur &c. Per virtutem huius articuli conferuntur animę credenti tres fructus ſiue effectus ſalutares. Tres fructus ſexti articuli fidei. Primus eſt ꝙ in virtute huius articuli poſſumus ſpiritualiter a morte animę quā incurrimus per peccatū: ad vitam iuſtitię quę habetur per pœnitentiam / reſurgere, quod non poſſumus virtute propria, ſed virtute reſurrectionis Chriſti. Qui ideo ſurrexit a morte corporis, vt nos faceret reſurgere a morte animę, Ephe.v. Surge qui dormis: & illuminabit te Chriſtus. Secundus eſt ꝙ docemur reſurgere ad vitam incorruptibilem, ſcilicet ꝙ non ſtatim iterum moriamur: & in tali propoſito ꝙ nunq̄ vlterius nec in cogitatione, nec in affectione per peccatum mori velimus, ſed deo & iuſtitię viuere proponamus. vnde Apoſtolus, Romań.vij. Exiſtimantes nos mortuos quidem peccato, viuentes autem deo. Tertius fructus eſt animę in deo cōfirmatio, vt ſicut Chriſtus reſurrexit in perfecta libertate corporis & animę: ſic omnes vires mentis noſtrę reſurgant cū Chriſto, per gratiam in quadam deitatis conformitate: ita vt in omnibus noſtris cogitationibus deſiderijs, verbis & actibus: mundo & carnalibus illecebris funditus moriamur, & ſoli deo viuamus, iuxta illud Roma.vj. Sicut Chriſtus reſurrexit a mortuis in gloria patris: ita & nos in nouitate vitę ambulem⁹. Per hūc etiā articulū de fructib⁹ ſpirit⁹ itroducit̃ fides, q̄ maxime p Chriſti reſurrectionē declarata fuit Nā in paſſiōe & morte dn̄i oēs diſcipuli a fide exciderūt, quę in ſola beata virgine integra & illibata remāſit, ſed p reſurrectionē oēs fidē recupauerūt. ❡Septim⁹ articul⁹ eſt. Aſcēdit ad cœlos: ſedet ad dexterā dei pr̄is oīpotētis. Bene dignū & rationabile fuit: vt Chriſt⁹ aſcēdat ad cœlos, quia ipſe inde venerat, Ioā.xvj. Exiui a pr̄e & veni in mūdū. Naturale eſt eī̄, vt vnūqdq; reuertat̃: vn̄ traxit originē. vn̄ quia ipſe ſol⁹ in ſuppoſito diuio deſcēdit de cœlis: ideo ſibi ſoli ꝯuenit aſcēdere ad cœlos. Et hoc ē qđ dr̄, Ioā.iij. Nēo aſcēdit in cœlū: niſi q deſcēdit de cœlo. Et licet ſācti puenerūt ad cœlū: nō tn̄ aſcēderūt virtute ꝓpa, ſicut chriſt⁹, ſed pot⁹ aſſūpti ſūt a chriſto cui⁹ mēbra exiſtūt G

vnde ſancti clamãt cũ ſpõſa ad ſpõſum Chriſtũ illud Can.j. Trahe me poſt te. Hinceſt q̃ de beata virgine eccleſia peragit feſtũ nõ aſcẽſionis ſed aſſumptionis. Hũc articulũ poſuit Iacobus minor, cuius vita tota cœleſtis fuit in terra: quia ex vtero matris ſuę ſanctus fuit & ſolus ingrediebatur in tẽplũ, ſicut in legẽda eius ꝯtinetur. Per huius articuli virtutẽ tribuũtur aĩę credẽti tres fructus. Primus eſt oĩm credẽtiũ poſt ſe attractio. Ad hoc eñi aſcẽdit vt nos ad ſe attraheret iuxta illud Micheę. Aſcẽdit pandẽs iter ante eos. Secundus eſt loci ꝓ nobis pręparatio. Ioan.xiiij. Vado parare vobis locũ. Tertius eſt mẽtis noſtrę ad cœlũ ſpũalis aſcẽſio. hoc eñi efficit deuota rememoratio huius articuli: q̃ ſi nõdũ ꝓpter corpus noſtrũ poteſt homo in cœlũ aſcẽdere: ſaltẽ mẽte per cõtẽplationem & ſancta deſideria interim nitatur aſcẽdere, ſicut dicit Aug. in ſer. de aſcẽſione. Aſcẽdam⁹ (inquã) cũ Chriſto interim corde: vt cũ dies ꝓmiſſionis aduenerit, ſequamur & corpore. Per hũc etiã articulũ introducit̃ fructus bonitatis, quę eſt dulcedo animi: quã illi ſemp habẽt qui aſcẽſionẽ dñi memorãtur.

Tres fructus ſeptimi articuli fidei.

Mich.ij.

H ¶Octauus articul⁹ eſt. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. De hoc Actu.iiij. hic eſt qui cõſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ & mortuoꝝ. Siue accipiamus ꝑ viuos recte viuẽtes: & per mortuos peccatores: ſiue per viuos ad litterã illos qui tũc viuent, & per mortuos oẽs qui mortui ſunt: iudicãdi eñi ſunt oẽs hoĩes qui fuerũt ſunt & erũt, ſed differẽter ſcd̃m Greg. Iudicãdi quidẽ aut ſunt boni aut mali: maloꝝ quidã cõdẽnabũtur & nõ iudicabũtur, ſcilicet infideles. Nã qui nõ credit iã iudicatus eſt. Quidã iudicabũtur & cõdẽ nabũtur, ſcilicet chriſtiani decedẽtes in mortali peccato. Apl's. Stipẽdia peccati mors. Bonoꝝ etiã quidã iudicabũtur & ſaluabũtur ſicut decedẽtes in iuſtitia. Et licet in iuſtitia deceſſerunt: tñ ꝓpter occupationes tẽporaliũ in aliquo fuerũt lapſi: ideo iudicabũtur ſed ſaluabũtur. Quidã vero ſaluabũtur nec iudicabũtur, ſcilicet pauperes ſpiritu ꝓpter deũ. Mat.xix. Vos qui reliquiſtis oĩa & ſecuti eſtis me, ſedebitis &c. Et hoc intelligit̃ nõ ſolũ de xij. apl'is, ſed de oĩbus voluntarie ꝓ Chriſto pauperibus. vñ Apl's. An neſcitis q̃m angelos iudicabimus. Hũc articulũ poſuit Bartholomeus, qui interpretatur filius ſuſpẽdẽtis aquas, id eſt dei, cuius eſt ſuſpẽdere aquas: ſiue ad litterã, ſicut fecit q̃n ipſe diuiſit aquas, quę erãt ſub firmamẽto ab his quę erãt ſupra firmamẽtũ, Gen.j. Siue intelligẽdo myſtice de aquis cõtradictionis: quę in iudicio illo penitus ſuſpẽdentur: quia ibi nulla cõtradictio: nulla defenſio locũ habet: quare iudiciũ illud valde eſt timendũ. per hũc articulũ ſi ſępe rememorẽtur fideles muniũtur, cõtra timorẽ iudicij triplici remedio ꝓ triplici fructu. Primũ eſt ꝯfeſſio & pœnitentia de cõmiſſis qua placatur ira iudicis. vñ Ezech.xviij.

Roma.vj.

.j.Cor.vj.

Triplex fruct⁹.viij ti.fidei.

Si impius egerit pœnitentiã &c.omniũ iniquitatũ eius nõ recorda-
bor amplius.Scdm eſt,bona operatio.Apl's.Vis nõ timere poteſta- Rom.xiij.
tem.bene fac. Tertium eſt,eleemoſynaꝝ largitio,Luc.xvj.Facite
vobis amicos &c. vt cum defeceritis recipiant vos in ęterna taber-
nacula.Et ſicut aqua extinguit ignẽ ita eleemoſyna peccatũ.Iudices
eñ ſępe placãtur muneribus, ſic & hic:de fructibus ſpũs introduci
tur mãſuetudo qua placatur ſeueritas iudicãtis iuxta illud.ps.Cum
exurgeret in iudicio deus: vt ſaluos faceret omnes mãſuetos terrę.
¶ Nonus articulus.Credo in ſpm̃ſctm̃. In iſto articulo cõcludũtur I
omnia quę de ſpiritu ſancto in ſacra ſcriptura legũtur, & quę ſancta
mater eccleſia de ipſo tenet,ſicut ꝙ a patre & filio procedit:& ꝙ eſt
paracletus,& ꝙ dat⁹ diſcipulis.Hũc articulũ poſuit Mathęus,qui
interpretatur donũ feſtinationis,quia ipſe dono ſpũſſancti vocatus
a Chriſto:cũ feſtinatione ſurgẽs ſecutus eſt eũ.Ipſe eñ dono ſpũſſan
cti ante oẽs alios feſtinauit euãgeliũ ſcribendo. Habet autẽ iſte arti- Tres effe-
culus tres ſalubres effectus ſcdm tria ſpũſſancti attributa:nã de ſpi- ctus noni
ritu ſancto dicitur ꝙ eſt ꝯſolator.vñ paracletus noĩatur.Scdo ꝙ eſt arti. fidei.
doctor.vñ ſpiritus veritatis appellatur.Tertio ꝙ eſt Chriſti teſtifica
tor.vñ Chriſtus de eo dixit. Ille teſtimoniũ perhibet de me :nã illa Ioan. xv.
teſtificatur quę dubia ſunt rationi humanę ſcdm naturalẽ viã,qua-
les ſunt articuli fidei,qui nullo modo caperẽtur ab intellectu huma-
no niſi ſpũſſanctus teſtificaretur eos infundẽdo eoꝝ fidẽ cordib⁹ fi-
deliũ. ſcdm hęc igitur tria ſpũſſancti attributa fideles recolẽtes hũc
articulũ a ſpũſancto cõſequẽtur triplicẽ fructũ.Primus eſt ꝙ ſi tribu
lati fuerint,ſpũſſanctus eos cõſolatur.homo eñ tribulatus ſpm̃ſan-
ctũ eſſe cõſolatorẽ recogitãs:& ad ipſum deuota mẽte cõfugiẽs:abſ-
q; dubio recipiet cõſolationẽ,quod expertus ps.dicebat.Scdm mul
titudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo:cõſolationes tuę lętificauerunt
animã meã.Scds eſt,ꝙ ignorãtes inſtruit:ipſe eñ ſpũſſanctus fide-
les docet oẽm veritatẽ neceſſariã,ſcilicet ad ſalutẽ,Ioan.xvj.Terti⁹
fructus ſpũſſancti ex iſto articulo eſt ꝙ infirmos in ſe ſolidat.Rom.
viij.Ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã. Si ergo cuiq; interdum
circa fidẽ aliqua hęſitatio incidat: recurrat ad hunc articulũ recogi-
tans ſpm̃ ſanctũ eſſe teſtificatorẽ fidei, & vtiq; virtute ſpũſſancti ſoli
dabitur. Taliter autẽ a ſpiritu ſancto ſolidatus fuit Apoſtolus qui di-
cebat. Roma.viij.Certus ſum ꝙ neq; mors:neq; vita &c.introduci
tur eñ hic fructus ſpiritus,ſcilicet benignitas quę attẽditur in largi-
tate donoꝝ,quod cõuenit ſpiritui ſancto. ¶ Decimus articulus eſt. K
Credo ſanctã eccleſiã catholicã.Hũc poſuit Simon,qui interpreta-
tur obediẽs.Eccleſia eñ per obedientiã ſubſiſtit,quia caput ei⁹ ſcili
cet Chriſtus factus eſt obediẽs vſq; ad mortẽ:& per hoc cõſtituta eſt

eccleſia ſanctorũ. Eccl. iij. Filij ſapiẽtię eccleſia iuſtorũ & natio illorũ obediẽtia. Implicãtur autẽ in hoc articulo de Chriſti eccleſia tria. Primũ eſt ꝙ eſt ſancta. vñ dicit ſanctã: & bñ dicit̃ ſancta, quia ſanguine Chriſti ſctificata. j. Cor. vj. Sanctificati eſtis in virtute dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpũ dei noſtri. & ad Hebrę. xiij Chriſt⁹ vt ſãctificaret p ſuũ ſanguinẽ populũ ſuũ &c. Scdm eſt ꝙ eſt vna. vñ dicit eccleſiã in ſingulari: nõ ait eccleſias in plurali. Cãti. vj. Vna eſt colũba mea. Vere enim eccleſia eſt vna, primo vnitate fidei, Ephe. iiij. Vnus deus: vna fides: vnũ baptiſma. Et hanc vnitatẽ hęretici non poſſunt ſcindere per ſuas ſectas qui non pertinent ad eccleſiã, ſed foris ſtãt. Eſt ſecundo vna vnitate ſpei: nã omnes fideles vnanimiter ſunt in vna ſpe vocationis ſuę, Ephe. iiij. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Eſt tertia vna vnitate charitatis. Oẽs enim fideles cõnectũtur in charitate dei ad deũ: & amore mutuo ad inuicem, Ioan. xvij. Pater volo vt ſint vnũ ſicut & nos. Roma. xij. Multi vnũ corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autẽ alter alterius membra in Chriſto Ieſu dño nr̃o. Tertiũ eſt, ꝙ eſt catholica, id eſt vniuerſalis. vñ dicit catholicã: & bñ eccleſia Chriſti dicit̃ catholica, id eſt vniuerſalis. tũ quia nõ claudit̃ loco, ſed extẽdit̃ p totũ mundũ, Mar. vlti. Eũtes in mũdũ vniuerſum. tũ q̃tũ ad tẽpus: quia ↄplectitur tẽpus ab Abel, primo iuſto vſq; ad finẽ mũdi, Matth. vlt. Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. tũ quia amplectitur oẽs cõditiões hoim vniuerſaliter, Gal. iij. Q uicũq; in Chriſto baptiſati eſtis Chriſtũ induiſtis: nõ eſt Iudęus: neq; Gręcus: nõ eſt ſeruus: neq; liber: nõ eſt maſcul⁹: neq; femina. Oẽs em̃ vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu. Ex hoc articulo credẽtib⁹ pueniũt triplex effect⁹ fructuoſus

Triplex fruct⁹ decimi articuli fidei.

Primus ꝙ efficimur electi, Ephe. j. Elegit nos in ipſo añ mũdi cõſtitutionẽ: nos ſcilicet q ſum⁹ in vnitate eccl'ię. & ſequit̃: vt eſſem⁹ ſancti & imaculati in charitate. Scđs ꝙ ſum⁹ mẽbra Chriſti q eſt caput eccl'ię, Ephe. j. & . j. Cor. vj. Terti⁹ ꝙ ſum⁹ ꝑticipes oĩm bonoꝝ q̃ ſiũt in eccleſia p cõiõnẽ charitatis fraternę q̃ eſt in eccl'ia: ex eo ꝙ ſum⁹ alter alterius mẽbra. ps. Particeps ego ſum oĩm timẽtiũ te. De hoc etiã eſt ſequẽs articul⁹. De fructib⁹ etiã ſpũs introducit̃ hic modeſtia: q̃ modus debitus ſeruat̃ in dictis & factis: qđ bñ cõuenit vnitati mutuę charitatis in eccl'ia. vñ Apoſto. Collo. iij. Induite vos ſicut electi dei modeſtia ſupportãtes inuicẽ, & amãtes voſmetipſos. ¶ Vndecim⁹ articul⁹ eſt. Credo ſctõꝝ cõiõnẽ: remiſſionẽ pctõꝝ, quia caput eccleſię eſt Chriſt⁹, vt dictũ eſt. Cui⁹ mẽbra ſũt oẽs chriſtiani: & oẽs ſũt ſancti: in q̃tũ recte viuũt ſub capite Chriſto ſuo: & huiuſmodi ſancti oẽs Chriſtus videlicet & chriſtiani cõmunionẽ inter ſe habẽt: & bonũ vnius ↄmunicatur alteri: bonũ quidẽ Chriſti cõmunicatur oĩbus

L

mẽbris,& mẽbra mutuo cõicant actus ſuos. de hac cõione ſanctorũ
Chriſti videlicet & chriſtianorũ in eccleſia eſt pręſens articulus quo
dicit,ſanctorum cõione. Et quia huiuſmodi cõio fit p ſacramẽta eccle
ſię:in quib⁹ operat virtus paſſionis Chriſti:ideo bñ addit. Remiſſio
nẽ peccatorũ. Cõueniẽter ergo apoſtoli hũc articulũ inter credenda
poſuerũt:in quo oia ſacramẽta ecclię cõprehẽdũtur : quę oia faciunt
ad remiſſionẽ peccatorum. Huiuſmodi autẽ ſacramẽta ſunt ſeptẽ. Pri-
mũ eſt baptiſmus qui eſt regeneratio quędã ſpũalis. ſicut enĩ homo De ſeptẽ
in vita carnali nõ poteſt haberi niſi carnaliter naſcatur: ita & in vita ſacramen
ſpirituali nõ poteſt haberi niſi ſpũaliter renaſcat: & hęc regeneratio tis ecclię.
fit p baptiſmũ. Ioan. Niſi quis renatus &c. Et ſciẽdũ q ſicut homo Ioan.iij.
nõ naſcit carnaliter niſi ſemel,ſic ſemel tñ debet baptizari : & ideo
ſancti patres addiderunt in alio ſymbolo : Confiteor vnũ baptiſma
Eſt autem virtus baptiſmi: q purgat ab omnibus peccatis:& q̃tum
ad culpam:& q̃tum ad poenam. Et inde eſt q nulla poenitentia im-
ponitur baptizatis q̃tſcunq; fuerint peccatores. inde eſt etiam q li
cet ex officio ſolum ſacerdotes baptizent: in neceſſitate tamen cui-
libet licet/ſeruata tamen forma eccleſię. Sumit etiam hoc ſacramen
tum virtutem ex paſſione Chriſti. Romañ. Quicunq; baptizati ſu- Rom.vj.
mus in morte &c. & inde eſt q ſicut Chriſtus tribus diebus fuit in
ſepulchro:ita fit triplex immerſio in aqua. Secundũ ſacramentũ eſt
cõfirmatio: ſicut enĩ illis qui corporaliter naſcuntur neceſſarię ſunt
vires ad operandũ ſic ſpiritualiter renatis neceſſariũ eſt robur ſpiri-
tus ſancti. vnde apoſtoli ad hoc q eſſent fortes receperunt ſpm̃ ſan-
ctũ poſt aſcenſionẽ Chriſti. Lucę. vlti. Sedete hic in ciuitate &c. hoc
autẽ cõfertur in ſacramẽto cõfirmationis. Et ideo illi vel illę qui ha-
bẽt curã puerorũ diligẽter debẽt facere q pueri cõfirmẽtur : quia in
cõfirmatione cõfertur magna gratia. vt ſi decedat maiorẽ gloriã ha
beat cõfirmatus: quia hic habuit plus de gratia. Tertiũ ſacramentũ
eſt euchariſtia. Sicut enĩ in vita corporali, poſtq̃ homo natus eſt &
vires ſumpſit neceſſarius eſt ei cibus vt cõſeruetur & ſuſtẽtetur : ita
& in vita ſpũali poſt robur neceſſarius eſt ei cibus ſpiritualis, Ioan. Ioan.vj.
Niſi manducaueritis carnẽ filij hois &c. Et inde eſt q ſcd̃m ordina
tionẽ eccleſię ſemel in anno quilibet chriſtianus debet recipere cor
pus Chriſti mũde & digne, quia qui mãducat & bibit cũ conſcientia
peccati mortalis, de quo nõ eſt cõfeſſus vel nõ pponit abſtinere: iu-
diciũ ſibi mãducat & bibit. Quartũ ſacramẽtũ eſt poenitẽtia. Cõtin-
git enĩ q in vita corporali quis ĩfirmat & niſi habeat medicinã mo
ritur: ita in vita ſpũali quis infirmatur p peccatũ. vñ ad ſanitatẽ recu
perandam eſt ei neceſſaria medicina:& hęc eſt gratia quę confert in
ſacramento poenitẽtię. ps. Qui ppiciatur omĩbus iniquitatibus &c.

Debét nãq; tria eſſe in ſacramẽto pœnitẽtię,ſcilicet contritio quę eſt
dolor de peccato cũ ꝓpoſito abſtinẽdi. Cõfeſſio omniũ peccatoꝝ cũ
integritate:& ſatiſfactio per bona opera ſequẽtia. Quintũ ſacramen
tũ eſt extrema vnctio:in hac em̃ vita ſunt multa quę impediũt ꝙ ho
mo nõ poteſt ꝑfecte ad pœnitẽtiã peruenire & peccatoꝝ purgatio-
nẽ aſſequi. Et quia nullus poteſt intrare vitã ęternã niſi ſit bene pur
gatus:neceſſariũ fuit aliud ſacramẽtũ quo homo purgetur & libere-
tur ab infirmitate & pręparetur ad introitum regni cœleſtis. Et hoc
eſt ſacramentũ vnctionis extremę. Et ꝙ non ſemper curatur ab in
firmitate corporali cauſa eſt:quia forte nõ expedit animę infirmę.
Iaco. v. Iaco. Et ſi in peccatis ſit,dimittẽtur &c. Sic ergo ꝑ hęc quinq; ſacra-
mẽta habetur perfectio vitę. ſed quia neceſſariũ eſt ꝙ hęc ſacramẽ
ta miniſtrẽtur per determinatos miniſtros:ideo neceſſariũ fuit ſacra
mentũ ordinis:ꝓ inſtitutione huiuſmodi miniſtroꝝ:quoꝝ miniſte-
rio hęc ſacramẽta miniſtrarẽtur & diſpẽſarẽtur. Nec eſt in hoc atten
dẽda vita,ſed virtus Chriſti per quã hęc ſacramẽta efficaciã habent
Septimũ ſacramẽtũ eſt matrimoniũ in quo ſi mũde viuitur: ſaluan-
tur cõiugati:& poſſunt ſine peccato mortali viuere. Pec hęc autem
ſeptẽ ſacramẽta cõſequimur remiſſionẽ peccatoꝝ:& ideo ſequitur.
Remiſſionẽ peccatoꝝ. Per hoc enim ꝙ datũ eſt apoſtolis dimittere
peccata: credẽdũ eſt ꝙ miniſtri poteſtatẽ habeãt abſoluẽdi: & ꝙ in
eccleſia ſit plena poteſtas dimittẽdi peccata. Sciendũ eſt pręterea ꝙ
nõ ſolũ meritũ paſſionis Chriſti cõmunicat̃ nobis,ſed etiã meritum
vitę Chriſti: & quicquid boni fecerũt ſancti cõmunicatur his qui in
charitate viuũt:quia oẽs vnũ ſunt. p̃s. Particeps ego ſum omniũ &c.
Ex pręmiſſis patẽt fructus huius articuli qui ꝯſiſtũt in cõmunione
omniũ ſanctoꝝ eccleſię. Hũc articulũ poſuit Iudas, qui interpretat̃
cõfitẽs:quod cõuenit ſacramẽto pœnitẽtię & cõſequẽter oĩbus aliis
ſacramẽtis. De fructibus ſpiritus introducitur hic continẽtia,qua qs
delectabiliter ſe continet ab illicitis ꝓ remiſſione peccatoꝝ & cõmu
M nione ſanctoꝝ. ¶Duodecimus articulus eſt. Credo carnis reſurre-
ctionẽ & vitã ęternã. Quia ſpũſſanctus non ſolũ ſanctificat eccleſiã
q̃tũ ad animam in pręſenti,ſed etiã virtute eius corpora noſtra reſur
gent,& ſanctificatio noſtra erit in effectu finali in futuro:ideo credi-
mus ſcd̃m fidẽ noſtrã reſurrectionẽ mortuoꝝ futurã & vitã ęternã
ſucceſſurã. Et hęc duo cõpręhẽdũtur ſub vno articulo:quia habent
Fruct' vl- eandẽ difficultatẽ. Ex iſto articulo cõſequimur ſalubres hos fructus
timi arti- ꝙ minus de morte amicoꝝ triſtamur, & mortẽ ꝓpriã minus time-
culi fidei. mus:quia em̃ credimus corpus noſtrũ reſurrecturũ, & ſimul cũ aĩa
in beata vita ęternaliter victurũ: potius gaudere q̃ timere debem'
de morte noſtra & amicoꝝ, quia trãſibimus de morte in requiẽ: de

miſeria in gloriam. vnde Apoſto.j.Theſ.iiij.Si eñ credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit:ita & deus eos qui dormie rũt. &c. iſte etiã articulus retrahit nos a malo:& incitat nos ad bonum.Quia eñ credim⁹ ꝙ per bona quæ hic facim⁹ in reſurrectione bona ęterna recipiemus:ideo ſtudeamus operari bona,& euitare mala, ꝑ quibus ſupplicia meremur:credentes ꝙ reſurgent hi in reſurrectionẽ vitę, hi vero i reſurrectionẽ iudicij. Ioã.v. Fruct⁹ ſpũs correſpõdens huic articulo ẽ caſtitas:qua qui cauet ab illicitis,recte vtiꝫ licitis:ſpe reſurrectionis in vitam ęternam perueniet. Hic articulus attribuiꝫ Mathię,qui interp̃taꝫ donatio dñi magnifica.i.donatio dele ſt:eo ꝙ dabit corporib⁹ noſtris reſurrectionem,& toti homini vitã ęternam. Notandũ ꝙ alij & alij diuerſi:diuerſimode p̃dictos articulos diſtribuunt per Apoſtolos.Quidã etiam diſtingũt eos i.xiiij. quod diſcrepat a numero Apoſtolorũ.Quapropter quis certum ſit iſtud ſymbolum ab Apoſtolis eſſe cõpoſitũ:æſtimo tñ ꝙ non ſigillatim ſinguli Apoſtoli,ſingulos articulos poſuerũt,ſed oẽs vno ſpũ afflati ſingulos & ſinguli omnes articulos poſuerũt.Qui quidẽ articuli oẽs & ſi ſint quatuordecim: propter numerum Apoſtolorum,tamẽ edentiũ ad duodenarium reducũtur.& ſecũdũ hoc cuilibet Apoſtolo,vn⁹ articulus adaptaꝫ:quem modũ & ego in pręſenti tractatulo ſũ ſecut⁹.

¶De.S.Maria Magdalena.Ser.j.& in numero.CIII.

Sicut exhibuiſtis mẽbra vr̃a ſeruire imundicię & iniquitati ad iniuſtitiã:ita nũc exhibete mẽbra vr̃a ſeruire iuſtitiæ in ſctificationẽ.Ro.vj.¶Verba iſta q̃ legũꝫ i epiſtola hodiernę dñicę:ꝑfectiſſime impleta ſũt in Maria Magdalena,cuius feſtũ hodie celebram⁹. In quibus verbis tãgũtur duo. Primo tãgitur pręteritorũ peccatoꝝ rememoratio doloroſa.cũ dicit. Exhibuiſtis mẽbra vr̃a ſeruire i mũditię. Secũdo tangiꝫ pœnitentię recõpẽſatio fructuoſa:cũ addiꝫ,ita nũc exhibete. De vtroq; ſimul ꝓſequẽdo qũo Maria ſtatim oblectationes peccatoꝝ p̃teritoꝝ ꝑ dignos fructus pniæ recõpẽſauerit:de hoc eſt euãgeliũ,quod de ipſa legiꝫ: ſup quod pulchre loquiꝫ Orige.in Homilia ſic dicẽs, Quot hęc mulier i ſe habuit oblectamenta tot iuenit holocauſta:& cõuertit ad numerũ virtutũ,numerũ criminũ:vt totũ ſeruiret deo i pœnitẽtia: quicqd ex ſe deũ cõtẽpſerat in culpa. Quod ſiquidẽ oñdit Greg.dicẽs. Oculis quidẽ terrena concupierat: ſed hos iam ꝑ pœnitentiam cõterens flebat. capillos ad cõpoſitionẽ vultus exhibuerat:ſed iam capillis lachrymas tergebat. ore ſupba dixerat:ſed ore oſcula pedibus infigebat. adde ſcđm Orige. Aures pri⁹ delectabãꝫ auditu vano vel bonorũ derogatiõib⁹,ſed tũc ꝯuertit eas ad audiẽdũ verbũ dei. vñ frequẽter ſedebat ad pedes Ieſu,& audiebat verbũ illi⁹ .i ligua qua turpilo- A Grego.

quia,qua & leuitates ꝓferebat:nūc cōuerſa ē ad bn̄dicendū deum,&
ad p̄dicādū verbū dei.vn̄ ipſa doctrix eſt,& Apoſtola etiā ipſorum
Apoſtolorum:quos omnes in fide dubios i morte Chriſti ad fidem
conuertit.Pectus quod prius ꝓcaciter ornauerat:nūc fortiter tunde
bat.manus quas prius ad choreas & vanitates protenderat:nunc ad
eleemoſynas pauperū extēdebat:& ad lauādū pedes Chriſti.Pedes
quibus prius ad vanitates & inſanias falſas iceſſerat:nunc ad ſequē-
da dn̄i veſtigia cōparabat.Quid multa?totū corpus ad pedes dn̄i ꝓ
ſtrabat:quod & ieiunijs,& caſtigationibus macerabat:ita ꝙ ipſa ꝑfe
cte impleuit doctrinam Pauli,qua dicit̃ in verbis propoſitis. Sicut
exhibuiſtis.&c.ipſa ei peccatrix famoſa,turpis & fœda,ac vniuerſis

B

Ad gloriam dei recitāt̃ pctā B. Marię Magdalenę,& ad eiuſdem cōmendationem.

vitijs plena fuerat.quantū ad primū.¶Sed diceres. Quid eā intātū
vituperas?cū fuerit nobilis mulier,& a pluribus dicat̃ Virgo fuiſſe:
licet ſupbia diſſoluta & laſciua?Reſpondeo.non hoc dico ad vitupe
riū & cōtumeliā,ſed ad eius exceſſiuam commendationē,& diuinę
miſericordię exaltationem. Mai⁹ eſt em̄ de ſtercore facere aurum
puriſſimū:& ex eo monile p̄cioſiſſimū fabricare:q̄ de auro p̄exiſten
te monile facere.ſic hic.Ad hoc facit,quod dicit̃ Lucę.xv.in Para-
bola de cētū ouibus.vbi ſubdit̃.Gaudiū eſt angelis dei ſup vno pec-
catore pœnitentiā agente,q̄ ſup nonagintanouē iuſtis,qui non indi-
gent pœnitentia.Super quo verbo dicit Grego.Plus(inquit)deus de
conuerſis peccatoribus q̄ de ſāctis iuſtis in cœlo gaudiū eſſe fatetur:
quia plęrū ꝗ;hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorꝝ molib⁹ ſciunt:ſtant
quidem in via iuſtitię:ſed tn̄ ad cœleſtē patriā anxie non anhelāt, &
plęrūq; pigri remanēt ad exercēda bona p̄cipua:quia ſecuri ſibi ſūt,
ꝙ nulla cōmiſerūt mala grauiora. At cōtra,nōnūq̄ hi qui ſe aliqua
illicita egiſſe meminerint:ex ipſo ſuo dolore cōpūcti/ad amorem dei
inardeſcūt:& quia erraſſe a deo ſe conſiderant:dāna p̄cedētia lucris
ſequentibus recōpenſant.Maius ergo gaudiū fit in cœlo,quia Dux
in p̄lio plus eū militem diligit,qui poſt fugam reuerſus hoſtē fortiter
p̄mit,q̄ eum qui nunq̄ terga p̄buit,& nunq̄ aliquid fortiter fecit. Sic
agricola illā amplius terrā diligit,q̄ poſt ſpinas vberes fruges ꝓfert:
q̄ eam q̄ nunq̄ ſpinas habuit,& nunq̄ meſſem ꝓduxit.Sed inter hęc
ſciendū eſt,ꝙ ſunt plęriq; iuſti,in quorū vita tātū eſt gaudiū:vt eis q̄
libet peccatorū pœnitentia p̄poni nullatenus poſſit. Hinc ergo colli
gendū quātū deo gaudiū faciat,qn̄ humiliter plāgit iuſtus.ſic facit in
cœlo gaudiū,qn̄ hoc quod male geſſit ꝑ pn̄iam damnat iuſtus.hæc
Grego.Sed ſi intelligat̃ q̄ſtio cęteris paribus,vt videlicet vterq; ha-
beat par deſiderium,& feruorē ſuo mō.tunc dico ꝙ magis dolet ho
ſtis de ꝓfectu iuſti.rō:q͞a pl⁹ cruciat̃,vt dictū ē:& tūc nō ē cōtra illd.
Gaudiū ē angelis.Sed diceret aliq̄s,Si tm̄ ē gaudiū de pctōre ꝯuer-

ſo plus q̄ de iuſto inocēte:ergo ego innocēs peccabo & faciā gaudiū angelis de mea ꝯuerſione. Rñdeo. Quid ſcis/ſi cū tali ſatuo ꝓpoſito pecces,an tibi gratia detur reſurgēdi. Vñ cōſulit innocēti, Apoc.iij. Tene qd habes.&c.& alibi. Qui ſtat/videat ne cadat. ¶ Sciendū,ꝙ ſuppoſito æquali gradu charitatis & intenſione amoris,ſimpliciter melior eſt innocētia,vt dicit Greg.ibidē. Vñ Augu. ꝯfeſſ.li.ij.c.vij. Quis ingt hoim q ſuā cogitās infirmitatē/ audet viribus ſuis tribue re caſtitatē atq; innocentiā ſuā:vt minus amet te quaſi minus neceſ ſaria ei fuit miſericordia tua/qua donas pctā conuerſis ad te? Quis em̄ vocatus a te/ſecutus eſt vocē tuā,& vitauit ea q̄ de meipſo recor dātē & facientē & fatentē legit? nō me derideat ab eo medico ęgrū ſanari/a quo ſibi p̄ſtitū eſt vt nō ęgrotaret,vel potius vt min⁹ ęgro taret:& ideo te tantūdē,imo vero ampli⁹ diligat:qa p quē me videt tantis pctōꝝ meoꝝ languorib⁹ exui,p eū ſe videt tantis pctōꝝ lan guorib⁹ nō implicari. Vbi eſt q̄ſtio,qs habeat plus regratiari deo/in nocens,aut de pctō reſurgens? Dicendū ꝙ reſpiciēdo nobilitatē ſta tus/ſecundū ſe nobilior eſt ſtatus innocētię:ſed ꝯſiderādo rōem gra titudinis,maior eſt reſuſcitatio pctōris. Qd ſic patet. Gratitudo at tendit penes grām & bñficiū impēſum. vñ vbi plus eſt grǣ ibi plus gratitudinis debet. Vñ Lu.vij.cū dñs q̄ſiuiſſet a Simone:Quis er go eū plus diligit? rñdit,æſtimo cui plus donatū eſt. Sed maior ē grā in reſurgendo q̄ in ſtando in innocentia:qa facilius per noſmetipſos ſcilicet per liberum arbitrium ſtare poſſumus. Vnde Adam potuit non peccare,& nos adhuc poſſumus nō peccare/ſaltem mortaliter reſurgere autem a peccato nullo modo poſſum⁹ ex nobiſipſis ſine gratia: quare reſurgens magis tenetur. Et hoc maxime eſt verum ſi cum maiori charitate reſurgat. ſicut de Petro dicit Ambro. & po nitur.l.diſt. Fidelior (inquit) factus eſt Petrus poſtq̄ ſe fidem perdi diſſe defleuit,atq; ideo maiorem repperit gratiam q̄ amiſit. ¶ Et nota,ꝙ ſicut prima Maria mater dñi fuit ſpeculum & exemplum innocentiæ:ſic hæc ſecunda Maria præpoſita eſt omnibus in exem plum pœnitentiæ. Vnde de ea dicit Grego. Indignitatem ſuā oſtē dens ſtabat poſt tergum deiectis luminibus,& effoſſa coma capitis pedes amplectens,lachrymiſq; eos perfundens, triſtem animū oſtē debat,veniam implorans. Et infra. Et hæc quidem quæ dicta ſunt agebantur exterius:quæ vero reuoluebat eius intētio, multo feruē tiora his fuerant:quæ ſolus deus inſpiciebat. vnde in præmiſſis age bat opera actiuę vitæ. Quis enim vnq̄ potuit habuiſſe opera actiuę vitæ in maiori excellentia q̄ ipſa? quæ vnxit pedes & caput Ieſu, quæ lauit lachrymis,& capillis exterſit:& quæ deo & homini viuo & mortuo miꝶ opa ſtuduit exhibere:& q̄ inſup habuit opera actiuę

.j.Corit.x
C.
Quꝫ melior ſit ſimplr inocētia q̄ pœnitētia
D

vitæ ex plenitudine cōtemplationis prodeūtia,q̄ fuit doctrix. Nō aūt ſolū membra ſua extrinſecus exhibuit in p̄miſſis ſeruire iuſtitię in ſanctificationē, ſed etiam totū cor ſuū intrinſecus Chriſto dicauit p exuberantē dilectionē: teſtimoniū ei perhibente Chriſto & dicēte Lu.vij. Dimiſſa ſunt ei pctā multa,qm̄ dilexit multum. Vnde ſicut cor ſuum prius exhibuerat terreno & caduco amori: ſic poſtea cor ſuū dedicauit diuino amori. vñ de ea verificatū eſt verbū Apl'i,Ro. .v. Vbi abundauit delictū,ſuperabundauit & gratia. Sed q̄ritur circa illd verbū dñi, Dimiſſa ſunt &c. an dilectio p̄ueniat peccati dimiſſio nem,vel econuerſo. Reſpondeo. Vera p̄nia nunq̄ eſt ſine dilectiōe: & quāto dilectio eſt maior,tanto p̄nia eſt fructuoſior,vt hic. Sed diceres. Q̄ñ pctōr poteſt deū diligere. Dicendū q̄ pōt,nō inquātum peccator, ſed inquantū cōuerſus. Q̄ diu eñ peccator eſt auerſus a deo,non diligit:ſed in ipſa cōuerſione ad deū conſiderando deformitatem peccati,& pœnas gehēnę. Itē bonitatē dei,a quo auerſus fuit & magnitudinē glorię. In tali eñ meditatione exardeſcet ignis dilectionis dei,q̄ poſtea in exercitio ſpūali ſemp plus & plus accenditur ſic hic. Hæc eñ mulier accedēs ad dñm,incepit diligere,ſcilicet tractando pedes dñi,lauando,tergendo,vngendo,& oſculādo. Oſculū eñ eſt ſignū amoris ſecundū Grego. Multū eñ dilexit. Vñ dicebat dñs: Q m̄ dilexit multū.ſed audiendo verbū illud dñi, Fides tua te ſaluā fecit,vade in pace:tūc tota exarſit in dilectiōe Chriſti. Et nota q̄ ignis amoris ita conualuit in ea,vt oīa quę poſtmodū ageret vel cogitaret,in illū ignem verteret. Et eodē modo fit in quocūq; hoīe diuino amore ſuccenſo,q̄ omnia q̄ agit,cogitat,ſiue loquit̄,aut patitur,velut ligna iniecta in amoris ignē cōmutata augmētant ip̄m in eo. Si quid etiā aliud cremabile ingeritur,ſicut peccata venialia:totū hoc igne abſumit̄,& in nihilū redigit̄. Sicq; fit aīa illa tota ignea, ita vt in exitu eius a corpore maligni ſpiritus eidem nullaten⁹ valeant appropinquare. Illi vero q̄ hoc igni amoris nō flagrāt,eo℞ opa q̄cū q; agūt velut onera eos grauāt cū decedunt. Vñ Greg. multū miratur de magnitudine dilectiōis,ſup illo verbo, Maria ſtabat:ſic dicēs Hac in re penſandū eſt,quanta vis amoris huius mulieris mentem accenderat,quæ a monumento dñi,etiam diſcipulis recedentibus, nō recedebat:exquirebat quod inueniebat:flebat inquirēdo,& amoris eius igne ſuccenſa ardebat deſiderio. Et hic ignis primo accendebat̄ in acceſſu,vt dictū eſt:ſed augebatur in obſequio,& ardebat fortiter in alloquio. vnde ſemp poſtea feruenter audiebat verbum ei⁹, non ſolum in p̄dicationibus ſuis, ſed & in hoſpitio,vbicunq; potuit vñ etiam ex ardore poſt aſcenſionē dñi q̄diu vixit, omne humanū ſolatium & humanū conſortiū declinauit,vt dulcedine ſolius diuini

Nūq̄ ē vera p̄nia ſi: ne dilectio ne.

amoris iugiter frueretꝛ. Quod nobis.&c.

¶Ser.ij. Ad idem:& in numero.CIIII.

VBi abundauit delictum ſuperabundauit, & gratia. Ro.v.
In verbis propoſitis Apoſtolus deſcribit ſtatum Mariæ
Magdalenæ quo ad duo. ¶Nam primo quantum ad ſta-
tum ſuæ tranſgreſſionis tangit inundantiam culpę. Secũ- A
do quantum ad ſtatum ſuę iuſtificationis tangit redundantiam gra-
tiæ. Status culpę redditur miſerabilis ex eius propria peruerſitate:
ſed ſtatꝰ gratię redditur commendabilis ex diuina benignitate. Pri-
mum notatur, cum pręmittitꝛ: Vbi abundauit delictum. ſecundum
cum ſubditur: ſuperabundauit & gratia. Circa primum eſt ſciẽdum,
ꝙ miſerabilis ſtatus culpæ huius peccatricis colligitur ex tribꝰ. Pri-
mum patet. Nam nihil eſt, ꝙ tãtũ animam ĩ conſpectu dei vilificet:
& etiam coram hominibus hominem ita vilem reddat, ſicut pecca-
tum mortale: quia hoc tollit totam pulchritudinem, & totam nobili
tatem imaginis rationalis, & inducit homini habitum beſtialem. Et
hanc vilitatem plangit anima peccatrix per pœnitentiam ad deum
conuerſa, Threñ. j. Vide dñe & conſidera: quia facta ſum vilis. Hãc
autem vilitatem peccati Magdalena bñ cognouit: quando turpitu-
dinis ſuę maculas aſpexit. & ideo ſecundũ Grego. ad fontem miſe-
ricordię lauanda cucurrit, & cõuiuantes non erubuit. vnde dicit bea
tus Gregoriꝰ. Diſcite quo dolore ardet, quæ flere inter epulas non
erubuit. Secundum patet. Nam ſicut lepra omnia membra corpo-
ris inficit & corrumpit: ſic peccatum mortale omnes ſenſus interio-
res animę corrumpit & tollit. Excęcat eñ viſum ne ſuum creatorẽ
agnoſcat: & ne honorem diſtricti iudicij expaueſcat. vnde ſcribitur.
j. Ioã. iij. Omnis qui facit peccatum non videt deum. Tollit etiã au-
ditum ne voci dei obediat. Eſa. vj. Excęca domine cor populi huius
& aures eius aggraua. Tollit & diſcretionis odoratum reddẽs ei ſua-
ue, quod eſt fœtidum & corruptũ: quia peccatores non ſentiunt fœ-
torẽ peccatorũ ſuorũ: ſed potiꝰ ĩ eis delectanꝛ: ſicut ſus in volutabro
luti delectaꝛ: & ad hoc inſinuandũ Lazarꝰ quatriduanꝰ fœtebat. vt
patet Ioã. xij. Tollit etiã ſpũalẽ guſtũ ne mens poſſit in cibis ſpũalibꝰ
delectari. Pſal. Oẽm eſcã abhomiata ẽ aĩa eoꝝ: & appropinquauerũt
vſq; ad portas mortis. Aufert etiã ſpũalẽ tactũ: qa quãtũcũq; pctõ-
res moneãꝛ diuinis iſtictibꝰ, vel etiã paternis monitionibꝰ: eas tñ nõ
ſentiũt: ſed ad bonas affectiões, quaſi inſenſibiles fiũt. Et ideo ſcri-
biꝛ Ioel. j. ꝙ iumẽta. i. hoies beſtiales vſu rõnis carẽtes cõputruerũt
in ſtercore ſuo. i. in fœtore pctõꝝ ſuoꝝ. Tertiũ patet. Cor eñ Mag-
dalenæ ꝑ illo ſtatu culpę fuit oĩ timore dei vacuũ & pctõrũ ſpinis ob
ſitũ: & ideo penitꝰ nullã fœcũditatẽ bonoꝝ operũ attulit: nullũ imbrẽ

gratię ſpūalis accepit:& ideo vt deo ꝑ ſuis peccatis ſatiſfaceret: & ꝓ-
dictos tres defect⁹ a ſe excluderet:ad fontē mię acceſſit:& ipſū Chri
B ſtū triplici vnguento punxit. ¶ Prio quidē vnguēto contritionis,qn̄
lachrymis pedes Chriſti rigauit,& veniā oīm pc̄tōrū ꝓmeruit Spēs
aūt iſtius vnguēti ſūt amara cōtritio:ꝑteritorū pc̄tōrū cōſideratio: &
cœleſtis glorię priuatio:q̄ tria dn̄t i cōtinua memoria tanq̄ in quodā
mortariolo reponi,& pilo doloris teri:& lachrymarū abūdantia ipin
guari:& demū igne diuini amoris excoqui:ex quibus cōficiť vnguē
tū verę cōtritionis.Secūdo Chriſtū inūxit vnguēto deuotionis:quę
ſignificať p vnctionē capitꝭ factā ipſi Chriſto.vt patet Mat.xxvj.de
quo vnguēto ſcribiť in Pſal.Impinguaſti in oleo caput meū.Tūc em̄
caput noſtrū ipinguať oleo:qn̄ Chriſtus nr̄a deuotione ſuauiter de-
lectať:vel etiā qn̄ mēs nr̄a,q̄ ē portio anię ſupior,ex diuino munere
ſuaui deuotione reficiť.Spēs vero iſtius vnguēti ſecūdū Bern̄.ſūt di
uina beneficia q̄ quotidie dn̄t ſtudioſe memorando recolligi:& ſcri-
nio pectoris deuota gratiarū actione quaſi quodā pilo ꝯtūdi:& igne
feruentis deſiderij debēt excoqui:& oleo ſpūalis letitię impinguari:
& ſic demū tali vnguento caput Chriſti ſpūaliter debet perūgi.Ter-
tio ipſū inunxit vnguēto cōpaſſionis. Et iſtud vnguentū figuratur
C ꝑ hoc ꝙ Maria vnxit pedes Ieſu in Bethania.vt patet Io.xj. ¶ Vbi
ſciendū ꝙ ꝑ pedes Chriſti,qui ſunt extrema ꝑs corporis eius/ ſigni
ficanť pauperes & afflicti mundū volūtarie contēnentes:quia tales
nunc reputanť infimi,& abiecti in eccleſia dei:ſed in extremo iudi-
cio ipſos ſuper omnes alios exaltabit:qn̄ ipſis ꝑ cęteris conferet iu-
diciariam poteſtatē,ſniam.ſ.iudicis approbantes, & cōparatiōe ipſo
rū alios iudicantes.Spēs huius vnguēti ſūt pauperū miſerię & affli-
ctiones:quas pia mente debemus in corde nr̄o reuoluere:& ide vn-
guentū cōpaſſionis cōficere tribus modis.Primo quidē i affectu cō-
paſſionis eis pie cōpatiendo. Scđo in affatu conſolationis ipſos pijs
verbis,& cōpaſſiuis conſolando.Tertio in affectu miſerationis ipſo-
rū indigentias & tribulationes effectualiter in opere releuando.Vn̄
iſtos qui ſic i pauperes & afflictos opus pietatis exercēt Chriſt⁹ bea
tificauit.Mat.v.Beati(inquit)miſericordes:qm̄ ipſi miam cōſequē-
tur. ¶ Circa ſecūdū eſt ſciēdū ꝙ redūdātia ſuę gratię colligitur ex tri
D bus.Primo ex gr̄a pfectę reformatiōis.Secūdo ex gr̄a plenę ſatiſfa
ctionis.Tertio ex gratia intimę ꝯtēplationis.Primū patet. Nā ſicut
ipſa in ſtatu culpę fuit totaliter deformata,ſic p gr̄am fuit totaliter re
formata.vn̄ de ea cōuenīēter pōt intelligi,quod ſcribiť Eze xxxvj.
Terra illa iculta facta ē quaſi ort⁹ voluptatis.Nā p terrā icultā cōue
niēter itelligiť Maria Magdalena:q̄ ꝑ ſtatu culpę fuit terrenis affecti
bus,& oīb⁹ carnalib⁹ voluptatib⁹ iuoluta.vn̄ dicit Greg.ꝙ ipſa ſeptē

De triplici vnguēto, quo Magdalena vnxit Chriſtū

dęmōia habuit,qa vniuerſis vicijs plena fuit. Hęc aũt terra p grãm ipſam pleniſſime informãtē facta eſt velut hortus voluptatis,toti.ſ. trinitati ad inhabitãdũ deſiderabilis. Scdm patet. Nã qa Magdalēa multa pctã prius habuit,ideo deo multipliciter ſatiſfecit. Primo qui dē p opa pietatis & mię,q̃ oĩa circa pſonã Chriſti vel corporaliter/ vel ſpũaliter exhibuit. Nã primo Chriſtũ mētaliter induit biſſo puri tatis,& purpura charitatis. Prou.vl. Biſſus & purpura indumētũ ei⁹ Scdo ipm corporaliter & mētaliter pauit & refecit. vñ ſcribit̃ Ioã.xj. q̃ in Bethania Martha & Maria fecerũt ei cœnã. Tertio ipm hoſpi tio recepit. Lu.x. Intrauit Ieſus in qddã caſtellũ,& mulier qdã Mar tha noie excepit illũ in domũ ſuã.in q̃ ſuſceptione etiã Maria intel ligit̃,q̃ ipm dñm nõ ſolũ in domo corpali,ſed etiã in hoſpitio mētali ſuſcepit. Quarto ipm in tribulatione poſitũ viſitauit:qa iuxta crucē Ieſu cũ Maria mr̃e eius extitit,vt patet Ioã.xix & oēs dolores quos Chriſtus ſenſit corpaliter,ipſa ſenſit mētaliter. Quinto eius ſepultu ræ obſequiũ pbuit. vñ ſcribit̃ Mar.xvj. q̃ Maria Magdalena & alte ra Maria Iacobi & Salome/emerũt aromata,vt veniētes vngerēt Ie ſum. Secũdo ſatiſfecit p opa hũilitatis & pœnitētię. Et qa deũ mul tipliciter offenderat/in oculis quidē laſciue reſpiciēdo: in crinibus/ eos ad laudē ſeculi ɔponēdo: in ore/verba vana & pcacia loquēdo: & vnguētis/in eoꝝ odore carnaliter delectãdo: ideo oĩbus iſtis mo dis deo p pñiam ſatiſfecit. Nã ɔtra primũ lachrymas amaras emiſit cõtra ſecundũ,capillis pedes Ieſu terſit:cõtra tertiũ,oſcula deuotiſ ſima Ieſu pedibus impſſit:cõtra quartũ,eoſdē pedes Ieſu pcioſo vn guēto deuotiſſime inunxit:& ſic deo p verã pñiam pleniſſime ſatiſ fecit. vñ dicit Greg. Quot in ſe habuit oblectamēta,de ſe tot iuenit holocauſta:cõuertit ad virtutũ cumulũ/numerũ criminũ,vt totũ deo ſeruiret i pñia/p qd deũ ɔtēpſerat i culpa. Tertio deo ſatiſfecit p opa pœnalitatꝭ volũtarię. Nã ſicut dicit Ioſeph⁹ in quodã ſuo tract. Ma ria Mag. poſt aſcēſionē dñi p ardore charitatis Chr̃i,& p tędio pñtis ſcl̃i,nũq̃ virũ aliquē aſpicere volebat:ſed poſtq̃ ad Aquēſe territoriũ puenit/ſtati abijt,&.xxx.ãnis ibidē iarctiſſima pñia ſine quolibet ci bo corpali oĩb⁹ hoĩb⁹ icognita pmãſit. In quo qdē loco nec aquarũ fluēta,nec arboꝝ/ſiue hęrbaꝝ erãt ſolatia,vt ex hoc euidēti⁹ appare ret,q̃ dñs Ieſus Chr̃us nõ terrenis refectiõib⁹,ſed tm̃ cœleſtib⁹ epu lis ipſam ibidē diſpoſuerat ſatiare. Qualibꝫ ei die ſepties i horis cano nicis ab angelis i ęthera leuabat̃,& ibi ɔcētus ãgeloꝝ dulciſſimos au diebat. vñ his dapib⁹ ſatiata,nullis cibis ſeu idumētꝭ corpalib⁹ idige bat:i fine aũt vitę ſuę quē. B. Maxi. eps p diuinũ oraculũ pcognouit, ipſe ɔuocato toto clero/eã corpe & ſanguie dñi i eccl'ia ad quã fuerat ãgeloꝝ miſterio pducta,deuotiſſime cõicauit:qd a. B. Max. cũ mr̃a

lachrymarũ inundantia ſuſcepit. Deinde proſtrata ante altare ſãctiſ-
ſima eius aĩa cũ immenſa luce migrauit ad dñm. poſt cuius exitum
a corpore tanta ſuauitas odoris ibidẽ remanſit: vt p ſeptẽ dies conti
nuos ab ingredientibus oratoriũ ſentiret. Cuius corp⁹ ſanctiſſimum
Maximin⁹ cõditũ aromatibus deuotiſſime ſepeliuit: & poſt mortẽ
B ſuã ſeipſum iuxta eã ſepelire pcepit. ¶ Tertiũ patet. Nã ſynceritas
ſuę contemplationis intimę colligitur ex hoc q ipſa ſepties i die: vt
ſupra patuit, rapta fuit in aera: vbi per mentis exceſſũ audiuit melo-
diam angelorũ dulciſſime reſonantẽ. Ex hac autẽ cõtẽplatione diui-
nę bonitatis, & angelicę puritatis: vultus ei⁹ tanto fulgore radiabat:
vt facilius Solis radios q ipſius faciẽ, quis poſſet intueri put beatus
Maximinus in ſuis libris proteſtat. Qui etiã cum eã communicare
deberet: vidit ipſam in choris angelorũ ſtãtẽ & eleuatã a terra ſpa-
tio duorũ cubitorũ extenſis manib⁹ deum orantẽ. Hæc autẽ ſuaui-
tas contemplationis qua ſingulis diebus ſepties fruebat: cauſabat i
ipſa ex magnitudine deuotionis. Quę tãto feruore cœleſtis deſide-
rij cor eius accenderat: vt amoris intimi humanũ modũ excederet.
Qui etiam ipſam ad ſimilitudinẽ cerę liquefactã, inſtar fumi extenua
tam, in ſuperna eleuaret. Vnde de ipſa recte poteſt intelligi illud Cã
ti. iij. Quę eſt iſta quę aſcẽdit p deſertũ ſicut virgula fumi ex aroma
tibus myrrhe & thuris. Per fumũ intelligere debemus deuotę mẽtis
feruidũ deſideriũ, qui fumus ſurgit ab igne diuini amoris, & a feruo
re intimę deuotionis. Per virgulã quę ẽ recta & gracilis: intelligit fle
xibilitas ſuę mentis quę fuit prompta, & facilis ad obediẽdũ inſtincti
bus diuinis. Per hoc etiã intelligit rectitudo ſuę intentionis: qua quę
libet mẽs deuota totã ſuã intẽtionẽ i deũ dirigit: oẽs ſuas affectiones
& opationes i honorẽ dei puriſſime ordinãdo. Per myrrhã aũt intelli-
git mortificatio carnis. p Thus vero odorifera deuotio cordis. ſed p
vniuerſũ puluerẽ pigmẽtarij: intelligit pfecta aggregatio, & plena fœ
cũditas omnis virtutis. Bñ ergo Magdalena ſicut virgula fumi aſcẽ
dit: qñ ſeipſã per amoris intenſiui flagrantiam: & omnium virtutũ
exuberantiã: & ſuauiſſimi amoris pigmentum reſoluit. Quod ipſe
ſponſus redolens dicebat Canti. iij. Odor vnguentorum tuorum ſu-
per omnia aromata.

¶ Ser. iij. Ad idem: &
in numero. CV.

Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Ioan. xx.
¶ Cogitanti mihi cum Grego. de Mariæ pœnitẽtia ma
gis flere libet q aliqd dicere: cuius nãq; vel ſaxeũ pect⁹ il-
lę hui⁹ peccatricis lachrymę ad exẽplũ pnię nõ emolliãt.
Maria ergo ſtella maris data oib⁹ pctõrib⁹ iter fluct⁹ maris hui⁹ ſcli

in exemplũ pœnitentiæ ſtabat ad monumẽtũ. In quibus verbis tria
denotantur, quæ realiter ad literã ſecundũ ordinem hiſtorię p eã ge
ſta fuerũt poſt tps dñicę paſſionis: ſed nõ min⁹ veraciter p̃ceſſerunt
in ea tpe conuerſionis. Nam prout dicit Orig. i Homi. ſuper illo ver
bo. Amor faciebat ſtare, & dolor faciebat eam plorare. Ita veriſſime
hæc p̃ceſſerũt etiam tempore ſuę conuerſionis. Erigebať em̃ amo-
re fiducię ad infinitatem diuinæ miſerationis. vñ p̄mittitur: Maria
ſtabat: ſed tamen reprimebatur timore iuſtitię ad denſitatem ſuę p̃
ua ricationis. vñ additur: Ad monumentũ. Et ꝓ his ꝯterebatur pu-
dore & dolore mœſtitię ad imenſitatem ꝯtritionis. de quo bñ dicit
Foris plorans. Quantũ ad primũ ſciendũ, ꝙ qa turpitudinis ſuę ma
culas agnouit, lauanda ad fontẽ mię cucurrit: ſecũdũ qđ dicit Greg. Triplex
i Homil. Amoris aũt ei⁹ fiducia erigebať ad fontẽ diuinę miſeratio vena ꝓſili
nis ex triplici vena q̃ ꝓſilijt de hoc fonte. Salit em̃ de hoc fonte beni it de fõte
gnitas inexhauſibilis: pietas inexplicabilis: liberalitas imẽſurabilis. diuię miſe
Prima vena alliciebat elõgatam peccati dulcedine: ſecunda mulce- rationis,
bat inueteratã peccandi ꝯſuetudine: tertia erigebat obſtinatã deſpe Magdale-
randi promptitudine. Prima ergo vena q̃ eſt benignitas inexhauſibi nã allicẽs
lis, alliciebat elongatam peccati dulcedine: ſciebat em̃ illud Prophe. Ioel. ij.
Quia benignus & miſericors eſt dñs, patiens, & multæ miæ, p̃ſtabi
lis ſup maliciã. Ex hac ergo ſpei & amoris allectione Maria ſtabat:
Maria non quidem tota illuminata, ſed potius tota amaricata: quia
amaritudine pœnitẽtiæ repleuit eã dñs. Nolite (inqt) vocare me no
emi. i. pulchrã: ſed vocate me mara. i. amarã: qa amaritudine me re
pleuit dñs oipotens. Ruth. j. Vbi valde eſt ꝯſiderandũ, ꝙ primo ſta-
bat, & poſtmodum ad pedes dñi iacebat: quia eã diuina dulcedo ad
venam hanc benignitatis alliciebat: & poſtmodum iterum ſurgebat
Nam ſicut dicit Greg. & ponif. l. di. qđ eſt. Qui adhuc ex ſupbię ver
tice ſtam⁹, cũ iã de ęternitatis timore aliquid ſentire cœpim⁹, dignũ
eſt, vt ad pœnitentiam accedamus. Et dum infirmitatem noſtram
ſubtiliter agnoſcentes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſola
tionem ad fortiora opera reſurgamus. Sic ergo Maria ſtabat ad fon
tem diuinę miſerationis allecta p venam benignitatis inexhauſibi-
lis a peccati dulcedine. Vnde bñ poterat dicere illud Gen. xxiiij. Ec
ce ego ſto prope fontẽ aquę, & filiæ habitatorũ ciuitatis huius egre
dientur ad hauriendũ aquam. Stetit em̃ prope fontẽ diuinę miſera-
tionis, & filiæ habitatorũ. i. diaboloꝝ eã inhabitantiũ tanq̃ ciuitatẽ
q̃ vaſtatur: q affectiones malas & turpes in ea gignũt. Vos (inqt dñs
Ioã. viij.) ex p̃re diabolo eſtis. Hę inquã filię egrediẽť, qa teſte Mar
co, dñs ex ea eiecit ſeptẽ dæmonia: & egredienť ad hauriendũ aquã
diuinæ miſerationis. Secunda vena fontis diuinæ miſeratiõis, qui

eſt pietas inexplicabilis mulcebat inueteratam peccati cõſuetudinē. Pietas enī eſt vena q̄ tā abundāter ꝓſilijt, ꝙ per nullius vnq̄ malitiā potuit exſiccari: quia in illo cui miſeref non ſupponit aliqd meritū, ſed ſępe largitur ſuū bñficiū, vbi totū inuenit contrariū. Vnde Bern. in quadā epl'a. O clementiſſima (inquit) pietas, q̄ non ſua deſinit largiri bñficia: non ſolum vbi nullū inuenit meritū, ſed plerūq; vbi totū inuenif contrariū. Sciebat ergo hæc ſancta mulier optime illud qđ dicit Hiero. ſup Amos. & ponif de pœ. d. j. Quia (inqt Hiero.) diuinitatis natura clemens eſt & pia, magiſq; ad indulgentiā q̄ ad vindictam prona: qa nō vult mortē pctōris, ſed vt cõuertatur & viuat. Si qs poſt lapſum pctōꝝ ad verā pñiam ſe cõuerterit, cito a mię iudice veniā impetrabit. Pietas igitur inexplicabilis q̄ mulcebat inueteratā peccati ꝯſuetudinē, faciebat eā ſtare: vt de hoc exponaf iſtud Heſt. xv. Stetit cõtra regē, vbi rex reſidebat in ſolio regni ſui. Soliū regni dei eſt pietas. Pius enī & clemēs eſt dñs deus nr̄. ij. Paraľ. xxx. ibi ergo Maria ſtabat ꝯtra regē. Tertia vena fontis diuinę miſerationis ē liberalitas imenſurabilis, q̄ erigebat obſtinatam deſperādi promptitudinē: quia enī diuina liberalitas non habet menſurā aut modū, nō poterat hæc fore tanta deſperatione obſtinata, quin hæc vena erigeret eam de barathro deſpationis. Et hæc maxime innuif in mō & ꝓceſſu pñiæ. Lu. vij. Quia ſtans retro ſecus pedes dñi, lachrymis cœpit rigare pedes eius. Maria ergo ſtans retro propter ꝓpinquitatem deſpationis, tñ ſtabat ſecus pedes dñi propter liberalitatē imenſam diuinę miſerationis & liberalis affectionis. vñ Greg. Indignitatē enī ſuā oñdens, ſtabat poſt tergū deiectis luminibus & effuſa coma, pedes amplectēs lachrymis eos pfundēs, rebus triſtitiā ai oñdebat, veniam iplorans. & infra. Poſtq̄ enī accenſa eſt pñia exarſit in Chriſti amore. & hęc (inquit) q̄ dicta ſunt, agebanf exteri⁹: q̄ vero eius reuoluebat intētio, multo feruentiora erāt his, q̄ ſol⁹ deus inſpiciebat. Et hoc de primo. In quo patet, qūo hæc ſancta mulier in ſua cõuerſiōe erigebaf ad infinitatē diuinę miſerationis, cum dicif: Maria ſtabat.

B ¶ Secundo reprimebatur ad profunditatē ſuæ p̄uaricationis. vnde ſubditur: Ad monumentum. per quod Orig. in quadā Homi. ſuper hoc verbo, cor ſigna, dicit. Stabat ergo Maria, qa erigebatur quidē ſpe & dulcore diuinę miſerationis: ſed cū ſtabat adhuc ad monumētum, id eſt, ad cor cõſciū profundæ p̄uaricationis: quod ex tribus inuentis in monumento (vt hic dicitur) ſibi nō incongrue cõparatur. Lapis enī appoſitus ab eo reuolutus fuerat: dñs iā pridem mortu⁹ viuus ex eo ſurrexit: & angelicus binarius ad caput & ad pedes ei⁹ aderat: Sic recte de corde Mariæ reuolutus iā erat lapis obſtinatiōis ſpiritus eius iam pridem mortuus a corde ſurrexerat de profundo

præuaricationis: angelicus binarius nunciauit vicinitatem diuinæ consolationis ad pedes di. Declina a malo & fac bonum. ſibi duo p̄cepta charitatis inſinuans: dei videlicet & proximi. De reuolutiõe lapidis obſtinationis ipſa ſollicita erat. Marci.xvj. dicens cum alijs mulieribus. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? Et ſpiritualiter intelligẽdo, mulieres.i. vires animę Marię Magdalenę iam ex pœnitẽtia ad fœcunditatem muliebrẽ diſpoſitæ, vel ad molliciem cõtritionis & reſolutionis lachrymaꝝ: quia mulier quaſi mollis aer, vel mulcẽs herũ. Iſtæ inquã mulieres venerũt ad monumentũ cordis obſtinati: oriente tñ iam Sole veritatis & iuſtitiæ. Et dixerunt ad inuicem, in recollectionem oĩm ipſarum virĩũ ad pœnitentiã: Quis reuoluet nobis lapidẽ &. Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. De iſto aduentu eius ad monumẽtum/poteſt exponi illud Ioan.xx. Venit Maria Magdalena, cum adhuc tenebræ eſſent/ad monumentum. De reſuſcitatione ſeu reſurrectione ſpiritus eius qui viuus ſpiritualiter a monumento ſurrexerat, poteſt exponi illud Matthęi.xxviij. Maria Magdalena, & altera Maria exierunt cito de monumento cum timore & gaudio. In hoc eñ principio pœnitentiæ Maria Magdalena erat vere Magdalum, id eſt turrenſis, ſecundum Bedam: quia dominus ei factus iam fuerat turris fortitudinis a facie inimici. Et cum hoc erat altera Maria, quia valde alterata ab eo quod prius fuerat: cum prius fuiſſet filia diaboli, nunc filia dei: prius quidem mortua, nunc de monumẽto exiens viua. Et propter hoc erat Maria Magdalena & cum ea altera Maria, & ſic non incongrue dicitur duplicata, quod maxime verificat̃ propter geminationem affectionum, quia timorem habuit ex eo quod prius fuerat, & gaudium ex eo quod dei munere acciderat propter quod dicitur: Exierunt de monumẽto cũ timore & gaudio. Et ideo pluralis numerus poteſt verificari de ea/vel propter ſpũalem naturam & ſenſualitatem/vel propter rationẽ ſuperiorem & inferiorem quarum vni ineratt timor, alteri gaudium, & ambę exierunt de monumento cordis obſtinati. De annunciatione angelici binarij. qui vicinitatem diuinę conſolationis ad caput & ad pedes huius monumẽti nunciabat, poteſt exponi illud Gene.xv. Hic eſt titulus monumẽti Rachel. Rachel interpretatur ouis, ſiue vidẽs principium. Et iſta quidem ſancta mulier fuerat ouis quæ perierat, & bene poterat dicere illud: Erraui ſicut ouis quæ perierat. Propter quod angelica nunciatio ſibi dicebat ad pedes affectionum/monumenti, id eſt, cordis obſtinati: Declina a malo. Reducta tamen fuerat iam iſta ouis humeris pij paſtoris, qui impoſuit eam in ſuis humeris gaudens. Et ita vidẽs principium quod dixit, Ioan.viij, Ego principium, qui

Nota expoſitionẽ de ſola Magdalena.

&loquor vobis.propter quod angelica nunciatio dicebat ſibi ad ca-
put rationis & voluntatis(q̄ eſt principale initiũ omnium actionũ)
fac bonum. Et hoc de ſecundo in quo notatur quõ Maria in conuer
ſione ſua reprimebatur a profunditate ſuæ p̄uaricationis,cũ dicitur
C Ad monumentũ. ¶ Tertio notatur quõ hęc ſancta mulier in ſua cõ
uerſione pro his triſtabatur pondere mœſtitię ad immenſitatẽ ſuæ
contritionis,cũ additur:Foris plorãs. Iam enĩ non erat in monumẽ
to cordis obſtinati,ſed foris:& ideo plorabat,quia ibi lachrymæ fru
ctuoſę erant.quia in ſtatu deſperationis lachrymæ nullaten⁹ habẽt
fructum.cum etiam de inferno dicatur:Ibi erit fletus & ſtridor den
tium.Foris ergo erat plorans triplices lachrymas:ſcilicet lachrymas
mœroris,lachrymas amoris,& lachrymas dulcoris.Per primas ob
tinuit abſterſionẽ maculę:per ſecundas,operationẽ veniæ:ꝑ tertias
impertionẽ grãæ. Per primũ genus lachrymarum rigabat lectũ ſuæ
p̄uaricationis:per ſecundũ mitigabat affectũ diuinæ indignatiõis: ꝑ
tertiũ attingebat effectũ ſupernæ miſeratiõis.De primis lachrymis
dicit Greg.i Homi. Diſcite quo dolore ardet,q̄ flere inter epulas nõ
erubeſcit.Et ipſa bene poterat dicere illud Threñ.j.Idcirco ego plo
rans & oculus meus deducens aquã:quia longe factus eſt a me cõſo
lator,cõuertẽs animã meam.& illud Pſal.Laboraui in gemitu meo
lauabo ꝑ ſingulas noctes &c.vſq;,rigabo.Per illud aũt genus lachry
maꝝ obtinuit abſterſionẽ maculæ.Vnde ſup hoc verbo dicit Titus.
Lauans lachrymis pedes meos.lauit lachrymas ꝓprias:exſiccãs co-
mis,vt per eas ſibi aſſumat ſacros ſudores:& rigabat lectũ ſuæ p̄ua-
ricationis. Et hoc conuenienter ſecundũ Grego. quia quot in ſe ha-
buit oblectamẽta,tot inuenit de ſe holocauſta:& ꝯuertit numeꝝ cri
minum ad cumulũ virtutũ,vt totũ ſeruiret deo in pœnitẽtia:qcquid
deũ ex ſe contempſerat in culpa.Quod ſic oñdit Grego.Oculis enĩ
terrena concupierat,ſic hos iam per pñiam conterẽs flebat:capillos
ad cõpoſitionẽ vultus exhibuerat,ſed iam capillis lachrymas terge
D bat. ¶ De ſecũdo gñe lachrymaꝝ dicit dñs,Lu.vij.Hæc aũt lachry
mis rigauit pedes meos.& hę lachrymę amoris obtinuerũt apertio
nẽ venię,& mitigabant affectũ diuinæ indignatiõis. vñ ſup illo ver-
bo allegato dicit Ambro.Bonę lachrymę q̄ non ſolũ noſtrũ poſſunt
lauare delictũ,ſed etiã verbi cœleſtis rigare veſtigiũ:vt ꝓgreſſus no
bis exuberent:bonæ lachrymę in qbus nõ ſolũ redẽptio pctõꝝ,ſed
etiã iuſtoꝝ refectio ẽ.Et huius rõem aſſignat bñ Greg.i Homi.di.
Tãto nãq; amplius pcti rubigo cõſumit,quanto pctõꝝ cor magno
charitatis igne crematur.Et hę lachrymæ amoris recte fuerunt per
oſculũ ſignificatæ,de quo dicitur,Hęc aũt non ceſſauit oſculari pe-
des meos.Oſculum quippe ſecundum Grego.dilectionis eſt ſignũ:

De virtute lachrymarum amoris.

ideo congruentiſſime hæ lachrymę merentur apertionem venię & mitigant affectum diuinę indignationis:quia dimittuntur ei pecca ta multa,quia dilexit multum.Et prout dicit Amb.Non mediocris autē hęc meriti eſt,de qua dicitur,Non ceſſauit oſculari pedes meos vt niſi ſapientiā loqui neſciat,niſi iuſtitiam diligere,niſi caſtitatem amare,niſi pudicitiam oſculari. De mitigatione autem diuinę indi gnationis per has lachrymas factas,poteſt exponi illud Ioan.xx.Ie ſus ergo cum vidiſſet Mariā plorātē,infremuit ſpiritu, & lachryma tus eſt Ieſus.Cum eñ ſeueritas diuinę iuſtitiæ vidit reatum diuinę p̄uaricationis quam deplorauit Maria,iuſtitia exegit ſeueritatis & indignationis concitationē:ergo bene dicitur,infremuit ſpiritu. Sed cum pietas diuinæ mīæ vidit ploratū diuinæ dilectionis, quia dile xit multum:exegit benignitatis & compaſſionis reſolutionē. vnde ſcribitur:Et lachrymatus eſt Ieſus,in quo veriſſime mitigatus appa ret affectus diuinę indignationis. ❡ De tertio genere lachrymarū poteſt exponi illud Geñ.xliij.Erumpebant lachrymæ,& non pote rat ſe cōtinere.Et hoc proprium eſt lachrymarum dulcoris,q̄ in vn guento ſignantur/quo vnxit pedes diuinę affectionis,& quo perfu dit caput diuinæ miſerationis.Quia miſerationes eius ſuper omnia opa eius.Vel forte dici pōt,ꝙ per iſtas lachrymas dulcoris fractum fuit i ea om̄e carnale deſideriū:ex quo hęc mulier ad tantā defluxit vnguēti ſuauitatem,ꝙ vnxit diuinitatem quodāmodo & humani tatē:vel Chriſtum in capite & in membris:q̄ omnia ſuauitate quadā dulcoris/& bonę famę hæc mulier dulcoris lachrymis quodāmodo leniebat,& indeſinēter ad hoc lenit ſancta eccleſia/q̄ per eam ſignat̄ cū Hiero.ſuper illud Marc.xiiij.Fracto alabaſtro effudit ſup caput eius.Mulier (inquit) cū alabaſtro,eccleſiaſticā fidem ſignificat,q̄ di cit in Cant.Nardus mea dedit odorē ſuum.q̄ piſtica nardus dicitur .i.myſtica & p̄cioſa.Domus impleta odore,cœlū & terra eſt.Fractū alabaſtrum,carnale eſt deſiderium,ex quo om̄e corpus compagina tū eſt.Recūbente ipſo.i.humiliante ſe,vt eum tangeret fides pecca tricis,q̄ de pedibus aſcendit ad caput,& ad pedes de capite deſcēdit per fidem.i.ad Chriſtū & ad membra eius. De quibus lachrymis p̄t exponi illud Tob.vij.Cum lachrymis oſculatus eſt eum,& plorans ſup collum eius.vnde bene per iſta obtinuit impertitiōes gratię quā ſenſerat Pſal.cū dicebat.Potum dabis nobis in lachrymis in mēſura Attingebat aūt per has lachrymas effectum ſupernę miſerationis, dicens cū Pſal.Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Quia q ſeminant in his lachrymis,in gaudio metent.&c.

E

❡Sermo quartus ad idem,
& in numero.CVI.

A Mortua eſt Maria. Nume.xx. ¶ Augu.Solilo.ca.ij.in p-
ſona pctõris loquens,& viã peccatoꝝ deteſtãs ad ipſum
deum ſic loquitur,di. Vita mea vita fragilis,vita caduca
vita inquam quę quanto magis creſcit,tanto magis de-
creſcit:quanto magis procedit,tanto magis ad mortem accedit. Et
in eodẽ.c.iiij.O dñe Ieſu,o dñe verbũ per quod facta ſunt oĩa, ſine
quo factum eſt nihil: vęh mihi miſero ſine te totiens obcęcato:quia
tu lux:& ſine te totiens infatuato,quia tu veritas: & ſine te totiẽs ob
erranti,quia tu via:& ſine te totiens annullato,quia tu verbũ per qđ
facta ſunt omnia:& ego ſine te nihil ſum,quia ſine te factum eſt ni-
hil.Sequitur. O dñe verbum,o deus verbum, qui es lux per quem
facta eſt lux : qui es via,veritas,& vita: in qua non ſunt tenebræ er
rorum,nec vanitas,neq; mors:lux, ſine qua tenebræ: via, ſine qua
error:veritas,ſine qua vanitas : vita,ſine qua mors. Ex quibus ver
bis omnibus liquet, ꝙ peccatorum vita potius eſt mors nuncupa-
ta q̃ vita: immo tales maxime mortui ſunt dicendi,ſecundum ꝙ di
cit Bernardus,ſermone.liiij. de tempore ſic. Quis magis mortuus
eſt eo qui fouet ignem in ſinu, peccatum in conſcientia, nec ſentit,
nec excutit, nec expaueſcit? quaſi diceret:nullus. Hæc autem ſen-
tentia ſup iſta ratione fundari videť, Qꝛ cum deus ſit vita aïæ. Ioã.
xiiij. Ego ſum via,veritas,& vita. & anima peccatrix p pctm̃ ſit pri-
uata iſta vita,quæ eſt dei ſapientia. Sapi.j. In maliuolam aïam non
introibit ſapientia,neq; habitabit in corpore ſubdito peccatis. Meri
to talis anima mortua dici debet , quaſi tanq̃ vitale carens ſua vita
viuificante:iuxta illud Apoſto. Roma.viij. Si ſecundum carnem vi
xeritis,moriemini.i.mortui eritis. Hanc autem rõem tangit. B. Au
guſti.j.li.de vera innocentia,dicens. Duæ vitę ſunt/vna corporis,al
tera animæ.Sicut vita corporis anima:ſic vita animæ deus:& quõ ſi
anima deſerat/moritur corpus,ſic anima moritur/ſi deſerat Chriſtꝰ
Ex quibus omnibus poſſumus elicere vnum corollariũ: ſcilicet,ꝙ
non ſolum anima peccatrix mortua eſt/verum etiã tota hypoſtaſis
ſiue ſuppoſitũ hominis peccatoris, mortuum debet dici. Cuius ratio
eſt. Nam ſi anima Chriſto deſerente/mortua dicitur,quomodo cor
pus a mortuo viuificabitur? Et quia chariſſimi, Maria Magdalena
eſt illa de qua Grego. teſtatur, ſecundum Euangeliſtam, dominum
eieciſſe ſeptem dæmonia/alludentes verbo Euangelico/qui ipſam
mortuam deo deſcripſit/dicens. Mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix
poſſumus eam nõ incongrue deſcribere eadẽ de cauſa mortuã i ver
bis ꝓpoſitis, Mortua eſt Maria:licet ad literã dicta ſint de Maria ſo
B rore Moyſi & Aaron. ¶ In quibus quidẽ verbis totus decurſus vitę
ſuę deſcribiť quo ad tria.ſ.quo ad initiũ vel igreſſum:quo ad mediũ

P̄ctõꝝ vita eſt potiꝰ mors dicẽda q̃ vita.

vel progreſſum:quo ad terminũ vel egreſſum. In initio attẽdit hor-
ror erroris:in medio perpendit dolor mœroris: in termino ꝑtendit
decor honoris. Error in initio fuit a via deuius:mœror i medio fuit
in via præuius:honor in termino fuit ad vitam peruius. Primum ra
tione ęgritudinis miſerabilis mortificat. Secundũ ratione amaritu-
dinis lachrymabilis gratificat. Tertiũ rõne beatitudinis intermina-
bilis viuificat. In initio fuit ęgritudo mortificans per vitalis alimo-
niæ carentiam:& hoc quia fuit initio prę uaricata. In medio fuit ama
ritudo gratificans per pœnalis pœnitentię tolerantiam:& hoc quia
fuit in medio amaricata. In termino fuit beatitudo viuificans per fi
nalis gloriæ redundantiã:& hoc quia fuit in termino beatificata. In
itium ęgritudinis mortificãtis denotatur cum ꝑmittit, mortua. Me
dium amaritudinis gratificantis demonſtratur, cũ poſtponitur: Ma
ria. Vltimum beatitudinis viuificantis declaratur, cũ interponit, eſt.
vt alludentes regulis dialecticis iſta propoſitio poſtpoſita.ſ. Maria ẽ
mortua/ſit conuerſa iſtius, mortua eſt Maria: quæ per conuerſionẽ
ſimpliciter factam ꝯuertitur in iſtã, mortua eſt Maria: vt ſit ſenſus/
ſecundum diuiſionem ꝑmiſſam. Mortua.ſ. prius per vitalis alimo-
niæ carẽtiã, Maria poſtea vocata (qđ interꝑtatur amarũ mare) p pœ
nalis pñię tolerantiã, eſt nunc per finalis gloriæ redundantiã. Quæ
omnia patebunt ſuis locis. ¶ Primo dico ꝙ ſcribitur Marię Magda C
lenę initiũ mortale, cum ꝑmittitur: Mortua & hoc rationabiliter: q̇a
vt ſuperius patuit per Aug. Anima per pctm̃ Chriſti ꝑſentia carens Anima p
qui eſt vita aiæ, merito mortua dicitur: quod & alijs verbis perſua- pctm̃ mor
deri põt ſic. Imaginor ꝙ in omĩ genere vitã habentiũ quocũq; ſit/vł tale qũo
eſſentialiter ſicut creator/vel participatiue ſicut creatura: reꝑiũt iſta ſit mortua
tria.ſ. viuificãs, viuificatũ, & viuificabile: q̃ tria ſic diuerſificant, ꝙ declarat.
eſt aliquod qđ eſt ita viuificans quod nec eſt viuificatũ/ nec viuifica
bile, puta ipſum principiũ quod eſt deus, qui oĩa viuificat / q̇ tamen
non eſt viuificatus: loquẽdo proprie ſicut ſonant talia participia: ſed
ipſa vita per eſſentiam. Eſt etiam aliud quod retinet modũ totaliter
oppoſitum: quod ſcilicet ſic eſt viuificabile & viuificatum qđ nullo
modo eſt viuificans, puta corpus humanũ. qđ patet ex diffinitione
aię.ij. De aĩa. vbi dicit, ꝙ aĩa eſt actus corporis organici phyſici i po
tentia vitã habentis. Si ergo ipũm corpus hũanũ eſt potẽtia vitã ha-
bẽtis, ergo viuificabile eſt. Dum aũt actum ſuum vel vitam habebit
actualiter, tunc eſt viuificatum. Sed & tertium quod eſt medium in-
ter iſta duo ſapiens naturam iſtoꝝ extremorum, puta aĩa: q̃ partici
pãs cũ deo/eſt viuificãs, & hoc reſpectu corporis, vt patet ex dictis.
Participãs vero cũ corpe ẽ viuificabilis & viuificata: & hoc reſpectu
dei. Sicut ergo corpus ſuo viuificãte priuatũ qđ eſt aĩa, licet ſit viuifi

cabile:non tamen poteſt dici viuificatum:ſed ex hoc ſequitur ꝙ ſit
mortuum:ſic anima carens ſuo viuificante,quod eſt deꝰ:licet ſit vi
uificabilis:tamen non eſt viuificata:& per conſequens eſt mortua.
Hoc autem fit per gratiam.hoc eſt quod dicit beatus Augu.in lib.
de natura & gratia ſic dicens.Non dicimus ad peccatũ valere mor
tem corporis,quia nemo moriendo peccat:ſed ad peccatum valet
mors anię quã deſeruit vice eius:quæ neceſſe ẽ vt opa mortua faci
at:donec Chriſti gratia reuiuiſcat.Merito ergo Maria Magdalena,
quę ſic fuit initio vitę ſuæ infamis,& publica peccatrix poteſt mor
tua deſignari.vt de hac exponatur illud Eccl.vij.Inueni amariorem
morte mulierem.Et dicitur morte amarior ſignanter:quia amara ẽ
mors.iuxta illud Eccl.xlj.O mors q̃ amara eſt memoria tua.ſed pec
catrix mulier eſt morte amarior:quia ſecũdũ intellectum ẽ mors ani
mæ.Reuera iſta mulier fuit Maria Magdalena:cuius peccatũ diui
ſerat inter ipſam & deum:& idcirco talis mors dicitur amarior mor
Eſa.lix. te naturali.vnde Aug.in lib.Ench.Perdere regnũ dei:exulare a ci
uitate dei:carere vita dei:priuari tanta multitudine dulcedinis dei,
quam abſcondit timentibus ſe,& pfecte ſperantibus in ſe:tam gran
dis pœna eſt:vt nulla ſit maior pœna quam nouimꝰ. Sed chariſſimi
D nunquid ſemp mortua erit? Abſit.¶Vnde notandum ꝙ hęc ẽ dif
Differentia mortis animæ & gehennę. ferentia inter mortem gehẽnę & mortem animę.Nam mortui mor
te gehennę,nec ſũt viuificati,nec viuificabiles:cũ iter eos,& ſãctos
magnũ chaos confirmatum ſit:vt ex ſanctis qui volunt tranſire ad
inferos non poſſint,nec inde tranſmeare ad iſtos.vt patet Lu.xvj.
Mortui vero ſolum morte animę:licet non ſint viuificati:ſunt tñ vi
uificabiles & viuificari poſſunt per pœnitentię tolerãtiam:quod fit
per auerſionem a bono commutabili ad bonum ĩcommutabile qđ
eſt deus,dicente domino Eſa.xlv.Cõuertimini ad me & ſalui eritis.
Ideo bñ ſequitur in auctoritate principali Maria:vbi(vt dicebať)de
ſcribitur vitæ ſuæ medium vel progreſſus quo ad pœnalis pœnitẽ
tię tolerantiam.Maria em̃ interpretatur amarum mare.Etem̃ ipa
amaricata fuit.quia vt dicit Greg.de ipſa.Conſiderauit em̃ qđ fece
rat:puta malũ,& noluit moderari,quod faceret bonum.Hæc autẽ
amaritudo videť cõſiſtere in duobus,videlicet i cõtritione pctõꝝ i
trinſecꝰ:i afflictione corporis extriſecꝰ.p primũ ſpũs humiliať & re
primiť eius ſublimitas.p ſecũdũ caro mortificať & opprimiť eiꝰ ſen
ſualitas.Hãc aũt duplicẽ amaritudinẽ oñdit ipa ſe habuiſſe p opis ef
fectum.Lucę.vij.Et quodlibet horũ erit triplici opere.Prio nãq; ha
buit contritionem & amaritudinẽ peccatorum intrinſecus:quã con
tritionem tria oſtendunt:ſcilicet verecundia,humilitas,& ploratus.
Inuerecundus vero vel non plorans,nequaq̃ dolere de peccato vi

detur:ideo tria ponit euangeliſta contritionẽ ipſius indicãtia. Quia
ſtans retro tanq̃ verecunda, non impudens & importuna:ſecus pe-
des domini tanq̃ humilis & non ſuperba:& lachrymis cœpit rigare
pedes eius tanq̃ mœſta/non hilaris & iocunda. vnde Gregor̃. Vide
quo dolore ardeat quę flere inter epulas non erubuit. Dolore enim
ardere pertinet ad contritionem intrinſecam. Hę ſunt tres dolo-
res conditionales:quas peccatrix anima in ſeipſa ſentit: cum fide-
liter de commiſſis dolet ſperans de venia, non deſperans de ſalute.
De prima conditione doloris dicit Ambroſi. in lib. de paradiſo ſic.
Magis poſtq̃ peccamus ſcelera noſtra cognoſcimus & errorem eru
beſcimus: quę anteq̃ peccaremus peccata eſſe non putaueramus.
& ſubdit. Vnde Maria Magdalena quę poſt culpas perpetratas tur
pitudinis ſuę maculas aſpexit:ad fontem miſericordię lauanda cur
rens conuiuantes non erubuit. Nam quę ſeipſam intus grauiter eru
beſcebat:nihil eſſe quod verecũdaretur foris credebat. hęc Ambro
ſi. De alijs duabus contritionis conditionibus dicit Fulgentius ad
Proſperum de oratione & contemplatione ſic. Humilium autem
fletus magnus eſt carnalis concupiſcentię interitus. vnde Chryſo.
ſuper Mat. Homilia. vj. Nihil ita deo coniungit, vt lachrymę:quas
& peccati dolor & virtutis amor effundit. & ſubdit. Itaq; frequenter
inuenimus dominum flentem:nunq̃ vero ridentem: nec ſaltem le-
uiter ſtridentem. Saray ridens mox dei voce correpta eſt. & filius Geñ.xvij
Noe Cham propter riſum ſeruus ex libero factus eſt. hęc Chryſoſt. Geñ.ix.
℄ Secundo oſtendit ſe afflictionem corporis extrinſecus habuiſſe. E
Sunt autem tria quę vere pœnitentes decet in proprio corpore ſu- Tria de-
ſtinere, ſcilicet repellere ſeculi vanitatem: relinquere propriam vo- bet vere
luntatem:& fugere corporis voluptatem. Vanitas ſeculi repellitur pœnitens
per abdicationem rei tranſitorię. Voluntas propria relinquitur per in ꝓprio
educationem deductorię, Voluptas propria fugitur per explicatio- corpore
nem fidei meritorię: ideo tria ponit euangeliſta ipſius Magdalenę ſuſtinere.
opera eius afflictionem corporis extrinſecam denotantia iuxta prę
dicta tria: quia capillis capitis ſui pedes domini tergebat contra ſe-
culi vanitatem, quos ſecundũ Grego. ad compoſitionem ſui vultus
exhibuerat:in quo ſeculi vanitas mõſtrabat̃. Nã & capilli ſunt capi-
tis ſupfluitas:& in mũdo nihil eſt niſi ſupfluitas & vanitas, Eccl̃es. j.
Vanitas vanitatũ & oia vanitas. & in eodẽ. c. iiij. Cõtẽplat⁹ ſum oẽs la
bores hoim & induſtrias aiaduerti patere inuidię proximi, & in hoc
ergo vanitas & cura ſupflua eſt, vbi gloſſa. Quid ergo vanius q̃ ſuas
miſerias nõ flere:alios iudicare:meliorib⁹ inuidere? Cõtra ꝓpriã vo
lũtatẽ oſculabatur pedes dñi. vt dicit Greg. Os quo ſupbiã dixerat.
per os enĩ volũtas hois cognoſcit̃: cũ voces ſint ſigna eaꝝ quę ſunt

In aĩa notę paſſionũ.Sed cõtra corporis voluptatẽ vnguẽto vngebat
quod vnguẽtũ ſcd̃m Greg.ſibi ꝓ odore carnis adhibuerat.Hęc er=
go Maria ꝓ auerſione ſuſpirãs,prę dolore:& ꝓ cõuerſione reſpirãs
cũ mœrore:ꝑ beata viſione aſpirãs prę amore.De primo poteſt di
cere illud Ruth.Ne vocetis me noemy,id eſt pulchrã,ſed mara,id
eſt amarã .vbi noemy ſignificat eccleſiã tribulationib⁹ & preſſuris
plenã pręſentia gaudia nõ amare,ſed futurã gloriã quęrere. Quod
etiã & nos reuera de glorioſa Magdalena intelligere poſſum⁹, quę
terrena deſpiciẽs ſic cõuerſa eſt ad dñm,vt amoris eius igne accẽſa
ardebat deſiderio ſcd̃m Gre.Et hoc in tãtũ ꝙ illud precioſum ver=
bũ meruit audire & effectũ obtinere,Lucę.vij.Dimiſſa ſũt ei pecca
F ta multa:qm̃ dilexit multũ.¶ Ideo cõgrue ſequitur tertiũ ſcilicet fi
nalis glorię redũdãtia vel adeptio c[illegible] dicitur,Eſt:quę cõuenienter p
eſt vel eſſe notatur,quia cũ viuere [illegible]uẽtibus ſit eſſe: illud qđ maxi=
me viuit maxime eſt.Cũ igiť vita glorię ſit potiſſima vita:in tãtũ ꝙ
ſcd̃m Greg.tẽporalis vita ęternę vitę cõparata: mors eſt potius di=
cẽda q̃ vita:tali vita glorię viuentes maxime ſunt.Hinc ergo eſt qđ
primo quod eſt vita ꝑ eſſentiã cõpetit eſſe ꝑ eſſentiã & eſt ipſum eſ
ſe,Exo.iij.Ego ſum qui ſum.Vñ Boetius.j.de tri.ca.j.Deũ viuere eſt
hoc ipſum quod eſt deus:nihil em̃ aliud eſt,niſi qđ eſt,ac per hoc ip
ſum deus eſt:igitur quod maxime ꝑticipat vita:maxime participat
eſſe.Cũ ergo Maria Magdalena viuat vita glorię: cõgrue q̃tum ad
terminũ,id eſt ad ſtatũ glorię deſcribitur cũ dicitur,eſt:propter quod
ſciendũ ꝙ Philoſophus.iiij.Meta.Ens vnũ verũ & bonũ idem ſunt
per conuertentiã.quia ſcd̃m Boetiũ in de vnitate & vno. Omne qđ
eſt ideo eſt:quia vnũ numero eſt.Et ſi ens & vnum erit & verũ:quia
falſum non eſt:& ſi ens vnum & verũ erit:& bonũ. vnde Geñ.j. Vi=
dit deus cuncta quę fecerat & erant valde bona . Dicamus ergo ꝙ
ipſa eſt vna vera & bona : vna vnitate diuinę eſſentię eius iraſcibilẽ
eleuantis:vera veritate diuinę ſapientię eius rationabilẽ illuſtrantis.
bona bonitate diuinę clementię eius cõcupiſcibilem dulcorãtis.De
primo poteſt exponi illud Canti.vj. Vna eſt columba mea perfecta
mea.Reuera vna eſt per indiuiſionẽ ſponſi ſui qui deus eſt. Eſt & ſi
bi vnitiſſimus . quia magis eſt ſibi vnus q̃ ipſa ſibi : & magis diuiſa
ab omni alio,quę indiuiſibilitas exprimitur.Canti.ij. Dilectus me=
us mihi & ego illi.Quę verba pertractans Bernar.ſuper Canti.ſer.
lxviij. inquit.Dilectus meus quia benignus & miſericors eſt.Ego il
li quia nõ ſum ingrata:ille mihi gratiã de gratia:ego illi gratiã ꝑ gra=
tiã:ille meo/ego illius honori:& ille ſaluti meę: ego illius volũtati.&
ſequitur ad ꝓpoſitũ. Ille mihi & non alteri: quoniã vna ſum colũba
eius:ego illi & nõ alteri:nec enim audit vocem alienorum. Ex quo

notatur diuiſio ab omni alio. De ſecundo poteſt exponi illud Sapi. en.vij. vt dicam ipſi. Ipſe em̃ omniũ quę ſunt/ dedit mihi ſcientiam veram. Per hanc enim ſciētiam quę dei ſapientia eſt: immo ipſa veritas: qua veritate omnia vera ſunt: ipſa Maria Magdalena q̃tũ ad rationabilē illuſtrata vera eſt vt errare nõ queat, vñ & hic dicit gloſſa. Pacificus dicitur deus dei virtus & dei ſapientia, cui omnia nuda & aperta ſunt oculis: diſcipulis ſuis dat myſteriorum ſuorum intelligentiam: vt hiſtoriã allegoriã tropologiã & anagogiã intelligant. & ſequitur. Ipſe em̃ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundum Quẽ qui ſequitur nõ ambulat in tenebris in quibus eſt error: ſed in luce & in die vbi veritas. Ideo dicitur Ioan.vij. Qui autẽ quęrit eius gloriã qui miſit illũ: hic verax eſt. De tertio poteſt exponi illud Eccle.xxvj. Pars bona mulier bona. Vere Maria Magdalena fuit bona in actiua: & ideo mulier bona. melior fuit in cõtẽplatiua & hoc in via. ſed optima eſt in vtraq; perfecta: & hoc in patria: tam in actiua deo miniſtrãdo q̃ in cõtẽplatiua reuelata facie gloriã dñi ſpeculãdo. vñ Bernar.ſer.xviij.de feſtis. Bonũ em̃ acquirũt gradũ: qui bene miniſtrauerint: forte meliorẽ qui bene vacauerint deo: optimũ autem qui pfectus eſt in vtroq;, vt de hac pfectione exponatur illud Lucę x. Maria optimã partẽ elegit quę nõ auferetur ab ea in ęternũ. vbi gloſſa. Non reprehenditur pars Marthę, quia ipſa bona laudatur pars Marię quare ſit optima ſubinfertur: quia nõ aufertur ab ea in ęternũ: quia contemplatiua hic incipit, & in futuro in cœleſti patria perficietur. Ad quam gloriam nos perducat.

¶ De ſancto Iacobo. Sermo primus. & in numero. CVII.

IN baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: & nunc cũ duabus turmis regredior. Geñ.xxxij. Verba ꝓpoſita litteraliter ſumpta ſunt ipſius Iacob patriarchę in quibus gloriatur de tranſitu & de reditu ſuo ꝓſpero ad terrã promiſſionis. ¶ Sed myſtice intellecta ſunt beati Iacobi apoſtoli in quibus gloriatur proſpere vitam hanc ſe tranſijſſe, & pro reditu ſuo de hac valle miſerię ad locũ ditatẽ cœleſtis patrię fœliciter puenīſſe. Et ſpecialiter hęc verba de eo locũ habẽt ꝓpter multos pegrinos viſitãtes limina ſuę ſacratę ſepulturę. Qui cũ baculis trãſeũtes Iordanem iſtũ pręſentis videlicet fluxibilitatis p multa viarũ pericula: reuertẽtur cũ duabus turmis. ſ. pſentis gratię & glorię futurę: in cuiꝰ etiã ſignũ beatꝰ Iacobꝰ in ſpecie pegrini ſolet depigi. In pmiſſis igiẽ verbis beatꝰ Iacobꝰ de tribꝰ ſpecialiter gloriatur. Primo quidem de tranſitu pręſentis mortalitatis. A

Secundo de actu ſuę acerbę pœnalitatis. Tertio de glorioſo ſuo re-
ditu ęternę iocunditatis. Propter primum pręmittit: quia Iordanē
tranſiuit. propter ſecūdum ſubdit, ꝙ in baculo ſuo tranſiuit. ꝓpter
tertium annectit, ꝙglorioſe cum duabus turmis rediit. Circa pri-
mum eſt ſciendum ꝙ licet in trāſitu huius Iordanis pręſentis mor
talitatis omnes homines conueniant quo ad tria. Primo quo ad trāſ
itus communitatem: quia ex conditione naturæ corruptę inflictio-
ne pœnalitatis diuinę omnes morimur. Secundo q̄tum ad trāſitus
vilitatem, quia per iſtum tranſitum omnes in puluerem redigimur
Tertio q̄tum ad tranſitus velocitatem, quia exigua & cum tędio eſt
De diffe- vita noſtra, Sapien. v. Multum tamen differt tranſitus bonorum a
rētia trāſi tranſitu malorum. & iſta differentia ſpecialiter attenditur in tribus.
tus bono- Primo quia iſte trāſitus in ſanctis eſt dulcis & pacificus. tū propter
rū a tranſi conſcientię puritatem. tum propter meritoꝝ fœcunditatem. tū etiā
tu maloꝝ propter angelorum ipſorum animas deducētium claritatem. Ideo
ſcribitur, Eſa. xlvi. Tranſibit in pace: & ſemita maligni ſcilicet incur
ſus, in pedibus eius non apparebit. In malis autem iſte tranſitus eſt
amarus & turbidus. tum propter remordentem conſcientiam. tum
propter dęmonum malignam pręſentiam. tum etiam propter me-
ritorum carentiam. Et ideo tunc habent dicere illud Sapien. v. Er-
rauimus a via veritatis & lumen iuſtitię non eſt ortum nobis. Secū-
do iſte tranſitus in ſanctis eſt ſecurus: eo ꝙ de ſtatu peregrinationis
tranſibunt in terram promiſſionis quę fluit lacte & melle, in quo cō
templantur clariſſime puritatē humanitatis, & ſuauitatē diuinitatis
Chriſti, Ioan. x. Siue ingrediātur ad cōtēplationē, ſcilicet diuinitatis
ſiue egrediātur ad cōtemplationē humanitatis ſemper inueniūt pa-
ſcua ęternę fœlicitatis. In malis autem eſt pauidus & formidoloſus
Apoc. vi. vnde dicent in illa die mōtibus. Cadite ſuper nos, & collibus coope
rite nos a facie iudicis ſeueri, & ab ira agni. Quanto enim Chriſtus
peccatores nunc expectat miſericordius: tanto eos ſi non conuer-
tuntur: tunc iudicabit ſeuerius. Tertio, quia iſte tranſitus in ſanctis
eſt deſideratus: eo ꝙ gaudenter & continue ruminant illud p̄s. Siti-
uit anima mea ad deum fontem viuum &c. In malis autem eſt tri-
ſtis & doloroſus. tum quia tranſibunt de aquis niuium ad calorem
nimiū: vt patet, Iob. xxxiiii. Tum etiam, quia vermis, ſcilicet cōſciē-
tię remordētis in eis nō morietᷣ & ipſos ignis exurēs nō extinguetᷣ.
quia dānatos ęternaliter cruciabit. Mat. xxv. Ite maledicti in ignem
B ęternum qui pręparatus eſt diabolo & angelis eius. ¶ Secundo glo
rificatur beatus Iacobus: quia de ſtatu ſuę acerbę pœnalitatis hodie
tranſiuit ad gaudium ęternę iocunditatis: & ideo dicit. In baculo
meo tranſiui Iordanē iſtū, id eſt fluxibilitatē & miſeriam pręſentis

pœnalitatis:poteſt autẽ dici q̧ Iordanẽ pręſentis pœnalitatis beat⁹ Iacobus trãſiuit triplici baculo. Primo quidẽ baculo laborioſę peregrinationis,quia ſancti recognoſcẽtes ſe hic peregrinos:cœleſtẽ patriã votis ardentiſſimis deſiderãt:& incolatũ pręſentis miſerię amariſſime deplorãt:iugiter in ſe reuoluentes,illud Pſal.Heu mihi quia incolatus me⁹ ꝓlongatus eſt. In cuius figura pręceptũ eſt filijs iſrael q̧ baculos in manib⁹ tenerẽt: cũ de terra Aegypti ad terrã ꝓmiſſionis ire deberẽt.Scdo ſtatũ pręſentis miſerię trãſiuit baculo vigoroſę caſtigationis:iugiter corpus ſuũ vigilijs:prędicationib⁹:ieiunijs:& oratiõibus macerando& potẽter ſpũi ſubijciẽdo.vñ bene dicere potuit cũ apoſtolo.ij.Corin.ix. Caſtigo corpus meũ,ſcilicet carnis motus illicitos reprimẽdo:& in ſeruitutẽ redigo,ſcilicet corpus ipſũ ſpiritui ſeruire cogẽdo:& ſenſualitatẽ rationi ꝑfecte ſubijciendo. Sicut de beato Martino legitur:qui carnem prorſus coegit ſeruire ſpiritui. vnde de hoc trãſitu ſcribitur,Zach.viij.Et viri baculus in manu ei⁹ quia Iacobus baculũ caſtigationis ſemp geſſit in manu virilis executiõis. Tertio ſtatũ pręſentis pœnalitatis trãſiuit baculo doloris paſſionis,quã gaudẽter & libẽter ſuſtinuit:& in eo victorialiter triũphauit:ꝓpter qđ de hoc baculo poteſt intelligi illud qđ ſcribit̄,Eſa.xiiij Cõtriuit dñs baculũ impiorũ.Paſſio em̄ ſanctis illata ꝑ ipſos tyrãnos non eſt per impiorum tyrannorũ inflictionem,ſed eſt per ipſorũ ſanctorum patientiam& tolerantiã : quã etiam beatus Iacobus ita voluntarie ſuſtinuit q̧ bene potuit dicere cum apoſtolo.Rom.v. Gloriamur in tribulatione noſtra ꝓ vobis quę eſt gloria veſtra.¶ Sciendum autem q̧ triplicem legimus trãſitum Iordanis. Primum quo filij Iſrael tranſierunt Iordanem archa domini ipſos pręcedente: vt patet Ioſue.iij. Secundum quo tranſiuit Heliſeus in pallio Helię, quo mediãte percuſſit aquas & diuiſę ſunt:vt patet.iiij. Reg.ij.Tertium quo tranſiuit Iacobus in baculo peregrinationis ſuę:& in hoc ſignificatur triplex tranſitus quo ſancti de præſenti miſeria tranſeũt in cœleſte regnum. Primus eſt qui fit in virtute baptiſmi,& iſte cõpetit innocentibus:qui mox baptiſati ad regnum euolant. Et iſte bene figuratur per tranſitum filiorum Iſrael in virtute archę pręcedentis. Archa enim fœderis Chriſtus eſt:qui tactu ſuę mundiſſimę carnis quo Iordanem tetigit:nobis regenerationis lauacrum conſecrauit.vnde ſcribitur,Ioan.iij.Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto:non poteſt intrare in regnum dei.Secundus fit per perfectionem charitatis:& iſte competit pœnitentibus : & bene ſignatur per pallium quo Helias Iordanem tranſiuit:quia per charitatẽ Chriſtus pro nobis paſſus fuit: & charitatis pallium reliquit Heliſęo,id eſt fidelium collegio: quę ideo dicitur pallium, quia multitudinem

Beatus Iacob⁹ quõ tranſiuit Iordanẽ ꝑſentis miſerię tripli plici baculo.

C

operit peccatorũ. Signãter etiã Heliſeus bis Iordanẽ iſto pallio per
cuſſit: ꝓpter duplex pręceptũ charitatis, ſcilicet dei & ꝓximi. Terti
us fit per tolerantiã paſſionis, & ille cõpetit apoſtolis & martyrib⁹.
Quo etiã modo beatus Iacobus iſtũ Iordanẽ trãſiuit: quia per He
D rodẽ ad cõplacentiã Iudęorũ gladio occiſus fuit. ℂ Tertio beat⁹ Ia
cobus gloriatur de glorioſo reditu ęternę fœlicitatis: quod notatur
cũ annectitur. Et nũc cum duabus turmis regredior. In quo verbo
Triplex beatus Iacobus innuit triplicẽ materiã lętitię. Prima ſumitur ex ei⁹
eſt mate / ꝓſpera reuerſione, ideo pręmittitur: & nũc regredior. Ipſi enim ſan
ria lętitię cti poſt mortẽ tanq̃ exules reuertũtur ad patriã: & ideo iſte reditus
ſctis mori eſt plurimum gaudioſus: ideo ſcribitur. ij. Macha. iiij. Fœlix dies in
entibus. qua reuerſus es in terram tuam. Et iſtam terram dominus ſanctis
promittit cum dicit, Introducam vos in terram lacte & melle manã
Gen. viij. tem. Et iſte dies figuratus eſt per columbam quę reuerſa eſt in ar
cham portans ramum oliuę virentis in ore ſuo: quia ſancti reuertũ
tur in cœlum cum plena fœcunditate & perfecto virore bonoꝝ ope
rũ. Secunda ſumitur ex eius iocunda ſocietate: quia non reuertitur
ſolus ſed ſtipatur turmis & ſocijs. Quę quidem ſocietas gaudium
beatorum valde multiplicat. Sciendum autem ꝙ iſti reuertũtur ad
cœleſtem patriam, ſicut meſſores manipulos bonorum operum ap
portantes. ps. Veniẽtes autem venient cum exultatione &c. Reuer
tuntur etiam ſicut victores de captis ſpolijs gloriantes, Eſa. ix. Si
cut victores exultant capta pręda: quando diuidunt ſpolia. Item ſi
cut reges cum turmis: quia dominabuntur populis. Sapien. v. Iudi
cabunt ſancti nationes & dominabuntur populis, id eſt hic ſancti de
iuſtitia diuina gaudebunt ꝙ ſuos tortores iuſto dei iudicio in pœnis
ęternis videbunt. Tertia ſumitur ex ſocietatis aggregatione: quia
cum duabus turmis regreditur. Quę quidem turmę fuerunt ſocie
tas angeloꝝ & hominum, quę cum eius anima ſanctiſſima ad ęthe
rea gaudia glorioſe aſcendit. Vel iſte duę turmę poſſunt dici Iudęo
rum & gentilium: de quibus vtriſq; multos ad fidem conuertit. Poſ
ſunt etiam tertio iſtę duę turmę dici populus orientalium quos vi
uus: & occidentalium quos mortuus deo per fidem lucratus fuit.
Vnde tota curia cœleſtis de ſuo glorioſo aſcenſu cum toto comitatu
admirans dicere poteſt illud Eſa. lxix. Quis eſt iſte formoſus in ſto
la ſua gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuę. Ad cuius comitatum
nos perducat.

ℂ Sermo ſecundus, ad idem.
& in numero. CVIII.

SEruiuit Iacob ꝑ Rachel annis.vij.& videbātur illi di
es pauci prę amoris magnitudie.Geñ.xxix. ¶Hęc A
verba ad cōmendationē glorioſi apoſtoli Iacobi poſ
ſunt aſſumi. In quibus beatus Iacobus introducitur
vt ſtudioſus ad latriā:quia ſeruiuit ꝑ Rachel ſeptem
annis.vt vigoroſus contra deſidiam:quia videbantur illi dies pauci
vt amoroſus ad gratiam.vnde ſubditur:prę amoris magnitudine.
¶Primo igitur introducitur beatus Iacobus vt ſtudioſus ad latriā:
quod maxime claruit ex tribus quo ad latriam vel ad cultum ſolius
dei quę dicitur religio. nam alio nomine foret ſingulariſſime ſtudio
ſus:ſupplantauit enim omnia carnalia deſideria quaſi religionis im
pedimēta.vnde pręmittitur:ſeruiuit Iacob. Aſpirauit ad diuina mi-
niſteria:vt contemplationis fundamenta:quia pro Rachel, ſuſpira-
uit ad ęterna tabernacula,vt beatificatiōis cōplementa:quia hoc cō
tinuauit ſeptem annis. Primum horum patet,quia ſtatim in prima
ſui vocatione vocatus a dño tria reliquit in quibus omnia carnalia
deſideria ſupplātauit.Reliquit enī rhetia piſcationis, quę ſignificāt
perplexitatē inuiſcātiū paſſionū:nauē volutationis,quę ſignificat in
ſtabilitatē & mobilitatē mundanarū poſſeſſionū. Et patrē huius pro
pagationis,qui ſignificat obliquitatem humanarum affectionum.
Reliquit ergo nauem:vt fieret nauis eccleſiaſticę gubernator. Reli-
quit rhetia:vt fieret cœleſtis politię diſpenſator.Reliquit vnum pa-
trem : vt ſpiritualis fieret plurium genitor. & de his omnibus dicit
Chryſoſto.ſuper Matthę.tractans illud Matthęi.iiij. quod de eo &
fratre eius Ioanne ſcriptum eſt. At illi relictis rhetibus & patre ſe-
cuti ſunt eum. Tria(inquit Chryſoſto.) ſunt quę relinquere debet:
qui venit ad Chriſtum,ſcilicet actus carnales:qui per rhete piſcatio
nis ſignificantur: ſubſtantia & res mundiales per nauem: parentes
per patrem. Reliquerunt (inquit) nauem:vt fierent eccleſiaſticę na-
uis gubernatores. Reliquerunt rhetia:vt iam non piſces afferrent
ad ciuitatem terrenam ,ſed homines ad cœleſtem perducerent pa-
triam. Reliquerūt vnū patrē:vt ſcilicet ſpirituales patres omniū fie-
rent.hęc Chryſo. Et ideo his ſupplantatis potuit bene diabolus di-
cere de eo quod Eſau dixit,Geñ.xxvij.de Iacob, Recte vocatū eſt
nomen eius Iacob.ſupplantauit enī me en altera vice. Nā primoge
nita mea ante tulit:& nunc ſecūdo ſurripuit benedictionē meā. Pri-
mogenita diaboli ſunt inordinati motus paſſionū abſq; gubernacu
lo rationis hominū animos inuiſcātiū:quę debētur ſibi tanq̄ primo-
genito in inordinatis motibꝰ:quia primꝰ fuit qui ordinē ſuū inobedi
entia perturbauit. Et ideo omnes inordinati motꝰ ſui iuris ſunt tan-
q̄ ſua primogenita: & bñdictio ſua eſt poſſeſſio & ſubſtātia mūdialis

Tria relinquat ſecuturus chriſtum.

vnde dixit Chriſto poſtq̄ oſtēdit ei omnia regna mundi & gloriam eorum: hęc omnia tibi dabo: ſi cadēs adoraueris me. Matth. iiij. Bene ergo dicitur. Seruiuit Iacob: quia ſupplantauit carnalia deſideria tanq̄ religionis impedimenta: de quo poteſt exponi illud Ozee. xij. Fugit Iacob in regnū Syrię, & ſeruiuit Iſrael in vxorē: & in vxorem ſeruiuit. Syria interpretatur ara vel humecta: ſiue ſublimis aut ſublimitas: & ſignificat cultū latrię, ſiue diuinę religionis: quę eſt ara in qua ſpiritualis anim⁹ dn̄o offeratur. & humecta: quia diuinis chariſmatib⁹ irrigatur. Sed ſublimis vel ſublimitas: quia quę ſurſum ſunt ſapiens: in cultibus ſolius dei ſublimioribus immolatur. Iacobus ergo ſupplantator carnalium deſideriorum fugit in regnum, id eſt in dominiū & regimen religionis & latrię, & ſeruiuit ibi in vxorem pro dono diuinę ſapientię de qua dicitur, Sapien. viij. Hanc amaui: hāc exquiſiui a iuuentute mea, & quęſiui eam mihi ſponſam aſſumere & amator factus ſum formę illius.

B ¶ Vnde quo ad ſecundum ſubditur pro Rachel. Quia non ſolum Iacob in ſtudio latrię ſupplantauit religionis impedimenta ſed etiam aſpirauit ad cōtemplationis fundamenta. Rachel enim interpretatur ouis vel videns deum: vel videns principium. Vnde & in hac vita vidit excellentiſſime diuina myſteria: quod ſignanter claruit in tranſfiguratione domini in monte in quem aſſumptus fuit cum Petro & Ioanne: vt patet, Mat. xvj. & hoc recte ſequitur ad carnalium deſideriorum ſupplantationem Vnde ſuper illud verbum, ibidem. Et poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Iacobum & Ioannem, dicit Origenes: quia in ſex diebus pfecti numeri totus factus eſt viſibilis mundus: qui tranſcendit omnes mundi res poteſt aſcendere ſuper montem excelſum & gloriam aſpicere verbi. Et hoc bn̄ hic ſignatur: in hoc q̄ ſeruiuit pro Rachel, quod interpretatur ouis vel vidēs deum, ſeu videns principium: & ſignificat contemplationem, ſeu vitam contemplatiuam ſecundū Grego. & ponitur extra de renuncia. niſi cum pridem. §. Nec putes. Et ideo bene interpretatur videns deum ſeu principium vel ouis: quia licet vita contemplatiua conſiſtat in viſione principij claritatis diuinę: non datur tamen niſi in diſpoſitione medij ſimplicitatis ouinę. Quia ſicut dicitur, Sapientię. j. In ſimplicitate cordis quęrite illum

Illud capi tu. eſt innocentij. iij.

Vn̄ de hoc poteſt exponi in perſona iſtius glorioſi apoſtoli quod dicit, Gen. xxxix. Erat Rachel venuſta facie & decora aſpectu. quā diligens Iacob ait. Seruiam pro Rachel. Quia certe cum de viſione diuinę claritatis & pulchritudinis, vtcunq; (etiam in ęnigmate) perſpexiſſet in monte: nihil aliud ſentiebat niſi quod Petrus ore ibidem promebat dicens. Domine bonum eſt nos hic eſſe. Vnde quo ad tertiam congrue ſequitur, q̄ ſuſpirauit continue ad ęterna taber

nacula vt beatificationis complementa, quod inſinuatur cum ſub-
ditur: Septem annis. Vnde cum audiſſet Chriſtum poſt mortem
illico regnaturum: nihil aliud petiuit niſi vt particeps regni fieret
ęternę hęreditatis. Dic (inquit mater eius) vt ſedeant hi duo filij
mei: vn9 ad dexteram tuam, alius ad ſiniſtram tuam in regno
tuo. Deſtructo enim peccato quod regnabat in corporibus mortali
bus hominum & omni principatu malignarum virtutum eminen-
tia Chriſti in hominibus Chriſtum recepit, quod eſt ipſum ſedere in
ſede glorię ſuę: quę omnia Chriſtus ad dexteram & ad ſiniſtram fa
cit: hoc ē vt iam nullum malum ſit ante eum. & qui quidem pręcel-
lunt pręcæteris appropinquantibus Chriſto ſunt a dextris ei9. Qui
au tem inferiores ſunt: a ſiniſtris eius ſũt, & pro iſto regni participio
pro hoc complemento vitę beatæ ſeruiuit Iacob ſeptem annis. De
hoc exponatur illud.iiii. Regum.xj. Septem annorum erat Ioas cũ
regnare cœpiſſet. Ioas interpretatur ſperans vel temporalis ſeu om-
nium ſuſtollens vel domini plaſmatio, & ſignificat hunc glorioſum
Apoſtolum per ſeptem annos/id eſt per omnia tempora vitæ ſuæ:
quia ſeptenario numero vniuerſitas figuratur: ad æterna taberna-
cula ſuſpirantem. Et iſte erat ſeptem annorum cum regnare cœpiſ-
ſet, quia totum tempus vitæ ſuæ complemento virtutum perfecto
numero ſenario conſummauit: & exercuit in regno iam pene beati
fico ad vnitatem diuinę inhęſionis, cui vni & ſoli & ſemper ī actib9
religionis fuit per latriam ſtudioſus. Quod bene notatur cum dici-
tur. Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis. & hoc de primo. ¶ Se C
cundo introducitur beatus Iacobus vt vigoroſus contra deſidiam:
quia videbantur ei dies pauci quibus ſeruiuit pro viſione principij
ſiue pro Rachel. Et hoc contingebat ex tribus. Primo ex re tempo-
raliter impenſa. Secundo ex fide intellectualiter protenſa. Tertio ex
ſpe delectabiliter incenſa. Videbantur ergo illi dies pauci, primo ex
re temporaliter impenſa, quia reuera ſciebat ꝙ non ſunt condignæ
paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur ī no
bis. Roma.viij. Nam expectatio creaturę reuelatiōem filiorum dei
expectat, vt ibidem ſubditur. Pauci ergo dies fuerũt/vtiq; ſibi viſi,
quos in ſeruiendo domino expendebat, quia ad nihil aliud tempus
pręſens hominibus indulgetur: niſi vt deo ſeruiant, quia tempus
merendi non eſt niſi in præſenti. & hoc probatur auctoritate De pcioſi
Hieronymi quę ponitur.xiij.quæſt.ij. In pręſenti. Et ideo tempus tate tēpo-
quidem in ſe magni precij eſt: reſpectu tamen eius pro quo impen ris: & ad
di debet, parui precij eſt. ſed ſi inutiliter perdatur, tunc res nobiliſſi- qd datur
ma viliter ęſtimatur. Vnde dicit Bern. in quodam ſermone ad ſcho tempus
lares. Dicunt (inquit) licet fabulari donec trãſeat hora, quam tibi ad præſens..

agendã pœnitentiam:ad obtinẽdam veniam:ad acquirendã gratiã ab promerendã gloriã:miſeratio conditoris indulſerat,donec tranſeat tẽp⁹ quo diuinã repropiciare debueras pietatẽ:pparare ad Angelicã ſocietatẽ:ſuſpirare ad amiſſam hereditatẽ:aſpirare ad pmiſſam fœlicitatẽ:excitare remiſſam voluntatẽ:flere cõmiſſam iniquitatem Hęc Bern. Iſta aũt oĩa in vtilitate impenſi tpis iſte glorioſus Apl̃us obſeruauit:quia vt pmiſſum fuit)toto tpe vitę ſuę Chriſtũ ſequens in peregrinatione huius vitę deo bñ ſeruiuit. Vñ bñ potuit dicere illud qd̃ dixit Iacob,Geñ.xlvij. Dies peregrinatiõis vitę meę centũ triginta annoꝝ ſunt parui & mali. Vbi notabiliter dicit parui reſpectu futurę glorię quã expectam⁹.& mali,qa hic quaſi redimim⁹ tẽpus qñ dies mali ſũt. Ephe.vj. Vñ mali fuerũt hi dies & pauci huic glorioſo Apl̃o:ſiue pter anguſtias corporales:vel etiã quia non tãtũ q̃tũ volebat ſe poterat extẽdere ad delicias ſpũales. Videbanť autẽ hi dies ei pauci ex re tpaliter ĩpenſa. Secũdo etiã videbanť ei dies pauci ex fide intellectualiter ptenſa. Ex quo eñi hẽbat fidẽ ad ęterna bona intellectualr̃ ptenſã & eleuatã:paucã & modicã ęſtimabat hãc occupationẽ tẽporaliter oblatã. Fides eñi in huius temporis anguſtia ptendiť ad ęterna bona. Vñ Bern. ſup Cãti. Quid(inqt)nõ inueniet fides,attingit inacceſſa,dephẽdit ignota,cõphendit imẽſa,apphendit nouiſſima:ipſã deniq; ęternitatẽ ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodam mõ circũcludit. Iſte ergo gl̃oſus Apl̃us hos dies paucos intãtũ intellectualiter ptẽdebat:vt dicere poſſet cũ p̃s. Per ſingulos dies bñdicã tibi &c. Tertio videbanť illi dies pauci ex ſpe delectabiliter intenſa. Spes eñi ei⁹ in his paucis diebus ad amorẽ diuinę cõtẽplationis delectabiliter intendebať:qa dicit Origenes homil.ix. ſuper Exod. Futurorũ ſpes laborãtib⁹ requiẽ parit:ſicut in agone poſitis dolorẽ vulnerum mitigat ſpes coronę. Bene ergo ex ſpe obtinendę diuinæ contemplationis & fruitionis ſibi dies pauci videbantur:& omne tędium ſibi auferebatur. Vñ bene poterat dicere illud Sapiẽ.viij. Nõ eñi habet amaritudinẽ conuerſatio illius nec tędiũ conuict⁹ illi⁹:ſed lętitiã & gaudiũ. Hæc cogitans in corde meo circũibã quęrẽs:vt mihi illam aſſumerem. Vnde de diebus iſtis bñ poteſt dici illud Zach.
Zach.iiij. Quis eñi deſpexit dies paucos?lętabunť & videbũt lapidẽ ſtagneũ in manu Zorobabel. Et hoc de ſecũdo in quo introduciť beat⁹ Iacobus:vt vigoroſus contra deſidiam cum dicitur. Et videbantur illi dies pauci. Tertio introduciť beat⁹ Iacob⁹ vt amoroſus ad grãm cũ addiť,p amoris magnitudine. De qua amoris magnitudine patet i ei⁹ legẽda.R.&cæt. Habuit aũt iſtã amoris magnitudinẽ a pria veritate q̃ eſt Chriſtus. Cui bene poterat dicere illud Pſal. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt:cõplacui in veritate tua.

¶Sermo.III.ad idem. Et in numero. CIX.

ACceſſit ad eum / ſcilicet Ieſum / mater filiorũ Zebedei
cũ filijs ſuis: adorãs & petens aliquid ab eo, qui dicit ei.
Quid vis vt faciã tibi? Ait illa. Dic vt ſedeãt hi duo filij
mei: vnꝰ ad dexterã tuam: & alius ad ſiniſtrã in regno
tuo. Mat.xx. ¶Secũdũ litterã cũ dñs dixiſſet diſcipulis ſuis de vici A
na paſſiõe ſua & reſurrectione: mater iſtorũ Chriſtũ reſurrecturũ au-
diens: rogauit pro filijs ſuis: vt cęteris eſſent maiores. Sed dñs bene
reſpondit. Neſcitis quid petatis. Sedere enĩ a dextris & ſiniſtris non
eſt meum dare vobis ratione conſanguinitatis: vel non vobis ſicut
adhuc eſtis diſpoſiti: qui ex ſuperbia petitis regnũ tẽporale. Sed q
bus paratũ eſt a patre meo. ſ. humilibꝰ & ad hoc diſpoſitis: ſicut vos
aliquando eritis. Sed qui ſunt hi quibus paratũ eſt a patre ſedere ad
dexteram & ſiniſtram in regno cœlorum. i. qui ibi maximi & ei pro
ximi vel viciniſſimi exiſtunt. ¶Ad hoc ſciendũ. Licet omnes ſan- B
cti magni ſint corã deo: & omnes ibi ſint reges, ſcd̃m illud pſ. Q̃m
ecce reges congregati ſunt: quattuor tamen genera ſanctorũ maio-
rẽ gloriam habebunt: ad quorum ſtatũ tandẽ poſt repletionem ſan-
cti ſpũs hi duo diſcipuli peruenerunt. Primi ſunt qui multas tribula Multum
tiones ſuſtinent ꝓ magna charitate dei qua ardẽt. Vñ dicit gloſſa ſu meritoriũ
per illud. Gaudete in illa die. In terra magna patientibꝰ debet mul- ẽ ſuſtine-
ta merces. ideo ſancti gaudent multũ cum tribulantur, ſciẽtes quod re tribula
ſcriptũ eſt per Apoſtolũ. Sicut ſocij paſſionũ eſtis: ſic eritis & conſo- tiones pa
lationum. Vnde dixit vnus magnorũ. ſ. Andreas. Tãto regi meo ero tienter.
acceptior: quãto ꝓ noĩe eius fuero in tormentis cõſtãtior. Vnde bea- .ij. Cor. j.
tus Iacobus vna cum alijs Apoſtolis ibat gaudens a conſpectu con-
cilij: qui poſtmodũ multa ꝑtulit & tandẽ incarceratus iuſſu regis He
rodis decollatus eſt. Et ideo cum dñs aliquẽ tribulat: nõ oportet con
triſtari, ſed lętari, quia ex dilectione flagellat vt. ſ. eũ magnum in prę
mio faciat. Apocal.iij. Ego quos amo arguo. Exemplum duo pue-
ri pariter delinquunt: ſuperueniente patre alterius: ꝓpriũ filiũ caſti-
gat reliquo ꝑmanẽte intacto: quia propriũ filiũ diligit. Oẽs magni
ſancti illuc per illã viam peruenerũt. In puis aquis inueniunt parui
piſces, in magnis magni. In multis terris inuenit aurũ: ſed vt dicitur
Geñ.ij. in terra Euilat, qđ interpretat dolens, optimum inuenit au
rũ. ſic boni hincinde inueniuntur ſed optimi in dolore magno & tri
bulatione. ſed dicis. Quę patior pro deo nõ ſuſtineo libẽter neq; ita
volũtarie: quin libentius carerem. Rñdeo, recipies inde mercedem:
dummõ ſis patiens. Nota tribulatio quã Iob patiebatur pro deo vel
a deo inferebatur; ſed diabolus pro ſua malicia & homines per im-

Lucę.xvj propería illum affligebāt. Item Thobiam excæcauit hirūdo, & La
zarū cruciauit diues auarus. Qui tamen lętanter ſuſtinēt: & multo
C plus merentur in eadem tribulatione q̄ qui triſtantur. ❡Secundi
ſunt qui omnino multa bona & magna faciunt: & quanto plura fa-
ciunt tanto maiores erunt, quia dabit deus vnicuiq; ſecundū opera
ſua, vt dicitur Apocal'.v. Et quia ſancti hoc ſciunt: ideo faciunt inſtā
ter quicquid poſſunt. Vnde & beatus Iacobus ſtudioſiſſime deo in
bonis operibus ſeruiuit. Et ſic tu doctus es a natura: quia.ſ. terra ꝑ
Geñ.j. tulit hęrbam virētem, lignūq; faciens fructum ſecundum ſpeciem
ſuam. Arbor eñ magna profert fructum magnum: ſic bona opera
D magna mercedem magnam. ❡Tertij ſūt qui ſuper hoc ꝙ magna
De excel bona faciunt dño multas animas lucrantur. Mat.v. Qui fecerit &
lentia eo- docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum. quales ſunt q bo
rum q do nam vitam per exempla docent. Vnde ſanctus Iob eſt magnꝰ qui
cēt & faci multos docuit per patiētiā. Maria de doctria virgitatis ſuę. Et Mar
unt bona. tinus de doctrina largitatis ſuę. Vincentius de doctrina lętitię in tri
bulatione. Magdalena de doctrina contritionis & exemplo. Apo-
ſtoli de doctrina contemptus temporalium. Virgines de contēptu
cogitationum immundarum. Et quia adhuc in religione vel in ſecu
lo multi lucent alijs per virtutem vitę & doctrinam: ideo multum
Nota. merentur. Talium eñ deus tam male poſſet carere i eccleſia: ſicut
nos ſole in mundo. Et ideo vocat eos dñs lumen mundi, Matthæi.
v. Vos eſtis lux mundi. Qui in paruis dant alijs exemplum: ſūt ſtel-
lę & vt luna lucentes: qui in magnis/Sol. Et ſicut dñs cœleſtia lumi
na lucentia mundo vult remunerare: ſic illos qui lucent i eccleſia vi
ta & doctrina: ideo dominus mandauit per Apoſtolū Ephe.v. Vt fi
lij lucis ambulate. Fructus eñ lucis eſt in omni bonitate: & ſicut in
ter luminaria cœli clarius lucentia cæteris plus remunerabuntur: &
ſicut Sol plus alijs. Talis Sol fuit beatus Iacobus qui doctrina & ex
emplis & miraculis illuminauit totum mundum. Vnde de eo poteſt
dici illd̄ Eccle.iiij. Sol illuminās per omnia reſpexit. Et vere ad huc
per omnia reſpicit: quia attrahit ad ſuum ſepulchrū peregrinos de
toto mundo. Et ſicut dominus illis qui alios in bono exemplo ędi-
ficant multam promiſit gloriam: ſic econtra multam pœnā q alios
ſcandalizant: imo quidam illorum ſcandalizant malis operibus: ſed
& ſuper hoc derident benefacere volentes: & per hoc multos retra-
hunt a bono. Sciant tales ꝙ cum bonum hominem derident: tunc
Ieſum Chriſtū derident. Lucę.x. Qui vos ſpernit me ſpernit. Ideo
conſulerem omnibus: & maxime iuuenibus: vt fugerent conſortia
& ſocietatem talium & omniū peccantium. Mala eñ ſocietas indu-
cit hominem ad multa. p̄s. Cum peruerſo peruerteris. ❡Quarti

ſunt qui omnino magnam dulcedinem habent ad deũ vel dulcem E
dilectiõem.Tales erũt omnino magni.ps.Et abũdãtia diligentibus
te.ad tantam abundãtiam quod dicit Eſa.lxiiij.Oculus nõ vidit&c.
Secũdum charitatem eñi remunerat dñs omnẽ hoiem pro oib⁹ bo-
nis operib⁹ & virtuoſis.Sancti em̃ in cœlis magnas virtutes habue-
runt in terris:ſed ſecundũ ꝙ magna fuit charitas illorum hic & eo-
rum virtutes.ſ.eleemoſynę/ieiunium/oratio & obedientia:ſecundũ
hoc ſunt magni in cœlo. Ideoq; quãtum quis poterit,deum diligat
Nam quantũ quis boni facit tãtũ ſecũdum id remunerať.Sic beat⁹
Iacobus ita fuit repletus magna dulcedine amoris dei:ꝙ prę amo-
ris magnitudine dulce ei erat capite truncari ꝓ Chriſti nomine.Cu-
ius dulcedinis nos particeps.&cæt.

¶De.S.Petro ad vincula.Ser.I.Et in
numero. CX.

ANgelus dñi aſtitit& lumen refulſit in habitaculo car-
ceris.Actu.xij.¶Verba iſta ad litteram ſcripta ſunt
de liberatione Petri a carcere materiali. ſed myſtice
ea exponendo intelligi poſſunt de liberatione pecca-
toris de carcere ſpũali/ſcilicet peccati.ſicut em̃ incar-
ceratio Petri ſignificat vinculationem culpę:ſic eius liberatio ſigni-
ficat remedium gratię.¶Circa modum aũt liberationis hominis a A
vinculis peccatoꝝ concurrũt nouem:accepta ſecundum nouẽ cõdi-
tiones concurrentes ad liberationẽ Petri.Primum cõcurrẽs ad libe-
rationem peccatoris eſt diuinę gratię p̄uẽtio,quæ ſignificatur ꝑ An-
gelum de quo p̄mittitur hic.Angelus domini aſtitit.per Angelum
eñi intelligitur hic inſtinctus diuinę gratię.Sicut etiam i alio loco,Io.
vj.dicitur,ꝙ Angelus domini deſcendebat in piſcinam & moueba-
tur aqua.Quia gratia dñi deſcendente in mentem mouetur cõſciẽ-
tia:ex quo motu ſanatur vnus peccator/videlicet qui in motu gra-
tię redit ad vnitatem fidei & charitatis.Secundũ eſt conſcientię illu-
minatio ad recognitionem ſtatus præteriti.Et hoc deſignatur in lu-
minis refulſione:habitaculum eñi carceris eſt conſcientia peccato-
ris inuoluta tenebris cęcitatis,quia non coſiderat ſtatum ſuũ & ſui
periculi incurſum.& ideo luminis refulſio ẽ gratię illuſtratio:ꝑ quã
homo periculoſum ſtatum peccati recognoſcit.Vnde Eſa.ix. Ha-
bitantibus in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis.Tertium eſt in-
terior planctus & dolor peccati:& hoc deſignat percuſſio lateris Pe-
tri.Nam facies animæ eſt eius cognitio Latus vero eſt eius affectio-
percuſſio ergo lateris eſt excitatio doloris in affectione ipſius pœni-
tentis,in cuius ſignum dum lancea latus dñi aperuit: continuo ſan-
guis & aqua exiuit.Quartum eſt propoſitum emendandi, propter

Ad liberatione a vinculis peccatoꝝ cõcurrũt noue q̄ concurrebãt ad liberatione Petri.

quod Angel⁹.i.motus diuinę gratiæ peccatorem torpentem & neg ligentem excitat ita dicēs.Surge velociter. Peccator enim dormit q̄ diu in voluntate peccandi exiſtit.Tunc vero per Angelum excitatur,quādo ſibi ꝓpoſitū emendandi per gratiam inſpiraꝛ, in quo ꝓpoſito emēdandi includiꝛ ꝓpoſitū confitendi. Et in huius figura Helias ſub vmbra iuniperi/per quam deſignatur delectatio peccati obdormiuit,qn̄ p Angelū excitatus fuit vt patet.iij.Reg.xv.Quitum eſt vinculi peccati diſruptio. Peractis em̄ p̄dictis quattuor:ſtatim homo abſolutus eſt a peccato. Vnde dicitur de Petro ꝙ audito hoc verbo:ſurge velociter.mox ceciderunt catenę de manib⁹ ſuis. Ad interiorem enim cordis contritionē mox ſequitur abſolutio culpę.Sextum eſt voluptatis carnalis reſtrictio:hoc neceſſariū eſt pœnitenti. Vnde poſtq̄ ceciderūt catenę de manibus Petri,dixit ei Angelus.Pręcingere/id eſt ſenſus corporis & lūbos tam mentis q̄ carnis debes cingulo continentię reſtringere,iuxta illud Lu.xij.Sint lūbi veſtri pręcincti,vnde dicit.Greg.Lumbos em̄ pręcingimus,cum carnis luxuriam per continentiam coartamus.Septimum eſt mundanarū rerū contempt⁹ & terrenarū affectionū mortificatio,quod deſignatur per hoc ꝙ Angel⁹ addidit.Et calcia te caligas tuas.Hoc eſt exemplo ſanctoꝝ debes terrena deſpicere Calciamētū em̄ fit de pellibus animalium mortuorum:& deſignat mortificationem omnium affectuum terrenorum,quia pedes/id eſt affectus animæ:qui talibus calciamentis vtuntur:abſq; dubio pręſeruantur,ne per amorem inordinatum terenorum inquinentur.Ideo ſcribitur Hiere.iij. Prohibe pedem tuum a nuditate.De talibus calciamentis animæ dicitur Canticorum ſeptimo.Q̄ꝫ pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis/id eſt q̄ decora ſunt opera in mortificationibus voluptatum.Octauum eſt virtutū decoratio. Non enim ſufficit vere pœnitenti voluptatib⁹ carnis & mundi exui:ſed etiā debet virtutibus indui.quod ſignaꝛ in eo ꝙ Angelus dn̄i ſubdidit,circunda tibi veſtimentum tuū/hoc eſt ſtudeas adornari decore virtutū qbus veſtibus per peccatū fueras denudat⁹.& qa charitas inter oēs virtutes eſt p̄cipua.qa oēs virtutes viuificat:& quodā aureo fulgore decorat:ideo ſcribiꝛ Apo.iij.Suadeo tibi emere a me aurū ignitum .i.charitatem feruidā.vt locuples fias,& non appareat cōfuſio nuditatis tuę.Nonū eſt ſequela diuini inſtinct⁹,qd notaꝛ in eo ꝙ Angelus ſubiūxit.Et ſequere me.hęc aūt ſequela Angeli ſeu inſtinct⁹ diuini non eſt aliud q̄ ſequela Chriſti.Vnde.j.Pe.ij.Chriſt⁹ paſſus ē pro nobis vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. De modo & forma huius ſequelę habes in opere poſtillarū ſecundo volumine.cclxxv.vide ibi ſi placet.

¶Sermo.II.de eodem.Et in numero. CXI.

ERat Petr᷒ dormiēs inter duos milites vinct᷒ catenis duab᷒:& ecce Angel᷒ dn̄i &c. Actu.xij.¶Sub figura Petri deſcribit in verbis ꝓpoſitis ſtat᷒ cuiuſlibet hoīs mūdani quātū ad duo. Prio quātū ad multiplicē miſeriā cū dicit .Erat Petr᷒ dormiēs.Scdo quātū ad diuinā clemētiā cū addit.& ecce Angel᷒ &c.Propter primū ſciēdū ꝙ p Petrū ſignificant hoīes ſcdm curſū & delicias hui᷒ mūdi viuētes.Legitur em̄ de Petro ꝙ cum dominus in transfiguratione oſtendit ſibi quandam claritatem temporalem non diuinā ē ꝙ ait dn̄o. Bonum eſt nos hic eſſe:neſciens quid diceret.Sic(heu)tales ex vbertate gaudij temporalis tanq̄ obliti omnium ęternorum ſemper vellent hic eſſe:nō attendentes illud Grego.Si conſideremus q̄ & quanta &c. Et illud Auguſt.Tanta eſt iocunditas lucis æternæ:ac ſi non liceret in ea amplius eſſe q̄ vnius diei hora,propter hoc innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs merito contemnerentur. Palato autē non ſano &cæt.Et oculis ęgris &cæt.Sic certe de his dici poteſt. Ecce miſeria quæ conſequitur tales.Primo incarcerantur :incarcerati autem obtenebrantur:proprijs bonis priuantur:& ab hominibus ſe parantur.Sic & iſti primo obtenebrantur per excęcationem ſalutis proprię & damnationis ęternę.Vnde phyliſtei vt dicitur Iudicum xvj. eruerunt Samſoni vtrumq; oculum.Et hoc fit quando homo ſalutem propriam non diligit:nec pœnas inferni metuit. Secundo bonis ſpiritualibus quæ fecerunt vel facere poſſent in peccato q̄tū ad meritum æternum priuantur Sapien.ij.Vana eſt ſpes eorum:& labor eorum ſine fructu & inutilis operatio eorum.Tertio ab hominibus ſeparantur.i.a conſortio ſanctorum vel certe a communione ſanctę matris eccleſię:quorum bonorum ante peccatum pticipationem habuerunt ſecundum illud p̄s.Particeps ego ſum &c.Secūdo cuſtodię traduntur.Erat enim Petr᷒ dormiēs inter duos milites Primus miles detinens hominem in peccatis eſt longę vitę confidentia.O quot ſunt hodie qui taliter detinentur,vt legitur.j.Re.xv. ꝙ Samuel cum adhuc eſſet iuuenis & a deo vocaretur: non currebat ad eū ſed ad Heli qui ait. Vade & dormi.Heli interpretatur fortis.Sic certe multi cum vocantur a deo per internam inſpirationem vel per p̄dicationem:heu currunt ad Heli.i.ad fortitudinē ſuam dicentes intra ſe.Adhuc fortis & iuuenis es.Vade & dormi.i.quieſce adhuc a ſeruitio dei:ſed non recognoſcunt quod dicitur Matthęi vigeſimoprimo.Cum dominus iret in Hieruſalem inuenit ficulneā ſecus viā:quęrens in ea fructum & non inuenit,licet non eſſet temp᷒

A

Mar.ix & Lucæ.ix.

De miſeria peccatoris.

Longa vitæ cōfidētia & diuitiarū abūdātia detinēt pctōres ne conuertatur.

fructũ,cui dñs maledixit &arefacta eſt,innuens ꝙ in omni tempo-
re dñs vult habere dulcedinẽ bonoꝝ operũ.Secũdus miles q deti-
net eſt diuitiarũ abundãtia.In cuius figura dicit,Lucę.xiiij.ꝙ ille q
emerat villã vocatus eſt ad cœnã ſed venire renuit.Greg. Qui fœli
citatẽ q̃ſitã in terris iuenit,auctorẽ q eã tribuit nõ requirit.Sic ad lit-
teram multi ſunt qbus diabol⁹ oſtendit regna mundi.i.diuitias hu-
ius mundi:ponẽs eos ſuper pinnaculũ alicui⁹ dignitatis: vt p̃cipitẽt
& a deo auertantur,& ſic in peccato detinent.Tertio viculant. erat
eñ petrus vinctus catenis duabus.Iſta vinculatio eſt q̃dam deſpe
ratio,quę facit hoiem impotentẽ ad oẽ bonũ. Iſta deſperatio p̧ce-
dit a duob⁹ tanq̃ a duabus catenis.Prima catena deſperationẽ idu-
cens eſt magnitudo peccatoꝝ.Sic Cain deſperatus fuit cũ ait, Gen.
iiij.Maior eſt iniquitas mea &c.& Iudas tradens dñm, q laqueo ſe
ſuſpendit.Scda catena q̃ vinculat hoiem: ẽ peccati cõſuetudo.Hie
re.xviij. Deſperauim⁹,poſt cogitationes & ſtudia noſtra ibim⁹. Sic
ergo ſub Petri incarceratiõe(ſicut in figura patet)hois mundani mt
B tiplex deſignat miſeria.¶Secũdo circa ip̃m notat diuina clemen-
tia cũ dicit.Et ecce Angel⁹ aſtitit.Angelus interp̃tat gratia. Ad lit
terã,Angel⁹ Petro aſtitit & lumen refulſit in carcere & in latere eũ
p̧cuſſit.Sic contingit in liberatione peccatoris.Primo eñ gratia aſſi
ſtit.Ipſa eñ eſt ſcd̃m Aug.ſola qua hoies liberant a malo, ſine qua
nulli ſiue cogitando ſiue volendo faciũt bonũ.Aug.Gratię tuę de-
puto & miſericordię tuę dñe:ꝙ peccata mea tanq̃ glaciem ſoluiſti
gratiæ tuæ deputo ꝙ q̃cũq; mala nõ feci.Scd̃o hoiem excęcatum p
peccatũ illuminat:qd̃ figurat Ioã.ix.Cũ Chriſt⁹ magni conſilij An-
gelus expuẽs in terrã lutum fecit ex ſputo & liniuit oculos cæci &
vidit.p lutũ & ſputũ ſignificat noſtrę vitę vilitas & breuitas. Vnde
Iob.xiiij. Iob.Homo natus de muliere &cæt.Quia ſecundum Hieronymũ
Facile contemnit omnia,qui ſe ſemper cogitat moriturum.Tertio
ſi ſurgere tardauerit ipſum in latere percutit.Percuſſio eſt alicuius
tribulationis immiſſio.Plus enim valet ad ſurgendũ a peccato vni⁹
horę acuta paſſio q̃ multorum dierum prędicatio.p̃s.Multiplicatę
ſunt infirmitates &cæt.Sic Paulus afflictus per cęcitatem ſurrexit
& ad dominum feſtinauit Et filius prodig⁹ egeſtate compulſus re-
uerſus eſt ad patriam.Lucæ decimoquinto.Sic Abſalon.ii. Regum
xiiij.vocans Ioab qui venire renuit:ſed cum ſegetem ſuccendi fecit
poſtea libenter venit.Grego.Mala quæ nos hic premunt,ad deum
citius ire compellunt.Rogemus.

¶De Inuentione Sancti Stephani
protomartyre.Sermo vnicus
Et in numero. CXII.

Virum fidelem quis inueniet. Prouer. xx. In verbis iſtis ad ꝯmendationem ſancti Stephani/innuuntur duo. Primum eſt eius virilis conſtantia in fidei confeſſione. Secũdum eſt diuina magnificentia in eius inuẽtione. Primũ notatur in eo qđ ꝑmittitur, Virum fidelem. Secundũ in eo qđ additur. Quis inueniet. ¶ Quantum ad primũ ſciendum, ꝙ beatus Stephanus bñ dicitur vir. Nomen em̃ viri tria attributa importat. Primo diſcretionem & ſapientiam. j. Corint. xiij. Cum eſſem paruulus/loquebar vt paruulus: cum autem factus ſum vir, euacuaui ea q̃ erant paruuli. Et ſecundũ hoc. B. Stephan⁹ bñ dicitur vir, qa erat plenus ſapientia, cui non poterant reſiſtere omnes diſputantes contra eum. Vnde dicitur Act. vij. Surrexerunt autem quidã de ſynagoga &c. diſputãtes cum Stephano, & non poterant reſiſtere ſapiẽtiæ/& ſpiritui qui loquebatur. Secundo nomen viri importat fortitudinem & potentiam. Geñ. vj. Iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi. Hęc virilis fortitudo attenditur in duobus. ſ. in non timendo horribilia, & in aggrediendo difficilia: Sic beatus Stephanus virilis fuit in non timendo mortem pro fide Chriſti. Omniũ quippe terribiliũ terribiliſſimum eſt mors. Sed beatus Stephanus pro fide Chriſti lapidari non timuit, immo pro lapidantibus orauit. De hac virili fortitudine dicitur Eſa. xxx. Viriliter agite/& confortamini, & nolite timere. Propter ſpem em̃ vitę ætęrnę quam beatus Stephanus ꝑ oculis habebat, vidit em̃ cœlos apertos/& filium hominis &c. viriliter agegat, & nihil timebat: ſciens ꝙ non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam. Roma. viij. Fuit etiam virilis in aggrediẽdo difficilia, quia ductus in concilium Iudæoꝝ, intrepide aggreſſus eſt Iudæos his verbis. Vos dura ceruice & incircumciſi cordibus & auribus, ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri. Quẽ Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? & occiderunt eos/q̃ prænunciabant de aduentu Chriſti, cuius nũc vos proditores & homicidæ fuiſtis. Et ſequitur. Et eiicientes eum extra ciuitatem. Tertio nomẽ viri importat pfectionis eminentiã, qa vt dicit Greg. Viroꝝ noie/pfectæ vitæ homines intelligũtur. Hæc aũt pfectio attẽditur in opatione virtutũ, vt dic̄ Prou. x. Spũs viri ſuſtentat imbecillitatẽ eius. Reuera imbecillitatẽ ſenſualitatis, q̃ ſemp prona eſt ad malũ. Et p mulierẽ intelligi ſpũs/ſenſualitatis, q̃ ſemp prona eſt ad malũ. Et per virũ intelligitur ſpũs viri pfecti, qui ita ſuſtentat & refrenat ſenſualitatẽ, ꝙ contra ſpm̃ ſe erigere nequit: iuxta illud Gen. iij. vbi dictũ eſt mulieri, Sub viri poteſtate eris. Quod eſt qñ vir. i. ſpũs ita pfectus eſt, ꝙ ſubiecta ſenſualitate libera charitate exercet opa virtuoſa. Hanc etiã virilitatẽ habuit beatus Stephanus, qui propter A

virtutū ſuaꝝ merita fuit prim⁹ electus ad miniſteriū pietatis. Vnde
dicit Act. vj. Et elegerunt Stephanū virum plenū fide & ſpū ſancto
Quam etiam fidem ſuam ipſe primus martyrio ſuo conſecrauit, ꝓ
pter quod non tm̄ dicitur vir, ſed vir fidelis nuncupatur in verbo
ꝓpoſito, Virū fidelem. Vnde de eo verificatur illud Prouer. xxviij
B Vir fidelis multum laudabitur. ¶ Sequitur ſecundum principale,
Quis inueniet. vbi notatur diuina magnificentia in eius inuentione
Eſt autem duplex inuentio ſecundum duas partes quæ ſunt in ho-
mine. ſ. corpus & anima. Et ſecundum hæc iſta queſtio, cum dicitur
Quis inueniet: poſſet referri vno modo ad corpus, alio modo ad a-
nimam. Ad corpus inquam referendo, erit ſenſus: Quis inueniet,
id eſt, quis eſt idoneus & dignus inuenire ſacrum corpus tam ſancti
& fidelis viri ſicut erat beatus Stephanus? Et certe nemo ad hoc eſt
idoneus, niſi priuilegio ſingulari ad hoc a diuina magnificētia ſit do
tatus: ſicut fuit ille ſanctus preſbyter Lucianus, qui dignus fuit per
apparitionem ſancti Gamalielis de corpore ſancti Stephani reuela-
tionem accipere, vbi, & quomodo deberet inueniri, & ad honorabi-
liorem locum transferri. Quod cum ipſe ſanctus Lucianus Ioanni
epō Hieroſolymitano retuliſſet, accerſitis plurib⁹ alijs epiſcopis, ter
ram fodere cœperunt: & ecce terra concutitur, & ſuauiſſimus odor
ſentitur: ad cuius odoris fragrantiam ſeptuaginta homines a diuer-
ſis infirmitatibus liberantur. Sicq; ſacrum corpus inuentum eſt &
in eccleſia Syon, quæ eſt in Hieruſalem, vbi ſanctus Stephanus Ar
chidiaconi officio functus fuit, cum magno gaudio tranſlatum eſt.
Similes etiam reuelationes de ſacris corporibus inueniendis, bea-
tus Ambroſius dignus fuit a diuina magnificentia accipere, ſicut
de ſanctis Geruaſio & Prothaſio, & de ſanctis Vitale & Agricola:
vt patet in eorum legendis. Cum ergo quæritur in verbo propoſito
Virum fidelem quis inueniet? loquendo de corpore ſancti Stepha
C ni. Reſpondetur. Sanctus Lucianus preſbyter. ¶ Ad animam au
tem referendo quæſtionem, vt ſit ſenſus: Quis inueniet animam
ſancti Stephani? Et quia non eſt dubium eam in cœlo eſſe, certum
eſt ꝙ nemo eam inueniet niſi qui perueniet in cœlum. Quærere er
go, Quis inueniet animam ſancti Stephani, eſt querere, quis ſit ido
neus peruenire ad cœlum. Et eadem quæſtio eſt cum illa in Pſal-
mo. Quis aſcendit in montem domini? Ad quod reſpondetur ibi-
dem. Innocens manibus, & mundo corde, & qui non accepit in va-
no animam ſuam. Vbi exprimuntur quatuor neceſſaria his qui vo-
lunt aſcendere in cœlum, quæ etiam implicantur in quatuor literis
huius nominis, quis, vt accipiatur poſitiue, non interrogatiue: vt ſit
ſenſus. Quis, id eſt, ille qui habet in ſe illa quæ virtualiter implicā-

Nota quatuor neceſſaria ad ꝑueniēdū i

tur in hoc nomine/ quis, in quatuor literis, ſcilicet, quietus, verus, cœlum:&
iuſtus, & ſapiens. Quicunq; eſt talis, ille vtiq; aſcendet in mon= q̃uo ĩplicã
tem domini,& inueniet animam ſancti Stephani ibi. Et hæc qua= tur in hac
tuor ex nomine quis elicita, correſpondent illis quatuor reſpon= dictiõe qs
ſiuis Pſalm. Innocens manibus. vt hoc quod dicitur, Innocens ma
nibus, referatur ad quietum & trementem & timentem ſermones
meos. Et talis eſt innocens in omnibus operibus ſuis. Hoc autem
quod additur, Et mundo corde, referatur ad verum. Non enim eſt
mundum cor, niſi ſit verum & falſitate impermixtum, quia tale vi
debit primam veritatem. Matthęi quinto. Beati mundo corde, quo
niam ipſi deum videbunt. Hoc vero quod dicitur, Qui non accepit
in vano animam ſuam, referatur ad iuſtum. Iuſtus enim animam
ſuam non accipit in vano exponendo eam vanitatibus mundi, ſed
potius deputat eam ſeruitio dei. Ezechi. decimooctauo. Vir ſi fue=
rit iuſtus,& oculos ſuos ad idola non leuauerit, ab iniquitate auer=
terit manum ſuam,& in præceptis meis ambulauerit. &cęt. hic iu=
ſtus eſt, & vita viuet. Quod autem ſubiungitur, Nec iurauit in do
lo proximo ſuo, referatur ad ſapientem. Sapiens enim nihil facit in
dolo. Calumnia enim vel dolus conturbat ſapiẽtem. Eccleſiaſt. vij.
& hoc ſiue actiue, ſiue paſſiue. Et ideo dicitur Eccleſi. xxxvij. Vir
ſapiens implebitur benedictionibus,& in populo hæreditabit hono
rem. Si ergo quæritur, Quis inueniet Stephanum in cœlo? Reſpõ=
detur, Quis, hoc eſt, qui habet iſtas virtutes implicitas in his qua=
tuor literis huius dictionis, quis. ¶ Sed quia multi habent iſtas D
virtutes, non tamen ita perfecte quin eas interdum obfuſcent pec=
catis venialibus: propter quod non ſtatim volant vt ſancti Stepha=
ni animam confeſtim inuenire queant, ſed in purgatorio retardan=
tur. Videndum eſt igitur, an aliqui homines in mundo ſunt quo=
rum animæ in morte immediate euolent in cœlum. Ad cuius eui=
dentiam/ Nota, ꝙ tria ſunt genera hominum quibus immediate
aperitur cœlum: ſcilicet, recẽter baptizati,& martyrizati,& perfecti.
De primo dicit Beda, ponens differentiam inter baptiſmum & cir=
cumciſionem, ſic dicens. Idem ſalutiferæ curationis ſubſidium cir
cũciſio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptiſ
mus tempore gratiæ agere conſueuit: excepto ꝙ ianuam cœli nõ=
dum poterant intrare, ſicut baptizati. Vnde Lucæ tertio. Ieſu ba=
ptizato & orante/apertum eſt cœlum. Baptiſmus enim virtute paſ=
ſionis Chriſti, mundat ab omni veniali, originali,& mortali. vnde ſi
ue ſint paruuli ſiue adulti, dũmodo ſint baptizati,& poſtea nõ pec
cauerint nec mortaliter/nec venialiter, ſine pœna euolant in cœlum
Et ſi tu dicis ſcdm Aug. Nullũ pctm̃ erit ipunitũ: ĩ ñdeo ſcdm eũdẽ,

ꝙ peccata quæ fecit baptizatus punita ſunt non ꝑ cordis illius contritionem, ſed per Chriſti paſſionem. Vnde & baptizatus figurã paſſionis gerit: quia ſicut ĩ baptiſmo perfunditur homo aqua, ita Chriſtus ſuo ſanguine perfuſus eſt. Et hoc eſt quod dicitur Roma. vj. In morte ipſius baptizati ſumus. Non eſt deniq; inconueniens peccatum puniri per alium, cum etiam originale per alium contrahamus

E ¶ De ſecundo dicit Ciprianus. Martyrium eſt delictorũ finis, periculi terminus, via ſalutis, patientiæ mater, & ianua vitæ. In cuius ſignũ Stephano lapidato aperti ſunt cœli. Vnde ait, Act. vij. Ecce video cœlos apertos &c. Omnia enĩ criminalia quę inueniunť in martyribus, falce martyrij reſecantur, ita vt poſtq̃ deceſſerũt, ſtatim euolent. Circa quod ſciendum, ꝙ beatus Gregorius ponit triplex martyrium, ſiue ſanguinis effuſionem. Primum eſt patiẽtia aduerſoꝝ. Vnde ſi ſine ferro & flammis martyres eſſe volumus, patiẽtiam in animo teneamus. Secundum eſt compaſſio afflictorum. Et hoc eſt quod ait Grego. Dolorem exhibet in alterius neceſſitate, qui crucẽ portat in mẽte. Tertium eſt dilectio inimicorum. vnde ait. Ferre cõtumelias & animo diligere, martyrium eſt in occulta cogitatiõe. De tertio ſic ait, Apoca. iij. Magnæ perfectionis exiſtens homo. Vidi & ecce oſtium apertum in cœlo. In ſignum ꝙ viri perfecti qui pœnitẽtiam totaliter compleuerunt, qui nec venialia cõmiſerunt, & ſi quę fuerant, feruore charitatis conſumpta ſunt: ſicut gutta aquæ a camino penitus abſorbetur. Tales quidem protinus merentur regnum cœlorum, & ipſis aperitur ianua paradiſi. Rogemus dñm, vt beati Stephani inuentionem corporalem celebremus in terris, vt animã ipſius inuenire mereamur in cœlis. &c.

Triplex martyriũ.

¶ De ſancto Laurentio martyre, ſermo. j. & in numero. CXIII.

VAdam, & videbo viſionem hanc magnam, quare ardeat rubus & non comburatur. Exod. iij. In antiquis miraculis noua ſanctorum miracula præſignata ſunt. Et ideo ad deſignãdum mirabile martyriũ. B. Laurentij, antiquũ miraculũ rubi nõ incõuenienter aſſumitur: quod quidem in verbis Moyſi mirandũ ꝓponitur ex duobus. Primo ex magnitudine viſionis quam præmittit Vadã (inquit) & videbo viſionem hanc magnam. Secundo ex poſitione magnitudinis, quã ſubiungit: Quare ardeat rubus & nõ cõburatur. Vt ergo videre poſſimus hanc magnam viſionem, accipiamus primo expoſitionem, quæ martyrio beati Laurentij competit propter tria quæ hic implicantur: videlicet, ꝓpter rubũ, propter incẽdium/ quia rubus ardebat: & propter miraculum/ quia licet arderet non tñ comburebatur. In quibus tripliciter laudatur, B. Laurentius

quia & quantũ ad meritũ quod habuit,& quantũ ad tormentũ quod ſuſtinuit,& quantũ ad triumphũ quo p̄ualuit:meritũ ſignatur in rubo:tormentũ in incendio:triumphus in miraculo. In rubo tria notã tur. Eſt em̃ arbor cõis & om̃ibus expoſita,in quo pietas eius qua ſe oĩbus cõmunicat/deſignatur. Pſal. Diſperſit dedit pauperibus. Itẽ arbor breuis,in quo humilitas eius qua ſe ſubmittebat/accipiť. Vñ lauabat pedes pauperũ. Item arbor aſpera,in quo aſperitas ei⁹ qua ſe macerabat ſubtrahens delitias & adhibẽs carnis moleſtias/deſignať. vñ dicebat. Ego me obtuli ſacrificiũ deo &c. Felix p̄latus q in his tribus ſe exercet,vt aſper,& durus ad vitã propriã. Pſal. Propť verba labiorum tuorum &c. Pius & expoſitus ad indigẽtiã alienã. Mat. v Om̃i petẽti te,tribue. Tob. iij. Vt potueris ita miſericors eſto. Itẽ humilis & ſubiectus ad excellentiã ſiue grãm ſibi a deo datã. Eccľ. iij. Quãto maior es &c. De his tribus idẽ Apoſt. ad Ti. ij. Sobrie,quãtũ ad primũ:pie,quantũ ad ſecundũ:iuſte,quantũ ad tertiũ/viuam⁹ Sic ergo dicitur. ij Mach. ix. Iuſtũ ẽ ſubditũ eſſe deo & mortalẽ. &c. Hic rubus ardebat,qñ craticula ſuppoſitus Laurentius vrebať. Vere mirabile q totus rubus. ſ. corpus. B. Laurentij igne plen⁹ fuit:ſed tñ ſpiritus eius a via rectitudinis non flectebatur: ſicut rubus igne non comburebatur. ¶ Poteſt aũt dici q. B. Laurentius gaudenter ſuſtinuit incendium ignis exterioris quo vrebatur in carne: quia triplici igne fortiori vrebatur in mente. Primus fuit feruor diuinę dilectionis,quo. B. Laurentius fuit adeo inflammatus,q p̄ diuini amoris vehementia/oẽs dolores & alios paruipendit. Vñ bene poterat dicere cũ Prophe. Inflammatũ eſt cor meũ flamma. ſ. diuini amoris qui fortificat hoĩem de omnibus ſuſtinendis p Chriſto. Vñ Cãt. viij Fortis eſt vt mors dilectio tua. quæ fortis dicitur, qa Chriſtũ in cruce mori fecit. Secundo dicitur fortis vt mors. quia ſecundũ Auguſt. Dilectio facit hominẽ mori mundo,& viuere ſoli deo. Tertio diciť fortis vt mors,immo eſt fortior ipſa morte,vt dicit Hug. quia mors naturalis licet ſeparet animã a ſuo corpore proprio quod viuificat nõ tñ poteſt eam ſeparare ab ipſa re quã amat. Quod bene apparuit in. B. Laurentio qui nec per minas,nec per tormenta poterat a diuino amore ſeparari. Vñ bñ poterat dicere cũ Apoſt. Roma. viij. Certus ſum quia neq; mors,neq; vita,neq; tribulatio,neq; inſtantia,neq; aliqua creatura me poterit ſeparare a charitate Ieſu Chriſti. Secundus ignis fuit dulcor internæ deuotionis. Et iſte ignis contra pœnã exterioris aduſtionis ſibi triplex refrigerium præſtabat. Primum ferueñs deſiderium fuit cœleſtis gratiæ. Vnde dicit Ambroſius. Neq; enim beatus Laurentius igniũ tormenta extrinſecus ſentire poterat,qui in ſenſibus interioribus paradiſi refrigerium poſſidebat. Se

Nota tres ꝯditiones boni p̄lati

B

Cõtra incẽdiũ exterius hũit. B. Lau. i mẽte triplex incẽdium fortius.

cundum fuit freques meditatio diuinæ legis. Vnde dicit idem Ambro. Laurētius enim dum promiſſiones & præcepta Chriſti frequēter cogitat, dulce ſibi eſt quod extrinſecus inflammat. Tertium fuit puritas & ſuauitas internę conſcientiæ: de qua ſcribitur Eccl'.iij. Nō eſt oblectamentū ſuper cordis gaudiū. Vnde dicit Ambro. Ardet ꝓfecto totis viſceribus martyr fortiſſimus, ſed ſuauitate conſcientiæ refrigeratus tanq̄ victorioſus pugil ad victoriam exultat. Tertius ignis fuit vigor cœleſtis inſpirationis. Et iſte fuit ſpiritus ſanctus, q eum in vtroq; homine confortabat, & in tormentis inuincibiliter roborabat. De hoc igne ſcribitur Threñ.j. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis & erudiuit me. Vbi ſciendum, ꝙ per oſſa hic intelligūtur ſuperiores vires animę: intellectus. ſ. & voluntas: quia illæ ſolæ ſunt receptiuę ſpiritus ſancti, cum ſint pertinentes ad imaginē creaturæ rationalis. Et iſte ignis ſpiritus ſancti refrigerat ignem materialem. Eccl'.xviij. Nonne ardorem refrigerabit ros? Dañ.iij. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris &c. Licet ergo exterius arderet ꝑ flammam ſuper craticulam, non tñ interius cōburebatur ꝑ impatiētiam: qa rorem ſaluificum angeli ei miniſtrabant. Propter quod dicitur Eccl'.xxxviij. Vapor ignis vret carnem eius, & in calore forna-

C cis cōcertatur. ¶ Hęc fornax fuit cratis ferrea in qua beatus Laurētius in ſuis pœnis acerrimis tripliciter concertauit. Primo quidē cōtra ipſam ſenſualitatem: quod patet per hoc, ꝙ contra naturam ſenſualitatis (quæ lęſiua naturaliter abhorret) in ipſo incendio exultauit Vnde Decio inſultans dixit, ꝙ illæ eſſent epulæ delectabiles quas ſemper optauit. Ex quo patet, ꝙ. B. Laurētius ad perfectionē Apoſtolicam conſcendit: Qui ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt contumeliam pati, vt ſcribitur Actū. quinto. Secundo certauit contra tortorum ferocitatem: quod patet per hoc ꝙ ipſis prunas ſubijcientibus leuita Chriſti inſultauit, & eos de mora ꝙ pœnas ſuas non accelerarent viriliter reprehendit: vt patet in legenda. Vnde bene poterat dicere illud Iob.vj. Hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat: ſciens ꝙ iuxta magnitudinem ſui doloris creſcebat magnitudo exultationis æternæ. Tertio concertabat cōtra regiam poteſtatem quod patet. Nam in craticula ferrea poſitus, prunis ardētibus ſuppoſitus tanq̄ piſcis Chriſti aſſatus Decio inſultauit dicens. Ecce miſer aſſaſti me, regyra iam & manduca. Ex præmiſſis poteſt patere, q̄ magna viſio erat iſta. Erat quippe magna: & hoc ex nouitate, quia inſolita. Magna auſteritate carnificum. Magna vtilitate, quia in maximum firmamētum fidei noſtræ cedit, ꝙ ſanctus Laurentius ita ardebat exterius per corporis exuſtionem, ꝙ tamen non comburebatur interius per mentis in

aliquo læſſionem. Rogemus &c.

¶Sermo ſecundus ad idem,& in numero.CXIIII.

THus ardens in igne, quaſi vas auri ſolidum, ornatum
omni lapide precioſo.Eccleſiaſt.quinquageſimo. ¶In
verbis propoſitis ad commendationem beatiſſimi mar
tyris Laurentij,tria per ordinem implicantur.Primum
circa eius corporalem paſſionem. Secundum,circa eius
Intellectualem rationem. Tertium, circa virtualem eius operatio-
nem. Ex paſſione namq; eius reſpirat famoſus odor ardentis dulce
dinis.vnde præmittitur,Thus ardens in igne.Ex ratione eius regy
rat formoſus vigor conſtantis fortitudinis. vnde ſubditur, Quaſi
vas auri ſolidum.Sed ex operatione eius circumgyrat precioſus de
cor omnis excellentis virtutis. vnde ſubiungitur, Ornatum omni
lapide precioſo. ¶Circa primum aduertendum eſt, ꝙ glorioſa eiꝰ
paſſio(quantum ad præſens ſpectat) aliorum martyrum paſſiones A
in tribus notabiliter antecellit,ex quibꝰ odor exhalat triplicis dul-
cedinis.Fuit enim apertiſſima,acerbiſſima, lætantiſſima,vel liben- De excel-
tiſſima.Propter primum redolet odor fidei quo ad intelligentiam. lentia paſ
Propter ſecundum ſpei quo ad obedientiam. Propter tertium cha- ſionis .B.
ritatis quantũ ad patientiam. Qꝫ paſſio eius fuit apertiſſima,patet Laurentij
ex multis. Ex loco communi & famoſiſſimo qui eſt caput orbis .ſ. iter aliorũ
Roma.Ex officio communi & digniſſimo,quia archidiaconus Ro- paſſiones.
mani Pontificis. Ex teſtimonio cõmuni & notiſſimo ex oĩbus do-
ctoribus eccl'iæ vniuerſalis.Et ꝙ ex iſta prima cõditione redolebat
odor fidei quo ad intelligentiam,ꝓbat Auguſti.in ſermone de ipſo.
Quia maiorẽ affectum ibi debet fides vbi ꝑ ea q̃ apertiſſima cogni-
tione & relatione vidit, compellitur deuotione concedere quæ nõ
vidit. Et ideo inquit Aug. Temporibus nr̃is paſſi/hanc nobis grãm
pręſtiterunt,vt fidem ꝓteritã confirmarent. Et ideo bene fidei paſ-
ſio iſtius glorioſi martyris facta eſt quaſi thus ardens in igne:ita vt
fideles quorum intelligentię redolent & reſpirant:bene poſſunt ſi-
bi dicere illud Cant.iiij.Odor veſtimentoꝝ tuoꝝ ſicut odor thuris.
Per veſtimenta exponendo carnes & oſſa q̃ veſtiunt aĩam & quodã
mõ circundãt,q̃ i igne materiali ↄcremata odorẽ thuris.i,itelligẽtię
fidei redolebãt. ¶Qꝫ eius paſſio fuerit acerbiſſima,ſatis liquet tam
ex vehementia agentis,quia ignis cum maiori vehementia agit in- B
ter omnia elementa:vnde omnia domat,omnia conſumit:q̃ etiam
ex permanẽtia paſſionis,quia ille qui aſſatur vel cõburitur igne,diu
tius torquetur q̃ ille qui ſuffocatur in aqua, vel decollatur gladio,
vel moriť ſuſpẽdio,vel quocunq; alio genere mortis diſſoluitur vio
lenter:q̃ inſup ex vniuerſali violentia lęſionis.Qui eñi in quocunq;

alio genere mortis occiditur, non ſuſtinet in omnibus membris ita vniuerſalem violentiam læſionis: quia citius recurrit in alijs læſio ad principium vitę quod eſt cor, quo ſublato ad alia mēbra ſpecialis & ſingularis læſionis cruciatus non pertingit. Hic aūt omnibus membris ſpeciali & propria læſione aduſtis & conſumptis: ad cor nouiſſimo oim peruenit conſummatio læſionis. Et ita hoc genere mortis omnes partes corporis ſentiunt ſpecialem & propriam læſionē, qđ in alijs violentijs non cōtingit. Et ideo in eius igne non ſolum erat thus, ſed thus ardens: & ita acerbiſſimum, ꝙ in conſpectu eius poſſet dici, Ardores eius quis poſſet ſuſtinere. Eccl. xliij. Poſſumus dicere ꝙ corpus eius quaſi facula ardebat. Ibidem. xlviij. Propter hāc conditionem illud beatum thus redolet odorē ſpei, quo ad obedientiam. Ille enim qui acerbiſſima pateretur, fruſtra & vane pateretur. niſi per talem obedientiam ſperaret ad ſublimia peruire. Spes igit̄ ex talibus erigitur, vt pro obedientia & cum obedientia non diffidat aſperrima ſuſtinere. In ſanctis igitur pręconibus veritatis magnanimitas, & regularis auctoritas eſt. Promptę enim pereunt in melius reparandi, quibus per anguſtias tribulationum aperitur exitus ad hanc plenitudinem gaudiorum: ſecundum ꝙ dicit Maximius i ſermone de martyribus. De hoc ergo thuris odore, ſcilicet ſpe cuiuſlibet fidelis ad obedientiam prouocata, poteſt dici reuerenter & obedienter illud Cant. quarto. Vadam ad montem myrrhę & ad colles thuris in magna & ſublimi acerbitate paſſionis, ex colle thuris allectus .i. ex dulci ſuauitate reficientis reſpirationis. Q̄ etiā paſſio ei⁹ fuerit lætantiſſima & libentiſſima, patet per totam eius legendam: quia flagranti deſiderio ſe obtulit. Vnde dixit beato Sixto. Quo ꝓgrederis ſine filio pater? &c. & noli me derelinquere, & huiuſmodi. Quia aſſatus ex vna parte, ſe regyrari petijt: quia inter oīa tormēta gratias deo reddidit. Ex qua conditione nō ſolum erat thus ardēs ſed ardens in igne. ſ. charitatis ſeruore & gaudioſę dilectiōis ad deū In illo inquā igne quē Chriſtus venit mittere in terram: & quid volebat, niſi vt arderet. Lucæ duodecimo. In quo duplici flamma, foris in corpore, & intus flagrat in mente. In hac autem conditione redolebat charitate quo ad patientiam. Charitas enim ſola eſt, quæ omnia ſuffert: omnia ſuſtinere facit, quæ tali corde allecta facit quemlibet fidelem aſſumere illud Cantico. tertio, vt cum admiratiōe quęrat, & dicat de ei⁹ glorioſa paſſione. Quæ eſt iſta vel qualis quæ aſcēdit per deſertum huius mundi, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.

¶ Sermo tertius ad idem, & in numero. CXV.

DIſperſit dedit pauperibus.&c. Hic notantur quinq; ad cõmendationem beati Laurentij Primo prudẽtia:ibi,diſperſit. Vnde cõgregare iſta tẽporalia ſtultitia eſt propter tria. Primoquia congregatę diuitię ſunt hic congregantibus tormentum. Secundo ſi congregantur,pereũt. Tertioquia ducunt ad æternum ſupplicium. De his Eccle.v. Diuitię congregãtur i malum domini ſui.ecce primum:pereunt.ecce ſecundum:in afflictiõe peſſima.ecce tertium. Afflictio mala eſt dum cõgregantur:peior cũ retinentur:ſed peſſima cum auari cum eis ęternaliter cruciantur. Iacobi.v. Agite nunc vlulate. Prudentia autem eſt diſpergere diuitias propter tria. Primo quia diſperſa ſemina centuplicata reſurgunt. Secundo quia tunc vitam ęternã acquirunt. De his duobus, Matthęi. xix. Ecce nos relinquimus omnia:& poſt cẽtuplum accipietis. Tertio quia tunc non poſſunt amitti,quia ſunt in tuto loco poſitę. Mat. vj. Theſauriſate vobis theſauros in cœlo.&c. Secundo notatur beati Laurentij largitas: ibi, dedit. Inuitauit autem nos creator ad dandum per multa quę dedit nobis:quia dedit nobis cœlum cum ſideribus:aerem cum auibus:aquam cnm piſcibus:terram cum beſtijs & arboribus:animam cum viribus,filium cnm tormentis:ſpiritum ſanctum cum donis.ſicut dicit beatus Augu. Erubeſcat homo auarus cum tantam largitatem expiatur creatoris. Inuitat etiam creaturam ad dandum:quia omnis creatura dat ſe totam:& quicquid habet:ſol dat ſe totum & ſplendorem ſuum:terra ſimiliter. vnde õnis creatura inuitat ad dandum. Item ſcriptura quia ex hac tanta ꝓmittit. Lucę.vj. Date & dabitur vobis. Tertio notatur eius fidelitas:ibi pauperibus. Dare enim pauperibus eſt fidelitas propter tria. Primo quia bona eccleſię,bona pauperum ſunt. Etiam panis egentiũ pauperum eſt. Hiero. Bona eccleſiæ pauperum ſunt. Si quid præter victum & veſtitum reſeruaſti:ſacrilegium commiſiſti.. Secũdo hoc pcepit dominus qui habet generale dominium in omnib9. Tertio qa expectaſ ab eis alia retributio. De his duob9, Lucę.xiiij. Cum facis prãdiũ & cœnã.&c. Quarto notatur ei9 iuſtitia ibi. Iuſtitia eius:quæ conſiſtit in tribus. Primo in recta voluntatis conſeruatione. Anſel. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis conſeruata propter ſe. Secũdo i miſerorum ſuſceptione. Aug. Iuſtitia ẽ miſerendo miſeris. Tertio i iuris redditione. Iſido. Iuſtitia eſt virtus ius ſuũ vnicuiq; tribuens. De primo patet,quia eam ita conſeruauit,ꝙ eũ nulla pœna potuit a rectitudine mouere. De ſecũdo patet:qa theſauros eccleſię dedit pauperibus. De tertio patet:quia maioribus reddidit obedientiam:minoribus humilitatẽ:ęqualibus charitatẽ. Quito notaſ eius pſeuerantia:ibi,in ſeculũ ſeculi. Laudabilis fuit eius pſeuerãtia ꝓpter tria. Pri

mo quia fuit flagellis probata. Secundo iniurijs cõtemptata. Tertio igne examinata, ſecundum illud Pſal. Igne me examinaſti. &c. Et ideo meruit venire ad ęternam ſalutem. &c.

¶De Aſſũptione .B. Virginis glorioſę. Ser. j. & in numero. CXVI.

INtrauit Ieſus i quoddam caſtellum. Lucę. x. Euangeliũ iſtud legitur i Aſſumptione Virginis glorioſę: licet vt dixerunt quidam modicũ faciat ad ꝓpoſitum huius feſti: niſi quãtum ad verbum, quod i fine dicitur. Maria optimam partem elegit. &c. Cuius verbi effectus relucebat i Aſſumptione Virginis glorioſæ. Totum aũt euangelium (vt dicunt) loquiť de Martha & Maria Magdalena. Licet tranſumptiue verbum ꝓpoſitum adaptetur Marię virgini, quę hodie elegit, & electam obtinuit optimam partẽ quæ eſt i cœlo. Et hæc pars non auferet ab ea: quia nullus vnq̃ angelorũ, vel ſanctorum hominum attinget ad ſublimitatem partis illi⁹. ſed ipſa ſola ex ꝑrogatiua partem illam poſſidebit in ęternum: q̃uis aũt hęc adaptatio ſit bona, & ſit vna ratio q̃re euãgelium iſtud hodie legitur, intimius tamen ſpeculando poſſum⁹, nõ ſolum finem euangelij pręallegatum: ſed & totum ipſum euangeliũ glorioſę Virgini adaptare: vt dicamus, ꝙ quis ad literam euangeliũ loquitur de Martha & Maria ſorore eius: excellentius tamen verificatur ipſum euãgeliũ quantum ad omnes ſui partes de Maria Virgine glorioſa. Quapropter conuenienter hodie idem euangeliũ legitur. & hoc propter ſex rationes ꝑter illam prius tactam. Prima ratio eſt: quia hic in principio euangelij dicitur, ꝙ intrauit Ieſus i quoddã caſtellum: per quod intelligitur vterus virginalis, vt patebit: ergo cõgrue iſtud euangelium legitur de Virgine Maria. Secunda quia hic agitur de duplici ſuſceptione Chriſti, ſcilicet corporali & ſpirituali. Corporali quidem a Martha in hoſpitio dom⁹ exterioris. Spirituali vero a Maria in hoſpitio domus interioris: ſcilicet receptaculo ſuæ mentis. Hæc autem duplex hoſpitatio pfectiſſime fuit in beata Virgine Maria: quando ipſum ſuſcepit, i thalamo corporis ſui: aluit, nutriuit, educauit, & ſedule viſitauit. Suſcepit etiam eũ in thalamo cordis ſui: ſemper ipſum in corde ſuo fide & dilectione dulciter reuoluẽdo, & iugiter contemplando. & ex vtraq; ſuſceptione hac pdicať ipſa beata. Lucę. xj. Btũs vẽter q te portauit. &c. & hoc quãtũ ad primã ſuſceptionẽ. & ſequiť. bti qui audiũt verbũ dei. &c. quãtũ ad ſecũdã ſuſceptionẽ. vñ Aug. Beatior fuit Maria i pcipiẽdo fidẽ Chriſti q̃ cõcipiẽdo carne Chriſtũ. Materna ei ꝓpiqtas nihil Marię pfuiſſet: niſi felici⁹ ipm mẽte q̃ carne geſtaſſet. Tertia rõ ẽ: qa ipſa btã Virgo ſuſcepit Chriſtũ i duplici hoſpitio ſuo i hac vita: vt dictũ ẽ. ideo ꝯueniẽter euãgeliũ legiť hodie: qñ & ipſa ecõuerſo recepta ẽ i hoſpitio cœleſti a

filio ſuo. Quarta ratio eſt,qa in hoc Euãgelio deſcribit̃ in duab⁹ ſororib⁹ pfectio vitæ actiuæ & contẽplatiuæ:q̃ vtraq; fuit in beata virgine pfectiſſime. Q̃d em̃ datũ eſt iſtis ſororibus p partes,beati virgini totũ datũ fuit integre. Vñ Hiero. Ceteris datũ eſt p partes,Mariȩ aũt ſe totũ infudit plenitudo gratiæ. Quinta qa in hoc Euãgelio implicant̃ tria.ſ.diuinũ hoſpitiũ,& hoc in caſtello:diuinũ myſterium,& hoc in Martha:& diuinũ cõtuberniũ,& hoc in vnione ſpũs cũ deo, ſicut eſt in cõtemplatione,& hoc ſignatur in Maria. Et qm̃ hȩc tria pfectiſſime fuerunt in glorioſa virgine Maria,ideo &c. Sexta ratio ſumitur ex fine Euangelij qua dicit̃,Maria optimã partẽ elegit &c. Q̃d verbum licet dictũ fuerit de Maria Magdalena,verius tñ eſt de Maria glorioſa. vñ Ber. Optimã partẽ elegit ſibi Maria. Optimã plane,qa bona ẽ fœcũditas ↄiugalis:melior aũt caſtitas virginalis: optima vero fœcunditas virginea:ſed quia fœcũda virginitas Mariæ priuilegiũ eſt,non dabit̃ alteri,qa non auferet̃ ab ea. ¶ Viſo ex quibus rationibus pñs Euangeliũ deſeruit hodiernȩ feſtiuitati,accedamus ad expoſitionẽ Euangelij,ad declarationẽ pmiſſoꝝ. Circa quod tria principaliter ſunt conſideranda. Primo quod ſit iſtud caſtellũ quod dñs Ieſus intrare dignatus eſt:quia dicit̃,Intrauit Ieſus in quoddã caſtellũ. Scdo quales ſint illȩ pſonȩ apud quas dignat⁹ eſt dñs hoſpitari,qa dicit̃,Et mulier q̃dam Martha noie,excepit illũ in domum ſuã:& huic erat ſoror noie Maria. Tertio qualis erat ↄparatio inter illas duas ſorores:qa dicit̃,Martha ſollicita es.&c. Maria optimam partẽ ele.&c. Quantũ ad primũ q̃d fuerit iſtud caſtellũ, Sciendũ ꝙ ad lr̃am ſiue illud fuerit Magdalũ caſtrũ/a quo Magdalena cognoiabat̃,ſiue Bethania/vbi iſtȩ duȩ ſorores morabant̃,quaꝝ etiã ipſum caſtrũ fuiſſe dicit̃. Ioã.xj. Erat q̃dã languens Lazarus a Bethania de caſtello Mariȩ & Marthȩ ſororis eius. Q̃d inquã fuerit caſtrũ illd ad lr̃am/nõ eſt nobis multũ curæ ad pñs. Sed myſtice dicamus cũ Anſ. ꝙ illud caſtellũ fuit corpus intemeratȩ virginis Mariæ,q̃d intrauit dñs Ieſus in ↄceptiõe. Quod dicit̃ caſtellũ propter ſeptẽ q̃ cõſtituũt nobile caſtrũ. Primũ eſt ſitus altus/vt videlicet caſtrũ ſit in alto ſituatũ. Per quod ſpũaliter altitudo vitæ ſpũalis accipitur,vt hõ ſpũalis ſit eleuatus ab inquietudine mũdi quo ad quatuor. Primo ꝙ ſit eleuatus ab occaſione vagarum occaſionũ. In cuius ſignũ dicit̃ Mat.v Q꞉ Ieſus videns turbas,aſcẽdit in montẽ cũ diſcipulis ſuis. Secũdo ꝙ ſit eleuatus ab affectione carnaliũ delectationũ. In cui⁹ figura Helias fugit a facie Hiezabel,& aſcẽdit ad mõtẽ dei Oreb. vt legit̃.iij.Re.xix Tertio ꝙ ſit eleuat⁹ in altitudine cœleſtiũ deſiderioꝝ. In cu⁹ figura Moyſes aſcẽdit in mõtẽ Abari/vt cerneret terrã pmiſſionis. Nume. xxvij. Quarto vt hõ ſit eleuat⁹ i ſctã orõe & diuinoꝝ ↄtẽplatiõe. In

B

cuius ſignum Chriſtus ſæpe pnoctauit in mōte i oratione. Et cū ſe tranſfigurare vellet: aſſumpſit diſcipulos ſecum in montem ad videndum tranſfigurationem. Tale caſtellum ſic eleuatum fuit beata Virgo: quæ & ſi fuerit alta nobilitate progenita: quia regali ex progenie orta: illa tamen altitudo modicum faceret ſine altitudine ſpiritualis vitę: quam excellentiſſime i ſe habuit, quo ad omnia quatuor prędicta: vt patet. Secundum quod facit ad nobilitatem caſtelli ē murus clauſus & firmus: per quem intelligitur firma clauſura & vigil cuſtodia virginalis integritatis: quę excellentiſſime fuit in beata Virgine: quam ita murus virginalis integritatis vndiq; vallauit: vt nullus libidinis acceſſus eſſet ad eam: nec ſēſus eiꝰ ſola etiam cogitatione ab aliqua tangeretur libidine. vnde in ea verificatum eſt illud Cā ti. iiij. Ortus cōcluſus, fons ſignatus. Tertium quod requiritur ad nobilitatem & fortitudinem caſtri eſt turris. Per quam intelligitur humilitas quæ hominem prouehit in altum vſq; ad cælum: iuxta illd Lucæ. xix. Qui ſe humiliat exaltabitur. Et ſicut turris eſt ad protectionem omnium quæ ſunt in caſtro: ſic humilitas protegit, & conſeruat omnes virtutes. Vnde eſt illud Ioannis. Qui ex vobis volēs ędificare turrim, id eſt humilitatem cōſtituere ſecundū gloſ. Et hoc munimētum turris humilitatis valde cōueniēs eſt ad murū virginitatis: quia ſicut hi duo inuicem ſe defendūt: ita vt hoſtes per murum a turri, & p turrim a muro arceantur: ſic iſta duo virginitas & humilitas mutuo ſe defēdūt. & hęc duo excellētiſſime fuerūt i beata Virgine. vt dicit Anſel. Cū virginitatem libido impugnare nō pōt, tūc eā ſolet impugnare ſuperbia. Eſt ergo in ipſa beata Virgine turris hūilitatis: q̄ a muro virginitatis oēm repellit ſupbiā. Et quia hūilitatē ſuperbia ipugnare nō pōt: ſolet eā ipugnare libido: ſed murꝰ virginitatis a turre hūilitatis oēm repellit libidinē: ita q̧ hæc duo/ murꝰ videlicet virginitatis & turris humilitatis/ab alterutro muniunt, vt nunq̄ in humili virgine fuerit: nec ſuperba virginitas: nec inquinata humilitas: ſed ſemper in eadem virgine manſerūt, & hūilis virginitas, & virginalis humilitas. & hęc patēt ex euāgelio. Cū ab angelo beatę virgini filius promitteret. Rńdit. Qūo fiet iſtud: qm̄ virum non cognoſco. Sed ſi cuilibet virgini deſponſatę in animo ſuo diſponēti nubere diceret: filium habebis: non miraret, nec interrogaret qūo fiet iſtud: vt pote, quę ſe deſponſatā, & in pximo nupturā ſciret, & a viro grauidari vſu naturæ ſperaret. Hæc autem non immerito mirata ē: & quomō fieret quod promittebatur ſciſcitata: qm̄ q̄uis ſe deſponſatam, tamen ſe nunq̄ nupturam, nec virum cognitură, certiſſime ſciebat. Hæc de muro virginitatis optime circūcluſo, & firmiſſime vndiq; munito. De turri etiā hūilitatis patet. Cū ēm ab āgelo ſaluta

retur,& mater dei eligeretur:& quomõ hoc fieret ſalua virginitate,
cui tm̃ timebat doceretur:& bñdicta ſuper oms̃ p̃dicaretur.Reſpon
dit.Ecce ancilla domini.Et alibi.Quia reſpexit humilitatem ancil-
lę ſuæ.Sublimis Virgo mater dei.O mater humilis ancilla dei:quid
ſublimiꝰ eſſe poteſt?quid humilius de ſe ſentire poſſet.O felix virgi-
nitas quam ornat humilitas.O felix humilitas quã ornat virginitas
Humilitas ornat virginitatẽ ne ſit ſuperba,Virginitas ornat humili
tatem,ne ſit deſpecta.Sit igitur virginitas humilis ne extollatur:&
ſit humilitas virginalis ne cõtẽnatur.Exemplũ ex euãgelio de decẽ
virginibꝰ,quarum quinq; erant prudentes,quia humiles & quinq; Matthæi.
fatuę:quia ſuperbę.De vtroq; iſtorũ ornamento nobilis caſtelli ſui xxv.
gloriatur glorioſa ipſa virgo Maria.Canti.vltimo,dicens.Ego mu-
rus & vbera mea turris.Adapta.Prędictę aũt tres cõditiones boni
caſtelli poſſunt accipi ſecundum triplicem etymologiam nominis
caſtelli:vt dicamus,ꝙ beata Virgo dicitur caſtellum quaſi caſtrum
altum propter altitudinem vitæ ſpũalis:qđ figurať p caſtellũ Hiero-
ſolymis:quod ſitũ eſt in alto.de quo dicitur Matthęi.xxj. Ite in ca-
ſtellum,quod contra vos eſt.&c.Item dicitur caſtellum quaſi caſtri
lilium propter candorẽ caſtitatis virginalis:quod figuratũ ẽ p caſtel-
lum Emaus.Item caſtellum dicitur quaſi caſtrum paruum propter
hũilitatẽ:& hoc figuratum eſt per caſtellũ Bethanię.Quartũ qđ pti-
net ad bonitatẽ caſtri eſt foſſatum:per quod intelligitur paupertas,
quę oẽm terrenitatẽ euacuat ab aĩa.Et hęc fuit i caſtello nr̃o.i.virgi
ne Maria.de qua Lu.ij.diciť ꝙ non erat ei locus in diuerſorio quo fi-
lium pareret.Quintum eſt armatura ad protectionem caſtri & con-
fugientibus ad illud neceſſaria:per quam intelligitur abũdantia pie-
tatis quæ eſt in beata Virgine,qua protegit peccatores & compreſ-
ſos ab hoſte fugientes ad eam. Canti.iiij. Mille clypei pẽdent ex ea
omnis armatura fortium.Sextum eſt alimẽta ſine quibus caſtrum
conſeruari non poſſet:per quæ intelligitur copia alimenti ſpiritua-
lis,quam ſufficientiſſime in ſe habuit beata Virgo. Ipſa enim intra
ſe continebat panem verum & vinum,qui de cœlo deſcendit omne
delectamentum in ſe habẽtem,& omnis ſaporis ſuauitatem:quem
panem ſi quis comederit viuet in ęternum.Ioã.vj. Septimum eſt
fluuius confluens:per quem intelligitur plenitudo gratiæ quæ con-
fluit in beata Virgine.Lucæ.ij.Aue gratia plena.& Eccle.xxiiij. In
me gratia omnis vię & veritatis.Hiero.Cæteris per partes: Mariæ
autem ſe totam infudit plenitudo gratię.Patet igitur ꝙ recte per ca
ſtellum intelligitur Virgo Maria.Nec eſt præter nutum,ꝙ non dici
tur ſimpliciter caſtelum:ſed dicitur quoddam caſtellum. Et hoc ſi-
gnanter ſecũdum Anſel.Quoddam enim:id ẽ ſingulare caſtellum

Maria fuit. Quãuis eñ multę alię murum virginitatis habeant, & turrim humilitatis: & virgines ſint & humiles: tamen ſalua virginitate matres eſſe non poſſunt: nec filios generare, quod iſta ſola fecit. Similiter aliquæ virgines prædictis conditionibus boni aſtri in aliquo participant, vel participare poſſunt: ſed in tanta excellẽtia nulli ita conuenient, ſicut beatę virgini. Et ideo caſtellũ hoc merito quoddam dicitur. i. ſingulare: quia iſta ſingulariter mater fuit, & virgo qđ nulla alia eſſe potuit, nec poterit. Et dato aliquã eſſe matrẽ & virginẽ q̃uis ſit impoſſibile: etiam ſic Virgo Maria erat ſingularis in eo, ꝙ vnicum filium dei genuit: qui ſicut eſt vnicus patri: ſic eſt & vnicus matri. Et ideo etiam ſi Virgo pariat: nulla eũdẽ vel aliũ talẽ generabit. Ipſa ergo Virgo Maria eſt caſtellum iſtud quoddã, quod itrauit Ieſus. Sed quomodo intrauit, de hoc poſſet alicui eſſe dubium. Cum eñ Chriſtus ſit verus deus, & verus homo ante ſecula genit⁹: & homo de homine in ſeculo nat⁹: quicquid ei veraciter attribuiť: aut cõuenit ei ſecũdum naturam diuinam, aut ſecũdũ humanã, aut ſecũdũ vtrãq;. Secũdũ diuinã appellatur Ieſus: id ẽ Saluator. ſecũdũ hũanã diciť Chriſt⁹: quod exponiť vnctus. ſecũdũ vtrãq; vocať Emmanuel: quod eſt nobiſcũ deus. Cũ ergo intrare ſit a deforis itus accedere: dubitari poteſt ſecũdũ quã naturã i iſtud caſtellũ. i. in vterum Virginis Mariæ intrauit. Non quidẽ ſecũdũ diuinã: cũ ipſe ſine motu moueat vniuerſa, & totus ſemp ſit vbiq;: ſicut de ſe loquitur p Prophe-

Hier. xxiij. tam. Cœlum & terram ego impleo. Item ego ſum deus & non mutor. Mala. iij. Sed nec ſecundũ hũanam: cũ mater eius Maria non cõceperit exterius quicq̃ ab extra vterum: ſed concepit interius tm̃ i vtero, ſicut dicitur Eſa. vij. Ecce virgo concipiet. &c. Vnde & angel⁹ ei dixit. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Hæc eſt eñ ſecun-

Ezech. xliiij dum Ezech. porta i domo domini clauſa. &c. Chriſtus autem in ſui conceptione vix extitit. ſecundũ illđ Hiere. xxxj. Nouũ faciet dominus ſuper terram: fœmia circũdabit virum. Quid ergo dicem⁹ quo modo Ieſus intrauit caſtellum? Salua fidei maieſtate poſſumus dicere: ꝙ ſecũdũ philoſophos initiũ exiſtendi ingreſſus i ſubſtãtiã appellatur. Quęcũq; res habet initiũ, habet pariter & ingreſſum. Vñ cum verbũ dei ſecũdũ hũanitatẽ aſſumptã cœpit eſſe i vtero virginali: ꝑfecto ſecundũ eandẽ introiuit i illum nõ deforis veniens: ſed; itus aſſumens. Ioã. xvj. Exiui a patre, & veni i mundũ. Non ꝙ extra mundum acceſſit: ſed ꝙ i mũdũ ꝓceſſit. Iſtud adiutorium quod plærũq; actiua exigere debet, a contemplatiua deſignauit dñs, Ioã. xj. Cum Martha peteret a dño ꝑ reſuſcitatiõe Lazari, & dñs noluit eã exaudire cũ effectu: niſi vocaret ad hoc Mariã, qđ cũ feciſſet dicẽdo ſibi. Magiſter adeſt & vocat te. Extũc adueniente Maria dñs ꝓceſſit ad

tā grande opus reſuſcitationis mortui quatriduani,deſignans p hoc
ꝙ in arduis actiua plerūq; debet habere recurſum ad contēplatiuā.

¶Subſermo primus ad idem,
& in numero.CXVII.

ET mulier quædam Martha nomine excepit illum in do
mum ſuam,& huic erat ſoror nomine Maria,quę etiam
ſedens ſecus pedes domini,audiebat verbū illius. Mar-
tha autem ſatagebat circa frequēs miniſterium, quę ſte
tit & ait.Dñe nō eſt tibi curę,ꝙ ſoror mea reliquit me ſo
lā miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet.¶Hęc ē ſecūda pars euā- A
gelij,in qua oſtendit quales fuerūt illæ pſonæ apud quas dñs digna
tus eſt hoſpitari. Et qdē ſunt duæ ſorores Martha & Maria,p quas
ſignant dúę vitę i ſancta eccſia:p Marthā videlicet actiua:p Mariā
ꝯtemplatiua.Illa laborat ad exhibēda indigēti oīa hūanitatis officia
illa vacat & videt & guſtat/qm̄ ſuauis eſt dñs.Iſta circa exteriora oc-
cupat.Illa interiora ꝯtēplat.Et hæc differētia tangit hic cū dicitur,
Martha aūt ſatagebat circa frequēs miniſteriū,& hæc ſtetit ad labo-
res.De Maria aūt dicit,ꝙ erat ſedens ſecus pedes dñi, & audiebat
verbū illi⁹.Iſta ſtabat & ſatagebat vt paſceret dñm: hęc aūt ſedebat
& audiebat,vt paſceret a dño.Illa vt paſceret dñm cibo vtiq; corpo
rali:iſta,vt paſceret cibo ſpūali:quia nō in ſolo pane viuit hō,ſed de
omi verbo quod ꝓcedit de ore dei. Sane quāto melior eſt aia corpe
tanto dulcior eſt cibus ſpūalis in mente,q̄ carnalis in vētre. Pſal.Q̄
dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauū. Porro Martha
dicebat.Dñe nō eſt tibi curæ ꝙ ſoror mea reliquit me ſolā miniſtra
re? Hoc dicebat/nō ꝙ ſorori inuideret ꝙ ipſa laboraret & illa in q̄e
te ſederet:ſed ad deſignandū ꝙ actiua tm̄ ſibi non ſufficit, ſed pro-
pter difficultates rerū & ambiguitates cauſarū auxiliū contēplatiuæ
requirit:vt quod ipſa laborando nequit perficere,iſta orando & ſup
plicando valeat impetrare. Vnde ſicut dicitur Exod.xvij.Cū Moy-
ſes orauit in monte,Ioſue vincebat in valle.Contēplatiua eīm adiu-
uat actiuā. Vnde Martha ſignanter adiecit, Dic ergo illi vt me adiu
uet.¶Viſo quō per has duas ſorores ſignificantur duæ vitæ , q̄ ita B
ſibi inuicem ſunt combinatæ,ꝙ neutra earū ſibi ſufficit ſine altera
Sequitur videre,quomodo hæ duæ vitæ per excellentiam fuerunt
in caſtello quod intrauit Ieſus,id eſt,in beatam virginē Mariā. Nā
ſicut ipſa fuit mater dei ſingularis,ita & vitarū iſtarum effectus,qua
rum iſtæ duæ ſorores typum gerunt,in ea p̄ oībus alijs has vitas ſe
ctantibus extitit ſingularis:quod patet per inductionem. Primo de
vita actiua quantū ad oia opera miſericordiæ q̄ alij ſancti exhibent
ꝓximo:ſed ipſa ſingulariter exhibuit ea dei filio. Alij hoſpitem quē

Per Marthā vita actiua, & p Mariā cōtemplatia ſignatur.

Q. ōo btā virgo tenuit vitā actiuam,

libet in domum recipiunt: ipſa filium dei peregrinantē de cœlo i terram, & nō habētē vbi caput ſuum reclinaret, recepit in hoſpitio corporis ꝓprij. Eccl. xxiiij. Qui creauit me: requieuit i tabernaculo meo. Alij nudum quemlibet veſte mutabili & incorruptibili induunt vel operiunt: ipſa verbum dei, quod in ea carnem nudam in vnitate perſonę aſſumpſit, veſtiuit de ꝓpria ſubſtantia. Gal. iiij. Factum ex muliere. &c. Alij quēlibet eſurientem & ſitiētem cibo vel potu reficiunt: ipſa deum hominē humanit' indigentē, nō ſolū exterioribus cibis pauit: ſed etiā interiori cibo aluit. Natū inquā primo pauit vbere de cœlo pleno: & poſtea labore manuū ſuarum ſuſtentauit colo. ſ. & acu. Alij infirmos quoſlibet viſitant. Ipſa deū hūanatū infirmū ꝑ infantiā: non ſolum viſitauit, ſed & balneādo, fouendo, leniendo, & geſtando frequētauit: & poſtea ipſū infirmū & vulneratū pendentē in cruce viſitauit. Item ipſa incarceratū in ſepulchro viſitauit, flens & eiulans: & ſepulto hūanitatis: imo maternitatis officia exhibuit: & pręterea erga eum plurimū turbabaẗ, & ſolicita erat: cum fugeret in ęgyptū a facie Herodis: qui filiū ſuū itātū ꝑſeqbaẗ: vt multos ſuſpectę ętatis pueros occideret. Turbabaẗ etiā cū Iudęos inſidiantes, & mortē eius eis inferre molientes cognoſceret. Ad vltimū turbata ē valde: cū iuxta Symeonis ꝓphetiā ſuā ipſi' aīam ptranſiuit gladius: cū vidiſſet ſuum taliter filiū cōprehendi, ligari, flagellari, cōſpui, ſpinis coronari, derideri, colaphizari, mori, & ſepeliri. Vn̄ bn̄ ei cōgruit, qđ dicitur. Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Ingeminat nomē Marthę: vt magis redderet attētā ad petēdū auxilium Marię. Nec dubiū quī beata Virgo in p̄miſſis tribulationib' ſuis de vita actiua cōfugiū habuerit ad auxiliū cōtēplatiuę, quę ē ꝑs Marię. Et ꝑ hoc certe nō modicū adiutoriū accepit. Et inde ē qđ dicūt doctores: ꝙ ipſa beata Virgo i oib' turbationib' ſuis nūq̄ fuit mēte, nec in fide aliquaten' ſauciata: q̄ licet vidēdo i filio ſuo tātā paſſionē, & ignominiā cor ei' i magno dolore ꝯcutereẗ ꝑ paſſionē: qđ ptinet ad vitā actiuā: interi' tn̄ ſpū gaudebat, iſpiciēdo myſteriū dn̄icę paſſiōis qđ ipſa optime nouit, cui' cōtēplatione dolor hoīs exterioris mitigabaẗ. vn̄ dicit Ori. ꝙ licet beata virgo filiū ex ſua carne ꝓcreatū nō ſine doloris affectu potuerit videre: ſic ignominioſe tractari: & crucifigi: quia tn̄ nō dubitauit Chriſtū dei filiū ꝓpria volūtate mori & mortē ipſā eē deu' cturę: ideo dolor cōpaſſiuus nō ita rōnē ei' obfuſcabat: vt ꝗcquā iordinatū i geſtib' ſuis oñderet: ita ꝯtēplatiua actiuā i ea adiuuabat. vn̄ etiā Ambro. ſup illo verbo Symeonis. Tuā ipſius animā ptranſibit gladius: dicit hoc intelligendum de gladio ſpūs quod eſt verbū dei. Prudētiā ſane Marię non ignarā cœleſtis myſterij oñdit. Viuum eſt eñ verbum dei, & acuti', & validius omnino gladio. Et

ſecundum hoc gladium doloris in actiua adiuuabat gladi⁹ ſpiritus
in cõtemplatiua. Et hoc de parte Marthę. ¶Sequitur de parte Ma C
rię, q̃ qualis & quanta in beata virgine fuerit quis digne valet expli- De contẽ-
care? Si enim pars Marthę maior fuit in beata virgine q̃ i ipſa Mar- platia Ma
tha, & in vllo hominum vnq̃ fuerit ab initio mundi: qualem & quã riæ.
tam fuiſſe in ea credimus partem Marię: quã dñs tãtũ laudat vt ſeq
tur? vñ exclamat Anſ. O q̃ magna dulcedo ſeu mltitudo dulcedinis
dei fuit in beata virgine Maria: qñ in ea ſpiritusſanctus superuenit
& virtus altiſſimi obumbrabit eam: & de eodem ſpiriuſancto conce
pit. Quid de deo non ſapiebat: in qua ſapientia dei latitabat: & i cui⁹ .j. Cor.j.
vtero corpus Chriſti aptabatur? Chriſtus enĩ (vt ait Apoſtol⁹) virt⁹ Coloſ.ij.
dei est & ſapiẽtia: & in eo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ dei abſconditi
Chriſtus autem in Maria, ergo dei virtus & ſapientia & oẽs theſauri
ſapientię & ſcientię in Maria. Hęc non tñ ad pedes ſed etiã ad ca-
put domini ſedẽs audiebat verbum ex ore ei⁹. Hęc obſeruabat oĩa
verba Angelorum, paſtorum, Magorũ, necnõ ipſius filij cõferens in
corde ſuo. Nemo vnq̃ guſtauit ſicut iſta q̃ ſuauis eſt dominus. Ine-
briabatur ab vbertate domus dei: & de torrente voluptatis ſuæ po-
tabatur. Nec mirum, quia apud eam imo intra eam erat fons vitæ:
de quo manabat perfectio vtriuſq; vitę hęc Anſel. Vltra hęc ſi dili-
genter conſiderare volumus: inuenimus ſeptem p̃rogatiuas in Ma-
ria virgine ex parte vitę contemplatiuę in cõparatione ad Marthã
Fuit enim primo quieta non vagabunda, vñ inuenta eſt ab Angelo
ſolitaria. Lucæ.ij. Ingreſſus ad eam dixit. Aue gratia Secundo fuit ta
cita: vnde vix poſt multa verba reſpondit Angelo. Tertio expedi-
ta a curis & rebus mundi. Lucæ ſecundo. Non erat ei locus in diuer
ſorio. Quarto fuit vacans auditioni verbi dei Lucæ.ij. Maria aũt cõ
ſeruabat omnia verba hęc conferens in corde ſuo. Quinto fuit inar
deſcens ſemper & flagrans amore cœleſti. Cantico.v. Nunciate dile
cto meo q̃a amore lãgueo. Sexto fuit vnita & ſimplex in voto. Cãti
corũ ſexto. Vna eſt columba mea. Et Canticorum quarto. Vulnera
ſti cor meum in vno oculorum tuorum. Septimo fuit ꝑquirens & lu
ſtrans continue curiam cœleſtem & coniungẽs ſe ei ꝑ deſideriũ. Cã-
ti.ij. Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas Eccle. xxiij.
Gyrum cœli circuiui ſola. Vnde Bernar. Maria profundiſſimã di-
uinæ ſapientiæ vltra q̃ credi valeat penetrauit abyſſum, vt q̃tum
ſine perſonali vnione creaturę conditio patitur: illi luci inacceſſibili
videretur immerſa &c.

¶Subſermo. II. ad idem. Et in
numero. CXVIII.

ET reſpondens dixit illi dñs. Martha Martha ſollicita
es:& turbaris erga pluria. Maria optimã p̃ elegit, q̃
nõ auferet̃ ab ea &c. Hęc ẽ tertia p̃ticula euãgelij in q̃
ag̃ de cõpatiõe iſtarũ duarũ ſororꝝ & vitarũ, vbi dñs
tria facit. Prio oñdit iperfectionẽ p̃tis Marthæ ad ſui
hũiliationẽ. Scdo tãgit p̃fectionẽ p̃tis Marię, ibi. Porro Tertio infert
p̃mulgationẽ ſentẽtię cũ aſſ gnatiõe cauſę, ibi. Maria optimã p̃tẽ ele
A git &c. ¶ Quãtũ ad primũ ſciẽdũ q̃ dñs rñdẽdo verbis Marthę di
cit. Martha Martha. Vbi nota q̃ moris ſcripturarũ eſt q̃n aliq̃s exci
tat̃ in arduo negocio ad attentionẽ ingeminare nomẽ, verbi gratia
Cũ dñs de medio rubi vocaret Moyſen ait. Moyſes Moyſes non ap
propies adhuc. Exod. iij. Itẽ dñs volẽs excitare peccatores ad attẽ
tionẽ iterauit vocationẽ, Hiere. xxij. Terra terra audi ſermonẽ dñi.
Sic hic dñs excitat Marthã ad attentionẽ. Hoies eñi plurimũ occu
pati vt erat Martha non ſunt diſpoſiti quo ad attentionẽ verbi dei.
Oſtendit aũt dñs triplicẽ defectũ in parte Marthæ reſpectu Marię
Primus eſt ſollicitudo in cogitatu, vñ dicit ſollicita es. Secundus eſt
turbatio in affectu, vñ dicit. & turbaris. Tertius eſt diuiſio i actu, vñ
addit. erga plurima. Iſta oĩa impediũt nos: ne totaliter tendam' in
deũ. Quapropter nimia ſollicitudo eſt vitãda. ad Philippẽſes vlti
mo. Nihil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratiõe petitiones veſtrę innoteſ
cant apud deum. Et. j. Petri vlti. Omnẽ ſollicitudinẽ veſtrã p̃ijcien
tes in eũ: q̃m ipſi eſt cura de vobis. Etiam vitanda eſt inordinata tur
batio, Ioan. xiiij. Non turbetur cor veſtrũ neq; formidet &c. Et Eſa.
xlij. Non erit triſtis neq; turbulent'. Ocul' eñi turbulent' nõ eſt ido
neus ad videndum: vitanda eſt etiam diuiſio & diſtractio multarũ
occupationum. Eccleſi. vndecimo. Fili ne in multis ſint actus tui.
Hęc igitur incommoda habet vita actiua: non autem contemplati
ua. Vnde dicitur. j. Corinthiorum vij. Qui cum vxore eſt, ſollicitus
eſt quæ ſunt mundi: quomodo placeat vxori: qui ſine vxore ẽ: quę
B domini ſunt cogitat &cæt. ſimiliter patet de alijs occupationib' acti
uę vitę. ¶ Deinde oſtendit p̃fectionẽ p̃tis Marię dicens. Porro vnũ
eſt neceſſarium. Breue verbum quo cõprehẽdit oẽm perfectioẽ; vi
tæ contemplatiuæ. Contemplatiuis eñi pauca verba ſufficiunt: & in
paucis verbis multas ſententias comprehendũt. Contẽplatiuę aũt
vitę perfectio eſt in hoc q̃d tendit in vnũ. Et p̃ hoc includũt̃ oẽs defe
ctus & incõmoda vitę actiuę. Ex eo eñi q̃ tota intẽtio p̃tis Mariæ
verſat̃ erga vnũ, habet̃ q̃ nõ eſt ſollicita de quibuſdã alijs & nõ tur
bat̃ de aliquo & q̃ nõ eſt erga plurima: quæ tota tendit ad vnũ q̃d ẽ
ſolũ neceſſariũ. Sed quod eſt illud vnum? Profecto illud vnũ non eſt
aliud niſi ip̃e de' vel regnũ dei: quo habito nihil deẽ, Mat. vj. Quæ

rite prio regnū dei & hæc oīa adijcienſ vobis.& p̄s.Vnā petij a dn̄o
hāc requiram.Iſta eſt vita beata cui vacat pars Mariæ & hoc ē illud
vnū qd eſt neceſſarium.Quia qui adhæret deo vnus ſpiritus ē cum
illo.j.Cor.vj.Hoc vnū qui habet oē bonum habet.in cui⁹ figura di-
cit.Tob.x.Omnia in te vno ſimul habentes.& Sapiē.vij.Venerūt
mihi omnia bona pariter cū illa.Et ideo dixit dn̄s Moyſi i pſona vi
ri contemplatiui.Exod xxxiij.Ego oſtendam tibi omne bonum.
¶Deinde infert ſententiam cōparationis de melioritate,q̄ videlicet C
illarum duarū partiū ſit melior dicens.Maria optimam partē elegit Quare p̄-
&c.Quia ſcilicet p̄elegit vnum poſtponēdo multa:p̄ponit eīn vnū ponaſ cō-
multis ſicut dicit Auguſti.Quia non vnum a multis ſed multa ab tēplatiua
vno.Multa ſunt quæ facta ſunt:vnus qui fecit omnia bona valde q̄ actiuæ.
fecit,quāto melior illis ille qui fecit omnia bene:Matt.vij.imo ſim-
pliciter optimus.Hoc autē optat & petit propheta ip̄s. Vnā petij a
dn̄o hanc requiram.Quare aūt pars Mariæ ſit optima aſſignat cau
ſam.quia non auferet ab ea.Et ex hoc ex oppoſito ſumitur quātus
defectus partis Marthæ,quia auferetur ab ea.Ceſſat eīn ſollicitudo
actiuæ:præterit turbatio multiplex:tranſit labor multitudinis & plu
rimæ occupationes:ſed remanet charitas vnitatis.Et hęc eſt cauſa q̄
re pars Mariæ ſimpliciter eſt melior & eligibilior,quia contemplati
ua hic incipit & in futuro perficit,quod bene dn̄s deſignauit in Ioā
ne cum ei dixit.Ioā.vltimo.Sic eum volo manere donec veniā,qua
ſi dicat.Inchoata hic contemplatio maneat pficienda donec vene-
ro.Et quia permanentior ideo melior:ſicut Apoſtol⁹ dicit de chari
tate.primę Cor.xiij.Charitas nunq̄ excidit.Et ex hoc concludit q̄
melior & maior eſt charitas:ſic de vita cōtēplatiua.Vn̄ Beda i gloſ
ſa.Qui hic ardere inchoat cum ipſum quem amat viderit amplius
amare cognoſcit.¶Notandum q̄ ita laudatur pars Mariæ q̄ ta- D
men non reprehenditur pars Marthæ:quia etiā ipſa bona.Vn̄ licet
cōtēplatiua ſit ſemper melior tamen pro loco & tempore p̄eligen-
da eſt actiua ad temp⁹:tum quia anterior,tum quia pœnalior,tum
quia fœcundior,quod bene figuratum eſt in duabus vxorib⁹ Iacob
Rachel & Lya:quarum vna deſignat actiuā.ſ.Lya,altera ſ. Rachel
cōtēplatiuā.Vn̄ ſponſus in Cāti.aliquando iubet ſponſam egredi ad
actionem.Canti.j.Egredere & abi poſt veſtigia gregū.Egredere de
cōtēplatione:& abi poſt actionē.poſt veſtigia gregū.i. poſt exēpla Cōtēpla-
ſimplicium.Simile Canti.ij.En dilectus meus loquitur mihi.Sur- tiua ē ſim
ge propera amica mea.Surge contemplationis poſtpoſitione vel in- pliciter me
terruptione:propera,actionis aſſumptione. Vnde ſi de melioritate lior:ſed
fiat quæſtio:contemplatiua eſt ſimpliciter nobilior,iuxta illud Gre nō ſemp
go.in moral.lib.v.Magna ſunt actiuæ merita:ſed contemplatiua eligibilior

potiora:quia Maria optimam partem elegit.Si autẽ fiat quęſtio de eligibilitate. Aliquando præeligenda eſt actiua .ſ.viro imperfecto: quia prius debet ſe exercere in actionis campo. Et cum quis obligaƭ ad actiua opa ex p̃cepto ſiue officio & ideo aliq̃n accidit dubiũ in p̃electione,ſcd̃m illud Phil'.j.Mihi viuere Chriſt⁹ eſt & mori lucrũ Q̧ ſi viuere in carne hic mihi fruct⁹ eſt op̃is,q̃d eligã ignoro :coartor em̃ ex duobus deſiderium habens diſſolui eſſe cum Chriſto,q̃d multo meli⁹ eſt,permanere autem i carne neceſſariũ eſt ꝓpter vos. Ideo ſpũituales aliq̃n oportet ingredi,aliquando egredi, aliq̃n aſcẽdere,aliquando deſcendere.Sicut vidit Iacob ſcalam & Angelos dei deſcendẽtes & aſcendẽtes p eã.Gen.xxviij.Et nota q̧ nõ dicit Mariã meliorẽ elegiſſe q̃ Marthã:ſed dicit ſimpliciter optimã. Et p hoc attollitur vita contemplatiua ſuper vitas omnes quæ ſunt plures/videlicet incipientiũ & ꝓficientiũ & perfectorũ.Sũt em̃ nõnulli pfecti qui non ſunt cõtẽplatiui:q̃ omnes vitæ large comprehendũƭ ſub actiua.Super omnes has vitas contemplatiua eſt optima. Ideo

B ſignanter dominus dicit. Maria optimam partem elegit. ¶ Viſo de comparatione iſtarum duarũ vitarum quarum vna melior eſt, quia nõ auferetur. Et quia beata virgo vtraq; per excellentiã in ſe habuit Partẽ tñ Marthę excellẽter peregit,& ptem Marię ſingulariter elegit vt viſum eſt:Supeſt nunc videre quę pars Marthę ab ea auferetur:& pars Marię in ea pficietur. De hoc dicit ſic Anſel. Pars Marthę beatę virgini aufertur .Iam em̃ non erit ſollicita:vt miniſtret filio ſuo ſicut puero:cui omnes ordines Angeloꝝ miniſtrãt ſicut dño Iam non turbatur fugiens cũ eo in Aegyptũ a facie Herodis, quia ipſe aſcẽdit in cœlũ:& Herodes a facie ei⁹ deſcẽdit in infernũ. Iã non turbabitur erga plurima q̃ fecerũt filio ſuo Iudęi,q̃a omnia ſubiecta ſunt ei.Iam Mariæ filius a Iudęis vel militibus non flagellabiƭ,non

Rom̃.vj. occidetur,quia Chriſtus reſurgens ex mortuis: iam non moritur: mors illi vltra non dñabitur. Pars ergo Marthę ei auferetur & iã ablata eſt/ſed ſuo bono.Pars autem Marię perficitur,quia non auferetƭ ab ea.Exaltata enim eſt ſuper choros Angelorũ:repletum eſt in bonis deſiderium ſuum:vidit deum facie ad faciem ſicuti ẽ:gaudet cũ filio in ęternum. Hęc eſt pars optima,quæ non auferetur ab ea.hęc Anſel. Et ſic patet quomodo iſtud euangelium non per humanam inuentionem:ſed diuinam inſpirationem fuit aſſumptioni virginis appropriatum,quia ſpiritusſanctus clauſit in eo virginis commendatiõem quoad multitudinem prerogatiuarum ſuper omnes alios ideo ſignanter concluditur hoc euangelium in hoc verbo. Maria optimam partem elegit , quæ non auferetur ab ea . Ipſa enim virgo Maria optimam partem elegit :& in gratia & in gloria.

In gratia quidem in vita iſta per omnimodam virtutum ſuper abū‑dantiam,quia vt dicit Hieronymus. Sicut in comparatione dei nul‑lus homo perfectus:ſic in comparatione matris dei nulla inueniꝛ̄ ꝑ‑fecta quantūcūq; virtutibus eximia comprobetur . ideo bene de ea cantat eccleſia. Nec primam ſimilē viſa eſt nec habere ſequentē.In gloria etiā cōſequenter elegit optimā ptē,illā videlicet ptē q̄ nulla in cœlo citra thronū dei maieſtatis ſublimior,qa exaltata ē ſup oēs cho ros Angeloꝝ.Hęc pars optia nunq̄ auferet ab ea in ęternū. De hac optia parte quam hodie elegit virgo glorioſa, Auguſtinus loquens ad eam quadam oratione quæ incipit. Tibi o piiſſima,ſic dicit. Ad hāc vſq; gloriam tu virgo glorioſa profecta es : vt ſuperno rege nil ſuperius habeas in ſupremis,quę etiam Angelicam tranſcendēs di gnitatem:ad ſuperni regis es ſublimata cōſeſſum:vbi enim rex fili⁹ tu⁹ poſuit qđ ex te ſūptū eſt:ibi poſuit & te reginā matrē ex qua ē ſū‑ptū verbū dei æternū. Neq; phas ē credere te eē alibi q̄ vbi ē illđ qđ ex te ſumptum eſt. Et quoniā huius optimę partis ipſa piiſſima vir go nos miſeros peccatores vult eſſe participes : ideo ſubdit Augu. Hæc dona dña tu pro peccatoribus habes:ſed multa a te hæreditāt peccatores:nos enim per te hęreditam⁹ ingrati gratiam,pctōres ve niā,cœleſtia terreni,ſublimia infimi,deum hoīes,mortales vitā,pa triam peregrini. Ad quam patriam nos perducat &c.

¶Sermo.II.ad idem.Et in numero. CXIX.

SIgnū magnū apparuit in cœlo,mulier amicta Sole & luna ſub pedib⁹ ei⁹,& in capite ei⁹ corona ſtellarū. xij & in vtero hñs. Apoca.xij.¶Glām iſti⁹ mulieris tā āmirabilis q̄ habet ſtellas ꝓ ſerto,Solē ꝓ ornamēto,lu nā ꝓ ſcabello,deū in vtero,nulla lingua carnis enarra re ſufficit,qa qcqđ dixerim⁹ min⁹ eſt q̄ ei⁹ dignitas mereaꝛ̄,vñ Au. ſei ſufficientē cōſiderās ait.Quid dicā virgo Maria paup igenio:cū de te qcqđ dixero minor laus eſt q̄ illa dignitas tua mereaꝛ̄:ſi cœlū te vocē,altior es:ſi matrē te gentiū dicā ꝑcellis:ſi formā dei appellē, digna es:ſi dñam Angeloꝝ vocē,ꝑ oia eſſe cōprobaris . Quid ergo de te digne dicā,qđ referā,cū non ſufficiat lingua carnis tuas enerra re virtutes.hęc Aug. Quāuis aūt ſufficientes non ſimus:ſaltē inſuffi cienter & iperfecte aliqđ de ſupradicto verbo loquamur : ad laudē & gloriā virginis matris eius. Dicit ergo. Signum magnū. q̄uis hæc verba intelligi videantur de eccleſia:conuenienter tamē exponi poſ ſunt de virgine Maria. In quibus verbis duo tanguntur. Primo q̄ ipſa ſit ſignum cum dicitur . Signum magnum apparuit in cœlo. Secundo tangitur quale ſit illud ſignum cum annectitur. Mulier A

amicta Sole. Circa quod notandum q̃ magnum ſignum in cœlo poſitum eſt ipſe arc⁹ cœleſtis: de quo ſigno cœleſti dicit̃. Gen. ix. Hoc ſignum fœderis &c. Arcum meum ponam i nubib⁹ &c. Videam⁹ igitur qualiter ipſa tali ſigno/id eſt arcui cœleſti cõparetur. Iſte enim arcus quattuor habet colores quos trahit a quattuor elementis .ſ. colorem igneum, quẽ trahit ab igne ſiue a cœlo: purpureũ, quẽ trahit ab aere. hyacinthinum, quem trahit ab aqua: & gramineũ, quem trahit a terra. Dicit̃ ergo virgo beata arcus cœleſtis: ꝓpter iſtos quattuor colores q in ea ſpiritualiter inueniri pñt. Fuit eñ ignea .i. amore dei iſlãmata: & iſtã inflãmationẽ traxit ab igne illo ſup ſubſtãtiali. de quo dicitur Hebrę. xij. Deus noſter ignis conſumẽs eſt. Fuit purpurea humani generis regina pariter & aduocata iuxta illud Pſal. Aſtitit regina &c. Et iſtum colorẽ traxit a filio ſuo qui ẽ media in trinitate perſona & qui eſt mediator dei & hominũ ſicut eſt aer medi⁹ inter cœlum & terram. Fuit enim hyacinthina/id eſt miſericordię viſceribus illuſtrata: & iſtum colorem traxit ab aquis/id eſt hominum miſerijs, quia ſicut dicitur in Apoca. xvij. Aquę multę, populi multi. Fuit graminea ſiue viridis, qa viriditate oĩm virtutũ fuit delectabilis & amœna. Et iſtum colorẽ traxit a terra/id eſt a ſeipſa quæ fuit terra benedicta in quã deſcendit Saluator ſicut imber ſup gramẽ: cuius viror virtutũ excellit oẽm gratiã ſanctorũ & omnẽ ſpeciẽ beatorum, Eccl. xv. Gratiam & ſpeciem deſiderabit ocul⁹ tuus: & ſuper hoc virides ſatiões.

Cõparat̃ virgo arcui cœleſti & q̃re.

B ¶ Ex his ergo habetur q̃ ipſa ſit ſignum bonis malis, tribulatis, atq; beatis. Nam inq̃tum eſt ignea/id ẽ amore dei inflammata ſignum eſt bonis vt ipſi inflammẽt̃. Sol eñ ſecũdũ cõputiſtas/ſolet in medio menſiũ ingredi nouum ſignũ. In medio autem Auguſti Sol ingreditur ſignum Virginis. Sol autem quãdo eſt in ſigno in quo creatus eſt/maximos dicit̃ cauſare effectus. Hodie igitur in medio Auguſti Sol iuſtitię ingreſſus eſt in ſignum virginis glorioſę, qui enim in virgine creatus fuit per carnẽ, hodie igreſſus ẽ quidem virginem in glorificationem: Et ideo in ea & p eã magnos effectus imprimit & vehementer accendit. Accedant igitur ad eã ſicut inflãmatã iniuſti & frigidi: vt ad dei amorẽ inflãment̃. ps. A ſummo cœlo egreſſio eius/videlicet Chriſti/vt ſcilicet ingrediat̃ in virginẽ .i. in incarnatione p carnẽ acceptã: & occurſus ei⁹ vſq; ad ſũmũ ei⁹ vt .ſ. reuertat̃ in eandẽ virginẽ in aſſũptione p verã glorificationẽ: & ideo non eſt hic qui ſe abſcondat a calore eius.

Qũo btã virgo ẽ ſignũ oĩbus

C ¶ Secunda eſt purpurea .i. humani generis regina imperatrix & aduocata, ſignum ẽ peccatoribus vt deo p ipſam recõcilient̃, & ſignata ẽ per Heſter quę, ſicut dicitur Heſter. v. cum rex Aſſuerus eſſet iudæis iratus: illa ad intercedendum ſe contulit, rex auream virgam pro ſigno clemen

tię ad eam extendit & placatus fuit & dixit ei.etiam ſi dimidiam p̄tem regni mei petieris dabitur ei. Hęc igitur virgo Maria q̄ filiū p̄ peccatoribus rogat & virgā clemētiæ oſculās veniā impetrat p̄tēq; Btā virgo
regni ſui Chriſt⁹ cū ea diuidit,qa ſibi tenuit partē iuſtitię & matri de habet di‑
dit partē mię:vt qcūq; a filio ſcdm forū iuſtitię p̄merēt,ad matrē ad midiā par
forū mię recurreret & appellaret. Aduocat⁹ eſt tū & ipe fili⁹ apud pa temregni
trē:aduocata & ipſa apud filiū. Abac.iij. Sol & luna ſteterūt in habita Chriſti .ſ.
culo ſuo. Sol.i. Chriſtus in ſuo habitaculo iuxta patrē/oſtēdens ei vul partē miſ
nera. Stat luna.i. maria in ſuo habitaculo iuxta filium / oſtendendo ſericordię
vbera:de hoc ſigno dicit̄ Eccl.xxvj. In noua ſigna & i muta mirabilia:glorifica manum & brachiū dextrū. Innouauit Chriſtus,qa Eua fuit ſignum inobedientię.hęc ſignum clementię.imutauit mirabilia,quia oli deus faciebat ſigna q̄ oſtendebāt ſuā potētiā:nūc ſigna q̄ oſtendunt ſuam clementiā:glorificauit manum & brachiū dextrū. Deus manum beatę virginis glorificauit,quia ipſam gratijs repleuit:& ipſa eam omnibus aperit,iuxta illud, Aperis tu manū tuā & imples &c. Glorificauit etiam ei⁹ brachiū dextrū : quia quando diabolus vult aliquē ferire ex malicia vel deus ex iuſtitia: ipſa brachiū interponit & ipſum defendit. De iſta aduocata inter nos & deum dicit ſic Bern. Aduocatā pręmiſit peregrinatio noſtra q̄ tanq̄ iudicis mater & regina mię ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negociū pertractabit,vn̄ ſibi aduocāti reſpondet fili⁹.iij. Regum.ij. Pete mater mea:non enim eſt phas vt auertam faciem meam. ¶ Tertio eſt D
hyacinthina id eſt miſericordię viſceribus illuſtrata:ſignum eſt tentatis & tribulatis:vt ab ipſa adiuuentur. Iſtud ſignum petebat ſibi fieri propheta in perſona tentatorum & tribulatorum dicens. Fac mecum ſignum in bono vt videant qui me oderunt: quoniam tu domine adiuuiſti me & conſolatus es me. Iſtud ſignum ſignat cor: ne temptationes ingrediantur, Canticorum octauo. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. Et ſi forte ingreſſæ fuerint dat fiduciam vt ad illud ſignum iterum reuertantur, ſicut milites in bello ad vexillum regis ſi diſperſi fuerint,redire ſolent. Eſa.v. Leuabit dominus ſignum in nationes & congregabit diſperſos Iſrael & poſtq̄ reuerſi fuerit,dat eis audaciam vt hoſtes perſequātur. Q d̄ ſignatum eſt ſecūdo Maccabæorū octauo,vbi dicitur q̄ dato ſigno adiutorij de cœlo commiſerunt Iudæi cum Nicanore bellum. Sic & mundi id eſt deum & virginem confitentes & laudātes ſignum adiutorij habent de cœlo iſtam virginem adiutricem. & ſic diabolū vincūt & in fugam conuertunt. ¶ Quarto inquā ē graminea ſignū E
beatis qui eius viriditate delectantur & iocundantur. Ideo dicit̄ Eccleſi.xliij. Vide arcum & benedic deum qui fecit eum. Valde enim

ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Beati eñ videntes iſtum arcum tam
lucidum q̄ ſpecioſum ſemper deum benedicũt. De iſto ſigno dicit
ibidem. A luna ſignum diei feſti. In viſione enim huius ſigni/id eſt
Mariæ virginis magnum feſtum facit deus, Angel⁹, & quilibet bea
tus. Nam deus de hoc habet magnam gloriam, Angelus magnam
lętitiam, homo habet magnam honoris excellentiam. Ideo poteſt
ei dici illud Iudith quidecimo. Tu gloria Hieruſalē, tu lætitia Iſrael
id eſt dei qui eſt, viſio eſt pacis. Ipſa eſt & lętitia Angelorũ q facie ad
faciē ſemper deum vident. Ipſa eſt honorificētia populi noſtri/ id eſt
oim ſanctorũ & beatoꝝ de quorum progenie ipſa deſcendit. ¶ Se

F

cundo beatus Ioannes oſtendit quale ſit illud ſignum cũ dicit. Mu
lier amicta ſole. &c. vbi oſtenditur ꝙ ipſa ſit luminoſa a parte ſupio

Quale ſignũ & q̄ luminoſa ſit virgo btā

ri cũ dicit. In capite eius corona ſtellarum duodecim. luminoſa a pꝛ
te inferiori cũ dicitur. Et luna ſub pedibus eius. Luminoſa a pte in
teriori cũ dicitur. In vtero habens. Lũinoſa a parte exteriori cũ dici
tur. Amicta ſole. Eſt igitur luminoſa a parte ſupiori, quia habet i ca
pite coronā duodecim ſtellarũ. Stellę duodecim ſũt nouē ordies An
gelorum & tres ordines beatoꝝ/ ſcilicet martyres cōfeſſores & vir
gines q eā coronāt, quia ppetuo venerātur ipſam, admirātur & lau
dāt. Seraphin mirātur & laudāt in ipſa charitatem tam ſuccēſā. Che
rubin ſapientiam tam profũdam Throni pacem & quietem in deo
ſic tranquillam. Dñationes tantam ſup Angelos p̄eminentiā. Virtu
tes tantā tāq; miraculoſā efficaciam. Principatus tantam de oibus
regnis prouidētiā. Archangeli tantam de oib⁹ locis diligētiam. An
geli tantam de ſingulis perſonis cuſtodiā. Martyres tantā in tribu
lationibus patientiā & conſtantiā. Confeſſores tantam ſobrietatem
& temperantiā. Virgines tantam puritatē & mũdiciā. Scdo ē lumi
noſa apte inferiori cũ dicit. Et luna ſub pedibus eius. Circa qđ notā
dum ꝙ per lunā mutabilitas deſignat. Eſt aũt quadruplex mutabi

De multiplici mutabilitate q̄ ē ſub pedibus virginis.

litas. Vna eſt q̄ eſt etiā in Angelicis ſpiritib⁹: qui quidem mutabiles
ſunt p naturam ſed immutabiles per gratiā, vñ dicit Iob. iiij. Ecce
q ſeruiũt ei nō ſunt ſtabiles: & i Angelis ſuis repperit prauitatē. Alia
eſt mutabilitas fortunę quæ eſt in temporalib⁹: q̄ quotidie etiam va
riant. Vñ dicit Eccleſi. j. Vanitas vanitatũ & oia vanitas. Tertia eſt
mutabilitas culpę quæ eſt in peccatoribus qui de culpa fluunt i cul
pam. Ozee. iiij. Sanguis ſanguinem tetigit. ſanguis ſanguinem tan
git: qñ vnum peccatum ad aliud trahit. Quarta eſt mutabilitas miſe
rię q̄ eſt in humanis corporib⁹. Iob. xiiij. Homo natus de muliere
breui viuēs tempore &c. Iſta quadruplex luna. j. quadruplex muta
bilitas fuit ſub pedib⁹ ei⁹. Prima eñ mutabilitas ē creaturę cœleſtis
& iſta eſt ſub pedibus eius, qa oēs Angeli eius imperio ſubijciuntur

Gene.xxxvij. Vidi per ſomniũ quaſi ſolẽ & lunã & ſtellas vndecim adorare me. Et poteſt eſſe verbũ virginis: vt per ſolẽ intelligatur ſuprema hierarchia: per lunã media: per ſtellas infima: quę quidẽ oẽs ipſam venerãtur & adorãt. Vnde etiã de ipſa poteſt intelligi qđ dicitur, Iob.xv. Ecce etiã luna nõ ſplẽdet & ſtellę nõ ſunt mundę in cõſpectu eius: quia puritas eius excedit puritatẽ angelorum, tam maiorum q̃ minorũ. Nomine etiã lunę intelligitur mutabilitas fortunę. Eccl. xxvij. Stultus vt luna mutatur: & ſcđm ꝙ bona trãſitoria fluũt & refluũt: eius animus variatur. Iſtã lunã beata virgo ſub pedibus habuit: quãdo oĩa tẽporalia calcauit per paupertatẽ voluntariã quã elegit. Si eñ iſta tẽporalia calcaremus pedibus: & nõ tãgeremus ea affectibus: omnia noſtra eſſent. Deutero.xj. Omnis locꝰ quem calcauerit pes veſter: veſter erit. Luna tamen quãto magis ſe a Sole elõgat: tanto maiori lumine coruſcat. Quia multi pręlati quãto magis appropinquãt ad deũ per aliquã dignitatẽ: tãto magis obtenebrãtur ꝑ iniquitatẽ. Et quãto magis elõgãtur dignitates fugiẽdo: tãto magis illuminãtur lumẽ gratię recipiẽdo. Nomine etiã lunę intelligit̃ mutabilitas culpę. Vñ dicitur de viro ſancto. Per diẽ Sol non vret te: neq; luna per noctẽ. Quia anima ſancta neq; in die ꝓſperitatis cadit in peccatũ per amorẽ male inflãmantẽ: neq; in nocte aduerſitatis per timorẽ male humiliantẽ. Iſtam lunã virgo ſub pedibus habuit: quia nulla culpa in ea vnq̃ pręualere potuit. Et ideo in ꝑs. nõ dicitur ſimpliciter, luna ſed perfecta in ęternũ. Luna autẽ tũc perfecta erit: quãdo ſine macula erit. Sed verificabit̃ quod dicitur, Eſa.xxx. Erit lux lunę ſicut lux ſolis. Fuit igitur luna perfecta: quia ſine omni macula peccati. Nomine etiam lunę intelligitur mutabilitas miſerię. ꝑs. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundãtia pacis: donec auferat̃ luna. gloſſa, id eſt mutabilitas: quę per lunã ſignatur. Sicut enim luna creſcit & decreſcit: ſic & corpus humanũ multiplici mutabilitati ſubijcitur, ad Ro.viij. Vanitati omnis creatura ſubiecta eſt nõ volẽs: ſed ꝓpter eũ qui ſubiecit eã in ſpe. Et quia ipſa mutabilitas miſerię auferetur in beata reſurrectione: ideo ſubdit. Q̄m & ipſa creatura: liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorię filiorum dei. Iſtã lunã virgo beata ſub pedibus habet: quia perfectã corporis immortalitatẽ poſſidet: & ſuper oẽs ordines angelorum in corpore & anima glorificata manet. vñ ꝑs. Et caligo ſub pedibus eius: aſcẽdit ſup cherubin & volauit ſup pennas ventorum, id eſt ſanctorum. Ipſa nãq; lunã ſub pedibus habuit, ſcilicet cœleſtẽ naturã / ei pręſidẽdo & mũdana penitus deſpiciendo: omnẽ culpã / ipſam penitus vitando: & humanã miſeriã / immortalitatẽ induendo. ¶ Notandũ autẽ ꝙ licet hoc nomine lunę mutabilitas hic ſignetur, ipſa tamẽ virgo Maria nomine G

Q̃ etiam lunę aliquãdo ſignaŧ. Sicut in Cãti. vij. Pulchra, vt luna. Fuit autem
noie lunę modo pulchra in aſſumptiõe, quę prius fuerat valde obſcura in chri
ſigneť qñ ſti filij ſui paſſione. Scdm autẽ beatũ Augu. luna tripliciter obſcuraŧ
q; virgo ſcilicet quãdo nubibus tegitur, aut eclipſatur, aut qñ renouaŧ: ſicut
beata. patet in nouilunio. Sic etiã beata virgo, quę hodie fuit pulchra vt luna in aſſumptione: fuerat obſcura in filij paſſione: in ſua humili conuerſatiõe: & in ſui corporali reſolutione. Fuit eñi obſcura per ſuã humilitatẽ qua ſe obſcurabat & obumbrabat: dũ nõ matrem dei: ſed ſe dei ancillã nominabat: & iſta tãta humilitas fuit quędã nubes obſcura: q̃ tantã eius ſanctitatẽ ſiue claritatẽ occultabat. Canti. j. Nigra ſum ſed formoſa: ac ſi dicat: nigra ſum exterius per humilitatẽ. & ſequitur ibidem. Nolite me cõſiderare ꝙ fuſca ſim: quia decolorauit me Sol. ac ſi dicat. Quãto magis me ſol illuminauit per ſuã maieſtatẽ: tãto magis exterius decolorauit me Sol per humilitatẽ. Fuit ſecũdo obſcura ꝓpter nimij doloris acerbitatẽ: & hoc in filij paſſione, vbi cũ Sole, id eſt filio, paſſa eſt eclipſim. Ioel. ij. Sol, id eſt Chriſtus conuertetur in tenebras, ſcilicet per mortẽ. & luna, id eſt Maria beata in ſanguinẽ per dolorẽ. Fuit tertio obſcura per mortẽ corporalẽ. Tunc eñi ſubſtãtia eſt obſcura: quãdo ab ipſo corpore receſſit anima ipſius: vt ſic obſcuraretur in morte, vt fieret nouiluniũ in reſurrectione Dañ. Sicut ſol iſte ſplendidus ac luciflu⁹ ſub lunari corpore latens ad breue videtur quodãmodo deficere: tñ ipſe ſuo non priuatur lumine / habẽs in ſe perennẽ fontẽ luminis. ita & tu fons veri luminis incõſumptus theſaurus, licet quodã breui interuallo tẽporis corporaliter morti ſis addicta, tamẽ copioſam nobis infundis indeficientis luminis claritatẽ. Tertio fuit illuminata ab interiori parte: quod notatur cũ dicitur. In vtero habẽs. Habebat eñi in vtero paternum ſplendorẽ. Hebreoꝝ. j. Qui cũ ſit ſplendor glorię &c. Habebat nouum candorẽ. Sapien. Candor eſt lucis ęternę & ſpeculũ ſine macula. Habebat diuinũ odorẽ: de quo ipſa mater dicit, Eccle. xxiiij. Ego quaſi vitis fructificaui &c. Habebat ſuauem dulcorem: illũ, ſcilicet qui ibidẽ dicit. Spiritus meus ſuper mel dulcis: & hereditas mea ſuper mel & fauũ. Habebat ignẽ cœleſtẽ. Hebrę. xij. & Deute. ij. Deus noſter ignis conſumens eſt. Quia igitur eius vterus habebat paternũ ſplendorẽ: in ea fuit mirabilis claritas. Ambro. Quid nobilius matre dei: quid ſplendidius ea quã ſplendor elegit paternę glorię: quid caſtius ea cuius corpus ſine cõtagione generatur? quia habuit nouum candorem ibi remanſit mirabilis puritas. Cãn. iiij. Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. Anſel. Decebat vt beata virgo ea puritate niteret, qua maior ſub deo nequit intelligi. quia habuit diuinum odorem ibi remanſit mirabilis ſuauitas, vnde

adoleſcentulę clamant & dicũt, Canti.j. Trahe me poſt te: curremus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Eccle.xxix. Sicut cinnamomũ & balſamũ odorẽ dedi &c. Quia habuit ſuauẽ dulcedinẽ: ibi remanſit mirabilis pietas. Vñ dicit: mater miſericordię. quia habuit ignẽ cœleſtẽ: ibi remanſit mirabilis charitas per quã diabolũ ſuccẽdebat. Iudith. ij. Percuties eũ labijs charitatis meę: per quã omnẽ terrenũ ſpõſum deſpiciebat. Hiere.ij. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuã & charitatẽ deſpõſationis tuę: quãdo ſecuta es me in deſerto: ꝑ quã omnia aduerſa vincebat Canti.viij. Aquę multę non potuerũt extinguere charitatem. ❡ Quarto fuit illuminata a parte exteriori quod notatur cũ dicitur. Amicta ſole, id eſt immortali corpore. ps. Omnis gloria eius filię regis ab intus, q̃tum ad gloriã animę: circũdata varietate: q̃tum ad dotes corporis, quę redundant ab intus ab anima in corpus. Si quidẽ ex redundãtia prudentię: reſultat in eius corpore claritas: ex redũdãtia temperãtię ſubtilitas: ex redundantia fortitudinis & patientię impaſſibilitas: ex redundantia iuſtitię: quę omnes circũit agilitas. In hoc igitur ꝙ dicitur, Amicta ſole: notanẽ ipſe quatuor dotes corporis, ſcilicet claritas agilitas ſubtilitas impaſſibilitas. Radius eñ ſolis clarus eſt & agilis: ita vt ab oriente ſubito in occidẽtẽ tranſeat: ſubtilis, ita vt vitrũ ſine eius lęſione ſubintret: impaſſibilis: ita vt neq; gladio: neq; aliqua alia re lędi poſſit. Propter iſtas quatuor dotes dicit dñs, Mat.xxij. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris eorũ. Bernar. Quis erit ſplẽdor animarũ: quando ſolis ſplendorem habebit lux corporis &c.

H

❡ Sermo tertius: ad idem.
& in numero. CXX.

Multiplicatę ſunt aquę, & eleuauerũt archam in ſublime Gene.vij. Sic dicit beatus Bernar. in ſermone de aſſumptione virginis. Non eſt (inquit) qđ magis me delectet: ſed nec eſt quod magis me terreat, q̃ de gloria virginis matris habere ſermonem. Tanto enim eam deuotionis affectu amplectuntur honorantq;, vt dignum eſt, vniuerſi: vt licet de ea loqui geſtiãt omnes: quicquid de indicibili dicitur eo ipſo quod potuerit dici: minus gratũ ſit: minus placeat: minus acceptetur: & minus ſapiat quicquid de incomprehenſibili gloria comprehendere potuerit mens humana. Nec mirũ cũ & ipſi ſupernę contẽplationis ſpiritus tãtę nouitatis immẽſitate ſtupefacti in ammirationẽ ꝯſurgẽtes intonauerũt & dixerũt. Quę eſt iſta q̃ aſcẽdit de deſerto delitijs affluens? Igit chariſſimi quia glorioſę virginis aſſumptio quo ad modũ & gloriam: ſit nobis inexplicabilis: ſit admirabilis: & ſit incompre-

Ser.iiij.

heſibilis:ideo ipſe ſpūſſanctus eā figuraliter nobis deſcribit his ver
A bis. Multiplicatę ſunt aquę &c. ¶ In quibus quidem verbis aſſumptionē glorioſę virginis ſpūſſanct⁹ deſcribit quo ad tria, ſcilicet quo ad vberantiā gratię ſublimātis: quo ad excellentiā perſonę triūphātis: & quo ad eminentiā coronę pręmiātis. Gratia ſublimās eſt valde ammirabilis ratione ſuę affluentię & ſingularitatis. Perſona triūphās eſt multū venerabilis ratione ſuę clementię & pietatis Corona pręmians eſt ſumme deſiderabilis ratione ſuę refulgentię & claritatis. Primū notat aquarū multiplicatio, ibi. Multiplicatę ſunt aquę. Secundū deſignat archę eleuatio, ibi. Eleuauerunt archā. Tertiū demonſtrat ſitus explicatio, ibi. In ſublime. Primo dico ꝙ deſcribitur quo ad exuberātiā gratię ſublimātis quę eſt valde ammirabilis ratione ſuę affluentię & ſingularitatis in hoc quod pręmittitur. Multiplicatę ſunt aquę. Aquę em̄ multiplicatio eſt in Maria gratię plenitudo. Vnde Eſa. lviij. Eris quaſi ortus irriguus & fons cuius non deficiēt aquę. Ipſa em̄ eſt ortus irriguus per omniū virtutū redolētiā. Fōs cuius nō deficiēt aquę: per omniū gratiaꝝ redūdātiā. vñ ſibi dici poteſt illud Iudith. vj Facies tua plena gratiaꝝ, & hoc eſt quod dicitur Canti. iiij. Fōs ortoꝝ, puteus aquarū viuētiū. De hac ū aquarū multitudine ſeu gratiarū plenitudine, dicit Hiero. Cęteris p partes: Marię ſe totā infudit plenitudo gratię. Aliter tñ q̄ in Chriſto: quia in Chriſto ſicut in homine pſonaliter deificato: in Maria ſicut in tēplo verbi ſingulariter dedicato. In Chriſto, vt in capite influēte. In Maria, vt in collo trāſfundēte. In Chriſto, vt in ſuppoſito ſubſiſtente: in Maria: vt in vtero cōtinēte. Igitur chariſſimi hę ſunt aquę quas deſiderauerūt ſancti patres, Eſa. xlj. Egeni & pauperes quęrūt aquas & nō ſunt. Diu nāq; defuerūt fluenta gratiaꝝ: quia nondū venerat aquęductus. Sed dū venit iſte benedictus aquęductus: tūc defluxerūt oēs aquę & torrētes iundauerūt largiſſime: ita vt oēs ſitiētes poſſint bibere & ſatiari ab vberibus cōſolationis. vñ ipſa ꝓpriiſſime potauerat dicere illud Eccl. xxiiij. Ego quaſi aquęductus exiui de paradiſo dei. Vñ etiā dñs ſitiēti populo cōſiliū dedit in figura quomodo inueniret has aquas. Numeri. xx. Loquimini ad petrā & ipſa dabit vobis aquas. Hęc petra eſt virgo Maria quę eſt dura cōtra tribulationē: grauis contra inſtabilitatē: frigida cōtra libidinē. Loquimini ergo ad hāc benedictā petrā: & ipſa dabit vobis fluenta gratiaꝝ. De hac em̄ petra educit dñs theſaurū ſuū fontē aquę viuę de ciſterna Bethleē quē attulerūt tres fortes, ſcilicet fides/charitas & humilitas Vñ ipſa eſt ille fons paruus qui creuit in fluuium magnū & in aquas plurimas redūdauit. de huiuſmodi fontis plenitudine bibūt & accipiunt vniuerſi. Vñ dicit Bernar. Captiui redēptionē: ęgri curationē:

De plenitudie gratiarum in Maria.

Heſter. x

triſtes conſolationē: peccator autē veniā: iuſtus gratiā: deniq; tota trinitas accipit gloriā/ vt nō ſit qui ſe abſcōdat a calore eius. hęc Bern.

¶ Secūdo dico deſcribitur quo ad excellentiā perſonę trium phātis B
quę eſt multū venerabilis ratione ſuę clemētię & pietatis, in hoc ꝙ additur. Eleuauerūt archā. Archę enī pulchritudo eſt Marię ſanctitudo. Aduertendū tamē ꝙ in archa tria ſunt cōſiderāda, ſcilicet modus factionis: vſus captionis: & ſitus locationis. Primū reſpicit feſtū natiuitatis/ q̄tū ad gratiā ſanctificationis. Et ſic archa dicitur quaſi arti ficio chara. Secūdū reſpicit feſtū annūciationis/ q̄tū ad gratiā conceptionis/ & ſic dicitur archa quaſi arte capaciſſima. Tertiū reſpicit feſtū aſſumptionis/ & ſic archa dicitur quaſi arte cathedrata. Et hoc modo loqui de archa pertinet ad hodiernū propoſitū. Licet autē auctoritas aſſumpta ad litterā loquatur de archa Noe/ nō de archa foederis: quia tñ vtraq; archa gerit typum Beatę virginis: ideo indifferēter de vtraq; (ꝓut occurret) cōcordātię adducētur. Ipſa nāq; eſt archa diluuij in qua nō tm̄ paucę hoc eſt octo animę/ ſed oēs qui ſaluātur/ ſalui fiūt. Ipſa eſt archa fœderis in qua & in cuius bñdicto vtero pactū eſt fœdus ſempiternū inter deū & genus humanū per vtriuſq; naturę in vno ſuppoſito inſeparabilē vnionē. Propter quod de ea exponi poteſt illud. j. Regū. iiij. Cū veniſſet archa fœderis dñi, id eſt Maria in caſtra tribulatoꝝ & tētatoꝝ, & toti⁹ militātis ecclię: timuerūt Philiſtijm, id eſt demōes dicētes. Vęh nobis/ vęh nobis. quis nos ſeruabit de manu deoꝝ ſublimiū iſtoꝝ? Iſta igitur archa bñdicta hodie eſt eleuata & aſſumpta/ nō trāſlata: quēadmodū erat archa fœderis. j. Reg. v. Eſt enī differētia inter aſſumptū eſſe & eſſe trāſlatū. Nā trāſlatio nō dicit perpetuā manſionē, ſed aſſumptio perpetuā durationē importat. Ideo dicitur ꝙ Enoch & Helias non ſunt aſſumpti ſed trāſlati in paradiſum terreſtrē: quia ibi nō ſunt perpetuo māſuri, ſed vſq; ad diē iudicij. Glorioſa autē virgo dicitur aſſumpta: quia cū Chriſto regnat in ęternū. An autē integra ſit eleuata hęc archa bñdicta/ an ſolū ſcđm partē ſui, ſcilicet ſcđm animā, nō eſt temere diffiniēdū ſcđm Hiero. Pie tamen credendū eſt, ꝙ integra tā ſcđm animā q̄ ſcđm corpus ſit aſſumpta. Et ſcđm hoc cōueniēter de ea exponi poteſt illud ps. Surge dñe in requiē tuā: tu & archa ſanctificationis tuę. Sed hoc de chriſto vere adimpletur/ ergo de ſua matre quę eſt archa ſanctificationis ſuę. Indignū enī foret ꝙ caro ſacratiſſima de qua aſſumpta eſt Chriſti humana natura: eſſet putrefactioni obnoxia. Nā cū reatus incinerationis cauſaliter cōſequatur fomitē corruptionis/ nō video quomodo obūbrāte ſpū ſancto ablat⁹ fuerit fomes in beata virgine per gratiā cōceptionis/ ſi relictus fuerit in ea reatus incinerationis. Et hoc eſt quod dicit beatus Aug. in ſermone de aſſumptio-

Quare beata virgo ꝑparetur archę.

Probatur virginē fuiſſe aſſumptā in corpore & aīa

ne qui icipit. Adeſt dilectiſſimi fratres dies valde venerabilis. Si noluerit (inquit) dñs integrũ matris ſeruare pudorẽ: cur non velit incorruptã a putredinis ſeruare fœtore. Et ſubdit. Tãtã integritatẽ merito incorruptibilitas: non putredinis vlla reſolutio ſequitur. Illud ſacratiſſimũ corpus in eſcã vermibus eſſe traditũ: ſentire nõ valeo: dicere pertimeſco. Ad hãc partẽ multę rationes & auctoritates ſolent adduci/ſed in hac materia nõ poſſunt fieri demõſtrationes: ſed ſolũ cõgruentię quędã & perſuaſiones. Sed certiſſimũ eſt (vt ait Hieronymus) hodie virginẽ glorioſam migraſſe a corpore: & Chriſtũ eam in ſuo ſolio collocaſſe. Et hoc oſtẽſum eſt Ioan. in Apoca. xij. Apertũ eſt cœlũ & archa teſtamẽti viſa eſt in tẽplo. Hęc eſt archa de qua dicitur. ij. Regũ. vj. Dauid adduxit archam domini cum gaudio, id eſt Chriſtus. Vnde Hiero. Saluator omnium in ſe quãtum datur intelligi: per ſe totus feſtiuus occurrit/ & cum gaudio eam in ſolio collocauit. Vnde ſequitur ibidem. Et erant cum Dauid ſeptem chori, ſcilicet cœleſtium ſpirituum/prophetarum/patriarcharũ/apoſtolorum martyrum/confeſſorum/& virginum. Et ſecundo Reg. vj. Dauid & omnis Iſrael, id eſt Chriſtus & omnes electi deducebãt archam fœderis domini in iubilo. O ſolennitas incomparabilis. O iubilus inexpreſſibilis: qui non poteſt exprimi nec taceri. vbi ſunt conuentus cœlici/cõcentus harmoniaci/cãtus angelici/& pſalmi hymnidici. & hęc ſolennitas eis eſt continua: Sed nobis hodierna, ſcdm ꝙ dicit Hieronymus. Nullum dubium eſt illam cœleſtem Hieruſalem tunc ineſtimabili lętitia exultaſſe/tunc ineffabili charitate iocundatam eſſe: tuncq; eam omni exultatione iubilaſſe: quãdo feſtiuitas hęc quę nobis hodie reuoluitur annua: illis omnibus facta eſt continua. Hodie igitur (fauente deo) tota hęc dies expendatur in laudem & cũ gaudio celebretur. Nobis enim dicitur illud. j. Paralip. xv. Vos qui eſtis principes familiarum/leuiticarum ſanctificamini cum fratribus & afferte archam domini dei Iſrael ad locum qui pręparatus eſt ei. Sanctificemur ergo deuotione oratione & ſancta communione: p̃ſequẽtes aſſumptam virginem cum hymnis & laudibus: ſicut hodie deduxit eam cœleſtis exercitus vſq; ad locum qui a mundi principio ſibi extitit pręparatus. Coram igitur archa iſta benedicta conſtituit Dauid qui miniſtrarent & recordarentur operum eius, & glorificarent atq; laudarẽt dñm deum Iſrael. Laudent ergo in cœlis omnes electi: laudemus & nos, & miniſtremus coram archa domini: recordantes domini illius opera videlicet nuncium ſalutationis: priuilegium conceptionis/natiuitatis puerperium/circũciſionis myſteriũ: Magorum adorationem: Symeonis oblationem: mœſticiam paſſionis: lętitiam reſurrectionis: aſcenſionis triumphum: & hodiernę aſ-

ſumptionis gaudium, hęc enim ipſam delectant & audire vota no-
ſtra facilius dignabitur. ¶ Tertio deſcribitur quo ad eminentiam C
coronę pręmiantis: ibi, in ſublime. Sublimitas throni eſt fœlicitas
pręmii. Iob.v. Qui ponit humiles in ſublime. Si igitur humiles in
ſublime ponũtur Maria quę erat humillima inter omnes pure crea
turas: in ſublimiſſimo eſt ponenda. Sicut etiam videmus in rebus
naturalibus, ꝙ quanto aliqua arbor mittit radices ſuas inferius &
profundius: tanto in ſurſum exaltatur ſublimius. Vnde ipſa de ſe
ipſa dicebat. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: ecce enim ex
hoc beatam me dicent &c. Lucę primo. Probat hoc etiam Ariſtot.
.i.&.ij. de cœlo & mundo. vbi dicit. Idem eſt locus totius & partis:
vt totius terrę & vnius globi eius: ſed corpus filij dei fuit pars cor-
poris beatę Virginis: ergo rationabiliter eis debetur idem locus. ſed
corpus filij dei eſt ſuper omnes angelos ſedens ad dexteram maie-
ſtatis dei, ſicut dicit Apoſtolus, Hebręo.ix. Ergo rationabiliter cor- Hebrę.i.
pus & anima virginis glorioſę hodie exaltata eſt ſuper angelicos ſpi
ritus. Fuit etiam hoc rationabile ex eius puritate & ſynceritate.
Quanto enim aliquid purius eſt & ſyncerius: tanto naturaliter ele-
uatur ſublimius. Ideo enĩ vt dicit Philoſophus. Aqua eſt ſuper ter-
ram: aer ſuper aquam: & ignis ſuper aerem: quia ignis eſt leuior q̃ ſit
aer: & aer q̃ aqua: & aqua q̃ terra. Beata vero virgo Maria fuit tota
ignea & inflammata per charitatem. Fuit tota aerea per miſericor-
diam & pietatẽ: & ideo merito fuit in altiſſimum ſublimata. Mouet
autem Ariſtote. queſtionem .iiij. de cœlo & mundo. Quare magnũ
lignum in aere plus ponderat q̃ modicum plumbum & citius deſcẽ
dit deorſum: ſed in aqua eſt contrarium totum. Ibi enim plumbum
deſcendit & lignum ſupernatat. Et reſpondetur: quia lignum eſt ae
reum: & omne compoſitum in quo aer dominatur eſt leue in aqua
& ſtat ſurſum. Plumbum autem & omne illud in quo terra domi-
natur deſcendit ſemper inferius. ¶ Spiritualiter aliqui ſunt ita terre D
ſtres habẽtes corda ita immerſa ad terrena: ꝙ tam in aere qui ſigni-
ficat proſperitates: & in aqua quę ſignificat aduerſitates, ſemper de
ſcendunt & ſemper peccant: & ideo finaliter propter eorum graui-
tatem ad infernum deſcendunt. Quidam alij ſunt quaſi aerei qui
tempore conſolationum deſcendunt & peccant: ſicut fuit Dauid &
multi: ſed in aqua id eſt in tempore tribulationis reuertuntur ad de
um & ſupernatãt: plures enĩ ſunt qui plus peccant tẽpore ꝓſperita-
tis q̃ aduerſitatis. Sed beata virgo Maria in aq̃. i. in tpe tribulationis
fuit aerea per patiẽtiam: & ideo nunq̃ deſcẽdit in aere. i. tempore ali
cuius ꝓſperitatis & conſolationis. Fuit ignea per charitatẽ: & ideo
ſemꝑ ſurſum aſcendit. Nec vlla aqua poterat hunc ignẽ extinguere

iuxta illud. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem. Et ideo meruit ſuper omnem purã creaturã hodie exaltari,& in dextera filij ſui collocari. Ad quam.

¶ Sermo Quartus:ad idem.
& in numero. CXXI.

ASſumpſit me ſpiritus & audiui poſt me vocẽ cõmotionis magnę. Benedicta gloria dñi, Ezechi.iij. Hęc ſunt verba ꝓphetę dicta ad cõmendationẽ & laudẽ iſtius benedictę aſſumptionis:cuius memoriã hodie mater eccleſia ſolẽnizat. In quibus verbis Ezechiel ꝓpheta inſpiratus ſpirituſancto nobis tria demõſtrat ad laudẽ virgi

A nis glorioſę. ¶ Primũ eſt ſua mirabilis ſingularitas. Aſſumpſit me ſpiritus. Scdm eſt eius pulchra iocũditas. Et audiui poſt me vocẽ cõmotionis magnę. Tertiũ eſt ineffabilis ſublimitas. Benedicta gloria dñi. Primo dico ꝙ in verbis aſſumptis Ezechiel ꝓpheta nobis oſtẽdit mirabilẽ ſingularitatẽ beatę Aſſumptionis virginis glorioſę dicens:aſſumpſit me ſpiritus. Differẽtia eſt inter eſſe aſſumptũ & eſſe trãſlatũ. Nã trãſlatũ nõ dicit perpetuã mãſionem:ſed aſſumptio importat ꝑpetuã durationẽ. Ideo dictũ eſt ꝙ Enoch & Helias nõ ſunt aſſumpti,ſed trãſlati in paradiſum terreſtrẽ:quia ibi non ſunt perpetuo ꝑmanſuri,ſed vſq; ad diẽ iudicij. Dicit ergo Ezechiel ꝓpheta in perſona virginis glorioſę. Nõ ſum trãſlata ſed aſſumpta in cœlum. A quo? A ſpirituſancto:aſſumpſit ergo me ſpiritus. Aſſumpſit me inquã pater & filius & ſpũſſanctus:quia indiuiſa ſunt opa trinitatis. Alicubi eñ inuenimus in ſacra ſcriptura ꝙ beata Maria virgo fuit aſſumpta & ſuper oẽs cœlos angeloꝝ portata & collocata a patre: ſicut glo. interlinearis dicit ſuper illo verbo, Deutero. xvj. Faciet dñs excellentiorẽ te cũctis gentibus:quia te magnificabit pater cœleſtis in iſta die ſuper oẽs gẽtes:immo ſup oẽs angelos: immo vſq; ad magnitudinẽ brachij tui:quia te locabit ad dexterã benedicti filij tui:vt vere de ipſa dicatur in die iſta. Sedet ad dexterã maieſtatis. Hebrę. primo. Alicubi in ſacra ſcriptura inuenitur:ꝙ beata virgo Maria hodie eſt exaltata & ſup oẽs choros angeloꝝ portata a filio dei:iuxta illud Abacuc. iij. Sup excelſa deducet me victor in pſalmis canẽtem id eſt deducet me filius dei qui fuit victor diaboli/mortis/& inferni/ vt vere dicatur illud hodie. iij. Reg. ij. Surrexit rex in occurſum matris & adorauit eã/poſituſq; eſt thron⁹ matri regis/& ſedit ad dexterã eius. Alicubi in ſacra ſcriptura inuenitur,ꝙ beata virgo Maria fuit exaltata & eleuata ſuper oẽs cœlos a ſpirituſancto: ſicut vobis ꝓpoſui. Aſſumpſit me ſpũs &c. Sed ſicut vobis pręmiſi:ſiue ſacra ſcriptura de patre/ſiue de filio/ſiue de ſpirituſancto loquatur:ſemp tñ

debemus intelligere,ꝙ ad portandum ſuper omnes choros angelorum glorioſam virginem matrem dei interfuit pater & filius & ſpiritus ſāctus,& tota cœleſtis curia.¶Hodie igitur beata Virgo Maria eſt aſſūpta,ē exaltata,eſt portata:ſuper oēs cœlos in brachijs dei filij regis cœli & terræ.Et hoc dignum fuit ſicut dicit beatus Hiero. Vt quantum Virgo deo in terris plus exhibuit amoris:tātū a filio in cœlis ſuſcipiat plus honoris:vt ſicut nec primam ſimilem viſa ē,ſic nec habere ſequentem. Vnde tota curia cœleſtis angelorum admirans honorem & reuerentiam quam hodie dei filius rex cœli & terrę fecit glorioſiſſimę matri ſuæ:dicebāt vnanimiter omnes angeli admirantes.Quæ eſt illa quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuū:ſcilicet,dei filium.Prouerbialiter dicitur,ꝙ bona ſocietas omnia facit communia:quia dānum lucrum &,dolorem & gaudium.j.Corith.j.Sicut eſtis ſocij tribulationis:ſic & conſolationis.Iuſtū eſt,vt quāto quis fuerit in bello regi ꝓpinquior,& in tribulatione:tanto ſit ꝓpinquior in feſto & cōſolatiōe.Vita Chriſti in iſto mundo tota fuit in tribulatione & dolore quē ꝓ nobis portauit: quia vere languores noſtros ipſe tulit:& dolores noſtros ipſe portauit. Eſa.liij.in quo dolore & tribulatiōe tempore paſſionis ſuę ꝓpior oībus fuit dei filio mater ipſius glorioſa Virgo Maria:quia Apoſtoli oēs relicto eo fugerūt:qn̄ dictū ē de beata Virgine Stabat iuxta crucem mater Ieſu.Ioā.xix.Exemplū habemus in natura:poſtq̄ Aq̄la tenet p̄dā captam & comedit:multę aues ſequuntur eam tenentes ſe prope eam ſperantes aliquid habere de preda:quia Aq̄la conſueuit diuidere p̄dā:ſed qn̄ Aquila laborat,& volat ad capiēdū p̄dā: aues nō ſequūt eam:niſi mater propria ipſius Aquilæ:q̄ tenerrime diligit pullos ſuos:& ſicut diligenter nutriuit eos in nido:ita poſtq̄ exiuerint de nido ſequit̄,& poſt eos volat,nec dimittit eos per magnū tēpꝰ.Sic mō:qa Chriſtꝰ p̄dā regni cœleſtis:& in manibꝰ ſuis habet vitā ęternā:multi libenter volaēt ad eū,& tenerēt ſibi ſocietatē vt haberēt ptē de p̄da quā Chriſtꝰ lucratꝰ ē:ſed qn̄ Chriſtus volauit ad lucrādā iſtā p̄dā in paſſione nemo volauit ad eū cū eo:ſed oēs dimiſerūt eum:pręterq̄ glorioſa Virgo Maria q̄ tenerrime dilexit illū. Et ſicut nutriuit & lactauit eū:in ſecuta eſt eū,qn̄ p̄dicabat per mundum:& ſocietatem ſibi tenuit vſq; ad crucē:& ipſa ſola fuit,quę nūq̄ dereliquit eum.In cuius memoriam tribus diebus vltimis maioris hebdomadę oēs candelę extinguūt p̄ter vnā ad deſignandū,ꝙ oēs diſcipuli qui erant lux mundi,dereliquerūt aliqn̄ Chriſtū p̄terq̄ Virgo Maria glorioſa.Iuſtū ē igitur,ꝙ ſicut beata Virgo mater filij dei ſingulariter ſecuta eſt:& nunq̄ dereliquit filium dei in tribulatione: ita ſingulariter regnet cum ipſo in cœlo in feſto & conſolatione. Di

B Quōd diuerſimode fuit honorata virgo in ſua Aſſūptione. Can.viij.

A

dr igitur beata Virgo Maria. Aſſumpſit me.&c.quaſi d. Pater & fili
us & ſpiritusſanctus aſſumpſerunt me,& exaltauerunt ſingulariter
me ſuper choros angelorum.ſicut dicit beatus Bern. Tres fuerũt in
ter alias pcipue rationes quare beata Maria fuit aſſumpta,& exalta
tata ſuper choros angelorum:quas habes in ſermone proxime pce-
dente ſuper verbo.In ſublime. Et pterea merito fuit in altiſſimum
ſublimata.quia dum hic vixit in mundo,nec aduerſitates,nec tribu
lationes potuerunt extinguere eius charitatem & pietatem.iuxta il
lud. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem Virginis,
videlicet glorioſæ.Supuenientib⁹ eni tribulationibus,& aduerſitati-
bus:ipſa tñ ſupnatauit ſupius:nũq̃ enĩ fuit depſſa ſiue ſubmerſa i ali
quod delictũ ſiue peccatũ.Quia dũ de peccato agit,de Maria nullã
volo fieri penitus mẽtionẽ.vt dicit beat⁹ Aug.i lib.de ſpũ & aia. Et
hoc eſt qd dicit glo.interlinearis ſup illo verbo.Geñ.vij. Multiplica
tę ſunt aquæ,& eleuauerũt arcam in ſublime. Quia multiplicatę tri
bulationes & aduerſitates in beata Virgine:ſcilicet,ipſę fuerunt ſibi
C meritorię,& eam eleuauerunt in ſublime ſuper oẽs angelos.❡ Ecõ
tra faciunt miſeri peccatores,& falſi vſurarij auari & cupidi: q ppter
eorũ frigiditatẽ,& cupiditatẽ ſemp deſcẽdũt inferi⁹ ad iſta terrena:
& nũq̃ cor ſuũ eleuãt ſurſũ ad deũ:qui nec habẽt pietatẽ nec charita
tẽ:& ideo in ſe quaſi nihil de aere vel de igne habere videt: ſed oẽs
ſunt terreſtres & cupidi,& ſunt aquei & luxurioſi. Et ideo tam viuẽ-
tes ſunt mortui:quia nihil habent de humido & calido q̃ ſũt p ſe pri
cipia vitę.ſicut dicit Ariſto.in de lon. & breuita.vitę:ſed ſunt frigidi
& ſicci:& ideo nullum faciunt fructũ.Sicut enim in hyeme qñ tem-
pus eſt ſiccũ & frigidum:& falſi mercatores,& vſurarij,& frigidi, &
ſicci,nullũ faciũt fructũ,nec ſibi,nec proximo. Et ſicut i ęſtate & au-
tũno quãdo tẽpus eſt calidũ & humidũ,tunc omnia nobis faciũt fru
ctum:ſic tũc homines calidi per charitatẽ:& humidi per pietatẽ, fa-
ciunt magnũ fructũ:quia tandẽ ſequentes veſtigia matris dei exal-
tantur ſup oẽs celos. Et qui cõtrariũ faciunt:demergunt in profũdũ
inferni:& viuentes in carne ſũt mortui:& habentes oculos nõ vidẽt.
& ratio eſt,quia ponunt lumẽ tẽporale prope oculos:id eſt, diuitias
temporales nimis prope cor ſuum. Nã diuitię tẽporales ſicut lumẽ
candelę ſubito cõſumitur:ſic ſimiliter ſubito conſumũtur. Quia ſi-
cut qui ponit lumen candelę prope oculos non videt paginas lras:
ſed qui elongant lumẽ a viſu ſuo vidẽt lras:ſic qui nimis appropiat
diuitias tẽporales cordi ſuo non videt ſpiritualiter:ſed qui elongat a
ſe,tunc ſpiritualiter vidit. Qui ergo vult illuminari,& viuere,ſequat
veſtigia Virginis glorioſæ. q̃ fuit plena pietate:miſericordia & chari
tate.Ideo merito fuit ſingulariter aſſumpta, & exaltata. vnde Pſal.

Eleuata eſt magnificẽtia tua ſup cœlos. Dicit ergo beata Maria: Aſ-
ſumpſit me ſpiritus &c. ¶ Notabiliter dicit, Aſſumpſit me ſpiritus D
& nõ dicit, Aſſumpſit aliquid mei. q.d. Nõ ſolũ ego ſum aſſumpta/
& exaltata q̃tum ad animã, q̃ eſt aliquid mei: ſed ſimul quo ad cor-
pus & animã, q̃ ſunt ego. licet non ſit certum, ꝙ beata virgo Maria
fuerit aſſumpta ſimul in aĩa cũ corpore, imo aliq ſancti dubitãt. Tñ
rationabiliter põt teneri via beati Aug. in quodã ſerm̃ de Aſſum. q
incipit, Adeſt dilectiſſimi fratres dies valde venerabilis, dies oĩm
ſanctorũ ſolennitates p̃cellens. vbi vult, ꝙ ſimul cum corpore & aĩa
fuerit aſſumpta. Poſſumus autẽ inter alias accipere quatuor rõnes
Quaꝝ prima eſt ꝯgruitas reuerentiæ maternalis. Indignũ eñi vide Rõnes aſ-
tur/ꝙ ille qui mandauit honorare parentes, propriȩ matri nõ ſeruaſ ſũptionis
ſet honorẽ & reuerentiã. Certum videt̃, ꝙ ſi corpus virginis reman Mariæ in
ſiſſet in terra, ꝙ filius dei non habuiſſet plenarie curam de reueren corpore &
tia ſuȩ matris, quia eam reliquiſſet in terris incognitam, nec feciſſet anima.
ipſam notam viſitatione fidelium. Et hanc rõem tangit beatus Au
gu. in dicto ſermone, dicens. Si nouit dñs integrũ matris ſeruare pu
dorem, quare tunc non velit incorruptam a putredinis ſeruare fœ-
tore? Nunquid nõ pertinet ad benignitatẽ dñi matris ſeruare hono
rẽ, q legem non venerat ſoluere/ſed adimplere? Secũda ratio eſt di-
gnitas excellentiȩ corporalis, quia corpus glorioſȩ matris dñi excel
lentiſſimũ fuit inter omnia corpa mundi, in tantũ ꝙ tabernaculũ re
gis gloriæ eſſe ꝓmeruit. Cũ ergo eiuſdem naturæ fuerit corpus vir
ginis cũ corpore Chriſti quod de ipſa formatũ ẽ: rationabile fuit/ꝙ
ſicut corpus Chriſti fuit p̃ſeruatũ a corruptione, ita & corpus Mariȩ
qa idem eſt locus totius & partis: Primo cœli & mũdi: & eadẽ incor-
ruptibilitas totius & partis: ſicut totius cœli & vnius aſtri. Vñ. B. Au
gu. vbi ſupra. Caro eñi Chriſti caro eſt Mariæ, quã ſupra aſtra tranſ-
uexit, & ſup oẽm naturã humanã, multo magis maternã. Nã ſi na-
tura matris eſt filius, conueniens eſt, vt & filij mater/nõ quãtum ad
vnitatem pſonæ, ſed quantũ ad vnitatẽ corporalis naturȩ. Si eĩn vni
tatem poteſt facere gratia ſine proprietate ſpũalis naturæ, quanto
magis/vbi gratiæ vnitas & corporalis & ſpiritualis natiuitas: thro-
num dei thalamum domini cœli atq; tabernaculũ Chriſti, dignũ eſt
eſſe vbi ipſe eſt, tã p̃cioſum theſauꝝ dignius eſt cœlũ ſeruare q̃ terrã
Tertia ratio eſt puritas innocentiȩ virginalis. Nam ſicut corpus ei⁹
puriſſimũ fuit ſuper oĩa corpora, ſic decuit incorruptionis munere
eſſe priuilegiatum: ſed hoc non eſſet/niſi ſupra cœlos eſſet tranſlatũ
Igitur beata virgo poſt Chriſtum ſpecialem obtinet principatũ. Vn
de Aug. vbi ſupra. Tantã integritatem merito incorruptibilitas nõ
putredinis vlla reſolutio, ſeq̃t. Illđ ſacratiſſimũ corp⁹ in eſcã vermi-

bus traditum ſentire nō valeo:dicere pertimeſco. Quarta & vltima ratio eſt immenſitas charitatis. Dignum eñ eſt, vt Virgo beata quę ſingulariter dei filium adamauit ſingulariter ei in corpore & anima vniret. Anſel. Superat omnium rerum creatarū amores, at ꝙ dulcedines magnitudo virginis in filium & dulcedinis immenſitas liqueſcebat animam eius:adeo dignum eſt, vt prę cęteris deo ſtrictius ſit vnita, & vicinius eleuata ad dexteram dei filij in vita æterna. Ad quam nos. &c.

¶Ser.v.de eodem:&
in numero.CXXII.

Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Canti.j. Verba iſta in perſona beatiſſimę Virginis Marię ſumpta conuenieter exponi poſſunt de eius glorioſa Aſſūptione. Ipſa nāq; beatiſſima Virgo in ſua felici Aſſumptione conſpiciēs lucem i cōmutabilē ſanctiſſimę Trinitatis:in vna perſona patrē cuius erat filia pelecta:in alia pſona filiū cuius erat genitrix pdilecta:in alia ſpiritū ſanctū cuius erat ſponſa imaculata.cōgrue, prōpere poterat in hęc verba. Ecce tu pulcher es:in quibus tria tāgūt ad q̄ eius Aſſumptio glorioſa pertigebat:ſcilicet, ad mirificam pulchritudinē, & ſalutificā dulcedinē:& ad deifici decoris beatitudinem. Cognitionē ei⁹ ituitiue reuerberabat mirifica pulchritudo. vnde demonſtratiue de obiecto beatifico pręmittitur. Ecce tu pulcher es. Fruitionem eius degustatiue replebat ſalutifica dulcedo. vnde addit. Dilecte mi:ſed ten tionem ei⁹ adornatiue imbuebat deifici decoris beatitudo:propter quod ſubditur:& decorus. Et ꝓpter hæc tria triplicem fructū viatoribus elargit̃. Propter primum enim, vt ſtella maris reducit exules. Propter ſecundum:vt fax lunaris introducit habiles. Propter tertium, vt feruor ſolaris perducit ſtabiles. Et ſic omnibus omnia facta, omnes ſuſtinet, pœnitentes, actiuos, & contemplatiuos. Eſt eñ ſtella maris pœnitentibus:ne mundi tempeſtatibus naufragentur. Fax lunaris actiuis & operantibus:ne obſcuritatibus mundanę noctis obumbrentur:ſed feruor ſolaris eſt contemplatiuis:vt diuinis chariſmatibus inflammentur. Quantum ad primum eſt ſciendum, ꝙ mirifica pulchritudo obiecti beatifici:quod intuitiue pertigebat, tria ſibi ingeſſit. Quia eñ pertingebat ad primordiale exordiū inexhauſibilis pietatis:certificata fuit proprietate icōmutabili diuini numinis:vt cōgrue dicere poſſet. Ecce tu: Quia cohęrebat ad idiuiduale cōtuberniū icōphēſibilis bonitatis:fœcūdata fuit pulchritudine diuini amoris & flaminis:vt ꝯgrue adderet, pulcher:ſed qa iſiſtebat
B ad fontale principium inexplicabilis entitatis glorificata fuerat claritate amabili diuini luminis:vt congrue ſubiungeret. Es. ¶Sic ergo

pertingens ad primordiale principiũ pietatis,dicit ecce tu. Mirum i
modũ & admirandũ,ꝙ inter pauca verba quę in euãgelio dixiſſe le
gif totiens implicauerit illud Ecce,& i omni dulcedine quã vnq̃ ha
buit in cœlo,& in terra,& in patria:in beatitudine ſpei,& in beatitu
dine rei ſemper replicauerit illud Ecce. Salutationi inquã angelicæ
conſentiẽdo:vt mater domini efficeref p̄mittebat. Ecce ancilla dñi.
Lucæ.j.Grauidationi Elizabeth ſterili cõgratulãdo cũ matrẽ dñi ſe
gloriaretur,reſumebat ibidem. Ecce enĩ ex hoc beatã me dicẽt. &c.
Et nunc iterũ deifice Aſſumptioni feliciter colludẽdo replicat illud
Ecce. Quę cauſa:quę rõ:niſi quia primo illud angel⁹ de ſumma cœ
li Ciuitate portauerat,dicens. Ecce concipies in vtero. Fili⁹ ei⁹ i cru
ce moriens crebrius hoc replicando per hoc dolorẽ ſuũ ſubleuat di
cens. Mulier ecce filius tuus:& diſcipulo. Ecce mater tua. Ioan.xix.
Propter q̃ cor eius illud ecce cũ tam grandi dulcedine imbiberat, &
in memoriam donationis & certificationis qua totiẽs certificata fuit
de itima p̄ſentia,intima dulcedine pietatꝭ,ſiue deitatis,dulce foret
ſibi ſemper reuoluere illud Ecce,inquiens tu.q.d. Ecce deus Salua
tor meus:glorificator me⁹:amator & amor meus. Ecce inquit tu es
gloria mea,tu es ſuſceptor meus,tu exaltãs caput meũ:quia iã per
tingo ad primordiale exordiũ inexhauſſibilis pietatis. Ecce ergo tu:
qui ſcdm̃ Caſ ſup p̄s.es virt⁹ inexplicabilis:icõphẽſibilis:cuius ve
ra diffinitio eſt finem in ſanctis laudibus non habere. ¶Sed ecce tu C
iquit pulcher. Vbi ſecũdo innuit,quõ in ſua Aſſumptiõe indiuidua
ptingens ad indiuiduale contubernium cum fonte bonitatis:fœcun Nihil pul
data erat pulchritudine diuini flaminis. Quare enim delectant pul chrũ: niſi
chra,rõ reddi nõ põt:niſi quia conuenientia. Conuenientia autẽ nõ qd imitaṫ
ſunt,niſi quia ſummam vnitatem,& conuenientiam imitantur qua ſũmã pul
maior eſſe non poteſt:ſcilicet,illam qua fili⁹ ita conuenit cum patre chritudi
& ſpirituſancto,vt vnum ſint. vt Auguſti.oſtendit i de vera religio nem.
ne vltra medium. Vnde cõcluditur ꝙ in ea bonitate p̄pter diuini fla
minis conuenientiam eſt ſolum proprie pulchritudo. Cum nihil ſit
pulchrum,niſi inquantum illam vnitatẽ in conuenientia & pulchri
tudine imitatur. vñ Augu. Cõfeſ.xv. cogitans de pulchro & apto:di
citſe iam intendiſſe in interiorem melodiam diuinę veritatis,dicẽs.
Intendebã dulcis veritas in iteriorẽ melodiam tuã.i.cogitans de pul
chro & apto ſtare cupiens,& audire,& gaudio gaudere ſup vocem
ſponſi. In illa ergo bonitate:in illa pulchritudine:ipſa deo Virgo in
Aſſumptione vnita & glorificata,& in illa fœcundata bene poterat
dicere. Ecce tu pulcher:quaſi reuolueret dic.qd Auguſtinus lib.Cõ
feſ. Tu es pulchritudo:pulchrum omnium. Confeſſio nanq; & pul
chritudo in conſpectu tuo:quia propter pulchritudinem cãdor æterni

ammirabitur omnis oculus. Nimirum quia altitudinis firmamen-
tum pulchritudo eius:ſpecies coeli in viſione gloriæ. Eccle. xliij. Ec
ce ergo(inquit)tu pulcher es. vbi tertio innuit quomodo indiuiſe in
ſiſtens ad venam & ad fontale principium eſſentialis entitatis glo-
rificata fuit claritate ammirabili diuini luminis. q. d. Tu pulcher
es:qui es vena entitatis,vnde cuncta ſcaturiunt:ex quo viuunt quę
viuunt.ex quo bona ſunt quæ bona ſunt. Tu es vere lumen qui illu-
minas omnem hominē. &c. lux lucis,& fons luminis:& hoc de pri-
mo,in quo notatur quomodo Virgini glorioſæ in ſua benedicta Aſ-
ſumptiōe data eſt mirifica pulchritudo:per quam facta eſt ſtella ma
ris ad reducendum exules & pœnitentes ne mundi tempeſtatibus
naufragentur. Vnita eñ ad fontem primordialem pietatis:eſt me-
dium delatiuum miſericordiæ,per quam ab ira eruātur. Indiuidua
ta ad venam exordialem bonitatis & pulchritudinis:eſt collum trāſ-
fuſiuum gratiæ,per quam veniam conſequuntur:ſed itimata ad ori
ginem eſſentialem entitatis,per quam facta eſt:eſt receptaculm col-
latiuum ſubſtantię ne in peccato,& nihilo conſumantur. Concordā
tias dimitto cauſa breuitatis. Sic ergo patet quomodo Virgo glorio-
ſa in ſua Aſſumptione pertingebat ad mirificam pulchritudinem,p
quam facta eſt ſtella maris pœnitentibus:ne mundi tempeſtatibus
naufragentur:quod notatur cum demonſtratiue de obiecto beatiſſi
D co præmittitur. Ecce tu pulcher es. ¶Secundo notatur,quomodo
inclytæ Virgini in ſua Aſſumptione data eſt ſaluifica dulcedo,p quā
facta eſt fax lunaris actiuis & operantibus:ne noctis obſcuritatibus
obumbrentur,quod notatur,cum aſſumpta addit. Dilecte mi. Tria
autem ingerebat iſta ſaluifica dulcedo i eius tenerum & prædulcē q̄
faciebat iſte dilectus, cui dicebat. Dilecte mi. Intendebat eñ feruo-
rem ignitum abſumentem ſuauitatem omnis createę delectationis.
Saporem exceſſiuū ingerentē proprietatē icreatę fruitionis. Amorē
trāſformatiuū trāſponētem ad vnitatē icreatę adhęſionis. primū pa
tet. Si eñ deus i beatitudine ſpei:tantū feruorē imittit quandoq;: vt
ita funditus abſumatur omnis creata delectatio: q̄ anima nec deo,nec
ſibiipſi velit placere:niſi de bono increato,dicente Auguſtino quar
to Confeſſionum capitulo ſecundo. Tu refulges & places,amaris &
deſideraris:vt erubeſcam de me,& abiiciam me,atq; diligam te: &
nec mihi,nec tibi placeam niſi de te:quid ęſtimādū ē ignitiui feruo-
ris igeſtum eſſe beatiſſimę Virgini i eius Aſſumptiōe,& i beatitudi-
ne reiſquę ad eum qui ignis conſumens eſt vnione inuſitata ſuper
omnes creaturas beatitudine attingebat:vt p̄ omnibus poſſet dice-
re. Dilecte mi. Dicitur enim dilectus a duorum colligatione vel liga-
tione. vnde dicere poſſet cum Auguſtino. iiij. Confeſſio. cap. xxix

Cum inhęſero tibi omnino,nuſq̃ erit dolor & labor,ſed viua erit vita animæ meę tota plena te.Tenuiſti enim manum dexteram meã & in voluntate tua deduxiſti me,& cũ gloria ſuſcepiſti me. Pſal.Vñ tota vniuerſitas angelorum & cœleſtis militiæ,videns eam vnitate ita innixam ſuper dilectum ſuum,ſicut nunq̃ fuit aliqua creatura: non immerito prorupit in hanc quæſtionem,Canticorum quinto. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens,innixa ſuper dilectum ſuum? Et ipſa poterat reſpondere illud Canticoꝝ.ij. Dilectus meus mihi,& ego illi.quaſi diceret.Sicut ipſe me amauit præ omni pura creatura:ſic ipſe ſuper omnem creatam dulcedinem eſt dilectus mihi. ℂ Secundo ita ſaluifica dulcedo ingerebat ſibi ſaporem exceſſiuum attingẽtem proprietatem increatæ fruitionis. Proprietas enim increatæ fruitionis eſt,ꝙ deus ſe ſolo fruitur,& in ſe ſolo beatus eſt.Ita & ipſa ex dulcedine huius dilecti,ſolo bono diuino fruebatur,vt non ſolum non frueretur creata viſione dei,in qua aliqui (quantum ęſtimo,ſatis abſurde) beatitudinem noſtram ponere voluerunt,immo vt nec ſuam fruitionem (inquantum erat aliquid creatum,& formaliter in ea) alicuius ſaporis vel dulcedinis æſtimaret:niſi inquantum vel bonum increatum ſine medio habebat, vel eius vnionem & ſummam ſimilitudinem attigebat.Vnde poterat dicere illud Canticorum.vij. Guttur meum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potãdum. quaſi diceret.Guttur meum,id eſt intimum saporis mei mẽtalis ex viſione & fruitione mea formali,non eſſet quid dignum ad potãdum fruitiue: ſed dilecto meo vel ex dilecto meo eſt dignum ad potãdum. ℂ Tertio iſta ſaluifica dulcedo ingerebat in eius affectum amorem transformatum: tranſponentem eam ad quandam ſingularem vnitatem in communione diuinæ adhæſionis. Si enim proprietas amoris eſt,vt extaſim faciẽs non ſinat amantem viuere vita propria, ſed vita amati, vt Dionyſius dicit quarto libro de diuinis nominibus.quid æſtimamꝰ vim amoris feciſſe,quando in ea tam ſingularem vnitatem diuinæ inhęſionis poſuit,ꝙ nunq̃ talis & tãta fuit alteri purę creaturæ communicata,nec de facto communicabitur. eſto ꝙ foret eam communicari poſſibile ſine hypoſtatica vnione,quod exiſtit dubiũ apud multos,& in omni creatura transformata in dulcedinem diuini amoris poterat dicere,Dilecte mi,Canticorum.viij.Si dederit homo omnẽ ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Omnẽ ſubſtantiam,ſcilicet entitatiuã. Et illud ſonat nomen dilectionis. Quod ex eo dicitur,quia ligat cum deo,allicit ad deum, & diligentem facit tranſire ad diuina per tranſformationẽ: Vnde etiã amor dicitur quaſi ſine morte,ab a,quod eſt ſine,& mors: q̃a ſolus amor

De ſingulari amore virgis ad deũ.

& dilectio ſola facit immortales: quia per tranſformationem ligat i diuinam proprietatem. Nec addam dilectio vera: quia ſi non eſſet vera, non eſſet dilectio. Vnde dicit Augu. octauo libro de Trinitate capitulo ſeptimo. Ea quippe dilectio dicēda eſt quæ eſt vera: alioquin nō dilectio, ſed cupiditas eſt. Et hoc de ſecundo: in quo notatur quomodo indytę virgini in ſua Aſſumptione collocata eſt ſaluifica dulcedo: per quam facta eſt fax lunaris omnibus actiuis & operandibus ne mundanæ noctis obſcuritatibus obumbrentur. Illuminat autem triplici lumine contra triplicem concupiſcentiam quæ eſt in mundo: quam per actus virtutum vincūt actiui: ſcilicet: lumine ſeruante mentem/contra carnis concupiſcentiam: lumine modificāte/ contra curioſitatem & oculorum petulantiam: lumine humiliante/ contra vitæ ſuperbiam, vel lumine dirigente in virtutibus monaſticis & politicis: lumine ſeruante in virtutibus purgatorijs: lumine

E radiante in virtutibus purgati animi. ¶ Tertio notatur, quomodo glorioſæ Virgini in ſua Aſſumptione collata eſt deifici ordinis beatitudo: ex qua facta eſt feruor ſolaris contemplantibus, vt inflammentur: quod etiam notatur, cum additur. Et decorus. Vbi eſt ſciendum ꝙ deifici ordinis beatitudo in ea tripliciter effulgebat: vnde ſuper omnem creaturam decorus tripliciter reſplendebat. Sicut enī filius eius ex proprietate ſuæ deificę beatitudinis decorus reſplendet: & totius vniuerſi creatione, & gubernatione, & reſtauratione: Ita ſibi communicauit beatitudinem ſui deifici ordinis: vt in gratuitis ſit totius vniuerſi recreatrix & reſtauratrix. Vnde in ea & per eā filius dei triplici decore apparuit. Decorus enim in ea apparuit: primo cum ipſam ꝓduxit quaſi primitiuam venam gratiæ delatiuā. Secundo decorus in ea emicuit: cum ipſam aſſumpſit, quaſi ſingularem reginam vniuerſi gubernatiuam. Tertio decorus in ea, & per eam reſplenduit cum eam fecit, quaſi ſpecialem patronam, & dominam miſericordiæ collatiuam: & omnium vniuerſi defectuum reſtauratiuam. Per primum enim ipſa facta eſt mundi recreatrix. Sicut enim a pręuaricatione Euę incepit influxus peccati annihili, & omnis miſerię. Ita a conceptione & ſanctificatione Virginis glorioſæ incepit fluxus & curſus gratię. Vnde dicit Ambro. ſuper Lucam. Nō mirū ſi dn̄s redempturus mūdū opationē ſuā inchoauit a Maria: vt per quā ſalus omnibus parabaſ: eadē prima fructū ſalutis hauriret ex pinguedine. Per ſcd̄m aūt ipſa ē facta mūdi gubernatrix. Vn̄ dicit btūs Bern̄ in ſermōe ſcd̄o. Ad beatā Virginē ſicut ad mediū: ſicut ad arcanū dei: ſicut ad rerū cauſam: ſicut ad negociū ſeculorū/ reſpiciūt: & q in cœlo ſūt, & qui in iferno habitant: & qui eos ꝑceſſerūt: & nos q ſum⁹, & q ſequūſ, & nati natoꝝ, & q naſcēſ ab illis. Illi q ſūt

in cœlo, vt reſtaurentur: & qui in inferno, id eſt, in limbo, vt eripian tur: qui præceſſerunt, vt Prophetæ fideles inueniantur: qui ſequũt vt glorificentur. Per tertium autem, facta eſt vera mundi reſtaura trix in omnibus defectibus. Vnde dicit Bernar. in ſermone.xxxiiij. Berñ. ſer
Omnibus miſericordię ſuæ ſinum aperit, vt de plenitudine eius ac mone, de
cipiãt vniuerſi: captiuus, redemptionem: æger, curationem: triſtis, verbis apo
conſolationem: peccator, veniam: iuſtus, gratiam: angelus, lætitiam calypſis
deniq; tota trinitas gloriam: perſona filij dei, carnis humanæ ſubſtã .B. Ioãnis
tiam. Ex his enĩ tribus facta eſt quaſi feruor ſolaris contemplantibꝰ vt diuinis chariſmatibus inflammentur. Et hoc triplici flamma .ſ. meditationis ardentis ad reſiſtendum tumultuationi corporalium phantaſmatum, flamma deuotionis feruentis ad inſiſtẽdum ad tu multuationem ſpiritualium chariſmatum, flamma affectionis ſubl lantis ad trãſcendendum viſionem oĩm intellectualium ęnigmatũ, & attingendũ in ſe verbum qđ eſt in principio apud deum.

¶ Sermo ſextus de eodem, & in numero.CXXIII.

QVæ eſt iſta quę progreditur quaſi aurora conſurgẽs, pul chra vt Luna, electa vt Sol. Canti.vj. In verbis propoſi tis glorioſa virgo Maria cœleſtibus ſpiritibus admirãda redditur propter tria. Primo propter ingreſſus ſui in mũ dum admirabilẽ nouitatem. Secũdo propter progreſſus ſui in mũ do incomparabilẽ ſanctitatem. Tertio propter eius de mundo ineſti mabilem dignitatem. Primũ reſpicit eius conceptionem & natiuita tẽ. Secundũ concernit eius conuerſationẽ & virtuoſitatẽ. Tertiũ pręte
tẽdit eius aſſumptionẽ & gloriæ claritatẽ. ¶ Primũ notatur in eo qđ A
dicitur, Progreditur quaſi aurora conſurgens. Bene ortus beatę vir ginis glorioſæ cõparaẽ aurorę. Aurora enĩ eſt Solis ad noſtrũ hemiſ phęrium redeũtis prima perceptio. Et certe in ortu digniſſimo bea tæ virginis Sol iuſtitiæ deus qui receſſerat in crepuſculo peccati pri mi hominis, ad humanum genus redire cœpit per gratiam. Et hoc optime figuatum eſt Geñ.xxxiij. vbi dicitur, ꝙ angelus i aurora be nedixit Jacob. Per Iacob intelligitur genus humanũ. Per auroram ortus mariæ. Per angelum figuratus eſt magni conſilij angelus, ſci licet deus. Ab angelo ergo in aurora Iacob benedicitur, quia in ortu beatæ virginis genus humanum a deo per gratiam viſitatur. In or tu autem virginis hic intellige tam conceptionem q̃ eius natiuitatẽ
Ab eo quidem inſtanti quo ſanctificata fuerat in vtero ſtatim cœpit Immo i in
progredi in gratia. Vnde etiam pro illo ſtatu dicitur hic, progredi. ſtãti ſuę cõ
Progreditur (inquit) quaſi aurora conſurgens. Progreditur paula ceptionis
tim ad maiorem lucem: ſicut hic. Nam ſicut aurora eſt noctis termi hũit grãm

ꝗm deter: miatio. nē eccl'iæ i ꝯcilio Baſi lieñ ſeſſio ne.xxxvj

natio & lucis inchoatiua: ſic virgo fuit finis tenebrarum peccati, & principium lucis & gratiæ. B ¶Secũdum notatur in eo quod additur, Pulchra vt Luna. In quo cõmendatur beata virgo de pulchritudine virtutum quas habuit in progreſſu vitæ vltra omnes: Sicut Luna habet lucem vltra omnes ſtellas & planetas alios poſt Solem, & maxime quando eſt plena. Et beata virgo Maria bene fuit Luna plena in filij conceptione: propter quod ei dictum eſt, Aue gratia plena. Immo ipſa eſt modo Sol, vt ſequitur. C ¶Sequitur tertium quod reſpicit eius glorioſam aſſumptionem. In quo propter pñtem feſtiuitatẽ libet diffuſius immorari: & notatur in eo quod ſubditur, Electa vt Sol. Vbi eſt conſiderandũ, ꝙ ſicut Sol excellit quodãmodo omnes planetas: ita feſtum aſſumptionis virginis / alias ſanctorũ omniũ, & virginum ſolennitates & feſtiuitates præcellit. Et poteſt prærogatiua huius feſti accipi propter quinq; proprietates Solis notabiles & ꝓcellẽtes: ſcilicet, propter Solis ortũ, motũ, aſpectũ, & multiplicem eius effectũ: quia in his quinq; feſtũ aſſumptionis omnes alias feſtiuitates excellit, vt videbitur. Habet eñ Sol in ſuo ortu candoris claritatem: in ſitu, ſublimitatem: in motu, velocitatẽ: in aſpectu amœnitatem: in effectu, multiplicem vbertatem. Primo ergo Sol habet in ortu ſuo candoris claritatem, Oritur enim cum candore & multo lumine: Sic beata virgo in ſua aſſumptione illi cœleſti curię orta fuit cum candore maximi luminis quaſi quidam candor lucis æternæ. Eccl'.xliij. Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exſufflans Montes enim illos ęternos qui ſunt in circuitu throni trinitatis, iſte Sol benedictus in ortu ſuæ aſſumptionis tripliciter exurebat. Primo quia virginea eius maternitas eam illi curiæ pręferebat cum radio vniuerſalis recreationis, & virginalis dignitas & humilitas cum candore reginalis gubernationis: ſed omnium virtutum fœcunditas eam illi curiæ ingerebat cum dolore miſerationis, & ſic tripliciter radios igneos exſufflabat diffuſione flamminea charitatis. In q bus omnibus erat electa vt Sol. In primo radio proceſſit vt a deo electa tanq̃ creaturarum omnium prædigniſſima. In ſecundo, vt a deo dilecta tanq̃ omnium creaturarum chariſſima. In tertio, vt a deo affecta tanq̃ creaturarum omnium affectuoſiſſima & dulciſſima ac piiſſima. Ex primo proceſſit candidus radius admirationem ſummi deſiderij ſatians. Ex ſecundo, radius igneus affectionem ſupremi gaudij igniens. Ex tertio proceſſit radius empyrius delectationem & fruitionem conſummans. Secundo ſicut Sol habet ſublimitatem in ſitu, quia poſitus eſt in medio planetarum tres habẽs ſupra ſe: ſcilicet, Martem, Iouem, & Saturnum: & tres infra ſe: ſcilicet, Venerẽ, Mercuriũ, & Lunam. Ita beata virgo i aſſumptione nacta

De excellentia feſti aſſumptionis inter alias feſtiuitates ſanctorum.

& adepta fuit ſitũ ſuper oia ſublimiorẽ. Poſita eñ fuit ſup tres Hierarchias oim angelorũ: ſuper choros eñ angelorũ exaltata ẽ, ſup trinã rerũ machinã coeleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Et ſuper ſe habuit filiũ, & tres pſonas diuinas, vt de hoc exponatur illud Eccleſiaſtici .xliij. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius & ſpecies coeli in viſione glorię Sol in aſpectu annuncians in exitu vas admirabile opus excelſi. Tertio ſicut Sol habet motum nõ ſolum velociorem, ſed etiam feliciorem: quia retrogradationem non patitur ſicut alij planetæ. Ita in aſſumptiõe ſua virgo glorioſa adepta fuit: & motum velociorem, quia aſſumptio ſubito facta fuit, ſaltem quantum ad animam: & motum omnino feliciorem, quia intellectualem & beatum tam in corpore q̃ in anima. In anima enim in vno contuitu & ſimplici motu & locatione intellectus deum & omnia contuetur quia ſecundum beatum Auguſtinum quintodecimo libro de Trinitate. In beatitudine non erunt volubiles cogitationes noſtræ: quaſi ex alio in aliud exiſtentes, ſed vnico aſpectu omnia contuebimur. In corpore etiam habuit motum agiliorem & velociorem q̃ vnq̃. Quia ita agilia ſunt corpora glorificata, ſicut nunc cogitationes. Quia corpora iuſtorum fulgebunt ſicut Sol, & ſicut ſcintillę in arundineto diſcurrent. Vnde de ea poteſt intelligi illud quod de Sole ſcribitur, Eccleſi.xliij. vbi ſupra. Magnus qui fecit illum: ſcilicet, Solem, & ſermonibus eius feſtinauit. ¶ Sed hic eſt quæſtio dubitabilis, ſi fuit aſſumpta in anima & corpore, vt modo cõmunius tenent doctores eccleſię, & quaſi videtur determinatũ ſaltem per aliquẽ papam: etſi nõ cum cõmuni approbatione omniũ per modũ determinationis, vtrũ fuit ſtatim glorificata in corpore & in momento anima reunita, vel vnio animæ ad corpus per aliquod tps fuerit dilata. D
Et videtur ꝙ aliqui dies fuerunt quibus anima fuit ſeparata, quia non debebat habere maius priuilegium q̃ filius eius, cuius anima vſq; ad diem tertium fuit ſeparata, & reſurrectio eius dilata. In contrarium tamen videtur, quia ſanctus Ioannes eius cuſtos legitur in continenti aſſumptus: quia ſtatim aperto eius ſepulchro, non fuit corpus inuentum, ſed manna ſcaturiens in ſepulchro. Dici poteſt & ſine temeraria aſſertiõe, ꝙ per breue momentũ fuit mortua, & ſtatim in ſequẽti inſtanti anima reunita & corpus glorificatum. Hiero. in hodierno ſermone. Hinc itaq; confidenter ſancta dei canit eccl'ia quod de nullo alio ſanctorum fas eſt credere, vt vltra angelorũ merita tranſcenderit. & infra. Hoc quippe priuilegium non naturæ eſt ſed gratiæ virginis Mariæ, de qua natus ẽ ipſe deus & homo. Idcirco & ipſa plus merito non natura, q̃ virgo & homo Sed tñ ſecundũ Hiero. ſententiã in primo ſermone, de hoc feſto oportet ꝓpter cau

telam ſalua fide pio magis deſiderio opinari,q̄ inconſulte diffiniri.
Sed propter hoc pio deſiderio poſſunt adduci rationes & auctorita-
tes .Rationes ſic.Decebat ꝙ Chriſtus daret ſuę matri in aſſumptio
ne quod cuiq̄ creaturæ competere poterat Et hoc probatur primo
ex eo ꝙ ipa omnium creaturarum digniſſima,dilectiſſima,& dei a-
mantiſſima,vel ad deum affectuoſiſſima fuit. Secundo,quia ſecun-
dū Anſel. decebat,vt ea puritate niteret/qua maior ſub deo nequit
intelligi: ſed alicui creaturæ dedit de⁹ de facto ꝙ ſtatim poſt momē
tum creationis ſuæ beatificaretur vltimata beatitudine eſſentiali in
ſummo gradu ſibi poſſibili,vt de beatis angelis in deū conuerſis te
nent oēs doctores ſancti ſine heſitatione. Itē nonnulli tenent hoc
de.S.Ioanne Euangeliſta,ꝙ ſtatim poſt momentū mortis fuit ple-
na glorificatione corporis & animæ beatificatus,vt patet in eius le-
genda.Et Hiero.de hoc aliquid recitat hic in primo ſermone.Er-
go rationabiliter videt̄ hoc collatū beatæ virgini,ꝙ ſtatim poſt mo
mentū ſuæ mortis & ſepulturę/plene fuerit glorificata. Quia ſicut
angelus ſtati creatus/aptus eſt ad vltimatā glorificationē,ita homo
ſtatim vt eſt mortuus ſine omni pctō:quia iſta vita non patit̄ plenā
glorificationē,iuxta illud Exo.xxiij.Nō videbit me homo & viuet.
Require auctoritatē Dam̄.in eius aſſumptione ſupra Can.Et ſic vi-
detur poſſe trahi auctoritas Hierony.in.ij.ſerm.de hoc feſto,vbi di
cit.Creditur eñi ꝙ ſaluator oim quantū datur intelligi,ipſe p ſe feſti
uus occurrit,& cum gaudio ſuaui genitricem ſecum in throno collo
cauit.al's(inquit)qūo impleuiſſe legitur & crederet̄,qđ in lege pce-
pit,Honora patrem & matrē.Item in primo dicit idē Hiero ꝙ in ſi
gnum reſurrectionis eius iā factæ Mauſoleū beatę virginis Mariæ
cernit̄ vacuū remanſiſſe. Ex hoc arguit̄,vel remanſit ſtatim vacuū
& tunc pie credendū eſt,ꝙ ſtatim glorificata reſurrexit/& a filio re-
ſuſcitata feſtiue fuit in throno ſibi ab ęterno ante mundi ꝯſtitutionē
pparato cū filio collata. Vel ipſa remanſit aliquo tpe poſtea in ſepul
chro,qđ dici nō poteſt:tū quia nō habuiſſet tantū priuilegiū ſicut Io
annes Euangeliſta:tū qa ſi diu manſiſſet corrupta & incinerata fuiſ
ſet,qđ negat Augu.& multi ſancti.Si aũt breue tps manſiſſet,deus
eā nec quantū Ioannē,nec quantū minimū angelū honoraſſet.Vñ
ſine temeraria diffinitiōe poteſt dici ſicut dictū eſt prius,ꝙ mox vt
mortua fuit in ſepulchro poſita & clauſa ſtati reſuſcitata fuit ad ęthe
E reū thalamum &c. ¶ Sed quare ſepulta fuit/poteſt dici vt eius vera
mors probaretur. In libello autē de eius aſſumptione,qui aſcribitur
.B. Ioāni Euāg.dicitur,ꝙ tertia die reſurrexit. In reuelationibus tū
ſanctę Elizabeth legit̄ eidem viduę ſanctę reuelatū,ꝙ poſt quadra
ginta dies ſui tranſitus in corpe ſit aſſumpta:primū tñ rationabil⁹

Rõnes ad pſuadēdū ꝙ btā virgo paulo poſt mortē gl'ificata fuerit i corpore & anima.

videtur,ſuppoſito(ſecundum ꝙ ex prędictis videtur)ꝙ beatus Io annes Euangeliſta ſtati aſſumptus fuerit. Auguſtinus aſſignat tres rationes ſcilicet ꝙ ſtatim mortua fuit aſſumpta. Prima ratio ſumit ex vnitate carnis Chriſti & beatę virginis Caro eñ Chriſti de virgi ne aſſumpta, qñq; cũ carne virginis fuerat vna caro indiuidua. Et ideo ſicut non decuit Chriſti carnem corrumpi & incinerari,ſic nec carnem beatæ virginis. Vnde Auguſtinus dicit. Sicut putredo nãq; & vermis/obprobrium eſt humanæ cõditionis,a quo tñ obprobrio Ieſus erat alienus:ſic Marię natura excipitur/de qua carnem aſſum pſiſſe probat.vnde ſequi videtur,ꝙ ſtatim ſit aſſumpta,alias fuiſſet putrefacta & reſoluta.Secũda ratio ſumitur ex materni corporis di gnitate,quia fuit thronus dei,thalamus & tabernaculum Chriſti. Sed horrendum eſſet dicere thronum dei & tabernaculum Chriſti fuiſſe corruptum.Vnde beatus Auguſtinus dicit ſic.Thronum dei thalamũ domini/tabernaculum Chriſti/dignum eſt eſſe vbi ipſe eſt, & dignius eſt cœlum ſeruare q̃ terram .Tertia ratio Augu. ſumitur ex integritate virginali.vnde ſic dicit.Lætare Maria lætitia inenar rabili,corpore & anima in proprio filio,cũ proprio filio,ꝑ propriũ fi liũ:nec ſiquidẽ paſſa corruptionis ęrũnam,quã nulla ſecuta eſt tuũ filiũ pariendo integritatis corruptio,vt ſit ſp incorrupta quã tãta ꝑ fudit gr̃a:ſit integra viuens,q̃ oĩm integram pfectamq: genuit vitã ſit cũ illo,quẽ in ſuo geſtauit vtero:ſit apud illum illa q̃ genuit/fouit/ & aluit illum Maria dei genitrix,dei miniſtratrix,de qua ꝗa ſentire aliud nõ audeo,dicere aliud non p̃ſumo.Ad argumẽtũ in oppoſitũ dici põt,ꝙ Chr̃us propter hoc tertia die reſurrexit,vt vera eiꝰ mors & vera eius hũanitas ꝓbaret:alias Iudæi dixiſſent eũ nõ fuiſſe mor tuũ,nec vere reſurrexiſſe/ſed ficte.Quid ergo dicemꝰ ad hoc quod dicit,ꝙ tertia die vel quadrageſima die aſſumpta eſt cũ corpe. Põt dici ꝙ qdẽ ſtatim reſuſcitata fuit & glorificata i corpe:ſed ſicut filiꝰ tertia die reſurgẽs reſurrectionẽ ſuã diſcipulis manifeſtauit:ita ap̃lis tertia die manifeſtauit glorificationẽ virginei corp̃is ſuę matris.Et ſicut ipſe dñs.xl.die poſt reſurrectionẽ ſuã aſcendiſſe credit in cœlũ, ita ſanctæ Elizabeth & alijs ſanctis quibus voluit ſpecialem glorifi cationẽ ſuæ matris.xl.die auctam & perpetuo ſtabilitam manifeſta uit.Põt ergo dici,ꝙ prima die ſtatim vt ſepulta fuit,glorificationis legem accepit:quia æternæ vitæ legẽ vt nunq̃ veteraſceret corpus ante reſolutionẽ,a filio ſibi collatã aſſumpſit: tertia añt die gloriam illã corpori eius collatam/Chriſtꝰ diſcipulis ſuis manifeſtauit,&.xl. die in cœleſti throno illã corporis glorificationẽ nouis gaudijs in cõ ſpectu cœleſtis curię oĩbus cœli ciuibus notã fecit.Et eſt ſilis modꝰ loq̃ndi Gen̄.j.vbi dictũ fuit Adæ,In q̃cũq; die cõederis/morte mo

rieris. Super quo verbo dicit Aug. in de baptiſmate paruulorũ, q̃uis ãt annis plurimis poſtea vixerit, illo tñ die mori cœperũt quo mortis legem, qua in ſeniũ veteraſceret, acceperũt. Nõ eñ (inqt) ſtat tpe vel tpis puncto, ſed ſine intermiſſione labit, quicquid ꝯtinua mutatiõe ſenſuũ currit in finẽ. Sic itaq; impletũ eſt quod dixerat deus: In quacũq; die comederitis, morte moriemini. Hęc Aug. Ibi itaq; ecõuerſo in propoſito. ¶ Quarto, ſicut Sol habet in aſpectu amœnitatem, ſic beata virgo per ſuam aſſumptionem adepta eſt contuitum amœniorem. Ambroſius eñ dicit in Hexam. ꝙ Sol eſt oculus mũdi, iocunditas diei, pulchritudo cœli, menſura temporum, virtus & vigor omnium naſcentium, dñs planetarum, & perfectio omnium ſtellarũ. Sic beata virgo in aſſumptione facta eſt oculus mundi. Ipſa eñ per miſericordiam ſuam totius humanæ mentis expellit cæcitatem. Iocunditas cœli, quia per ſuam clementiam magnam alacritatem in die gratię in quo honeſte ambulat, perficit. Pulchritudo cœli, quia cœleſtium contemplationẽ plenitudinis ſuæ gratiæ conſummat ad meritum. Menſura temporum, quia omnibus actibus temporalibus virtutum & vitæ actiuæ menſuram & modum imponit. Virtus & vigor omnium naſcentium, quia eius virtute peccatores corrupti per miſericordiam renaſcentur in gratia. Dominus planetarum, quia Prophetæ priores, & omnes noui teſtamenti ſancti & doctores ipſam prophetando & cõmendando ipſi ſeruiebant. Perfectio ſtellarum omnium, quia omnes iuſti per eam perfectionem ſunt adepti. Delectabile eſt ergo multum oculis videre iſtum Solẽ. Quinto, ſicut Sol habet effectuum vbertatem vel operationẽ multiplicem inflammando concauo oppoſito vel berillo: ſic virgo inflammat mentes frigidas: viuificando, quia omnia viuificat. Eccle. .xxiiij. In me omnis ſpes vitæ & virtutis. Fortificando, quia dilectionem per inflammationem ingerit ſibi deuotis, in tantũ, vt fortis ſit vt mors dilectio. Cãt. viij. ita ꝙ multæ aquę eã nõ poſſunt extinguere, nec flamma obruet eam.

¶ Sermo ſeptimus ad idem,
& in numero. CXXIIII.

Dilectus meus candidus & rubicũdus, electus ex millib⁹. Cantico. v. Verba iſta poſſunt eſſe beatæ virginis hodie aſſumptæ ad filium ſuum. Iuxta quod intelligẽdum, ꝙ beata virgo hodie eſt aſſumpta ad æternæ & beatę viſionis lympitudinẽ, & ſuper oẽm creaturã eleuata ad ſummę fruitiõis dulcedinẽ: necnõ getata & ſatiata p ſummi delectabilis tentionẽ: ſic ꝙ ꝯgrue fieri poterat inter ipſam & oẽs beatos, iſte dialogus q fuit Cant. v. beatis qdẽ cũ ingẽti admiratione ſciſcitãtibus: Qualis ẽ dile

ctus tuus o pulcherrima mulier? Ipſa aũt reſpõdẽte: Dilectus meꝰ
candidus & rubicundus &c. ¶ In quibus qdem verbis tria explicãꝰ A
q̃ glorioſa virgo in ſua aſſumptione in obiecto beatifico eſt adepta.
Inuenit eñ in eo ſplendorẽ incõprehenſibilẽ. ardorẽ inextinguibilẽ
& dulcorẽ inſuperabilẽ. Per ſplendorẽ illuſtrata eſt viſio: per ardorẽ
inflãmata eſt fruitio: per amorẽ aũt & dulcorẽ qetata eſt tentio. Di-
cere ergo potuit: Dilectus meus candidus, incõphenſibili luce oẽm
intellectũ reuerberãs. Rubicũdus inextinguibili ardore oẽm affectũ
exuberans. Electus ex millibus inſupabili dulcore & pace oẽm ſen
ſum exuperãs. Primo ergo inuenit in obiecto beatifico lucẽ incõp-
henſibilẽ, qa illuſtrata eſt viſio. Triplici aũt luce obiectũ beatificũ vi
ſionẽ eius reuerberauit: luce ſcꝫ timoris expulſiua, oĩs veritatis ex-
preſſiua, & oĩs erroris expreſſiua. Lux eñ paternæ potẽtiæ ab eius
memoria oẽm timorem expulit: lux filialis ſapiẽtię eius intelligẽtiã
oẽm veritatem imbuit: ſed lux ſpũalis clementiæ ab eadẽ intelligẽ-
tia oẽm errorẽ repulit. Digne ergo potuit dicere: Dilectus meus cã-
didus. Legimus aũt in obiecto beatifico triplicẽ candorẽ: æternalẽ
& inuiolabilẽ. Sapiẽ. vij. Candor eſt eñ lucis æternæ, & ſpeculũ ſine
macula. Legimus etiã candorẽ admirabilem. Eccl. xliiij. Pulchritu-
dinẽ candoris eius admirabiꝰ oculus. Patris ergo potẽtia p candorẽ
æternalẽ ab ea timorẽ expulit. Filij ſapiẽtia per candorẽ admirabilẽ
in cauſa oĩm veritatem intulit. Sed ſpũs ſancti clementia per cando
rẽ inuiolabilem ab ea omnem errorem expulit. ¶ Secũdo, glorioſa B
virgo hodie aſſumpta inuenit in obiecto beatifico ardorẽ inextin-
guibilem quo inflammata eſt fruitio. vnde non ſolum poterat dice
re: Dilectus meus candidus, ſed & rubicũdus. Triplici autem ardo
re iſte rubicundus dilectus eius fruitiuam potentiam inflammauit
ardore. ſ. ꝯformante, reſoluente, & transſformante. Conformante q
dem ad diuinam ſimilitudinem. iuxta illud. j. Ioan. iij. Scimus cũ ap
paruerit, ſimiles ei erimus. Reſoluẽte aũt in diuinam dulcedinem.
Vnde bene poterat dicere illud, Cant. v. Anima mea liqueſacta eſt,
vt dilectus locutus eſt. Ardore autem transſformante ad connatura
lem dei proprietatem. Hoc enim propriũ eſt amoris perfecti aman
tem transſformare in amatũ: ſecundũ Dionyſium de diuinis noibus
Tertio glorioſa virgo inuenit in obiecto beatifico dulcorẽ inſupera-
bilẽ quo quietata, ſatiata, & firmata eſt tentio. A nullo eñ qetatur, a
nullo ſatiaꝰ, a nullo firmatur appetitus, niſi a ſolo vnico, ſummo bo
no. Iuxta illud Auguſt. j. Confeſ. Feciſti nos dñe &c. Et ideo perfe-
cta tentio tunc ſolũ videꝰ pfici, qñ intellectus a primo vero perfecte
& plene eſt illuſtratꝰ & affectus ſummo bono totaliter inflãmaꝰ. Et
ideo bñ ex hoc iſte dilectus dicitur electus ex millibus, vt innuatur

ꝙ vnicum ſummum & ſolum ſit, in quo tentio perficitur. Dicat er
go beata virgo hodie aſſumpta de iſto dilecto/candido rubicūdo, &
ex millibus electo, illud Cant. iij. Tenui eū nec dimittam.

❡Sermo octauus ad idem,
& in numero. CXXV.

AStitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. Pſal. In
hac cantilena Dauitica introducitur mundi dn̄a quadri
formiter admirata. ſ. vt p̄ſentata cœli palatio vel cōſi
ſtorio, vt p̄lata cœli collegio, vt locata cœli ſolio, vt or
nata cœleſti pallio. Primū inſinuat ſtatus p̄ſentialis, cū
dicitur, Aſtitit. Secūdū exprimit gradus imperialis, cū ſubditur, Re
gina. Tertium aſtruit locus collateralis, cū additur, A dextris. Quar
tū ſpecificat ornatus veſtiualis, cum ſubinfertur, In veſtitu deaura
A to. ❡Primo beata virgo oſtenditur, vt p̄ſentata cœli palatio vel con
ſiſtorio, cū p̄mittitur, Aſtitit. ſ. vultui diuino corā trinitatis conſiſto
rio. Circa qđ ſciendum, ꝙ triplex eſt cauſa p̄cipua quare virgo Ma
ria eſt hodie cœli ꝯſiſtorio p̄ſentata: videlicet, vt fruatur bonis cœle
ſtibus: vt imperet ſpiritibus: vt aduocet ꝑ pctōribus miſericorditer
Prima igiť ratio quare btā virgo Maria cœli palatio fuit hodie p̄ſen
tata eſt vt fruatur bonis cœleſtibus ad vtranq; ſtolam. ſ. corporis &
animę. & ꝙ ſit aſſumpta ad cœlos hodierno die, probatur a ſanctis
multiplici catholica ratione. Habemus em̄ de ipſius glorificatione
perfectum argumentum, exemplum, præceptum, documentū, &
Multiplex rō p ſuadēs glorificationē corpis & aię. B. virginis.
teſtimonium. Primo igitur habemus de hoc triplex argumētum. ſ.
argumentum ſuæ perfectionis, noſtræ reſtaurationis, & dominicæ
reſurrectionis. Occurrit igitur ad probandū perfectā glorificationē
virginis plenitudo perfectionis. Cum em̄ Maria gratia plena fuerit
Lu. j. Aue gratia plena. Ergo ſicut perfectā & plenam & ſingularem
grām habuit, ita & glīam: qa ſcriptū eſt Zach. iiij. Exęquabit grām
gratiæ eius. Gratiā perfectionis gratię beatificationis. B. Augu. Si
merito præ oībus viuētibus Marię data eſt grā mortuę erit minuē
da, abſit: quia ſi mors aliorum ſanctorum p̄cioſa, ergo Mariæ p̄cio
ſiſſima. Occurrit etiam ad hoc ꝓbandum argumentū nr̄ę reſtaura
tionis. ſicut em̄ vterq; ſexus eiectus eſt de paradiſo terreſtri in cor
pore & in anima ad oſtendendū plenā dānationē: ſic vterq; ſexus re
duci debuit ad paradiſum cœleſtē in corpore & anima, ad demōſtrā
dam plenā reſtaurationem Aug. Lętetur Maria vt dignum eſt læti
tia inenarrabili glorificata in corpore & anima in filio proprio & cū
filio proprio & per filiū propriū. Occurrit nihilominꝰ ad hoc probā
dum argumētū dominicę reſurrectiōis. Eſt em̄ ratio Apl̄i talis, Ro
ma. vndecimo. Si delibatio ſancta & maſſa, delibatio eſt particula

quam Chriſtus de virgine traxit:maſſa vero eſt caro reliqua que re manſit. Si vero portio illa quã dei filius de virgine traxit corruptionem non vidit. ps. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem Ergo nec maſſa corrumpi debuit que remanſit: gloſſa ſuper Matthe. Cum quedam pars beate virginis glorificata ſit in filio:non credendum ꝙ altera data ſit corruptioni. Secundo habemus de glorificatione beate virginis exemplum. videlicet in rebus mundanis:in conſuetudinibus humanis:& in miraculis diuinis. Occurrit enim ad hoc probandum exemplum quod habemus in rebus mundanis Videmus enim ꝙ fons de eodem foramine non emittit aquã dulcem & amaram. Similiter non decuit, vt ex eadem carne naſceretur dei filius & vermiculus: eandem mãmam ſugeret dei filius & redderet vermiculis. Vnde Chryſo. Si pars eſt cum deo:partem cũ verme non credam. Et beatus Augu. Illud ſacratiſſimũ corpus de quo Chriſtus carnem aſſumpſit & naturam diuinã vniuit humane:minime ſubditum corruptioni:corpus eſcam vermibus traditũ: quia ſentire non valeo:dicere pertimeſco. Corpus nanq; hominis abſq; ambiguitate ſoluendum eſt in morte:poſt mortem futura putredo poſt putredinem vermis:poſt vermem abiectiſſimus puluis: quod de Maria credendum non videtur conſentibile, quia eſtimationem procul pellit incõparabilis munus gratie. Occurrit ad hoc exemplũ in conſuetudinibus humanis. Nã ſicut maxime mouet patrem miſericordiarũ ad miſerendum peccatoribus filij latus, ſic & vbera matris: que maxime miſericordie motiua debent inueniri in aduocata noſtra. vñ Berñ. O homo ſecurũ habes acceſſum ad deũ. Nã filius oſtendit patri latus & vulnera:mater filio pectus & vbera: nulla ergo poterit eſſe repulſa:vbi tot occurrunt charitatis inſignia. Occurrit ad hoc nihilominus ad probandũ exemplũ in miraculis diuinis: quod proſequitur beatus Augu. dicens. Elegit diuina volũtas ſola gratia inter ardentiũ igniũ flãmas non ſolũ corpora puerorũ ſeruare illeſa:verũ etiã veſtimenta manere inuſta. Abneget in matre ꝓpria qd elegit in veſte aliena. Cũ eñ cõcupiſcẽtia ſit ignis cuiꝰ effectꝰ ſit incineratio corpis:vbi ignis ꝯcupiſcẽtie fuit extinctꝰ, nõ debuit ſequi incinerationis effectus. Tertio ad hoc ꝓbãdũ occurrit triplex preceptũ, ſcilicet morale/iudiciale/cerimõiale. Primũ preceptũ morale eſt Exo.xx. Honora patrẽ & matrẽ &c. Cũ ergo Chriſtus nõ venit ſoluere legẽ:ſed adimplere. Matth.v. ad ipſum pertinet honorãde matris legẽ ſeruare:vt ſicut ſeruauit a culpa pariendo:ſic ſeruaret a pena moriendo. Sed forte diceret. Nunquid ſatis honorat beatitudo animam eius ſanctam. Dico ꝙ non:quia ſicut ſcđm naturam quã accepit a patre honorat patrem:ſic ſcđm naturam quã accepit a ma

tre eidē nō negabit honorē. Nūquid plus honorauit corp' alicuius
ſancti q̄ matris? Cōſtat ꝙ nō honorat̃ in terris: ergo honorat̃ in cœ-
lis. Et hęc eſt ratio Beati Bern. Occurrit etiā pręceptū iudiciale. Iure
enī ſcriptū eſt: quod ſemel deo cōſecratū eſt ad humanos vſus tranſ
ferri non debet: vt legitur in conſti. Cano. de regulis iuris lib. vj p̄s.
Sanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. Vn̄ beatus Aug. Thronū
dei: thalamū domini: tabernaculū Chriſti dignū eſt eſſe vbi filius: tā
precioſum theſaurū dignius eſt cœlo ſeruari q̄ terra. Dicit etiam lex
imperatoris, q̄m eodē priuilegio gaudet imperator & imperatrix.
Cū igitur imꝑator Chriſtus hoc priuilegiū habuerit, ſcilicet ꝙ eius
corpus ſacratiſſimū non fuerit incineratū. iuxta illud p̄s. Non dabis
ſanctū tuum &c. Ergo & imperatrix mundi Maria in ſuo virginali
corpore non eſt incinerata: ſed glorificata. Occurrit nihilominus ad
hoc probandum pręceptū cerimoniale. Cum enim archa teſtamen
ti quę virginem figurabat de qua ſumptum eſt noſtrę redemptio-
nis archanum: non ſolum intus ſed etiam extra fuerit ex pręcepto
domini deaurata. Exo. lvj. Sic Maria intus & extra debuit eſſe glo-
rificata. p̄s. Surge domine in requiem tuam: tu & archa ſanctificatio
nis tuę. quaſi dicat. Illa fuit archa & tu archanum. Igitur aſcendēdo
teneat modum tuum. igitur beatus ſit: & glorificatus eſt theſaurus.
¶ Quarto ad hoc probandum occurrit triplex documentum, ſcili-
cet a contrarijs: a ſimili: & a virtute prędominationis. Occurrit igitur
ad hoc probandum locus a contrarijs. Quę enim maxime diſtant:
maxime habent contrarietatem. Chriſtus autem benedixit terram
de qua traxit humanam naturam. p̄s. Benedixiſti domine terram
tuam. Maledixit vero terrę, de qua alij trahunt originem ſuam. Ge
ne. iij. Maledicta ſit terra in opere tuo. Quantū ergo diſtat benedi-
cta terra a maledicta: tātū ab alijs videt̃ diſtare virgo Maria. Occur-
rit etiam documentum & locus a ſimili. Omne enim ſimile trahit
ſuum ſimile. Vnde Boetius in libro de Hebdomadibus. Omnis di-
uerſitas diſcors eſt ſimilitudo appetenda. Vbi ergo maior eſt ſimili
tudo ibi maior attractio: igitur q̄tum ad corpus & ad animam Ma-
ria ad cœlum & ad filium eſt attracta. Vnde beatus Auguſti. Caro
Ieſu caro Marię eſt multo precioſius & ſpecialius q̄ Ioſeph, Iudę, cę
terorumq; fratrum qui dicebant. Caro & frater noſter eſt. Gene. Si-
cut igitur natura matris eſt filij: ſic natura filij mater: non q̄tum ad
vnionem, ſed corporeę & receptę ſubſtantię. Item beatus Auguſt.
Q̄tum intueor: q̄tum intelligo: q̄tum credo: Marię anima claritа-
te fruitur Chriſti poſſidens in Chriſto corpus quod genuit, ſcilicet fi-
lij: cur non corpus per quod illud genuit? credo. Occurrit nihilomi-
nus ad hoc argumentum a virtute prędominationis. Nam vnum-

quodq; fertur ad locum ſcdm naturam prędominantis. Si igitur in Maria prędominatur gratia quę habet ſurſum eleuare: potius ſurſum ferebatur ex virtute quam deorſum remaneret ex conditione naturę. Vnde beatus Auguſtinus. Cuncta quę de Maria dicimus: quia naturam nō ſeruantia cognoſcimus: in Marię integritate plus potuiſſe gratiam q̄ naturam dicere non dubitamus. Quinto & vltimo ad hoc probandum habemus triplex teſtimonium videlicet ꝓphetalis ſcripturę: vniuerſalis famę & nobilis ſepulturę. Occurrit igitur ad hoc teſtimonium prophetale. Prophetia enim cum ſit a ſpiritu ſancto: ea quę dicit immobili veritate denunciat. Prophetat autē de Maria ſapiēs, Prouer. vl. de muliere forti, ꝙ ſpolijs non indigebit: ſpolia appellat mulieris corpus. Apoſtolus. Nolumus expoliari ij.Cor.v. ſed ſuperueſtiri, loquitur hoc de corpore. Q̄ꝫ autem ſapiens ꝓphetauit de Maria. Dicit Bernar. Quod Moyſi monſtratum eſt in rubo & igne: Gedeoni in vellere & rore: hoc aperte vidit Salomon in forti muliere, Hiere. in fœmina & viro aptiſſimo, Eſaias in virgine & deo. Sic ergo Maria ſcdm prophetiam Salomonis non indiget ſpolijs: ſed induta eſt corporis indumentis. vnde ſcribitur ibidem. Fortitudo & decor biſſus & purpura indumentum eius. Habet enim Maria quattuor dotes corporis glorificati. In fortitudine notatur impaſſibilitas: in decore claritas: in biſſo nobilitas: in purpura agilitas. Maria ergo non in terris: ergo in cœlis. Occurrit ad hoc probādum teſtimonium communis & vniuerſalis famę. Quod enim in toto & vniuerſaliter eſt famoſum: impoſſibile eſt omnino falſum eſſe: vt ait Philoſophus & eius commentator de ſomno & vigilia. Cum ergo omnium fidelium ſit celebris & vniuerſalis fama: impoſſibile eſt ꝙ Maria contra famam tam celebrem non ſit in corpore & aīa glorificata. Occurrit etiā ad hoc teſtimoniū mirabilis ſepulturę. De Maria quidē & de Ioāne legimus ꝙ ſepulchrū eoꝝ ſit corpore vacuū. Et per hāc ratione ꝓbat beatus Aug. ipſum Ioannē glorificatū in corpore & anima. vnde dicit de ipſo. Hic gratia reſurrectionis ablatus eſt: vt conſtaret ſepulchrum, nec inueniretur ſepultus. Si ergo hoc fecit Chriſtꝰ de diſcipulo: quid faciet de matre per quā facta eſt reparatio. Si hoc fecit Ioāni ratione cōtinētię & caſtitatis: quid faciet de matre & forma totiꝰ pudicitię virginalis. Si hoc fecit Ioanni ratione precipuę dilectionis: quid faciet matri quam tam intime dilexit: vt plus de ea doleret in paſſione crucis q̄ de ſupplicio ſuę viliſſimę mortis. ¶ Aſtat igitur dilectiſſimi vultui diuino beatiſſima virgo Maria, vt dictum eſt, vt ſcilicet fruatur bonis cœleſtibus: B & ideo in perſona eius ait propheta. Mane aſtabo & videbo. vt per viſionem intelligamus ꝙ ipſa ſit beatiſſima in anima: quia viſio

eſt tota merces:vt dicit beatus Auguſtinus:& per aſtationem quaſi locationem intelligamus ꝙ in corpore:quod proprie eſt locabile:ſit ad dextrā filij collocata:vt dicit ille nobilis verſificator. Tranſit ad ęthera/virgo puerpera/virgula Ieſſe:nō ſine corpore ſed ſine tēpore tēdit in eſſe. ❡Scḋa ratio quare beata virgo eſt hodie diuino vultui pręſentata eſt, vt imperet cœleſtibus ordinibus vtiliter. Maria nāq; imperat ordini ſeraphin: quia plus q̄ ſeraphi arſit incēdio charitatis. Hug. de ſan. victo. Quia charitas in corde virginis ſingulariter ardebat:idcirco in carne eius mirabilia faciebat. Canti. vlt. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem. Vnde charitas virginis ꝯparatur igni gręco qui ardet in aquis: quia amor cordis eius arſit in aquis tribulationis, quod probat martyrium. Maria enim merito imperat ordini cherubin:quia fulſit radio veritatis. Illi eñ habent de veritate notitiam:iſta experientiā:in ſuo vtero eñ deus pater ęternā clauſit veritatē. De iſta dicitur, Sapien. vij. Cādor eſt eñ lucis ęternę & ſpeculum ſine macula. Nota ꝙ ſpeculū cōcipit in ſe imaginē reſpicientis. Sic q̄ñ dictū eſt a virgine. Reſpexit humilitatē ancillę ſuę:virgo cōcepit filiū dei qui eſt imago patris. Maria etiam merito imperat ordini thronoꝝ:quia plus zelauit iudicium maieſtatis. Angeli ſiquidē illius ordinis ſunt quaſi thronus diuinę iuſtitię. Maria vero eſt thronus diuinę miſericordię: quę longe maior eſt: quia ſicut dicit Bernar. licet peccatori appellare ante tribunal miſericordię diuinę. Iuxta illud Iaco. v. Supexaltat miſericordia iudiciū vñ dicit̃ Hiere. xiiij. Solij tui recordare. & dicit̃ deo & a mūdo peccatore:& dicit̃ de beata virgine q̄ eſt ſoliū & tribunal diuinę miſericordię. Maria etiā imperat ordini dñationū:quia habuit plenū dominium carnis/per puritatē virginalis caſtitatis:quā nō habēt voluptuoſi mentis/per virtutem mirabilis humilitatis:quod non habent ambitioſi. Ipſa etiam habuit dominium totius orbis/per miraculum fœcūditatis:quia regē regū & dominū genuit maieſtatis: quod dñium nō habēt auari:quia ſunt bonis operibus ſteriles & infœcundi: ideo de Maria poteſt itelligi quod in p̄s dicit̃. Et dñabitur a mari vſq; ad mare. A mari diuinitatis immenſę:quā cōcepit vſq; ad mare totius trinitatis & gratię:cuius oceanum habuit:& totius creaturę mundanę cuius dominiū vniuerſale obtinuit. Maria etiam imperat principatibus:quia ipſa plus q̄ ipſi:immo quod non ipſi:eſt principiū noſtrę redemptionis & principalis cauſa ſalutis: & quia genuit principem pacis. Nā de filio Marię dicit Eſa. propheta. ix. Vocabitur nomen eius pater futuri ſeculi: princeps pacis. Et ſic patet ꝙ rixoſis non imperat Maria: quia nec Chriſtus qui eſt princeps pacis. Sed mites & pacifici ſunt filij dei. Matth. v. Beati pacifici. Maria etiam

Vide quō imperet Maria ordinib⁹ angelorum.

imperat poteſtatib⁹:quia per illã nos & illi poſſumus oĩa. Per illã ar
cetur omnis poteſtas contraria,quod eſt officium illius ordinis. Ip
ſa nihilominus genuit illũ cuius poteſtas eſt poteſtas ęterna. Dani.
iiij. Maria etiã imperat virtutib⁹ qui eſt ſuprem⁹ ordo ĩ fine Hierar
chię,quia ipſa plus q̃ ipſi opãtur virtutes & miracula:qđ eſt officiũ
illoꝝ. Ipſa eſt oĩs virtutis exẽplar & forma. Eccľ.xxiiij. In me om̃is
ſpes vitę & virtutis. Ipſa inſup genuit illũ qui eſt dei virtus & dei ſa
piẽtia.i.Coř.j.& ſic patet ꝙ Maria nõ imperat illis qui ſunt vicijs de
diti & a virtutibus alieni.Maria etiã eſt impatrix angeloꝝ:ex hoc ꝙ
Gabriel archãgel⁹ fuit nobiliſſim⁹ Marię paranymph⁹,Luc.j. Miſ
ſus eſt Gabriel angel⁹. Maria etiã eſt impatrix angeloꝝ qui eſt ter
tius ordo in fine Hierarchię:quia proprie angelis appropriať officiũ
pietatis. Pietas autẽ beatę virginis fuit tãta:quãta nunq̃ fuit, nec eſt
futura i aliqua creatura. vñ diciť mater miſericordię & regina vt cã
tat eccľia.De cui⁹ miſericordia,Ber. Inde fili⁹ vocat eã mulier.i.mu
lierẽ piam & dulcẽ,ſicut mulier habet naturaliter cor molle & dulce
Vbi eñ nõ eſt mulier igemiſcit ęger.i.peccator:quia merito oĩs pec Eccľiaſti.
cator igemiſceret & periret:niſi mater miſericordię ſubueniret.Ma xxxvj.
ria etiã eſt impatrix patrũ q fuerũt i lege naturę,ſicut Abrahã,Iſaac
& Iacob & alioꝝ,quoꝝ oĩm nõ ſolũ natura:immo & grã,fuit quodã
modo cũ virgĩe ꝓpagata,immo poti⁹ cõſũmata.Ideo in lege naturę
figurať in archa Noe:de qua diciť,Geñ.vij. Multiplicatę ſunt aq̃ &
eleuauerũt archã in ſublime a terra :quia Maria fuit om̃i priuilegio
grę & glię ſublimata.Maria eſt etiã impatrix patrũ,qui fuerũt ſub le
ge ſcripturę,ſicut fuerũt reges,ſacerdotes,& ꝓphetę.Ipſa enim fuit
de tribu regia,ſacerdotali,& ꝓphetali.Vñ fili⁹ ei⁹ fuit rex,ſacerdos,
& ꝓpheta.Maria poſtremo eſt impatrix oĩm electoꝝ qui fuerũt:&
ſunt:& ſũt futuri ſub lege & gratia. Nã in ipſa eſt ſingulariter paup
tas apľoꝝ:virt⁹ & fortitudo martyrũ etiã cordis martyriũ. Lu.ij.Tuã
ipſius animã ptrãſibit gladi⁹.In ipſa honeſtas & deuotio cõfeſſoꝝ:
grã & ſãctitas oim electoꝝ.Eccľ.xxiiij. In me eſt oĩs grã vitę & veri
tatis. Et ideo vt dictũ eſt in iſtis.xij.ordinib⁹ Maria impialiter ꝑficiť
Idcirco ipſa tanq̃ mulier ſole amicta & ſub ei⁹ pedib⁹ luna:vt in Apo
ca.ſcribiť. Et corona.xij.ſtellaꝝ impialiter coronať. ¶Tertio ratio E
quare virgo beata eſt hodie diuino vultui pręſentata eſt vt ſit ꝓ pec
catoribus miſericors aduocata. vñ beat⁹ Bernar.Sermo.j.de Aſſum
ptione . Aduocatã pręmiſit peregrinatio noſtra tanq̃ iudicis matrẽ:
vt mater miſericordię ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtrę nego
cia pertractaret. Hęc reſpondet ꝓ nobis ſicut ſolet fieri in curia Ro
mana:ſi quid cõtra nos emerſerit q̃ſtionis. hoc figuratũ eſt i Heſter
Heſter.iij. Vbi dixit Mardoche⁹ ad Heſt. Quis nouit: vtrũ idcirco

ad regnū veneris: vt in tali tēpore parareris? Heſter dicitur eleuata. talis fuit Maria hodie: vt cātat eccl'ia/ ſup choros angelorū exaltata: vt p iudeis, ſcilicet cōfitētibus neceſſitatis tēpore ſit parata. Ideo & beata virgo figurat in ppiciatorio Bezeleel, id eſt ſpōſſandi deauro mūdiſſimo. Exo. xxxvij. De hac aſtantia aduocatę nrę dicitur in ps. Aſtitit a dextris pauperis: vt ſaluas faciat aīas pauperū. Pauper iſte ad cuius aſpectū aſtat Maria eſt Chriſtus de matre paupere: de ciui
ij. Cor. viij tate paupere: in preſepio paupe natus. Nā vt ait Apl's. Fact' eſt pro nobis egenus: vt illius inopia nos diuites eſſem'. Sic ergo virgo Maria eſt hodie diuino vultui pręſentialiter pręſentata triplici ratiōe tā dicta: videlicet vt fruatur bonis cœleſtib' ęternaliter: vt imperet ſpiritibus monarchaliter: & aduocet pro peccatoribus miſericorditer. Amen.

¶ De ſancto Bernar. Sermo primus. & in numero. CXXVI.

AVrū & multitudo gēmarū & vas precioſum labia ſciētię. Prouer. xx. In verbis iſtis beat' Bernar. cōmēdat a duob'. Primo a vitę ſanctitate. Scdo a doctrinę vtilitate. Primū notat cū dicit. Aurū & multitudo gemmarū & vas pcioſum. Scdm innuitur in eo q ſubdit labia ſciētię: vt ſit ſenſus beatus Bernar. habuit in ſe myſtice aurū & multitudinē gēmarum & vas precioſum per vitę ſuę ſanctitatē. Et
A habuit labia ſcientię per doctrinę vtilitatem. ¶ Quantum ad primū ſanctitas vitę colligitur ex tribus videlicet ex charitatis magnitudine, quę per aurū. Ex virtutū multitudie, quę per gēmas. Ex virginitatis pulchritudine: quę per vas precioſum ſignificatur. Et quia hęc tria perfecte in beato Bernar. relucebāt, ideo de eo bn̄ verba pposita dici poſſunt. Primo ergo beatus Bernardus cōmendat a magnitudine charitatis in eo quod pmittitur, Aurū. per aurū accipitur charitas quę eſt maxima virtutū immo ſine ea nulla eſt virtus dicēte Augu. in de doctrina chriſtiana. Sola charitas vincit oīa, ſine qua nihil valēt omnia: & quę vbicūq; fuerit trahit ad ſe omnia. vn̄ Apl's.
j. Cor. xiij Si linguis hominū loquar & angelorū &c. charitatē autē non habeā nihil ſum. Et quia tātę magnitudinis & excellētię eſt charitas: ideo bene cōparatur auro quod excellit omnia metalla. Vnde de ſponſa eccleſię dicitur Canti. v. Caput eius aurū optimū. Et ſignāter caput eccleſię Chriſtus dicitur aurū: non aureū quia ab ipſo mēbra charitate deaurātur. Vnde Apo. j. Ioannes vidit hominē precinctū ad māmillas zona aurea, id eſt cingulo charitatis ſcdm glo. Per māmil-

las intelliguntur membra eccleſię, quę aurea exiſtunt charitate a capite Chriſto in ea profluente. Beatus itaq; Bernardus, quia totus charitate fulſit: ideo dicitur aurũ participatiue quaſi aureus. Fulſit quippe in eo charitas tam ad deum q̃ ad proximum. Ad deum quidem quia deuotiſſimus fuit in oratione & obſequio diuino. Ipſe enim tã feruenter dilexit: ꝙ totus in amore abſorptus fuit: intantum ꝙ nullis fere ſenſibus corporeis vteretur. Vnde dicere poterat cum Apoſtolo illud Gal.ij. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Charitas etiã ſua non ſolum fuit ad domeſticos & amicos quos in deum dilexit, vt patet in patre & fratribus ſuis, & ſorore, & pluribus alijs ſocijs quos ex zelo charitatis ad religionem iduxit: ſed etiã ſe extendebat ad inimicos: quia de illis qui ipſum lęſerunt & ſuo honori inſidiabantur: non ſolum vindictam nullam expetijt: ſed etiam ex charitate paterne fouit & toto niſu ad deum reduxit. hęc & ſimilia charitatis ſuę opera patent ex ſua legenda. ¶ Secundo commendatur a multitudine virtutum cum dicitur. Et multitudo gemmarum. Gemmę habẽt multas & varias virtutes naturales: in quibus ſignificantur virtutes ſpirituales quibus inſignitus fuit ſanctus Bernardus. poteſt nanq; dici ꝙ in eo fuerint nouem gemmę: de quibus Ezechie.xxviij. Omnis lapis precioſus operimentum tuum: Sardius, Topazius, & Iaſpis, Cryſolitus, Onyx, & Berillus, Sapphir⁹, Carbunculus, & Smaragdus. Iſti nouem lapides ſignificant nouem ordines: ex quibus virtutibus ornatus fuit beatus Bernardus, qui ex eis habuit officia & virtutes, ſicut dicitur in libro vbi ſcribũtur acta eius. Vt tamen de virtutibus eius plurimis pauca referam: in eo fuit virtus perfectę humilitatis: virtus continuę laborioſitatis: & virtus mirę exemplaritatis. De humilitate patet, quia licet ipſe magn⁹ reputaretur ab omnibus: tamen ipſe infimum ſe reputans: quem ſibi omnes, ipſe ſe nemini pręferebat. Deniq; ſicut ſępius fatebatur, inter ſummos honores & fauores populorum alterum ſibi mutuatus hominem videbatur: ſeq; potius reputabat abſentẽ: velut quoddam ſomnium ſuſpicatus. Vbi vero inter ſimpliciores fratres erat & amica ſemper licebat humilitate perfrui: ibi ſe inueniſſe gaudebat, & in propriam rediiſſe perſonam. In ſignum etiam perfectę humilitatis, licet in pluribus locis in epiſcopum fuiſſet electus: ipſe tamen epiſcopalem dignitatem omnimode recuſauit. De laborioſitate ſua etiam patet: quia nunq̃ inueniebatur ocioſus, ſed ſemper aut orans, aut legens, aut meditans, aut ſcribens, aut fratres verbo ędificãs. Ita etiã in om̃i ope ſuo erat itẽtus deo: vt nihil attẽderet de exteriorib⁹. Vñ multo tpe eccleſiã intrãs & exiẽs in capite vbi erãt tres feneſtrę, vnam tm̃ eſſe putabat. Comeſtioni etiam inſiſtere ei B

pœna erat:& ſic accedebat ad ſumendũ cibũ quaſi ad tormentum. Sic etiã gulę illecebras extinxerat: vt etiã ipſam ſaporis diſcretionẽ ex parte magna perdiderat. Nam & oleum aliquando ſibi per errorem propinatum bibit & penitus ignorauit. De eius etiam mira exemplaritate patet. Tantę exemplaritatis fuit ꝙ omnes ad eum venientes ędificabat: vt patuit in nuncio magno quodam cuiuſdam archiepiſcopi ad ipſum directo: qui viſa tanta ſanctitate ſua ſuo domino vale dixit & ordinem intrauit. Nouicios etiam ſtudioſe informauit, ꝙ ſi in religione perfectionis perfecte vellent proficere: foris relinquerent corpora quę attulerunt,& ſoli ſpiritus ingrederentur. Intendens per corpora carnalem affectum & propriam voluntatem, quę cuilibet religioſo ſunt penitus deſerenda. Profeſſos etiã ſalutaribus monitis inſtruxit de tribus dicens. Tria vobis obſeruanda relinquo, quę ego pro viribus obſeruaui, nemini ſcandalum feci minus etiam meo ſenſui q̃ alterius credidi, & quandoq; leſus de lędente nunq̃ vindictam expetij. In primo iſtorum reliquit exemplũ charitatis: in ſecundo exemplum humilitatis: ſed in tertio exemplũ benignitatis.

Nota.

C ¶Tertio commendatur a pulchritudine virginitatis. cum dicitur vas precioſum. Et bene corpus virgineum vas precioſum dicitur: quia ſingulari dono dei fabricatum eſt & conſeruatum Sapientię. viij. Aliter non poſſum eſſe continens niſi deus det. Auguſt. iiij. confeſ. loquens deo ſic ait. Continentiam iubes: da quod iubes,& iube quod vis. vnde de huiuſmodi vaſe precioſo virgineo dicitur, Exo. xxxv. Omne vas aureum in donaria domini ſeparatum eſt: quia virginitatem auream non niſi donario dei aſcribere poſſumus. Et ideo Apoſtolus. j. Theſſalo. iiij. hortatur vt ſciat vnuſquiſq; vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, id eſt corpus ſuum cõſeruare in virginali honore. Hoc vas precioſum corporis ſui beatus Bernardus in tanta ſanctificatione & honore cõſeruauit: ꝙ mulierum conſortium tanq̃ peſtem mortiferam fugiebat: attendens illud Prouerbio. xiij. Qui tangit picem inquinabitur ex ea. Vnde cũ quędam mulier in eius concupiſcentia accenſa videns adoleſcentẽ decorum nocte ſilenter lectum ſuum acceſſit: & ſe apud eum impudenter poſuiſſet: ipſe eam ſentiens protinus exclamabat, latrones. Ad quam vocem fugit mulier: ſurgit familia, lucerna accẽditur: latro quęritur: ſed minime inuenif: ad lectulos ſingulis redeũtibꝰ: illa miſera Bernardi lectũ denuo petit: ſed ille iterũ latrões exclamauit: & ſic vſq; tertio factũ eſt: & ſic tãdẽ mulier verecũdia & deſpatõe victa ceſſauit. Et cũ eũ ſocij de mane interrogaſſẽt q̃re totiẽs latrões exclamaſſet, Rñdit. Vere latrones fuerunt, quia hoſpita mihi nitebaẽ auferre thezaurũ irrecupabilẽ caſtitatis. Tãto eñi amore caſtitatis fer-

uebat ꝙ ex vigore animi ad tales illecebras quaſi iſēſibilis videbatur. Vnde dū quadā alia vice quędā puella i lecto dormientis ſe nudā inieciſſet ille ſentiens cum omni pace & ſilentio partem ei lectuli reliquit & in latus alterum ſe conuertēs dormiuit. Miſera vero illa aliquādiu ſuſtinens & expectās, palpās & ſtimulās: tādem cum immobilis ille perſiſteret, illa erubuit & horrore perfuſa ſurgens aufugit. Deniq; pmiſſa omnia tria ſāctitatis eius inſignia in vno reſponſorio de eo cātātur ſic. Beatus Bernardus quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide precioſo. Vbi omnia hæc tria com prehendunt Dicitur eñ vas auri propter eius refulgentiā charitatis, quātum ad primum: dicitur vas ſolidum quātum ad tertium: & dicitur vas ornatum omni lapide precioſo propter multitudinem virtutum quātum ad ſecundum.

❡Subſermo primus. Et in numero. CXXVII.

Labia ſcientię vbi ſupra. In hoc verbo beatus Bernardꝰ commēdatur ab vtilitate ſuę doctrinę: qua totā eccleſiā dei vtiliter illuſtrauit. Fuit eñ eius doctrina vtilis ac per hoc omnibus āplectenda ſingulariter propter tria. Primo propter eius multitudinem & copioſitatem. Secundo propter eius altitudinem & profunditatem. Tertio propter eius dulcedinē & ſuauitatē. ❡Et propter hoc labia eius bene dicuntur labia ſcientię. vt accedat illud Prouerb. iiij. In labijs ſapientis inuenitur ſapientia. Primo dico ꝙ doctrina beati Bernardi eſt vtilis & amplectenda propter eius multitudinem & copioſitatem. Tot eñ & tāta ſcripſit, & hoc in tam breui tempore & in tanta ſui occupatione & multa eius diſtractione: tā in ſui ordinis dilatatione q̄ in aliorū inſtructione: ꝙ merito copia ſuę doctrinę cunctis redd t ad mirāda & ſtupenda. Nec mirum, mens eñ ſua fuit iugiter per amorem & deſiderium in diuinis meditationibus eleuata & ſuſpēſa, ad modum nubis quæ calore ſolis in aere ſuſpenditur. Ex qua quidem eleuatione ſua mēs tantis fuit radijs ſapientię illuſtrata ꝙ nobis imbrem ſapientię ſalutaris copioſe effudit. ❡Dico ſecundo ꝙ eius doctrina eſt vtilis & āplectenda ꝑpter eius altitudinem & profunditatem. Multa eñ profunda myſteria ſacrę ſcripturę ſtylo alto & breui ſubtiliſſime penetrauit, vt patet in Canticis & plęriſq; alijs ſuis libris: quod ſine reuelatione diuina habere non potuit. Scientiam enim ſcripturarum non habuit per humanā eruditionem ſed potius per orōnem & meditationem. Vnde dicitur in legenda ſua. quicquid in ſcriptu-

A
Quare vtilis & āplectenda eſt doctrina bti Ber.

B

ris didicerat,totum orādo meditādo:& hoc maxime in cāpis ſylue, accepiſſe,& nullos aliquādo magiſtros ſe habuiſſe,niſi querc⁹ & fagos inter amicos dicebat:aut etiā per diuinā reuelationem. Vn̄ qſi ꝙ confeſſus eſt (vt habetur in legenda) ꝙ ſibi meditanti vel oranti ſacra ſcriptura apparuit melius expoſita q̄ vnq̄ legerit in ſcriptis doctorum.& ꝙ ſuam ſcientiam per reuelationem acceperit:hoc poteſt colligi ex triplici ſigno. Primum eſt vt dum ſcriberet ſuper Cā ti.& quedam ſibi in poſterum retinere vellet, vox ad eum facta eſt dicens. Donec iſtud tenueris,aliud non accipies. Secūdum ſignum eſt ꝙ habuit notitiam futurorum,quæ ſola diuina reuelatione cognoſcuntur,vt patuit in fratre ſuo Gerardo ,cui ſuam conuerſionē & futuri vulneris inflictiōem prædixerat. Tertium eſt quod habuit notitiam de gloria beatorum. Cum enim ſanctus Malachias epiſcopus Ibernię defunctus fuiſſet & miſſa pro defunctis eidem cantare

C tur,tunc beato Bernardo eius gloria reuelata fuit. ¶Dico tertio ꝙ eius doctrina eſt vtilis & libenter amplectenda propter eius dulcedinem & ſuauitatem. Nam de ei⁹ doctrina bene verificatur illud Cāti co.iiij. Fauus diſtillans labia tua:mel & lac ſub lingua tua. Quibus verbis ſponſus alloquitur eccleſiam in perſona prædicatorum qualis fuit Bernardus. Vbi oſtendit quales debeant eſſe prædicatores eccleſiæ:debent enim eſſe mūdi caſtitate,quo ad corpora:& repleti dulcedine,quo ad corda in ſe:& caute & diſcrete iſtillare aliis doctrinam ſuam. Prima duo ſignificantur in fauo:fauus enim ſecundum Origen. nihil aliud eſt q̄ cera virginea ſcd̄m loculos melle repleta. Vnde ſecundum quod eſt cera mundiſſima,ſignificat mundiciam caſtitatis:ſed ſecundum quod eſt repleta melle ſignificat repletiōem ſpiritualis dulcedinis in corde.quod vero iſte fauus eſt diſtillans mel ſignificat diſcretam diſtillationem dulcedinis per prædicationem in auribus & cordibus auditorum. Et ſignanter dicitur diſtillans non fluens. Quia vt dicit gloſſa.Si nimia eſt prędicatio vileſcit. vnde ſequitur. Mel & lac ſub lingua eius:vbi per mel intelligitur doctrina pfectorum.ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum.per lac vero doctrina paruulorum.j.Pet.ij. Quaſi modo geniti &c:lac concupiſcite. Et vtraq; hęc doctrina eſt dulcis. Et debet eſſe ſub lingua prędicatoris non in lingua.vt ſemper dulcia proferat ſed cum tēperamento:vt interdum aſpera dulcibus admiſceat. Vnde dicit gloſſa. Qui peccatum aſpere corripit & inter aſpera quędam dulcedinis intermiſcet ,non habet mel in ligua ſed ſub lingua. Non enim expedit ſemper prędicare dulcia. Hoc temperamentū optime nouit Bernardus ſicut in ſuis ſermonibus habetur. Vn̄ apte ſibi dicitur. Mel & lac ſub lingua tua.

¶De.S.Barptolomęo.Ser.vnicus.
Et in numero. CXXVIII.

IOnathas expoliauit ſe tunica ſua & dedit eam Dauid
.j Reg.xviij.In verbis aſſumptis quantū ſpectat ad
commendationē beati Barptolomęi tria tangunť. Pri
mo toti⁹ operis ei⁹ ſtrennuitas cū dicit, Ionathas. Se
cundo ſupeminēs ipſius liberalitas cū ſubdiť. Expo
liauit ſe tunica ſua. Tertio feruens ad deū charitas cum additur. Et A
dedit eam Dauid. ¶Propter primū nota ꝙ Ionathas nobilis ꝓge
nie, quia filius regis Saul, tantę fuit ſtrēnuitatis ꝙ ad eius præſentiā
vt legitur.j.Regum.xiiij. Phyliſtei qui obſiderāt filios Iſrael, omnes
fugati ſunt: ſic certe & beatus Barptolomę⁹ nobilitatem habens ge
neris: vt dicitur in legenda: conuerſus ad Chriſtum tā ſtrēnuę cōuer
ſatiōis fuit corp⁹ caſtigādo, carnē macerādo, ſe totaliter ſpiritui ſubij
dendo, vt ex virtute deuotę orationis ſuę cum veniret ad Indiam
quæ eſt in fine mundi, plenam idolis & dęmonijs, idola ſubuerteret
& dęmonia fugaret. Vnde quidā dęmoniac⁹ (vt dicit in legenda) cla
mabat. Apoſtole dei Barptolomęe me incendūt orōnes tuę. Quod
bn̄ figuratum eſt Iud.vij. Vbi dicitur ꝙ filij Iſrael clangentib⁹ tubis
accenſis lampadibus: fugauerunt caſtra Madianitarum. Quid per
clangorē tubarū cum accenſis lampadibus: niſi oratio deuotione ac
cenſa ſignatur: per quā (vt dictum eſt) diabolus fugatur & deus in eo
delectatur. Vnde ſponſus in Canticis Canti.viij. alloquens animam
dilectam dicit. Fac me audire vocē tuam. Vox eñ tua dulcis. Chry
ſoſtomus. Sicut thimiamata bene confecta delectāt odorantē homi
nē: ſic ratio iuſti eſt ſuauis ante deum. Vis aūt ſcire dignitatē orōis
mox vt de ore proceſſerit ſuſcipiunt eā Angeli manibus ſuis & offe
runt ante dominum. Vt ergo a nobis ſpurcitias diaboli repellamus
exemplo beati Barptolomęi orationibus inſiſtamus. ¶Eſt autem B
ſecundum vnum modum diſtinctionis triplex genus oratiōis figu De tripli
ratum libro Iud. vbi ſupra vbi dicitur ꝙ Gedeon diuiſit exercitū m ci genere
buccinantem in tres turmas, & ſic fugauit inimicos. Prim⁹ ergo ex orationis.
ercitus clangens buccinis eſt: quādo homo pro ſeipſo orat. Sic facie Luc. xviij.
bat ille publicanus percutiens pectus ſuum. Et non eleuans oculos
in cœlum dixit: Deus propicius eſto mihi peccatori. Secūdus cum
oratio extenditur ad proximum interpellando pro peccatoribus vt
eos dn̄s cōuertat: ꝓ bonis, vt eos conſeruet, ꝓ defūctis: vt ipſorum
pœnā alleuiet vel terminet. Igiť plus preces ſuas valere facit: qui eas
alijs impendit. Tertius exercitus cum homo in intima charitate ꝓ
inimicis deuote orat: ſicut faciebat Chriſtus dicēs Lucę.xxiij. Pater
dimitte illis, quia neſciunt qd faciūt: ſic & Stephan⁹, ſic & Iacob⁹ mi

nor & plures alij. Hoc eſt qđ dicebat Gedeō in perſona Chriſti Iud. vbi ſupra Q đ me videtis facere, hoc facite: & quod fecero, ſectamini qñ ſonuerit tuba mea vos quoq; p circuitum caſtrorum clãgite. quaſi diceret. Sicut ego in inimicis pepci & pro eis rogaui & oraui: ſic & vos. Virtus eñ orōnis (vt dicit Grego.) eſt celſitudo charitatis: & tūc quiſq; quod recte petit adipiſcitur: cum eius animus odio non obfuſcaſ. Et patet primum.

C ¶ Secundo notaſ beati Barptolomęi ſupereminens liberalitas cum ſubdiſ. Expoliauit ſe tunica ſua. Tunica certe naturali. Et ſi liberalitatem beati Nicolai commendamꝰ ex hoc ꝙ dedit aurū & argentū: Beati Martini qui pſcidit palliū: multo magis beati Barptolomęi, qa ſeipſum expoſuit excoriatum. Vnde ipſe bene impleuit illud Iob. ij. Pellem pro pelle & omnia quę habet homo dabit pro anima ſua. Quilibet eñ hō fidelis debet dare pellem pro pelle. i. rem minus charã, puta pellem mortalitatis: p re magis chara, puta pro veſte glorię & immortalitatis. Vtinam oēs ſequerētur iſtud conſilium, vt hic mortalis vita daretur p immortali & perpetua: res trãſitorię darenſ pro æternis: & bona vilia & caduca p nobilibus & pcioſis. Poteſt aūt dici ꝙ beatus Barptolomęus triplicem rem quã habuit dedit deo & obtulit. Nam vno mō pellis dicitur res tpalis q̄ extriſecꝰ adiacet homini: ſicut pellis adiacet corpori, Mich. iij. pellem deſuper excoriauit. Alio mō pellis diciſ vita mortalis in quã hō incidit ex peccato. In cuius ſignum deus fecit Adę & Euę poſt eiectionem eorum de paradiſo tunicas pelliceas: q̄ ſuæ vitæ mortalitatem indicabãt vt patet Geñ. iij. Tertio modo pellis proprie dicitur ſuperficies corporis qua totum corpus clauditur & veſtitur. Iob. x. Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. Et in his tribus comprehenduntur omnia bona q̄ habuit beatꝰ Barptolomęus videlicet res tpales: corpus & vita, quę oīa voluntarie pro aīa ſua dedit & pro amore Chriſti liberaliter expoſuit, quod patet. Nam primo res tpales dedit cum propter Chriſtū omnia terrena deſpexit, vnde cum rex Polimius ſibi offerret mulos oneratos argento & auro & gemmis precioſis dixit regi. Ego nihil terrenum poſſideo nec concupiſco. & ideo ea quę mihi offers in vſus pauperꝝ pupillorum & viduarum expendas. Et de hac voluntaria paupertate gloriabatur Petrus. Matth. xix. cum in perſona oīm Apoſtolorum dixit. Ecce nos reliquimus omnia &c. non ſolum in effectu qa nihil poſſidemus. ſed etiam in affectu, quia nihil terrenum deſideramus. Quid ergo erit nobis? id ē quid dabis nobis pmij. Vbi Chriſtus pro mercede voluntarię paupertatis ipſis Apoſtolis & eorū ſequacibꝰ promittit dignitatem iudiciarię poteſtatis. vt patet ibidem. Secundo corpus ſuum dedit deo: cum illud pro amore dei diris poe

B. Barptolomęꝰ dedit p Chriſto tpalia corpus, & vitam.

narum tormentis expoſuit:quæ oĩa pro Chriſto gaudẽter ſuſtinuit vnde tunc recte cũ Apoſtolo poterat dicere Philip.ij.Sed & ſi ẽmu lor pro ſacrificio fidei veſtrę gaudeo plane & congratulor oĩbus vo bis.vñ ſibi cõpetit qd ſcribitur Leuit.j.Detracta pelle hoſtię artus i in fruſta concident.Talis hoſtia fuit beatus Barptolomæus cui fuit pellis detracta per excoriationẽ & artus.i.mẽbra in fruſta cõciſa:qñ fuit crucifixus & decapitatus. ❡Tertio notatur beati Barptolomæi fortis ad deum charitas cũ additur.Et dedit eam Dauid quẽ dilige bat quaſi animã ſuam,vt ibidem dicitur.ꝙ eñ quis det alicui tuni cam corporalẽ:corporis ſui ſubſtantiã:& tradat ſe propter eũ in mor tẽ:maxie dilectionis eſt ſignũ.Iuxta illud Ioan.xv.Maiorẽ charita tẽ nemo hẽt,vt aĩam ſuã ponat quis ꝓ amicis ſuis,vñ Cãt.viij.dicit ꝙ fortis eſt vt mors dilectio:& bene fortis vt mors dilectio,quia ipa fecit Chriſtum mori,vñ gloſſa in perſona Chriſti alloquitur homi nem.Dilectio quã habui ad te ita efficax fuit vt mors,quia per eam anima mea i cruce ſeparata fuit.Sic noſter Ionathas.ſ.iãctꝰ Barpto lomęus diligebat Dauid.i.Chriſtum quaſi animã,imo ſuper animã in tantũ ꝙ ex forti dilectione pro eius fide pellis ſua ſeparata fuit a carne & anima a corpore.Tunc tunica ſua beatus Barptolomæꝰ ſe expoliauit & Dauid dilecto ſuo dedit. Cuius dilectionis nos parti cipes faciat qui &cæt. D

❡De.S.Auguſtino.Ser.I.Et in numero. CXXIX.

Vos eſtis ſal terræ,Matth.v.Euangeliũ iſtud legit de ſan ctis doctoribus,quorũ precipuꝰ fuit glorioſus pater no ſter Auguſtinus dicente Hieronymo in epiſtola ad Au guſtinũ.Certe quicqd dici potuit & ſublimi ingenio de ſcripturarum ſanctarum hauriri fontibus:a te poſitum & diſertum eſt.Et Iſidorus.iiij.Etymo.dicit ſic.Magiſtrorum oim ſtudia Au guſt.ingenio & ſcientia vicit.Et ſimilia pene oẽs doctores de eo te ſtantur,vt patet in principio milleloquij.Igitur euãgelium iſtud de ſanctis doctoribus & pcipue de ſancto Auguſti.exponendo dicere poſſumus,ꝙ dñs & Saluator noſter qui eſt magiſter magiſtroꝝ aſcẽ dens in mõtem & ſedens:qd pertinet ad dignitatem magiſtri,doce bat diſcipulos ſuos omnem perfectiõem vitę Chriſtianæ.Inter alia dicens ad eos verba propoſita.Vos eſtis ſal terrę.In quibus verbis huius euangelij tria facit.Primo commendat ſtatꝰ eorum multipli cem dignitatem.Secundo proponit ſacrę doctrinę veracem ſolidi tatem , ibi:nolite putare . Tertio promittit pręmij fœlicem ſub limitatem ,ibi:qui ergo ſoluerit. ❡Circa primum proponit qua druplicem doctorum dignitatem comparando eos quattuor nota A

bilibus rebus videlicet, Sali, luci, ciuitati, & lucernę. Sal quidem ſunt
ratione ſapientiæ cœleſtis quam ſapiunt, lux ratione clarę doctrinę
qua cęteros inſtruunt. Ciuitas vero ratione ædificij ſpiritualis vitæ.
Sed lucerna ſunt ratione boni exempli quod alijs tribuunt. Primo
igitur comparat eos Sali: nomine ſalis cœleſtis ſapientia deſigna-
tur. Vnde infantibus datur Sal dum cathecizantur dicente ſacer-
dote. Accipe Salem ſapientiæ. Et de homine inſipiente dicitur
prouerbialiter. Non habet ſal in capite, vnde Auguſtin⁹ i Homi
lia. Sal vocatur ſapientia qua condiunť mentes terrenę: ne corrum-
Multipli pantur aliqua putredine. Rationabiliter autem Sal vocatur ſapien
ci rõne ſal tia & hoc propter quattuor. Primo ratione generationis Salis. Sal
vocatur enim (vt dicit Remigius) ſecundum ſubſtantiam eſt ex aqua ſed ar
Sapiẽtia. dore Solis & flatu venti in alteram tranſit naturam: ſic mens huma
Geñ. viij. na ex corruptione naturę fluxibilitatib⁹ terrenis eſt ſubiecta. Quia
cuncta cogitatio cordis humani intenta eſt ad malum: ſed ſuperue-
niente ardore & flatu ſpiritusſancti inardeſcit ad diuina. Talis tranſ
mutatio facta fuit in beato Auguſtino, qui in pueritia fluidus fuerat
ad malum vt confitetur. ij. confeſ. ſic dicens. Pręceps ibam tanta cę
citate: vt inter coętaneos meos puderet me minoris dedecoris q̃ au
diebam eos iactantes flagitia ſua: & libebat facere non ſolum libidi-
nem facti ſed & laudis &c. Sed poſtea lecto Hortẽſio qui liber horta
tur ad ſapiẽtiã: tunc ſtatī ad hoc iuuenis quaſi flatu ſpūſtus mutatus
eſt, vnde dicit. iij. Confeſſio. cap. iiij. Ille liber mutauit affectum meũ
& ad te ipſum domine mutauit preces meas: & vota ac deſideria
mea fecit alia. viluit mihi repente omnis vana ſpes, & immortali-
tatem concupiſcentiæ concupiſcebam ęſtu cordis incredibili. Et iã
ſurgere cœperam, vt ad te redirem: ardebam de⁹ meus a terrenis re
uolare ad te: & neſciebam quid ageres mecum. apud te enim eſt ſa-
pientia. cum vero ex toto fuit ad deum conuerſus ex intimis medul
lis cordis ſpem omnẽ quã habebat in ſeculo dereliquit. Et. xiiij. cõ.
de ſeipſo dicit. Ieſu Chriſte adiutor meus & redemptor meus, q̃ ſua
ue mihi ſubito factum eſt carere ſuauitatibus nugarũ & quas amit-
tere met⁹ fuerat, iam dimittere gaudium erat. eijciebas eas a me: tu
vera & ſumma ſuauitas, eijciebas & intrabas tu pro eis omni volu-
ptate dulcior. Et ſic beatus Auguſtinus de terrena fluxibilitate mu-
B tatus eſt in cœleſtem ſapientię ſtabilitatem. ¶ Secunda ꝓprietas Sa-
lis eſt qꝫ miſſum in ignem ſalit. Hoc autem facit cœleſtis ſapientia
quę in igne tribulationum non deficit ſed in aduerſis iſti⁹ ſeculi gau
det & exultat Actu. vj. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu conci
lij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Nõ
fuit beatus Auguſtinus conſumptus tribulationibus præſentis ſecu-

ii:ſed exiſtens in eis velut ſal,ſaltauit in igne:in tribulationibus ple bium ſaltauit confortando,in tribulationib⁹ hereticorum ſaltauit diſ putando. In tribulatione vltima Vvandalorum ſaltauit in cœlum. ij.Reg.vj.Dauid ſaltauit totis viribus ante deum.Canti.ij.Ecce iſte venit ſaliens in montibus.Item tertia efficacia Salis eſt ꝙ malos hu mores conſumit & ſeruata putrefactione & vermes non ſinit gene rare.De ſapientia vero dicitur Sapientiæ vj.Concupiſcentia ſapien tię deducit ad regnum perpetuum.Tale ſal fuit beatus Auguſtinus cuius doctrina perfuſa eccleſia conſumit humorem concupiſcentię mentem a corruptione ſeruat,& vermes hereticorum occidit.vnde Paulinus epl̃a.xxvij.O vere ſal terrę:quo ꝑcordia noſtra ne poſſint ſeculi errore euaneſcere/condiuntur. Itẽ quarta ſalis vtilitas eſt,quia omnis ſaporis principium eſt. Eſt enim condimentum ſine quo ni hil eſt ſapidum:ſic abſq; cœleſti ſapientia nihil ſapit habentib⁹ ſanũ guſtum. Sed his qui infectum habent guſtum interiorem:non ſapi unt quæ dei ſunt. Doctrina vero beati Auguſtini eſt condimentum totius ſcripturę habens omnem ſaporem & ſuauitatem,Vnde Lõ gianus ait in epl̃a.xij.Sanctis ſcriptis tuis non melle ſed nectare dul cioribus:ſi mereor me informare digneris. Et Macedonius ad eun dem in epl̃a.xlvj.Miro modo afficior ſapientia tua,& in illis q̃ edi diſti & in his quę interueniens pro ſollicitis mittere non grauaris, q̃ tãtum habent acuminis ſanctitatis & ſcientię vt nihil ſupra ſit. De inde ponit cautelam. Diligenter enim ſal eſt conſeruandum,quia ſi periret:nõ eſſet vnde remedium poſſet adhiberi,ideo ait:ꝙ ſi ſal eua nuerit. Euaneſcere dicitur ſal quando propriam virtutẽ amittit,tũc enim vanum eſt & inutile. Vnde Mat.ix.dicit̃.ꝙ ſi ſal inſulſum fue rit &c. Alia littera habet ꝙ ſi ſal infatuatũ fuerit in quo ſalietur,quia enim non eſt ſal ſalis:ideo ſi ſal efficiatur inſulſum:nõ erit dare quo mõ ſaliri poſſit.vñ cõſidera quãta diligentia doctores eccleſię debẽt cuſtodire in ipſis ſal ſapiẽtę ne euaneſcat.Q̃m vt dicit Hieronym⁹. Si errauerit doctor,nullo alio doctore poterit emẽdari. Deinde poni tur taliũ reprobatio tripliciter. Pria ad nihil valet,q̃a ois res ad nihi lum valet cum non attingit finem & operationem ad quam ordina tur. ideo doctor infatuatus ad nihilum valere dicit̃,quia ſubditos ſuos ſale ſapientiæ ſalire non poteſt. Secunda reprobatio niſi vt mit tatur foras:gloſſa ab officio prædicandi. Tertia reprobatio,& con culcetur ab hominibus. Conculcatur quia pedibus opprimitur:ſic doctor infatuatus hominum affectibus conculcatur,quia in contẽ ptum habetur & cætera.

¶Subſer.I.ad idem.Et in numero. CXXX.

A Tria offi- cia lucis q̄ conuenie- bāt.S.Au guſtino.

VOs eſtis lux mundi.Secūdo doctor eccleſiaſticus cōpara-
tur luci.Lux habet tria officia. Primum eſt q̄ habet mun
dum illuminare:ſic doctores per doctrinę claritatem,vn-
de Chryſo.Per verbum vitę lux ſunt doctores quo illumi
nantur ignorantes.Daniel.xij.Qui docti fuerint fulgebūt quaſi ſplē
dor firmamenti,& qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellę in ꝑ
petuas æternitates,ſic eñ refulſit Auguſtinus per doctrinam ſuam
pręcellenter ſuper omnes doctores.Vnde ſanctus Paulinus in epi-
ſtola ad Valerium ſcripſit ſic.Sicut Sol eñi ſuper omnia lucētia lucet
ſic magnus doctor Auguſtin⁹ ſuper omnes aſcendit & volauit.Nā
cæteri doctores pauca de diuinitatis potentia dixerunt: Auguſtin⁹
autem ſubtilius volans omnia reſerauit:ideo non immerito Ange-
lus non natura:ſed gratia per nos nuncupatur.Item ſanct⁹ Proſper
ſic de eo dicit.Beatiſſim⁹ Auguſtinus dñs & caput eſt omnium do
ctorum.Nam ſicut lux inter corpora habet locum primū:ſic & hic
inter omnes doctores obtinet principatum.Hic eſt ſanctiſſim⁹ Au
guſtinus,qui tam ſapiens architector eccleſię fundamētum poſt ſan
ctiſſimos Apoſtolos conſtruxit & reparauit.Et ideo Remigi⁹ ſic de
eo dicit.In ſacras exponendo ſcripturas alij doctores comparantur
ſtellis:Augu.aūt Soli.Quia ſicut ſtellę lumen a Sole recipiūt:ita oēs
alij lumen verę ſapientiæ a fonte ſuę doctrinę hauriūt: ipſūq; demū
lumen in alios diffundunt.Secundum officium lucis eſt abſcondita
reuelare.ſic fecit Auguſtin⁹.Vnde de eo verificatū ē illd Iob.xxviij.
Omne ꝑcioſum vidit oculus eius,profunda quoq; fluuiorum ſcruta
tus eſt & abſcondita ꝑduxit in lucem.Vnde Poſſidonius in epiſtola
ad Macedonium de eo ſic dicit.Aug.homo cœleſtis & imago diui-
nitatis:pater patrum:doctor doctorum:abyſſus ſapientię:fiſtula al-
tiſſona:pręco veritatis:eructator diuinorum eloquiorum & inquiſi
tor pędictorum.Auguſtinus par Angelis in feruore,prophetis in
abſconditorum reuelatione.Par Apoſtolis in pędicatione,par mar
tyribus in deſiderando paſſionem,par Confeſſoribus in diſciplinæ
doctione,par Virginibus in continentię cōſeruatiōe.& ſubdit.Si cū-
cta corporis mei mēbra verterentur in linguas:adhuc non eſſem di
gn⁹ vel ſufficiens ad laudandum tātū patrem & doctorem & tātū fi
dei relucentis illuminatorem.hæc iſte.Tertium officium lucis ē ca-
lefacere & inflammare.Et certe doctor eccleſiaſticus debet in ſe di
uino ardore:& alios verbo ſapientię & doctrinæ & exemplo ſanctę
vitæ inflammare.Talis fuit ſanct⁹.S.Auguſtin⁹.Vnde beatus Baſi
lius in quodam ſermone dicit ſic.Ecce magnificus Auguſtinus Au-
relius,fornax charitatis:quē nihil ſeparat a charitate Chriſti.Quod
ſi vidiſſemus fratres quanto feruore bonos diligebat:quanta chari-

tate malos reprehendebat,quanto deſiderio captiuos redimebat,ve re nos dixiſſe puto. Ecce homo qui cum angelis volat, cum archan gelis cantat,cum Seraphin ardet,cũ Thronis ſedet, cum Virtutib⁹ mirabilia operatur. Item ſanctus Paulinus in Epiſtola ad Macedo nium ſic de eo dicit. Vidimus nuper frater amãde,venerabilem pa trem Auguſtinũ diuino amore inflammatũ quaſi ſeraphin:quẽ con iunctũ ſanctæ & indiuiduę Trinitati per contemplationem nullate nus dubitamus:admirantes ſuper his quę loquebatur,alta voce cla mantes:Bñdictus venter q te portauit,& bñdictus fructus quẽ dñs fidelibus donauit,& bñdictus ſermo oris tui. Et Poſſidoni⁹ in libro de vita ſancti Auguſtini,ſic de eo dicit. Auguſtinus ſapientiæ lumẽ ꝑfulgidum omnes eccleſiæ doctores tam ingenio q̃ ſcientia vicit in cõparabiliter florens tam exemplis ſanctarum virtutum q̃ affluen tia doctrinarũ. ❡Tertio doctor eccleſiaſticus cõparatur ciuitati rõe ſpũalis vitę.vñ dicitur,Non põt ciuitas abſcõdi ſupra montẽ poſita Etiã ſi abſcondi voluerit,mons ſupra quẽ poſita fuerit/eã patere fa cit. Et nota,ꝙ quilibet iuſtus/ciuitas dici põt quã deus ĩhabitat. Cu ius ædificium eſt in ſpe,fide,& charitate:fortitudine & temperãtia, iuſtitia,prudẽtia,cęteriſq; virtutibus atq; oĩbus donis. Soli vero do ctores eccleſiæ q vita & virtutibus alios iuſtos excellũt,ſunt ciuitas dei:nõ vbiq; ſita,ſed fundata in mõte & altitudine iuſtitię. Licet eñ alij iuſti latere poſſint,doctores tñ ecclię noti ſunt, quoꝝ vita oĩbus patet. Hiere.xxx. Ciuitas ędificabiť in excelſis. Vbi attendendũ eſt ꝙ.B. Augu. ciuitas dei dici põt,qa in eo fuit oĩs virtutis ędificiũ,vt eſſet dignũ diuinitatis habitaculum,ſicut patet in.iiij.li. Confeſſ. Tũ quia totis virib⁹ laborauit ad ędificium ciuitatis ſupernæ. vnde Au guſtinus dicitur quaſi augens ciuitatem ſupernam. De quo legitur in Epiſtola hodierna. Eccľ.l. Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua ſuffulſit domum &c. qui præualuit amplificare ciuitatem dei. Tum etiam,quia ſicut reperitur in ciuitate quicquid eſt neceſſarium vitæ ſic in beato Auguſtino,quicquid eſt neceſſarium ſaluti iuenitur. vn de Seuerus Auguſtino, Epſa.xxiij. O vere artificioſa apis dei con ſtruens fauos diuini nectaris plenos,manantes miſericordiã & veri tatẽ:per quos diſcurrens delitiatur aĩa mea,& vitali paſtu quicq̃d in ſe minus inuenit aut imbecillũ ſentit,reſartire & ſuffulcire molitur. vnde fuit beatus Auguſtinus in monte conſtitutus,qa non ſolũ quẽ cũq; gradũ in ſe habuit virtutũ,ſed quemadmodũ doctrina/ita vita ipſius in ſublimi fuit ſtabilita. Eccľ.l. Quaſi oliua pullulãs, & quaſi cypreſſus i altitudinem ſe extollens. ideo eſt tutum ad ſe redeuntiũ refugium. Hiere.j. Ego dedi te in ciuitatem munitã ſuper omnem terram. Item beatus Auguſtinus fuit ciuitas nõ abſcondita,ſed ma

B

Q̃ꝺo doctor ꝯpať ciuitati ſupra mõtẽ ſitæ.

niſeſta cunctis gentibus. vnde Audax in Ep̄la.lxvij. Auguſtinus legis oraculum, ſacrator iuſtitiæ, reſtaurator ſpiritualis gloriæ, diſpenſator ſalutis æternæ: tam tibi mundanus orbis notus eſt q̄ nota tua tam tu ei cognitus q̄ probatus. In omnem enim terram exiuit ſonꝰ eius, & adhuc vident eum in altitudine poſitum ſtudio diligenti oēs
C viri eccleſiaſtici. ¶ Quarto doctor eccleſiaſticus lucernæ comparatur exaltatę ſuper candelabrum, ratione boni exempli quod alijs demonſtrat. Vnde ſaluator dicit. Nemo accendit lucernam. Lucerna eſt doctor eccleſiaſticus, quaſi lucis vrna, vbi ſit oleum gratiæ ſpiritus ſancti & lumen ſanctæ operationis/ quam accendunt pater & filius & ſpiritus ſanctus igne charitatis: vt exterius luceat per boni exempli oſtenſionem: nec eam ſub modio ponunt. Modius ſignificat deſiderium rerum temporalium, vel quia ad partem ſuperiorem eſt vacuus ſcilicet ad cœleſtia, vt dicit Chryſoſtomus: vel vt innuit Auguſtinus, quia terrena modio & menſura ſuſcipiuntur/ ſic ꝙ nunq̄ ſatiant. Poteſt etiam dici ꝙ modius ſignificat hæreticorū doctrinam. ſub iſto modio deſiderij rei temporalis lucerna doctoris ponenda non eſt, quia non luceret/ ſed ſuffocaretur curis ſeculi. Sed ſuper candelabrum. Nomine candelabri/ ſancta Eccleſia intelligitur: ſicut in Apocalypſi legitur, Candelabra ſeptem ſunt ſeptem eccleſiæ. quia ſtatus magiſterij eſt cæteris dignior. Ad quid vero ibi ſit poſita, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, magnis & paruis, ſapientibus & ſimplicibus, fidelibus & infidelibus qui ſunt in mundo iſto. Deinde hortatur doctores ſic exaltatos ſuper candelabrum eccleſiæ dicens. Sic luceat lux veſtra verbo & opere coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. Sicut enim luminaria data ſunt vt luceant ſuper terram, ita doctores Eccleſiæ ſunt inſtituti/ vt luceant ſanctis operibus. Ad quem vero finem hoc fieri debeat, ſubiungit. Vt glorificent patrem veſtrum. Gloria enim operum noſtrorum ad deū eſt referenda. Quia vt dicit Chryſoſtomus, Diſciplina domini ex moribus familiæ demonſtratur, qui in cœlis eſt. Quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum
D eſt deſcendens a patre luminum. ¶ Vbi plura conſideranda occurrunt ad commendationem egregij doctoris & glorioſi patris Auguſtini. Ipſe namq; fuit lucerna ſuper candelabrum exaltata, quaſi lucis vrna, & vas cœleſtis luminis: lucerna quippe aurea fulgore ſapientiæ, lucerna argentea ſono doctrinæ, lucerna ærea robore conſtantię, lucerna ex lapidibus precioſis decore virtutum. Eccleſiaſt. quinquageſimo. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide precioſo. Item iſta lucerna non fuit vacua, ſed cum prudentibus virginibus accepit beatus Auguſtinus oleum gratiæ ſpiritus ſancti in va

ſementis,ſilicet cum lampadibus. Item non fuit lucerna fumigans/
vel extincta,ſed vt dicitur Ioannis quinto,ipſe erat lucerna ardens
& lucens.ardens igne charitatis,& lucens doctrina & exẽplo. Quo-
modo ipſe arderet dicit.xiij.Confeſſio.xiiij.Dono tui amoris accen-
dimur,& ſurſum ferimur,& cantamus canticum graduum:igne tuo
bono inardeſcimus,& imus ad pacem Hieruſalem . Sic vero exar-
ſit/vt nullus potuerit hunc ignem extinguere.Prouerb.viij. Nõ ex-
tinguetur in nocte lucerna eius. Quomodo vero refulget exemplo
& doctrina/manifeſtum eſt,quia ad lumen ipſius omnes erudiun-
tur.Iob.xxix.Splendebat lucerna eius ſuper caput meum,& ad lu-
men eius ambulabam in tenebris. Item non fuit iſta lucerna abſcõ-
dita ſub modio terrenæ cupiditatis.aut ſub modio hæretici dogma
tis,ſed honorifice exaltata ſuper candelabrum eccleſię.Eccleſiaſt.
xvj.Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum,quatenus vn
diq; diffundatur ſplendor ipſius. Vnde Paulinus Auguſtino, Epi-
ſtola decimaquinta. O lucerna digna ſuper candelabrum eccleſiæ
poſita,quæ late catholicis vibibus de ſeptiformi ligno paſtum oleo
letitiæ lumen effundens,denſas licet/ hæreticorum caligines diſcu-
tis,& lucem veritatis a confuſione tenebrarũ ſplendore clarifici ſer-
monis enubilas . Item reſpenduit beatus Auguſtinus non ad pro-
priam gloriam,ſed vt glorificent homines cœleſtem patrem. Nam
ſuis laudibus contriſtabatur : vt dicit Confeſſ.iiij.ca.xxviij. Ad lau-
dem vero dei incitauit animos hominũ . Vnde Seuerus Auguſtino
Epiſtola.xxvij.Tu innuis deum,vt quicquid in te delectabile lucet
referentes nos ad illum ipſius eſſe cognoſcamus: de cuius bonitate
tã bonus es,& de cuiꝰ puritate & ſimplicitate & pulchritudine ſim-
plex & pulcher es:& illi agamus gr̃as de bono tuo dono ſuo. Itẽ eſt
& aliud candelabrũ ſupra quod lucerna iſta glorioſa poſita eſt,& hoc
candelabrum eſt regularis obſeruãtia quam ipſe inſtituit. Exo.xxx
vij.Fecit Beſeleel candelabrum ductile de auro mundiſſimo. Beſe-
leel vmbra dei ſiue vmbraculum dicitur. Et ſicut vmbra ẽ imitatio
corporis,ita beatus Auguſtinus diuinæ trinitatis expreſſa fuit ima
go:non tm̃ per creationem,ſed per notitiam & amorem:quia totꝰ
ipſe diuinæ trinitati configuratus fuit. Ipſe candelabrum fecit talis
artifex obſeruantiæ regularis. Dicitur autem candelabrum eo ꝙ
candelam fert Regularibus.maxime datur illud mandatum,Lucę
decimoſexto,Sint lumbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes in Candela-
manibus veſtris . Item illud religionis candelabrum /ſuper tribus bꝝ religi
pedibus ſtabilitur. Quorum vnus eſt præcepta Euangelica,ſuper onis ſup
quæ firmauit regulę principium:ſcilicet,de dilectione dei & proxi- tribꝰpedi
mi,dicens. Ante omnia fratres chariſſimi,& cætera. Alter pes eſt bꝰ ſtabili-

doctrina Apoſtolica. Nā factus preſbyter, monaſterium monachorum mox inſtituit, & cœpit viuere ſub regula a ſanctis Apl'is conſtituta. Tertius pes eſt confirmatio eccleſiaſtica: quia eccleſia ipſius regularem obſeruantiā approbauit & confirmauit. Itē ſup iſtis tribus pedibus religionis ſtabilitur candelabrum ductile ex auro mūdiſſimo. Ductile quidē per obedientiam, vt de voluntate ſuperioris ſortiti dicanť. de qua ipſe in Regula. Præpoſito tanq̄ patri obediať. Ex auro p cōmunē vitā quaſi nihil ꝓpriū poſſideať. q̄ vita aurea eſt ſui ꝑcioſitate, de qua ipſe in Regula. Nō dicatis vobis aliquid propriū ſed ſint vobis omnia cōmunia. Eſt rurſum candelabrū mundiſſimū ratiōe caſtitatis & pudicitiæ: de qua ait ipſe in Regula. Inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite.

¶ Subſer. ij. & in numero. CXXXI.

A QVi autē fecerit & docuerit ſic homines, hic magnus vocabitur in regno cœloꝝ. Vbi ponitur præmiū veri doctoris, qualis fuit beatus Auguſtin'. ¶ Circa quod ſciendū, ꝙ regnum cœloꝝ tria ſignificat. Vno modo ſecundum Greg. regnū cœloꝝ ꝑſentis tpis eccl'ia dicitur: in qua doctor qui mādatū ſoluit, & ſic docet, minimus vocať hoim reputatione: qa cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius ꝑdicatio cōtemnať. Qui aūt fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Et in regno iſto ſ. ꝯgregationis fidelium, beatus Auguſtinus fuit magnus triplici magnitudine: ſcilicet charitate ſcientię, auctoritate doctrinæ, & exēplaritate vitæ. Magnitudo quidē ſcientię tanta fuit in eo, vt nihil videatur ſacræ ſcripturę ignoraſſe. vnde Voluſianus in Ep'la ſecunda Vtcūq; abſq; detrimento diuini cultus in alijs doctoribus toleratur inſcitia: at cum ad antiſtitem Auguſtinū venitur, legi dei deeſt qcqd cōtingit ignorari. vnde legis oraculum audax eum appellauit vt ſupra. Item magnus eſt in eccl'ia auctoritate doctrinæ. Tātę eñi auctoritatis eſt eius doctrina, vt nihil in diuinis ſcripturis ſit ſolidum qđ non ſit eius auctoritate confirmatum. Vnde Hieronymus ſcribens Auguſtino, Epiſtola centeſimaquinquageſimaſexta, dicit ſic. Mihi decretum eſt te amare, te ſuſcipere, colere, mirari, tuaq; dicta quaſi mea defenſare. Item Octauianus dux de eo ſic ſcribit. O luculētiſſime ſanctæ fidei ædificator. & omnium ſapientum magnificus emēdator, in cuius lingua omnes ſermones fidei, in cuius corde omnis ſapiētia. Item tertio magnus fuit in eccleſia exemplaritate vitę. vñ ſanctus Baſilius ſic ſcribit de eo. Ecce Auguſtinus Aurelius, margarita cœleſtis, archa Noe, & antiquæ legis ſanctitatiſq; exemplū. Et Anaſtaſius in Epiſtola add Nectarium. Tanta (inquit) erat excellētia & ſublimitas ſanctitatis patris Auguſtini, ꝙ oim dei ſeruoꝝ vitā

.B. Augu. fuit magn' i eccl'ia iſcripturis & i regno cœleſti.

culpabilem & reprehenſibilem apparere faciebat. Studeamus igit omnibus virtutibus pollere, vt ipſum imitari valeam⁹. Alio modo ſecūdum Hieronymum in epiſtola ad Paulinum. Regnum cœlorū eſt ſacræ ſcripturæ ſtudium. In hoc etiam regno beatus Auguſtin⁹ fuit magnus, vt patet euidēter in omnibus libris ſuis. Tertio regnū cœlorū eſt vita æterna. In hoc etiam regno beatus Auguſtinus eſt magnus. Nam ſicut ipſe hic excellebat cæteros doctores in cognitione glorioſæ Trinitatis cū ardenti charitate: Ita ibi ipſe excellit cęteros beata fruitione & coronę ſingularis glorię adeptiōe. Ad quod eſt exemplū quod legitur. Q̄ dū quidā in ſpiritu raptus ſanctos in gloria cōſpexiſſet, & beatū Auguſtinum minime vidiſſet: quēdam ſanctum vbi nam ſanctus Auguſtinus eſſet, percunctatus eſt. Qui reſpondit. Altiori eñ nobis continetur loco, vbi reſidens in excelſis diſputat de gloria excellentiſſimæ Trinitatis. Vnde Petrus Damiani in quodā ſermone de eo dicit ſic. Auguſtinus nunc ſanctorū p̄ſulum ſtola indutus, coronam martyrum multiplici labore cōſecutus, apoſtolorꝫ collegio meritis & gratia coęquatus, archangelorum beatitudini conſociatus, ęterni regis thalamo pro cuius amore ſeſe mortificauerat, & ad cuius ſolam viſionem ęſtuanti deſiderio peruenire deſiderabat, ꝑpetuo locatus, opere & verbo regiā viā inſinuat oībus. Per quam viam incedere nobis concedat Ieſus Chriſtus.

¶Sermo ſecundus ad idem.
& in numero. CXXXII.

TV ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore in delitijs paradiſi fuiſti. Ezechie. xxviij. In verbis iſtis beatus pater noſter Auguſtinus doctor egregius attollitur eximie quo ad quatuor, perfectionem rationalis naturæ omnimode integrantia.

¶Primū eſt diuinæ ſimilitudinis participatio gratioſa. Secundū, diuinæ veritatis contēplatio luminoſa. Tertiū eſt, diuinę bonitatis cōfirmatio amoroſa. Quartum, diuinæ ſuauitatis delectatio delitioſa. Hæc quatuor in verbis ꝓpoſitis deſignant. Et pfectiſſime habent in patria, vbi natura rationalis ſumma pfectione ē ſublimata, & quāto ꝓpinquius in hac vita ab aliqua mente attingunt ea q̄ ſunt patrię tanto perfectior eſt. Et q̄a hęc in beato Auguſtino fuerunt pfectiſſime, in quantū ſtatus viæ patitur: Ideo ſibi verba ꝓpoſita appropriata cōueniunt, Tu ſignaculum. Vbi primo ꝯmendatur a diuinę ſimilitudinis participatiōe gratioſa, a qua ſingulari gratia fuit ad eſſe diuinum ſupernaturaliter eleuatus. Tu ſignaculū ſimilitudinis. Secūdo a diuinæ veritatis contēplatione luminoſa, qua fuit ſuper oēs doctores intellectualiter illuſtrat⁹, Plenus ſapiētia. Tertio a diuinę bo- A

nitatis cõformatione amoroſa, qua fuit in deũ per amorem totaliter tranſformatus, Perfectus decore. Quarto a diuinę ſuauitatis ꝑguſtatione delitioſa, qua fuit interno guſtu mentaliter delectatus, In delitijs. Quantũ ad primũ ſciendũ, ꝙ deus pater in ſua æternitate tanq̃ mirus artifex ſculpſit quoddã ſigillum in corde paterno, in quo ſeipſum totũ & totaliter expreſſit verbo vnico: totã videlicet ſuã ſubſtantiã vel naturã & totam ſcientiã quã in corde paterno habuit. Illud ſigillũ eſt verbũ æternum, quod ſecundũ Apoſt. eſt ſplẽdor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. De cuius figuræ pfecta expreſſione/ dicit Auguſti. xv. de Trinitate. Pater genuit verbum ſibi æquale per oĩa. Non eĩm ſe integre perfecteq; dixiſſet, ſi aliquid amplius vel minus eſſet in eius verbo q̃ in ſeipſo. Et ſequitur. Quicquid eſt in ea ſcientia de qua eſt genitum & in ipſo eſt, & quod in ea nõ eſt/ nec in ipſo eſt. Et quia in ſcientia patris continentur omnes creaturę, ideo expreſſione huius ſigilli nõ ſolum pater expreſſit ſe, immo etiã eſſe oĩm creaturarum. Vnde dicit Anſel. ꝙ pater dicendo ſe eodẽ verbo dixit omnem creaturã. Et hinc eſt ꝙ in figura huius inenarrabilis ſigilli ſunt formæ & exemplaria omnium creaturarum. Et ſecũdũ ꝙ quælibet creatura in re extra ab illo ſigillo impreſſionẽ accepit, ſecundũ hoc eſt maius vel minus perfecta. Nam perfectiones creaturarum in re extra / non ſunt niſi quædã impreſſiones participatiue ab illo infinite actuantis ſigillo deriuatę, q̃ dicunẽ ſignacula/ nõ ſigilla: vt proprie dicatur ſigillũ originalis figura ſecundum quam fit impreſſio, vt figura ſculpta in metallo: ſignaculum autẽ figura ex hoc impreſſa, vt in cera, vel in materia conſimili/ quæ dicitur ſigillum ſigillatũ. Differenter aũt ab hoc ſigillo deriuata ſunt ſignacula in creaturis, quia his quidem clarius, his vero obſcurius: vt dicitur in primo de Cœlo. Et ſecundum ꝙ magis vel minus participant perfectiones & proprietates primi ſigilli, ipſius ſcilicet verbi æterni, ſecũ

B dum hoc plus vel minus perficiuntur. ¶ Inter omnes autem proprietates verbi præcipue legimus de duabus, ꝙ videlicet ipſum ꝑdicamus dei virtutem & ſapientiam. j. Corinth. j. Et hęc duo etiam dicuntur Ioan. j. de verbo æterno. Omnia per ipſum facta ſunt. ecce dei virtus, operatiua potentia &c. Candor eſt lucis æternæ. Sapien. vij. Ecce dei ſapiẽtia. Et quia hęc duo perfectiſſime p participationẽ præ cæteris ſanctis relucebant in beato Auguſtino: Ideo conueniẽter & anthonomatice ipſi dicitur, Tu ſignaculum &c. Relucebat in re quã in eo virtus diuina in ſua miraculoſa conuerſione, & ſapiẽtia in ſcripturarum plucida ẽxpoſitione. Dico ꝙ in ſua conuerſione relucebat virtus dei, quod patet ex trib᷑. Primo ex ipſo ꝯuerſionis ope qđ maius ẽ q̃ nouũ mũdũ creare. Cui᷑ rõ eſt, ex repugnãtia liberi ar

Qũo ſingulariter i .B. Au lucebant virt᷑ dei & ſapientia.

bitrij:ſed in creatiõe nulla eſt repugnãtia. Secũdo ex eius pnũciatiõe Illorũ em̃ natiuitas in ſcriptura legit̃ pnũciata, in qbus virt⁹ ſingulariter magna & mira eſt opata: vt de Chriſto, Maria, Ioã. Bapt. & Sãſone. Et quia deus de. B. Auguſtini conuerſione magna & magnalia puiderat, ideo ipſam voluit prænũciari: & hoc dupliciter. Vno modo per hominem quaſi ſpiritu prophetico, vt ipſe ſcribit de Ambroſio, qui matri petenti & flenti/quaſi prophetica voce reſpondit: Vade ſecura, quia impoſſibile eſt. &c. iij. Confeſſ. in fine. Alio modo p angelum, quando mater vidit ſe ſtare in quadam regula lignea licet triſtem, & quidam pulcherrimus iuuenis (non dubium quin angelus) aſtitit, & dixit. Eſto ſecura, quia vbi tu/ibi ille: & ſtatim eum iuxta ſe vidit. ¶ Tertio hoc patet ex eius conuerſionis modo & proceſſu, quia per omnia inſtar conuerſionis Pauli / intellectualiter tamen facta eſt: quod patet inducendo per ſingula, quæ contigerunt circa Paulum. De Paulo em̃ legitur, q erat ſpirans minarũ & cędis &c. & Auguſtinus de ſeipſo dicit. ix. Confeſſ. Fueram latrator amarus aduerſus literas de melle cœli melleas &c. Et ſicut Paulus ſpirabat / vt vincularet fideles, qa dicitur: Vt vinctos perduceret i Hieruſalem: ſic Auguſtinus obſeruabat doctores & prædicatores fidei, vt eos caperet in ſermone, & cõtra eos diſputaret. Et præcipue legitur de ſancto Ambroſio. v. libro Confeſſ. circa finem. Item Paulum circumfulſit lux de cœlo: ſic Auguſtinum lux intellectualis, vt ipſe dicit. vij. Confeſſ. Vidi (inquit) qualicunq; oculo animę meæ ſupra eundem oculum animæ meæ, ſupra mentem meam, lucẽ domini incõmutabilem, nõ hanc vulgarem & conſpicuam omni carne, nec quaſi in eadẽ gratia: grãdior erat tanq̃ ſi iſta multoq; clarior clareſceret, totumq; occuparet magnitudine: non hæc illa erat, ſed aliud valde, ex iſtis omnibus. &c. Item Paulus cecidit in terram: ſic Auguſtinus cecidit in faciem propriæ recognitionis. vnde viſa prædicta luce dicebat. Inueni me longe eſſe a deo in regione diſſimilitudinis &cæ. Cibus ſum grandium. &c. Item Paulus excæcatus eſt a claritate illius lucis: ſic Auguſtinus. ix. Confeſſio. Cum te primum cognoui, verberaſti infirmitatem aſpectus mei, & iterum ſenſi / & expertus ſum, non eſſe mirum / q ægris oculis odioſa lux eſt. &c. Vnde & hanc priſtinam ſuam cæcitatem poſtea commemorans, dicebat. x. Confeſſi. Coruſcaſti, ſplenduiſti, & fugaſti cæcitatem meam. Item Paulus audiuit vocem, Quid me perſequeris: ſic Auguſtinus percepit quẽdam inſtinctum quaſi redarguentem ſe in quadã rixa grandi interioris domus ſuę cũ dicebat: Quid patimur, quid eſt hoc Surgunt indocti &c. viij Confeſſio. Item Paulus ait. Domine, quid me vis facere?: ſic Auguſtinus diuinæ voluntati ſe totũ exponebat.

C

Cõparat̃ conuerſio Auguſtini ꝯuerſioni Pauli.

dicens.viij.Confeſſ. Age domine,fac,excita & reuoca nos,accende & rape,flagra,dulceſce:iam amem' & curramus. Item Paulo dictũ eſt,Surge & ingredere ciuitatẽ.Sic Auguſtino p occultos inſtinctus dictum eſt,Surge q dormis.viij.Confeſſ. Et ſicut Paulus iuſſus eſt ingredi ciuitatem pro ſua inſtructione: ſic Auguſtinus iuſſus eſt legere ſcripturas pro eruditione. Tolle tolle &c. Declara,quomodo ſacra ſcriptura aſſimilatur ciuitati. Demum ad Paulum miſſus eſt Ananias,vt viſum reciperet: ſic Ananias qui interpretatur donum gratiæ, Auguſtinũ totaliter illuminauit,quando aperto codice apoſtolico,legit: Induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.& ſtatim quaſi infuſa luce ſecuritatis,ab eo oẽs dubietates diffugerunt.

¶Subſermo primus ad idem,
& in numero.CXXXIII.

PLenus ſapientia. vbi ſupra. Hic notatur diuina ſapientia quæ i.B. Auguſtino relucebat in ſcripturarũ perlucida ex-
A poſitione,in eo quod dicitur, Plenus ſapientia.¶Vbi ſciẽdum,ꝙ plenitudo ſapientię conſiſtit ex tribus.videlicet, ex obiecto:ex potentia:& ex lumine. Ex obiecto quidẽ,qa de ſcientia q̃ eſt de obiecto delectabili & trãſmutabili,homo nõ põt dici plenus ſapientia:cũ tale obiectũ nõ poſſit implere & ſatiare aiam. De' aũt ſolus in quo ſunt perfectiones oĩm gratiarũ,poteſt mentẽ replere. Et ideo ipſe eſt obiectum faciens hominẽ plenũ. Et hinc eſt,ꝙ expreſſa imago dei in mente attenditur ſecundũ ꝙ mens agnoſcit deum:nam in tali cognitione ipſa mens deo conformatur,ſicut omne cognoſcens in quantũ hmõi aſſimilat̃ cognito. In cognitione autem aliarum rerum & maxime temporalium,mens nõ ſic ꝯformatur deo,ſed magis ipſis rebus. Et licet in cognitiõe qua cognoſcit ſe ipſam,& p̃cipue prout ſeipſam conſiderat vt eſt imago dei,poſſit attendi imago dei in mente quodammodo & ſecũdario. Prima tamẽ & principaliter imago dei ponitur in mẽte,vt cognoſcit ipſum deũ ratione dictæ conformationis. Igitur beatus Auguſtinus totam ſuã ſpeculationem direxit ad cognitionem diuinorum:ideo bene dicit̃ plenus ſapientia. Vnde ipſe dicit.v.Confeſſ. Infelix homo qui omĩa ſcit,te autem neſcit: beatus aũt qui te ſcit,etiam ſi illa neſciat. Qui vero & illa nouit & te,non propter illa beatior,ſed propter te ſolum
B beatus eſt. Vnde etiã ipſi adhuc gentili,nulli libri placuerunt plene, vbi non erat nomen Ieſu Chriſti.¶Secundo plenitudo ſapientię ſumitur ex potentijs,puta ꝙ non tm̃ vna potentia,ſed tota mẽs quo ad omnes ſuas potentias repleatur. Non em̃ ſatis eſt de deo aliquã ſpeculationem habere,& non amare,nec aliquem guſtum ex hoc p̃cipere. Vnde Auguſtinus poſt verba allegata,cum dixerat,propter

te ſolum beatus eſt,ſubdidit.Si cognoſcens te ſicut deű glorificet,& gratias agat:& non euaneſcat in cogitationibus ſuis.& ponit exemplum de habente arborem,& cętera.Repleaẽ ergo memoria iocunda pręſentia,& cõtinua meditatione:repleatur intelligentia ſui perſpicaci contemplatione:repleatur & voluntas amoris tripudio,& in terni ſaporis pręguſtatione:& hæc eſt vera ſapiẽtia & ſapida ſciẽtia: repleatur & executiua bonorum operum continua exercitatione. Hoc enim pertinet ad veram ſapientiam quę eſt donum ſpiritusſã cti:vt non ſolum perficiat hominẽ ad cognoſcẽdű,& ad recte iudicã dum circa res diuinas:ſed vt etiam tribuat homini quandam naturalitatem,ſiue vnionem ad ipſa diuina quæ fit per charitatem. Vnde dicit Diony,ꝙ ſapiens in diuinis eſt,nõ ſolum diſcens,ſed & patiens diuina.Et in tali mente ſic informata per huiuſmodi nobiles habitus,perfectius idea imaginis inuenitur:ſic erat Auguſti. Quãtum ad memoriam dicit.iiij.Confeſ.Domine deus dignatus es habitare in memoria mea ex quo te didici.Item virtus animæ meæ:intra in eam,& coapta eã tibi:vt poſſideas ſine macula aut ruga.Quã tum ad intelligentiam dicit.ix.Confeſ.Erigentes nos interiori affectu,& cętera.Require in ſermone.Scio hominem,ante finẽ.Quãtű ad voluntatẽ dicit.ix.Cõfeſ.Sagittauerat cor meum. & capi.viij. Confeſ. Mihi autẽ diſplicebat quicquid agebam in ſeculo. ¶Tertio ex parte luminis intellectualis.Nam i lumine naturali mens nõ impletur cognitiõe omnium eorum quorum capax eſt. Et ideo ſuperadditur quoddam lumen ſupernaturale quo impleatur eius capacitas.de quo Pſal.Satiabor cum apparuerit gloria tua. Hoc autem lumen Auguſtinus habuit in gradu excellẽtiſſimo:quantű poſſibile eſt in hac via haberi circa ſtatum patriæ. Nam in illo lumine patrię viator docere nõ poteſt.vt patet de Paulo qui dicit ſe vidiſſe, q̃ non licet homini loqui.Et ideo tale lumen ſcilicet gloriæ:quo ad hoc,doctoribus inutile eſſet,ſed exigiẽ i eis lumen intellectuale manens:quale habuit Ioannes,cum ſcripſit.In pricipio erat verbű.Tale i ſummo habuit Auguſtinꝰ,vt ipſe dicit.v.Confeſ.propterea credo,ꝙ tu me docueris. De qua etiam luce dicit.vij.Confeſ.Vidi qualicunq; oculo.&c.Et habes ſupra in ſermone p̃cedenti circa principium.Igitur quia in Auguſtino tanta relucebat ſapientia quę eſt appropriatum verbi:ideo conuenienter ſibi dicitur.Tu ſignaculum ſimilitudinis.Vnde etiam de eo poteſt exponi illđ Iob.xiiij.Qui claudit ſtellas quaſi ſub ſignaculo:quia in ipſo i ſcrinio ſui pectoris,qua ſi tota ſapientia fuit recluſa:q̃ quaſi aperto ſigillo eructatione ſuæ doctrinæ ore & manu fuit mũdo pãdita & reſerata. Vñ ipſe dicitur claudere ſtellas,id eſt omnium aliorum doctorum doctrinas in ſuo C

pectore:quaſi ſub ſignaculo ad modum quo liber vel litera claudiť
D ſigillo. ¶ Vel aliter,quia eñ alij doctores cõparãť ſtellis, & ipſe Soli,iuxta illud,quaſi Sol refulgens:ipſe quaſi malus lumẽ obũbrabat min⁹. Et ſcdm hoc diciť aliorũ doctorũ doctrinas claudere:quo Sol lumen oĩm ſtellarũ originaliter ĩ ſe claudit,& ſua luce eas obũbrat. vnde Hiero.in epl'a ad Augu.Certe qcq̃d dici potuit, & ſublimi igenio de ſcripturarũ hauriri fõtib⁹,a te poſitũ:atq; diſertũ ẽ. Et idem Hiero.i lib.de duodecĩ doctorib⁹. Auguſtin⁹ Ep̃s volans per montium cacumina quaſi Aquila:& ea quę ſunt in mõtibus radicitus cõſiderans,multa cœlorũ ſpatia,terrarum ſitus,& aquarũ circulos,claro ſermone pronũciat. Et Voluſian⁹ in epiſtola. Legi dei deeſt quicquid Auguſtinum contigerit ignorare. Item Gregori⁹. Si delitioſo cupitis pabulo ſaginari:beati Auguſtini opuſcula legite: & ad comparationem illius ſimilaginis,noſtrum furfurem non quęratis.

¶ Subſer.ij.ad idem:& in numero.CXXXIIII.

A Perfectus decore.vbi ſupra. In hoc verbo commendatur Auguſtinus a diuinę voluntatis conformatione amoroſa, quia dicitur perfectus decore. ¶ Vbi ſciendum q̃ ali⁹ eſt decor incipientium,alius proficientium,& alius perfectorum:& hi ſoli tertij dicuntur perfecti decore,vt Auguſtinus. Decor incipientium conſiſtit in innocentiæ conſeruatione,vel eius recuperatione:proficientium in continuo exercitio,& ſpirituali progreſſione:perfectorum in Chriſti omnimoda imitatione. Quantum ad primum:ſcilicet,de decore incipientium eſt ſciendum,q̃ incipientium quidam ſunt adhuc in innocentia perſiſtentes. Vnde Pſal. Iudica me domine,quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & tales necdum adhuc impulſus tentationum nouerunt. & ideo dicit. Et in domino ſperans non infirmabor. Alij ſunt pœnitentes qui ab innocentia ceciderunt,& eam recuperare deſiderant. Vnde idem Pſal. Lauabo inter innocentes manus meas:id eſt,pœnitendo & cõfitendo munda faciam opera mea,& circundabo: id eſt, virtutibus ornabo altare tuum domine:id eſt,mentem meam,vbi deo vota offeruntur. De primorum innocentum numero Auguſtinus fatetur ſe non fuiſſe:ſed de ſecundorum. Vnde ipſe.ij.Confeſſio. dicit ſic. Recordari volo trãſactas fœditates meas,non q̃ eas amem: ſed vt te amem deus me⁹:amore amoris tui facio iſtud recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recogitationis meæ: vt tu dulceſcas mihi dulcedo non fallax:dulcedo felix & ſecura. Sed quia dictum eſt de recuperanda innocentia per pœnitentiam: dubitare poſſet aliquis,an hoc ſit verum,q̃ innocentia poſſit recuperari. Et videtur q̃ non:quia ſecundum Hieronymum. Etſi deus omnia poſſit. &c.

de virgine &c. Sed contra per Gregorium in quadam oratione. Deus innocentiæ reſtitutor. Reſponſio. Dicendum, ꝙ innocẽtia dupliciter ſumitur. Vno modo prout negat actum: ſicut dicitur innocens qui nunq̃ cõmiſit aliquid quo fieret nocens vel reus. Et ſic innocentia perdita recuperari non poteſt: quia hoc ſolo priuatur deus genita facere ingenita, Ethico. & ſic intelligitur verbũ Hieronymi. Quia deus non põt facere quin corrupta fuerit corrupta, quo ad actũ pteritũ. Alio modo innocentia ſumiſ prout negat culpã, & ſic poteſt recuperari: quia deus omnem culpæ maculam poteſt amouere, vt aĩa tanta puritate niteat ſicut prius ante omne peccatum. Et ſic intelligitur verbum Gregorij. Exemplum de vtroq; in pãno nitido & in lutum proiecto, vbi fieri non poteſt quacunq; virtute quin iam proiectio facta ſit: ſordes tamẽ ablui poſſunt, vt recipiat priſtinam mũditiam & nitorem vel maiorem. Ex quo etiam patet ꝙ præmium qđ debetur actui vel operi recuperari nõ poteſt, vt aureola virginũ. Quod aũt debetur merito ſecundum radicem charitatis, recuperari etiam poteſt in gradu ampliori. Vnde etiam patet, ꝙ poſſibile eſt ꝙ qs per vnum & eundẽ numero actum perdat aureolã & mereatur auream: vt ſi quis ſola ſpe prolis ex pręcepto diuino, vel aĩas ex charitate vxori copuletur, vt de multis antiquis patrib⁹ legitur. vnde Auguſt. Non audeo cœlibatum Ioãnis pręferre coniugio Abrahę. Et hoc verum quantum ad pręmium eſſentiale. ¶ Quantũ ad ſecundum de decore proficientium eſt ſciendum, ꝙ hmõi decor cõſiſtit in tribus: videlicet, in prudenti tentationum reluctatione: in cõtinuo proficiendi deſiderio abſq; interpolatiõe: & in actuali bonorũ operũ exercitatione. Circa primũ conſiderandum, ꝙ conuerſis & pficientibus multo fortior pugna ſupereſt q̃ alijs. Militia eſt eñ vita hoĩs ſuper terram. Iob. vij. Quod maxime verum eſt de proficientibus. Peccatores eñ non multum tentantur, quia tales non cruciãt ipſum. Item nec perfecti, quia ab eis hoſtis ſuperatus eſt. Reſtat ergo pręcipue pugna proficientibus: quia per eos maxime hoſtis aſfligitur & cruciatur. Cuius ratio eſt, quia ipſe quaſi a tota ſpecie odit in nobis opera virtuoſa, quæ ex pertinacia voluntatis ſuæ ſunt ſibi maxime contraria, eo ꝙ ipſe ea ſeruare in cœlo contẽpſit. Iob. Sternit ſibi aurum quaſi lutum. Ideo in quolibet actu virtutis diabolus cruciatur, & quaſi colaphizatur, & perdit vim tentandi, quãdo a ſanctis ſuperatur, ſecundum Origenem. & eſt. ij. ſenten. di. vj. Cadit hic vna quæſtio notabilis, an diabolus plus doleat de peccatoris conuerſione, vel de conuerſi profectu & progreſſione. Et quidem videtur prima facie ꝙ de cõuerſione pcõris: quia de hoc plus gaudẽt angeli boni: Iuxta illud Lucæ decimoquinto. Gaudium eſt angelis dei

Vide an innocentia poſſit reparari.

B

Proficientes in via dei maxiẽ ipugnãt a dęmõe. & quare.

Vide queſtionem.

ſuper vno peccatore pœnitentiam agente q̃ ſupra nonagintanouem iuſtis ergo de eo plus dolent angeli mali. Sed dicendum diſtinguendo de iuſtis, vtrum ſtent, an proficiant. ſimiliter de conuerſis, an ſic ſtent: an cum feruore proficiant. Si intelligatur de iuſto ſtante, & de conuerſo feruenter ꝓficiente: tũc plus gaudent angeli de peccatore conuerſo, & diabolus plus dolet. Si de iuſto proficiente, & conuerſo in ſua tepiditate ſtante: ſic eſt econuerſo. Et hoc eſt quod dicit Grego. ſuper illo verbo. Gaudiũ eſt angelis. &c. Plus inquit de cõuerſis peccatoribus q̃ de ſtantibus iuſtis in cœlo gaudium eſſe fatetur: & habes ſupra. Hunc decorem proficientium quantũ ad victoriã tentationum habuit Auguſtinus. vt ipſe ait i libro Soliloquiorũ. Vbi dicit ſe viciſſe libidinẽ intantũ: q̃d dicit ſe talium cum horrore, & aſpernatione recordari. ¶ Secũdo decor ꝓficientiũ exiſtit in cõtinuo ꝓficiendi deſiderio. Vbi cadit queſtio: an neceſſarium ſit homini ad ſalutem ſemper ꝓficere. Et videtur ꝙ non: quia ſecundũ hoc multi boni non ſaluarentur. qui ſemper in vno ſtatu bonæ conſuetudinis vitam ſuam continuant in ęqualibus orationibus & ieiunijs, & eleemoſynis, & alijs bonis operibus: & ſi neceſſarium eſſet ſemper proficere oporteret: de die in diem plures orationes facere: vt ſi hodie dicit centum pater noſter: cras adderet vnum, & poſt cras duo, & ſic deinceps: & ita de eleemoſynis, & alijs bonis operibus: ad quod crementum finaliter facultas hominis non ſufficeret: & ideo dicendũ, ꝙ continuus ꝓfectus neceſſarius eſt quo ad deſiderium: nõ autem quo ad opera exteriora. Quod declarat Seneca di. Magna pars bonitatis eſt velle eſſe bonum. Q uamuis enim quantũcunq; ſanctus i hac vita diceret, habet illud Pſalmi. & dici nunc cœpi: quia cum con ſummauerit, homo tũc incipiet. Eccleſiaſtici decimooctauo. Vnde Gregorius. Hæc eſt perfectorum ſumma iuſtitia: vt ſe nunq̃ perfectos eſſe credant: ne ibi deficiendi incidant in periculum: vbi proficiendi deponunt appetitum. Et ſignanter dicit appetitum: nõ dicit actualem operum profectum. Poſſumus etiam dicere, ꝙ quilibet bonus homo, dummodo actu non deficiat proficit eo ipſo, ꝙ bonorum operum conſuetudinem continuat ſemper eodem modo: vt dictum eſt in obijciendo: quia quodlibet opus pietatis tanto eſt perfectius. quanto plura alia charitatis opera ante ſe præcedunt. vnde ſecunda eleemoſyna cæteris paribus ratione meriti meliorem q̃ prima. & tertia q̃ ſecunda: & ita deinceps. Vnde ſequens bonum opus recipit æſtimationem ex omnibus pręcedentibꝰ: & ſuper hoc ex ſeipſo. Exemplum de gutta quæ cauat lapidem: vbi ſemper ſequens agit in virtute ſui, & pręcedentium: & vltima gutta ſola dicitur cauare: in virtute tamen omnium pręcedentium: ſic in propo-

C

Profectꝰ cõtinuus neceſſariꝰ eſt quo ad deſideriũ

ſito. Et ſic patet,ꝙ talis bonus homo ſemper proficit. Sic ſummo deſiderio ſemper profecit Auguſtinus. vnde dicebat.j.Confeſſ. Feciſti nos domine ad te:& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. ¶ Tertio decor proficientium conſiſtit in actuali virtutum exercitatione. Non enim ſtandum eſt nude in deſiderio proficien. Non ſuffi D cit:ſed requiritur operis exercitium pro modo poſſibili. Quale autē cit deſide exercitium quilibet habere debeat:non eſt facile ſub vna doctrina riū profi communi comprehendere:propter varios ſtatus & conditiones ho ciendi. minum:propter quam varietatem accidit plærumq;,ꝙ quis in vno ſtatu ſaluatur:qui ſi eſſet i alio ſtatu/dānaretur. Quia ſcilicet aliquis aptus eſt ad vnum ſtatum,cuius naturæ totaliter alius ſtatus repugnat:verbi gratia. Quidam ſunt naturę ſeruilis,qui nullo modo ſcirent dominari. Et tales ſaluantur in ſtatu ſeruitutis:& ſi contingeret eos dominari/mererentur damnationem. vnde Auguſtin⁹ decimonono de Ciuitate dei.capitulo viceſimo dicit. Qꝫ apud Ciceronem Scipio acerrime diſputabat pro iuſtitia:proponens iniuſtum eſſe, vt homines hominibus dominantibus ſeruiant. Reſponſum accepit a parte iuſtitiæ:ideo iuſtum eſſe:quia talibus hominibus vtilis eſt ſeruitus. Et eodem modo poteſt exponi,exemplum de paupertate & diuitijs,de continentia & coniugio.&c. imo & illa opera bona quæ vni ſufficiunt ad ſalutem:alteri non ſufficiunt:qui niſi plus faciat/dānabitur: & hoc propter varietatem conditionum in hominibus: & propter varietatem diſtributionis donorum dei.quod patet ex Parabola euangelij,Matthæi decimoquinto:& Lucę decimonono.de homine qui peregre proficiſcens. alijquidem dedit quinq; talenta: &c.vnicuiq; ſecundum ſuam virtutem. Deus enim dedit homini quinq; talenta:id eſt,quinq; gratias in quibus ſe omnibus exercitare tenetur:& de eis/& de earum lucro rationem reddere tenetur. vnde niſi iſte qui receperat quinq; talenta fuiſſet ſuperlucratus tria vel q̄tuor ipſe gaudium domini non intraſſet: quia de quinto talento lucrum non feciſſet. Qui enim offendit in vno/factus eſt omniū reus. Ille autem qui duo acceperat/ſaluatus eſt propter duo lucrata: quæ illi cum quinq; non ſufteciſſent ad ſalutem,vt dictum ē:quia ille plura dona acceperat:ideo plura lucra ab eo exigebantur,& hoc ē quod dicit Gregori⁹ i Homilia. Cum enim augentur dona:rationes etiā creſcunt donorum. Declara ſingula per exempla,& proſequere totam Parabolam moraliter. Et propter varietatem conditionum hominum,& donorum acceptorum/bene dictum ē:ꝙ bonorum operum exercitium quo ad omnes non poteſt vna lege compræhendi. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus,ꝙ i via dei alius ſic:alius ſic ibat. Quantum ad tertium de decore perfectorum eſt ſciēdum, ꝙ per-

fectorũ decor conſiſtit in omnimoda mentis ad deũ ſubleuatione: vt tam ſolũmodo ea quæ ſurſum ſunt ſapiant, nõ quæ ſuper terram: ac
Iob.xxvj per hoc, iam non ſibi viuãt: ſed deo. De hoc decore dicitur Iob. Spiritus domini ornauit cœlos. Cœli ſunt iſtæ mentes deuotę: ad taliũ perfectiones ſublimatę, quos deus ornauit Sole/luna/& ſtellis. Per Solem/ſuperior ratio. per lunam/inferior. per ſtellas iferiores vires, quę oẽs i curſu luce diuinę gratię ſunt perfuſę. Declara, Hi cœli continue mouentur circa centrum terræ. Terram tamen nunq̃ contingunt: ſic iſtę mentes licet circa carnem verſentur: & terrena quãtum ad inhabitationem, & neceſſariam vitæ ſuſtentationem: carnẽ tñ & terrena non contingunt per conſenſum/& delectationem: & hoc fit per mentalem abſtractionem. Qui ſic ſunt ſublimati: vt iam non in terra, ſed in celo: non in carne, ſed i ſpũ: moueri/& viuere videantur: vt poſſint dicere cum Apoſtolo Galatas ſecundo. Viuo aũt iam nõ ego: viuit vero in me Chriſtus. Hunc decorem adeptus fuit Auguſtinus, cũ dicebat decimo Confeſſionũ. Tu refulges/& places/amaris/& deſideraris: vt erubeſcam de me, & abijciam me, atq; eligam te: & nec mihi, nec tibi placeam niſi de te. &c.

¶ Subſer. iij. ad idem & in numero. CXXXV.

IN delitijs paradiſi dei fuiſti, vbi ſupra. In verbis iſtis beatus Augu. attollitur a diuinæ ſuauitatis prægustatione delitioſa: quia ſibi dicit. In delitijs paradiſi dei fuiſti. Vbi tria ſunt videnda. Primo quis ſit iſte paradiſus in quo dicitur Auguſtin⁹ fuiſſe: qa dicit paradiſi dei. Scdo q̃ ſint delitiæ eiuſmodi paradiſi: qa dicit: in delitijs. Tertio qñ Auguſtin⁹ i iſtũ paradiſũ venerit, & qñ exiuerit: quia dicit fuiſti, non dicit, es.
A ¶ Quantum ad primum ſciendum, q̄ eſt triplex paradiſus, quantum ad præſens. Primus eſt in terra, qui dicitur terreſtris. Secundus eſt in anima, qui dicitur mentalis vel ſpiritualis. Tertius eſt in cœlo, qui dicitur cœleſtis. In primo & tertio paradiſo non legimus Auguſtinum fuiſſe ante eius euolationem: ſed in medio non eſt dubiũ eum fuiſſe poſt ei⁹ conuerſionem De quo pręſens eſt ſermo alijs omiſſis.
De paradiſo ſpũali quid ſit. Iſte ſpiritualis paradiſus non eſt aliud, niſi delitioſus ſtat⁹ interioris hominis omnium bonorum aggregatione perfect⁹: vt per hoc quod dicitur interioris hominis differat a perfecta beatitudine: quę vel eſt totius hominis, ſicut poſt reſurrectionem: vel animæ ſeparatę: vt nunc in beatis anima eſt ſeparata totaliter: non dicitur interior homo. Et iſte paradiſus tanto veræ beatitudini eſt proximior: quanto rapt⁹ fuerit a corpore, & corporeis ſenſibus abſtractior. De hoc paradiſo Auguſtinus ſuper Geneſim dicit ſic. Eccleſia in ſeculo iuſte viuentib⁹ pa.

radiſus dici poteſt:pollens affluentia gratiarum,caſtiſq; delitijs. Et ꝙ dicit eccleſia,intelligitur de omni anima in militante eccleſia. Videns eñ de⁹, ꝙ homo per peccatum paradiſum terreſtrẽ ꝑdiderat: cõdoluit homini:& ꝑparauit ei paradiſũ ſpũalem: i quo ſpũaliter delectaretur:& gaudia paradiſi cœleſtis mentaliter pręguſtaret. Et iſte paradiſus eſt,de quo dicitur Eccle.xl. Gratia ſicut paradiſus i benedictionibus. ¶ Quantum ad ſecundum ſciendum, ꝙ delitiæ huius paradiſi poſſũt accipi ſecundum ſimilitudinem delitiarum paradiſi terreſtris. In quo corporaliter fuerũt hæc tria,videlicet aeris ſerenitas,loci amœnitas,& odoris ſuauitas. In quibus tribus delitiæ corporales videntur conſiſtere. vnde dicebatur locus delitiarum. Si eñ aer clarus & ſerenus ſit ad acceptionem luminis ſolaris:multum viſũ hominis delectat. Eccle.xij. Dulce lumen.&c. Similiter loci amœnitas multum facit ad delitioſitatem:vt ſi ſit graminibus & florib⁹ plenus,arboribus conſitus:& aquis,& riuulis decoratus. Similiter odoris ſuauitas:ad hoc pertinet, vt locus ſit plene delitioſus: vt ſic omnes ſenſus ſui delectabilius afficiantur. Hæc omnia erant in illo terreſtri loco:& ideo paradiſus eſt appellatus. Decebat autem,ꝙ talis locus primo homini ſecundum ſtatum ſuum,& conditionẽ aſſimilaretur. Nam primus homo in ſtatu ante peccatũ,erat plen⁹ ſcientia:erat ꝑfectus in innocentia:& reficiebať mẽtis dulcedine & experientia. Primo erat plenus ſciẽtia. Nã ſcđm Magiſtrũ i ſcđo ſniaꝝ, acceperat triplicẽ ſciam:ſcilicet,dei/ſui/& creaturarũ. Sciuit eñ ꝙ a deo factus fuit:& ad quid,& quid deberet deo:& quõ ei eẽt obligat⁹ Cognouit ſuã cõditionẽ & naturã:& forte melius q̃ vnq̃ aliquis hõ. ſimiliter naturas rerum & aialiũ ꝑfectiſſime ſciuit:quod ex hoc patet,ꝙ ipſe anialibus nomina impoſuit. Tali igitur ſerenitati cognitionis interioris merito debuit reſpõdere ſerenitas lucis exterioris: vt locus conueniret locato. Secundo prim⁹ homo perfectus fuit in inocentia & gratia. Nam dicit Augu. Priceps vitiorũ dũ vicit Adã de limo terrę ad imaginem dei factum,pudicitia armatũ,temperãtia cõpoſitũ,charitate ſplendidũ:illos prios parentes talib⁹ bonis expoliauit. Ecce quanta amœnitas gratiarũ,& virtutũ erat i aia prioꝝ parẽtũ:& ideo valde decẽs fuit:vt amœnitas corpalis, & loci exterioris conueniret cum amœnitate ſpũali & iteriori. Tertio primus hõ habuit delectationẽ & dulcedinẽ i mẽtali experientia. Nã diciť i Gene ſi.ꝙ imiſit dñs ſoporẽ in Adã, & cũ obdormiſſet.&c. Iſte ſopor fuit quidam raptus,& extaſis in qua mens in deo abſorpta:multa de futuris præuidit. vnde ad ſe reuerſus dixit. Hoc nunc os ex oſſib⁹ meis. vnde interiori dulcedini debuit reſpondere odor, & dulcedo loci corporis : vt ſic habitatio habitatori aliquatenus conueniret.

B

Delitię paradiſi terreſtris.

Nota

Quę ſint delitię i paradiſo ſpũali animæ deuotę.

Sic econuerſo ſecũdũ ſimilitudinem in paradiſo ſpirituali: eadẽ tria delitiarum inſignia debent ſpiritualiter refulgere. Vñ ſpõſus in Canti. laudat ſpõſã ſuã: q̃ iã ſpũalis paradiſus fuerat effecta, dicens. Canti. iiij. Ortus cõcluſus ſoror mea ſpõſa: fons ſignatus, emiſſiones tuæ. paradiſus. Mens eñi qua eſt diuinarum illuminationum ſerenitas, qua perficitur intelligentia. quo ad primum. In qua eſt virtutũ & gratiarum amœnitas qua reficitur memoria: quo ad ſecũdũ. In qua ẽ internarũ delectationum ſuauitas qua perfũdiť volũtas quo ad tertiũ: talis inquã mens vere paradiſus dici poteſt. Et hoc ſolet manifeſtari p ſuas emiſſiones. vñ qcqd emittiť ab aĩa talib' bonis repleta eſt paradiſus. Diciť eñi qñ talis hõ orat, qñ p̃dicat, qñ deũ laudat: paradiſus eſt: quia a ſpũali paradiſo emittiť. Prędicta aũt tria delitias ſpiritualis paradiſi cauſantia deſignanť p tria quæ in paradiſo terreſtri eſſe legimus: ſcilicet, lignũ ſcientię. p quod deſignať primũ: ſcilicet, diuinarũ illuminationũ ſerenitas. vnde ſecũda Corin. iiij. Deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere: illuxit in cordibus nr̃is ad illuminationẽ ſcientię claritatis dei in faciẽ Chriſti Ieſu. Secundo eſt ibi lignũ vitę: per quod deſignať ſecũdũ: ſcilicet, virtutũ & gratiarum amœnitas. vñ Prouer. iij. Lignũ vitę eſt his qui appręhẽderint eã: & qui tenuerit eã beatus. Sicut eñi lignũ vitæ valuit ad vitę corporalis ppetuã cõſeruationem: ſic in hoc ſpirituali paradiſo, diuina gr̃a valet ad virtuoſę vitę iugẽ perfectionẽ. Tertio ẽ ibi locus voluptatis: per qđ deſignať tertiũ: ſcilicet internarũ voluptatũ ſuauitas. Vnde eſt illud Cantico. viij. cap̃. Quę eſt iſta quę aſcẽdit de deſerto delitijs affluẽs. Quę aſcendit inquit. Aĩa eñi q̃diu ẽ extra iſtũ paradiſum in deſerto in imo eſt: ſed tendendo ad hunc paradiſum dicitur aſcendere: & cum in ipſum paradiſũ peruenerit: tunc dicitur delitijs affluere: quales delitiæ conſequuntur vltimas, & ſupremas operum perfectiones, ſecundum gloſſam. His delitijs affluebat Augu. qui dicebat. x. Confeſ. Aliquando intromittis me i affectum multum inuſitatum introrſus ad neſcio quam dulcedinem: quæ ſi perficiatur in me, neſcio quid erit: ꝙ vita iſta non erit. & ſubdit. Hæc me delectat: & ab actionibus neceſſitatis: quantum relaxari poſſunt: ad iſtam refugio voluptatem. Quantum ad tertium ſciẽdũ, ꝙ ad hoc, vt quis ad hũc paradiſum perueniat, ſex perfectiones requiruntur: quæ p ſex alas Seraphin, quas vidit Eſaias Eſa. ſexto ſignantur: quibus aĩa volat ad paradiſum. Et hę ſex perfectiones accipiuntur penes ſex q̃ contigerunt circa Apoſtolum Paulum cum eſſet in via verſus Damaſcum: quæ etiam inuenimus in beato Auguſtino. Prima; perfectio, ẽ diuinæ gratiæ præueniens illuſtratio. Secũda eſt ſui ipſius omnimoda deiectio. Tertia eſt diuini nutus inſpiratio. Quarta eſt volunta-

tis in deum totalis tranſformatio.Quinta eſt mentis in ſeipſa aſcen
ſio.Sexta eſt naturalium virium relictio.De his ſex alis quibus &
qualiter Auguſtinus in hunc ſpiritualem paradiſum peruenerit,ha
bes in opere ſor.lxxviij. B.

❡Subſermo.IIII.Et in numero.CXXXVI.

Viſti.viſo quomodo Auguſtin⁹ hunc paradiſum intra-
uit,videndum eſt qualiter exiuit,quia dicit̄,fuiſti.Scien
dū ꝙ ſancti in hūc paradiſum rapti nō pn̄t ſemp imora
ri in contēplatiōe,ſed oportet eos ſępe egredi ad vitam
actiuā pro aliorū ędificatione. Vnde ſponſus in Cāticis canticoꝝ ſe
cundo alloquens animā cōtemplatiuā ait.Surge,ꝑpera amica mea.
Gloſſa.Surge interrumpendo contemplationē,propera ad aliorum
acquiſitionem.Quod maxime conuenit prędicatoribus & doctori-
bus qualis erat Auguſtinus,vnde ſponſa in pſona pdicatorū & do-
ctorum aduertens ꝙ oportet eam de paradiſo cōtemplatiōis egre-
di:& ꝙ eius egreſſio abſq; diuino comitatu eſſet inutilis:orat ſpon-
ſum vt ſecum egrediatur,dicens illud Cāticorum ſeptimo. Veni di
lecte mi : egrediamur in agrum. Gloſſa.videns ſponſa ꝙ nec ad
bn̄ operandū vel egrediendum per ſe ſufficit:nec in bono perſiſtere
vel auditores quātum profecerint diſcernere:implorat auxiliū.Ne-
q; enim qui plantat,neq; qui rigat,eſt aliquid : ſed qui incremētum
pręſtat de⁹,prima Corinthiorum decimoquarto.Veni ergo dilecte
mi egrediamur.Sed a quo.Gloſſa.Ab occultis cordis in quo cōtem
plabar te:egrediamur in eos qui adhuc in pricipio arandi & excolē-
di ſunt.Sic Auguſtinus qui ſępe fuit intra paradiſum hunc,vt prędi
ctum eſt,ſępe egrediebatur cum dei auxilio ad excolēdum agrū ec
cleſię ſuis dictis & ſcriptis & ſanctis exemplis:ac etiam ad corripien
dum inquietos,& ad conſolandum puſillanimes & afflictos.Exem
plum vnum ex multis de quadam muliere,quę cū deſolata ad bea-
tum Auguſtinum pro conſilio acceſſiſſet,eumq; in ſtudio ſedētem
reppeiſſet:reuerenter eū pluries allocuta eſt:ſed nec ſe ad eam con
uertit nec reſponſum aliquod ſibi dedit. Et ſic demum,illa cum tri
ſtitia magna receſſit.Cui in craſtino/Auguſtino miſſam celebrante
diuinitus reuelatum eſt,ꝙ Auguſtin⁹ illa hora qua ipſa fuit coram
eo de ſancta trinitate tam attentiſſime diſputaſſet:ꝙ eius præſentiā
penitus non aduertit:ſicq; in eadem reuelatione monita eſt vt Au-
guſtinum denuo accederet:quod & fecit. At ille eam benigne audi-
ens & ſalubre conſilium ei prębens/conſolatam dimiſit.De iſto fru
ctuoſo egreſſu Auguſtini de paradiſo:ſi quęratur ab eo qualiter & ad
quid exierit : apte reſpondere poteſt illud quod ſcribitur Eccleſia.

Prędicatores trāſire hn̄t de cōteplatiua ad actiuā.

viceſſimoquarto.Ego quaſi aquęductus exiui de paradiſo.dixi ri-
gabo hortum plantationum &c.De hoc eſt ſermo ſequens.

¶Sermo.III.ad idem.Et in
numero. CXXXVII.

EGo ſicut aquęductus exiui de paradiſo,dixi rigabo hor
tum plantationum & inebriabo part⁹ mei fructum. Ec-
cleſiaſt.viceſſimoquarto.In verbis iſtis beatus pater no
ſter Auguſtinus attollitur quo ad tria. Videlicet quo ad
ſpiritualis exercitij actum & proprietatē.Secundo quo
ad originalis principij hortum & cauſalitatem.Tertio quo ad fina-
A lis ſtudij fructum & vtilitatem.¶Primum notatur in eo quod pre
mittitur . Ego ſicut aquæductus . Secundū cū additur.Exiui de pa
radiſo.Tertium cum annectitur. Dixi rigabo.Et poſſunt hæc tria
introduci per modum queſtionum,vt per hæc verba reſpōdeatur
ad tres queſtiones quæ fieri poſſunt de Auguſtino.Si enim quęra-
tur ab Auguſtino:quis es quo ad ſpirituale exercitium? Reſponde-
tur . Ego ſicut aquęductus.Vnde es quo ad originale principium
Reſpondetur,exiui de paradiſo.Ad quid exiuiſti quo ad fructum
ſtudij.Reſpondetur.Dixi rigabo.Circa primum eſt ſciendum ꝙ cū
paradiſus ſecundum vnum intellectum ſit ipſa tranquillitas diuini-
tatis.vt inferius apparebit in ſecundo principali.In hoc autem pa-
radiſo fons eſt cor paternum:nam pater eſt fontana deitas ſecūdum
Dionyſium.Iſte fons eſt tantę fœcunditatis ꝙ ex ipſo manant aliæ
duæ perſonę & omnes creaturę tantę luculentię & claritatis : ꝙ ex
ipſo deriuatur thezaurus omnis ſapientię & ſcientię.tantę affluentię
& bonitatis ꝙ ex ipſo hauritur abundantia totius pfectiōis & gratiæ
Quia igitur puteus iſte tam altus eſt,Ioannis quarto.& homo fra-
gilis quo hauriat ex ſe non habeat:ideo prouidit nobis deus quen-
dam aquęductum aptiſſimum/videlicet beatum Auguſtinum : vt
videlicet per eū de illo fonte altiſſimo doctrina ſalutaris & vita exē-
plaris ad nos vſq; deriuetur.Vnde Paulinus in epiſtola ad Auguſti
num ſic ait.Os tuum fiſtulam aquæ viuæ & venam fontis æterni
merito dixerim,quia fons aquæ ſalientis in vitam æternam Chri-
ſtus effectus eſt:cuius deſiderio ſitiuit in te anima mea & vbertate
tui fluminis inebriari terra mea cōcupiuit.Vnde & ipſe Auguſtin⁹
idem de ſe innuit nono confeſſionum loquens de tranſitu Nebridij
Iam inquit non ponit aurem ad os meum:ſed ſpirituale os ad fon-
tem tuū & bibit quantū poteſt ſapientiam pro auiditate ſui ſine fœ-
lix.Et huius ſignū ꝙ Auguſtinus fuerit vena & quaſi aquæductus
fontis ęterni repſentatur ad eius ſepulchrū Papię,vbi fons recentiſ-
ſim⁹ ad eius tumbā hauritur:cuius aqua ꝓ antidoto ſingularis gra-

tiæ in eius memoriam fidelibus pro potu miniſtratur.¶Compara- B
tur autem beatus Auguſtinus aquæductui propter tres proprieta- B.Augu.
tis hincinde repertas.Nam per aquæductum aqua latẽter ad inte- aq̄duc͡t⁹ ē,
riora terræ conuertitur & a conſpectu hominum occultatur.Sic ſpi & quare.
ritualis doctrina Auguſtini(quę per aquam aquęductus ſignificat̃)
a complacentia mundana & faſtu vanitatis extitit occultata,qui ta-
men olim in ſeculari ſcientia ſe conqueritur delectatum ſeptimo &
nono confeſſionum.Item per aquęductum aqua a ſordib⁹ exterio-
ribus munda cuſtoditur & nihilominus ab ęſtu frigida conſeruatur.
Sic doctrina Auguſtini ab hęreſibus & errorib⁹ impermixta fuit: &
ab ęſtu concupiſcẽtię(ne vita diſſonaret a doctrina)fuit peroptime
conſeruata. Vnde de eo dicitur Matthęi quinto capi. Qui autem fe
cerit & docuerit &c. Itẽ ꝑ aquęductū aqua ad loca electa deducit̃ &
ibi ad altiora ſublimat̃,ſic doctrina Auguſtini altiſſimis mentib⁹ cō-
petit. Vnde Gregorius doctrinam Auguſtini compararat ſimilagi-
ni,ſuam autem furfuri.Sed adaptando has tres proprietates ad mo
res pro maiori eruditione noſtra dicamus,ꝙ quantum ad primam
proprietatem illa mens quaſi ꝑ aquęductum latẽter diuinū influxū
percipit:quę diuinarum releuationū ſecrete & quaſi furtiue(modo
videlicet inexplicabili & mundanis hoibus incognito & occulto)ſuſ
cipere didicit. Sic Iob cū dicebat. Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea Iob.iiij.
venas ſuſurrij. Hę ſūt aquæ illę furtiuę quę dulciores ſunt alijs. Pro
uerb.xiiij. Has autē venas furtiuas ſuſceperat auris Auguſtini cum
dicebat decimo confeſſionum. Aliquando intromittis me & neſcio
ad quam dulcedinem &c. Item quātum ad ſecundam ꝓprietatem
iſta mens ſine ſordium admixtione & abſq; ęſtu extranei amoris:
ſoli deo in omnimoda puritate viuit. Sic ſponſa in Canti. cū dicebat
Introduxit me rex in cellam vinariam ordinauit in me charitatem
Vbi dic de ordinatione charitatis ſine qua amor eſt impurus. Hanc
puritatem amoris Auguſtinus ante ſuam conuerſionem conqueri-
tur ſe non habuiſſe dicens: in libro confeſſionum. Venam amicitiæ
inquinabam ſordibus concupiſcentiæ. Sed poſtq̄ ipſe introductus
fuit in cellam vinariam:ordinata & depurata fuit in eo charitas, &
tunc dixit. Diſplicebat mihi quicquid agebam in ſeculo &c. Et poſt
libro nono. Inhiamus ore,corde pariter in ſuperna &c. Item quantū
ad tertiam proprietatem iſta mens ſemper ad altiora ſui aſcēdit. Sic
beata virgo quando quaſi verus aquęductus verbum ęternum to-
taliter de fonte paterno conceperat:mox aſcendit in montana &cę.
Adapta. Sic beatus Auguſtinus quarto confeſſionum. Nunc inquit
quem tu domine reples,ſubleuas eum:& quoniam tui ſum plenus:
non oneri mihi ſum.

¶Subſermo. I. ad idem. Et in numero. CXXXVIII.

EXiui de paradiſo. Secundum triplicem hierarchiam
quam deſcribit Dionyſius/ſcilicet diuinam, Angelicã
& humanam: Hugo in cõmẽto diſtinguit triplicẽ pa-
radiſũ, ſupercœleſtẽ, cœleſtẽ, & ſubcœleſtẽ. Paradiſus
ſupcœleſtis eſt de⁹ trin⁹ & vn⁹ ꝑpter incorruptibilita
A tẽ, ꝑpter inacceſſibilitatẽ, & ꝑpter voluptatẽ. ¶Dicit inquã diuini
Diuinitas triplici rõ ne dicitur Paradiſus — tas paradiſus ratione incorruptibilitatis. In paradiſo enim eſt lignũ
vitę, ex cuius eſu homo quaſi incorruptibilis fuiſſet conſeruatus.
Et certe in ipſa deitate eſt lignum vitæ imo fons vitæ ex quo omni
bus influitur vita. ꝑs. Domine apud te eſt fons vitæ/id eſt verbi ęter
ni, Ioannis primo Quod factum eſt in ipſo vita erat. Item propter
inacceſſibilitatem. Paradiſus eñ eſt locus inacceſſibilis propter emi
nẽtiam ſicut diuinitas. Pſal. Accedet homo ad cor altum. Item pro
pter voluptatem: ſic hic vt dicit Auguſtinus in de vera religione.
Quod tanta eſt iocunditas lucis æternæ & cętera. Ad hunc paradi-
ſum raptus eſt Paulus. ij. Corinthio. xj. vbi dicit gloſſa. Raptus eſt in
paradiſum/id eſt in illam iocunditatem & tranquillitatem, qua fruũ-
tur illi qui ſunt in cœleſti Hieruſalem, quę eſt tranquillitas diuinita
tis, qua ſola fruendum eſt, ſecundũ Auguſtinũ. Ex hoc autẽ paradi
ſo exeunt quattuor flumina. i. quattuor creaturarũ gñа. Perſonę eñ
duę, & ſi de corde paterno procedant, non tñ proprie exire dicuntur
quia ſemper manent in ipſo fonte. Primus igit fluuius exiẽs de hoc
fonte eſt verbũ incarnatũ. Hæc eſt eñ excellentiſſima creatura cui
nulla eſt comparabilis. Ideo eſt quaſi quidam fluuius diſtinctus ab
alijs. Secundus fluuius eſt creatura intellectualis. Tertius creatura
rationalis. Quartus creatura corporalis. Et quia beatus Auguſtin⁹
in hoc paradiſo ęternaliter fuerat & ex ipſo in tempore exiuit: cum
eſſet in propria natura aſſumpſit, ideo cõuenienter dicere poteſt. Exi
B ui de paradiſo. ¶Sed incidit quęſtio rationabilis. Cum eñ talis exi-
tus de hoc paradiſo ſit communis omni creaturę, etiam aſino & for
micę qui hoc ſenſu ſimiliter dicere poſſent: Exiui de pardiſo. Qua-
lis ergo commendatio eſt ex hoc Auguſtino ꝙ ipſe exiuerit de para
Diuerſi mode exeũt creaturę a deo. — diſo. Dicendum ꝙ non eodem modo omnes creaturę exeũt a deo
Quędam exeunt nudę, quędam vero diuina ſimilitudine veſtitæ,
quales ſunt in ipſum intellectualiter redeũtes. Exemplum de duo-
bus qui de curia imperatoris exiuiſſent, vnus nudus, alter veſtitus
regalibus & magnificis muneribus inſignitus: & talis eleganter
dicere poſſet ſe de curia imperatoris veniſſe: primus non ſic. hic
adapta. Nude igitur creaturæ a deo exeunt diuinam ſimilitudinẽ

valde diminute ſolum ſecundum eſſe ſimplex gerentes: ſicut quilibet effectus a cauſa: & illę ita exeunt ꝙ proprie non redeūt, ſicut large loquendo quęlibet creatura per propriam actionem ſuam aliqualiter dici poſſit redire in deum, quo modo etiam omnia deum bñdicere dicuntur. Proprie tamen illę ſolum in deum redire dicuntur q̄ diuinā ſimilitudinē in perfectionibus deo eſſentialibus gerunt, quales ſunt vt ꝙ ipſe eſt agens per intellectum & voluntatem. Nā quia intellectus dei eſt pricipium productiōis creaturarum illarum, creatura perfectiſſime & propriſſime a deo exire dicitur: quæ maxime pricipio per productionem aſſimilatur, vt per hoc in actu ſuo i deū redire dicitur. Exemplum de circulo. Talis autem exitus & redit⁹ in ſolo verbo ęterno eſt perfectus. Vnde dicitur Ioannis.xvj. Exiui a patre &cętera. Vbi dic qualiter exit verbum a patre. & habes in ſermone, Philippe. Nulla aūt creaturarum ſic perfecte redit in ſuū principium ſicut verbum. Licet hoc quidam de intelligentijs ſenſerint dicentes eas naturaliter intelligere ſuum principium / ſcilicet eſſentiam diuinam a qua profluxerunt. Et dicunt eas per naturam eſſe beatas quod omnino erroneum eſt & hęreticum vt habes alibi. Igitur quia beatus Auguſtinus inter omnem rationalem creaturam ꝑ actum intelligendi excellentius & ſubtilius i ſuum redijt principiū ipſam totam diuinitatis naturam intellectualiter perluſtrādo. vt patet in libro de trinitate. et ipſam quantum ad actum voluntatis ſingulariter amando: ideo ipſe anthonomatice præ cæteris dicere potuit. Exiui de paradiſo. Vnde ipſe dicit de hoc reditu in libro confeſſionum: Feciſti enim nos domine ad te: & inquietum eſt cor noſtrū donec requieſcat in te. Et licet ante conuerſiōem ſuam aliquo modo redierat per intellectus ſui lympiditatem naturali intellectione quodammodo ad modum intelligentiarum: hoc tamen totum erat quaſi vmbra & ſomnus. ℭ Vnde in ſua conuerſione quaſi euigilans exclamauit ſeptimo confeſſionum. O æterna veritas, o vera charitas & chara æternitas. Inueni me longe eē a deo. & demum cū ſuum principium lympidius contemplatus eſſet quaſi iam i ipſum redierit, dixit. O in pace. O inidipſum dormiam & requieſcam.

ℭ Secundus paradiſus eſt Angelorum cœt⁹. Sunt autem ſecūdum Dionyſium tres act⁹ proprij Angelicę hierarchię / ſcilicet purgare, illuminare, & perficere quę competunt Auguſtino ſecundum triplicem ſtatum hominum. Quantum enim ad ſtatum incipientium purgari debet mens. Et hoc dupliciter / ſcilicet a falſa phantaſmatū obſcuratione. Matthęi quinto. Beati mundo corde &cętera. Item a ſordida creaturarum affectione. Apoſtolus. Expurgate vetus fermentum &cętera. Et propter tria damna. Creaturæ enim inducūt C .j. Coꝛ.v.

mentē ad inſtabilitatē,ad inſoliditatē,& ad diuini boni deſipiditatē
Rom̄.viij Primū patet,quia cū oīs creatura vanitati ſubiecta ſit,ſcđm Apoſto
Eccl'.j. lū & Salomonē. Vidi inqt cūcta & cętera. Ideo ī nulla creatura mēs
inuenit qeīē & ſtabilitatē. Qđ etiā accidit ꝑpter cōnaturalem incli-
nationē cordis humani ad eas,qa ꝑna eſt ad malū. Quāto plus cor
ad eas afficiť:tanto pl' incitať & inqetať.intātū etiā ꝙ ſcintillā lu-
minis intellectualis vel diuini inſtinctus ad ſui cōformationē ꝑducit
& de ipſo ſibiipſi quēdā applauſū facit. Exēplū de ſplēdore aq̄ tremu
lę.p̄s.Reliquię cogitatiōis diē feſtū agent tibi. Vn̄ Aug.viij. cōfeſſi.
Velle meū tenebat inimic' & inde catenā mihi fecerat & cōſtrixerat
me.Scđm patet. Cū eñi nulla creatura ex ſe ſubſiſtat abſq; māutenē
tia diuina,ſine q̄ caderet in nihilū.& quia quanto magis hō afficiť ad
creaturas:tāto ſe retrahit a deo,quare &c. Et hoc eſt qđ dicit Aug.
iiij.cōfeſſio. Quęrite qđ q̄ritis,ſed ibi nō eſt quo q̄ritis:beatā vitā q̄-
ritis in regiōe mortis,nō ē illic. Tertiū patet de guſtu īfecto. Vn̄ Au-
gu. Senſi & exptus ſum nō eē mirū &c. De his trib' dānis.p̄s.Saluū
me fac deus qm̄ intrauerunt aquæ/ſcilicet creaturarū.vſq; ad aiam
meam,quantum ad primum. Vbi notandū ꝙ quoſdam aqua tan-
git ſolum ab extra,quibuſdam intrat per os,quibuſdam ad animā.
Declara. Infixus ſum in limo profundi:& non eſt ſubſtātia,quantū
ad ſecundum. Veni in altitudinem maris & cętera.quantū ad tertiū
Sed Auguſti.licet in principio fuerit tam falſis phantaſmatibus er-
rorum obſcuratus:q̄ etiam ſordidis affectionibus creaturarum in-
quinatus,ſicut ipſe conqueritur.ij.confeſſionum,ſic dicens. Recor-
dari volo tranſactas fœditates meas & carnales corruptiōes animę
meę recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recordationis
meæ. Ipſe tamen poſtea tam ab erroribus intellectus q̄ a corruptio
ne affectus per actum hierarchicum purgatus fuit.vt ipſe dicit ſe-
ptimo confeſſionum. Inde ammonitus redire ad meipſum,inueni
me lōge eſſe a deo &cætera. Et hoc de primo actu hierarchico quā
D tum ad ſtatum incipientium. ¶ Secundus actus hierarchicus eſt il-
luminare. Vbi ſciendum ꝙ eſt duplex lumen in anima videlicet na
turale & gratiæ. Primum lumen eſt imago dei relucens in anima,
de quo Pſal. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine & cę
tera. Hoc lumen eſt quędam ſcintilla lucis æternæ. Nam verbum
eſt candor lucis,ſed in anima eſt ſcintilla huiuſmodi candoris:& hęc
ſcintilla eſt participatio luminis increati. In quo ſenſu dicitur Ioānis
Imago primo. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem &cætera.
dei in aīa Et ſecūdum hoc attēditur imago dei in anima. Quæ quidem ima-
dupl'r ob- go obſcuratur dupliciter. Vno modo non conuertendo ſe per con-
ſcuratur. ſiderationem ad ipſam increatam imaginem,ſed potius ſe auerten-

do ab ea. Sicut conqueritur Auguſtinus ſe feciſſe aliqñ dicens quarto confeſſionum. Dorſum inquit habebã ad lumen, & ad ea quę illuminantur faciem. Vñ ipſa facies mea qua illuminata cernebam non illuminabatur. Alio modo non exercitando ſe ſecundum eã. Oportet enim per varia exercitia adaptari imaginem vt in ſuã redeat originem & primariam perfectionem. per operationes videlicet intellect⁹, volũtatis & mem orię: alias em̃ imago remanet ipfecta. Qualiter aũt hę potentię ſunt exercitandę & ornãdę, habes ſupra in opere Iord. octauo. Hoc lumine naturali pollebat Auguſtinus vltra multos homines, quia quęcunq; in libris gentilium legit/ per ſe intellexit, vt ipſe dicit quarto confeſſionũ. Sed hoc lumẽ non ſuffecit ad ſalutem vt ipſe ibidem dicit. Dorſum ĩquit habebam vt ſupra. Aliud eſt lumen gratię quod eſt ſupernaturale. Et hoc eſt lumen vitę de quo Ioannis octauo. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitę. Et bene dicitur lumen quia illuminat hominẽ vt poſſit peruenire ad vitam ęternam. Et ſine hoc lumine homo in tenebris ambulat. Vnde Apoſtolus Ephe. quarto. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. Homo enim ſibiipſi derelictus/non eſt niſi tenebra/erroris ſcilicet & vitiorum. Sed hoc lumine diuinę gratię illuſtratus, quod imaginem rationalem renouat: & in diuinam ſimilitudinem tranſformat: efficitur lux ĩ domino, quia hominem terrenum cœleſtem facit, vnde poſſit dicere cũ Apoſtolo ad Philippenſes tertio. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Hoc lumine per actum hierarchicum illuminatus fuit Auguſtinus in ſua cõuerſione cum legiſſet. Induimini dominum Ieſum Chriſtum: & tũc ſtatim quaſi infuſa luce ſecuritatis ab eo omnes dubieratis tenebrę diffugerunt. vt ipſe dicit quinto confeſſionũ. Intraui in intima mea duce te: & vidi qualicunq; oculo animę meę lucem domini incommutabilẽ. & ex tunc diſpicebat ei quicquid agebat in ſeculo prę dulcedine dei: & hoc quantum ad ſecũdum actum hierarchicum, qui ẽ illuminare quantum ad ſtatum proficientium. Nam poſtq̃ Auguſtinus illuminatus fuit non ceſſabat proficere in oratione: nec ſatiabatur præ dulcedine dei conſiderare altitudinem conſilij domini. Et quãto feruore in via dei currere curabat, oſtẽdit octauo cõfeſſionum vbi dicit. Age domine & fac: excita: accende: & rape: flagra: dulceſce: iam amemus & curramus. Tertius actus hierarchic⁹ eſt pficere quo ad ſtatum perfectorum. Hoc actu hierarchico qui agũtur fiunt perfecti ex imitatiõe Chriſti: a quo tanquã a capite hierarchico omnes purgationes, illuminationes & perfectiones in nos veniunt ſecundum Dionyſium. Vnde ad perfectionem ſuę imitatiõis diſcipulos inuitans, Matthæi quinto dicit. Eſtote perfecti ſicut & pater

Perfectio exiınita. Perfectio Chriſti in qb⁹ attendatur. Mat.xix. veſter cœleſtis perfectus eſt. Huiuſmodi perfectio q̃ ex imitatione Chriſti in nos defluit attenditur in tribus. Primo in omnium rerum mũdialium perfecta renunciatione. Sicut Chriſtus per voluntariam paupertatem omnibus perfecte renunciauit: & ad hoc inducit ſuos diſcipulos Lucæ nono dicens. Niſi quis renunciauerit omnibus q̃ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alibi adoleſcenti de perfectione quærenti, reſpondit. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & ſequere me. In hoc actu ſecutus fuit Chriſtum Auguſtinus, de quo legitur ꝙ profectus ad agros proprios venditis proprijs, & ſecundum modum & regulam ſãctorum Apoſtoloꝶ pauperibus erogatis: cum pauperibus deo ſeruiuit Secũdo perfectio hierarchica attenditur in ſuiipſius perfecta derelictione. Debet autem homo ſeipſum derelinquere: & quãtũ ad actuum ſuorum propriam complacentiam: & quantum ad amorem naturalem quã habet in ſeipſum. ita ꝙ homo nec ſeipſum diligat, nec etiam in illis actibus virtuoſis quos deus in ipſo operatur aliquam complacentiam habeat propter ſe: ſed ſolum propter honorem dei Hunc etiam actum perfectionis docuit nos Chriſtus verbo & exẽplo, Ioannis octauo. Ego gloriam meam non quęro ſed honorifico patrem meum. Et iterum. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me. In hoc autem actu Auguſtinus imitatus fuit Chriſtum cum dicebat quarto libro confeſſionum. Tu refulges & places vt abijciam me, & eligam te, & nec mihi nec tibi placeam niſi de te. Tertio perfectio hierarchica attẽditur in mentis ad deum perfecta ſubleuatione: ſicut mens Chriſti fuit perfecta vnione ad deum iugiter ſublimata. In tali ſurſum actione mens reducitur ad diuinæ aſſimilationis conformitatem, ſecũdum Dionyſium. Vnde tales mentes ſolum ſapiunt ea quæ ſurſum ſunt: non quæ ſuper terram. Ac per hoc iam ſibi non viuũt, ſed deo cum Apoſtolo, Galatas ſecundo. Ad hanc etiam perfectionis ſublimitatem Auguſtinus peruenerat, vt patet in libro Meditationum, vbi ſic dicit. Ecce domine dum tibi mens mea ſuſpirat: & tuam ineffabilem pietatem meditatur, ipſa carnis ſarcina minus grauat: cogitationum tumultus ceſſat: pondus mortalitatis & miſeriarũ more ſolito non hebetat, ſilent cuncta, tranquilla ſũt omnia, cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus ſpũs præ dulcedine viſionis tuę accenſus ĩ inuiſibilium amore rapi ſe videt. nec tali & tanta ſubleuatione mentis contentus, ſubdit. Aſſumat quęſo ſpiritus meus pennas, vt aquila: volet & non deficiat vſq; ad decorem domus tuę & thronum gloriæ tuæ. Igitur de hoc paradiſo cœleſti exiuit Auguſtinus quãtum ad omnes tres actos hierarchicos

prædictos ſibi cœlitus infuſos. Nam per gratiam dei meruit purga
ri, illuminari, & perfici. Et per hoc dicitur ipſe de paradiſo cœleſti
exiuiſſe. pro quanto hæc de cœlo ad deum deriuata exiſtunt. Ter-
tius paradiſus eſt ſubcœleſtis: qui eſt duplex / ſcilicet terreſtris & ſpiri
tualis. De terreſtri nihil ad pręſens. De ſpirituali autem paradiſo ha-
bitum eſt in ſermone pręcedenti ſuper illo verbo. In delicijs paradi
ſi dei fuiſti: & ibi de hoc paradiſo ſpirituali dicta ſufficiunt in propo-
ſito hic & cætera.

¶Subſermo. II. ad idem. Et in
numero. CXXXIX.

DIxi rigabo hortum plantationum & inebriabo part' mei
fructum. In iſtis verbis ſanct' Aug. attollit quo ad fina
lis ſtudij fructũ & vtilitatẽ. ¶Datur enĩ itelligi quo fine A
& qua intentiõe ipſe de triplici paradiſo p̃dicto exiuerit
doctrinam ſuam de paradiſo acceptam alijs communicando. Dixi
inquit in corde meo decreui & intendi: Rigabo ortũ plantationum
& cętera. ¶Vbi innuit duplicẽ fructũ doctrinę ſuę ſecundũ duo ge- Duplex
nera hominũ. ¶Nã ſunt quidã generaliter fideles in eccleſia. Et de fruct' do-
illis dicit. Rigabo ortũ plantationũ, id eſt eccleſiã ſcdm gloſſam, quę ctrinæ. S.
eſt ortus in quo plantauit dñs fideles: ſcdm illud Gene. j. Plantauit August.
dñs paradiſum voluptatis a principio. Hunc ortũ a Chriſto planta-
tũ, Auguſti. ſua doctrina rigauit. Vnde dicit. Rigabo ſcilicet fluentis
doctrinę, vt videlicet eccleſiã & corda hominũ fructificare faceret.
Secus faciunt qui docẽt vel prędicãt: non vt eccleſiam vel corda ho
minũ rigent, ſed magis vt ipſi quęſtũ vel laudes hominũ acquirant:
& tales quęſtũ ęſtimãt eſſe pietatẽ, vt dicit Apoſto. j. Timo. viti. Ali-
ud eſt genus hominũ Auguſtino ſingulariter familiariũ & domeſti
corũ, quales ſunt religioſi ſub ſua regula militantes. De quibus ſub-
dit. Et inebriabo partus mei fructũ, id eſt filios meos quos peperi
ſub obſeruantia regulari: vt accedat illud Gal. iiij. Filioli mei. fructũ
partus mei inquit. Non ſic dixit de orto plantationũ vbi non addi-
dit mearũ. Plantare enim eccleſiã ſolius Chriſti fuit. Sed rigare eam
fuit apoſtolorũ & doctorũ. De iſtis autem ſingularibus filijs nõ dicit
plantare nec rigare: quia iam plantati & rigati fuerunt in orto eccle-
ſię ſicut alij chriſtiani: ſed poſtq̃ intrauerũt religionem facti ſunt fru-
ctus partus ſui. Ipſe enim in Chriſto Ieſu per regulam eos genuit.
Vnde in ſermone ad fratres ęremitas de tribus generib' monacho-
rum ſic loquitur Auguſtinus dicens. Fratres mei & filioli quos quo
tidie parturio in viſceribus charitatis: vos eſtis vinea mea electa in
medio paradiſi eccleſię plantata: Chriſti ſanguine redẽpta & irriga-
ta: ad hanc vineam ego ſolus dei virtute vos cõgregaui & operarios

meos feci, vt laborantes in ea vſq; in finem fructum recipiatis in tẽ
B pore ſuo. De iſtis inquam dicit ꝙ vult eos inebriare. ❡ Inebriabo inquit partus mei fructum. Inebriare dicitur quaſi extra briam, id eſt menſuram quę eſt in ſtatu communi, ponere. Et quidem beatus Auguſtinus eccleſiã ſua doctrina ſaluberrima rigauit: ſed filios ſuę regulę ſpecialiter inebriauit: quia extra & vltra communem ſtatum hominum eos poſuit. Ad hanc inebriationem ſponſus inuitat ſpecialiter clauſtrales. Canticorum quinto cum dicit. Inebriamini chariſſimi. Prius quidam dicit, Comedite amici. Quod refertur generaliter ad fideles eccleſię, qui omnes ſunt amici ſponſi, Matth. quindecimo. Vos amici mei eſtis ſi feceritis ea quę pręcipio vobis. Hi debent comedere id eſt pręcepta dei obſeruare. vnde gloſſa. Comedite, id eſt delectamini faciendo pręcepta mea. Sed quidam comedũt & non ſaturantur. Vnde gloſſa. comedit & non ſaturatur: qui epulas ſcripturarum didicerit: nec tamen vitam correxerit: qui pręcepta vitę lętabundus audit: ſed ad implenda piger remanet. Bibere autem & inebriari competit religioſis clauſtralibus: qui non contenti communi obſeruantia pręceptorum ſe ſubdunt diſciplinę regulari ad obſeruantiam conſiliorum. ❡ Et hi recte dicuntur inebriari.

C

Quõo boni clauſtrales iebriari dicãtur.

Mos enim ebriorum eſt deſipere: ſeipſos nudare: & nuditatem ipſam non erubeſcere: & non ſenſu ſuo regi, ſed vini fortitudine agi, ſic iſti clauſtrales. Quid eſt clauſtrum niſi cella vinaria & ſpiritalis taberna: in qua ſi purum vinum abundanter apponeretur: quis dubitat quin potantes inde ſpiritualiter inebriarentur. Hinc eſt ꝙ bonis religioſis deſipit mũdꝰ. Guſtato eñ ſpiritu deſipit oĩs caro. Et hoc q̃tum ad votum continentię. Item nudant ſeipſos per abdicationem proprietatis bonorum temporalium per votum paupertatis Item nuditatem ipſam/id eſt paupertatem non erubeſcunt. Itẽ non ſenſu ſuo agunt, ſed ſpiritualis vini virtute/doctrinę cœleſtis mãdatis/& regularibus inſtitutis reguntur. Et hoc quãtũ ad votũ obediẽtiæ. Sic inebriati fuerunt ſancti Apoſtoli cum eſſent repleti ſpiriuſãcto dicentibus Iudęis, quia muſto pleni ſunt. Tali muſto beatus Auguſtinꝰ inebriauit fratres ſuos i æremo. vt patet in ſermone de margaritis regularis inſtitutionis: vbi ſcribit ſic. Fratres mei & lætitia cordis mei: corona mea, & gaudium meum. quia me putatis matrẽ eſſe animarum veſtrarum: ideo vos ita componere deſidero: vt in vobis nulla macula: neq; ruga poſſit ante tribunal iudicis apparere. Animabus enim veſtris: non ſolum ornamenta: ſed & medicamenta deſi dero prouidere. Studeo enim diſſuta conſuere, conciſa ſarcire, vulnerata curare, abluere ſordida, reparare perdita, & ea quæ ſũt integra ſpiritualibus margaritis ornare. Ego enim margaritas de pa

radiſi patria vobis donare cupiens:qđ eſt ad propoſitũ de exitu tri-plicis paradiſi ꝑdicti. Et ſubdit. Sed añ oía frẽs chariſſimi quos iterũ parturio:donec reformet̃ in vobis Chriſtus.diligat̃ de⁹:deinde pro ximus.& ſubdit. Et ideo fratres dilectiſſimi commorantib⁹ vobis ĩ æremo in noĩe dñi noſtri,placeat ſecundum Apoſtolicam vitã vnũ ſentire:& omnia communiter poſſidere. Et hoc quantum ad votum paupertatis. Et ſubdit. Illum qui vobis ꝑeſt/ poſt deum ſicut decet honorate,& hoc quantum ad votum obedientię. Et ſubdit. Si ocu-li ſeruoꝝ dei iaciantur in aliquam fœminarũ:cauete ne in illã figan-tur.& hoc quantum ad votum caſtitatis. Et hęc omnia magis expli cite in ſua regula continentur. Itẽ in alio ſermone ad fratres æremi-tas de paupertate dicit,ſic. Eſtote pauperes fratres mei,quoniã ex audiuit pauperes dominus. Tunc enim vere pauperes ſpiritu eritis tũc vere beati,tunc benigni,tũc ab omni malo ignari,ſi corde & ope re pauperes inueniamini. Item in alio ſermone de obediẽtia ad eoſ dẽ frẽs dicit ſic. Nihil ſic deo placet frẽs chariſſimi queãdmodũ obe dientia. Hęc in nobis ſumma & ſola ẽ virt⁹ obediẽtię. Si ieiunaueris diebus ac noctibus,orationeſq; feceris. Si in ſacco fueris vel cinere: & obediens patri non fueris: omnes virtutes ꝑdidiſti. vna obedien-tia plus valet q̃ omnes virtutes. Item in alio ſermone ſic dicit. O ſã-cta dei ſponſa obediẽtia,tu perfecta ſcala es,qua cœlum aſcẽdit̃: Tu porta paradiſi fidelibus & clauſura eorũ. Eſtote ergo fratres obediẽ tes. Itẽ alibi de oratione ſic dicit. Orate fratres mei in æremo & no-lite deficere. Nam ſicut proprium eſt canibus latrare: ita proprium eſt æremi cultoribus orare. O fratres mei dilectiſſimi, clamate in æremo orando: & non ſolum voce,ſed maxime mente. Oratio ſancta colũna ſanctarũ virtutum: diuinitatis ſcala: angeloꝝ cognata: monachorũ corona. Flete igitur fratres mei orando: & nolite defice re: vt digni efficiamini gratia dei. Ecce quomodo iſte ſanctus pater noſter Auguſtinus filios ſuos & fratres ſanctiſſime iebriauit. Quod & nobis pręſtare dignetur &c.

❡ Sermo Quartus:ad idem. & in numero. CXL.

VIdi alterũ angelũ aſcẽdentẽ ab ortu Solis habentẽ ſignũ dei viui. Apoca.vij. In verbis iſtis egregius doctor pa-ternoſter Auguſtinus cõmẽdatur a tribus. ❡ Primo a vitę & cõuerſationis excellentia & ſanctitate. Secũdo a ſummę contẽplationis refulgẽtia & lympiditate. Tertio a diuinę aſſimilationis cõueniẽtia & cõformitate. Ratione primi eſt dux pauperũ & religioſorũ. Ratione ſecũdi eſt lux doctoꝝ & cõtem A

platiuoꝝ. Ratione tertij eſt ſpeculũ perfectorũ & omniũ prelatorũ.
Primũ notatur in angeli deſignatione. Vidi alterũ angelũ. Secundũ
in ortus ſolaris aſcenſione. Aſcendentẽ ab ortu ſolis. Tertiũ in ſigni
dei cõſignatione habentẽ ſignũ dei viui. Igitur beatus Ioannes euã
geliſta: beatũ Auguſtinũ longe preuidẽs in ſpiritu dicit vbi ſupra. Vi
di alterũ &c. Vbi ſignãter eſt aduertendũ ꝙ nõ dicit angelũ abſolu-
te & ſimpliciter, ſed dicit alterũ angelũ: vt primi angeli intelligantur
illi ſpiritus quibus hoc nomen eſt impoſitũ ex primaria ſignificatio
ne, ſed alter angelus dicitur cui hoc cõuenit ex metapho. transpoſi
tione. Nã ſicut dicit Dionyſius. iiij. c. in de coele. Hierarch. Iſti ſpiri
tus ſunt qui in primo & i pluribus manifeſtati hierarchici. & preter
omnia ipſi angelica nominatione excellẽter ſunt digni habiti. Secũ-
do hoc nomen accõmodatur alijs: quare beatus Auguſtinus dicitur
alter angelus. Vel dici poteſt ꝙ inter mentes rationales quo ad oẽs
doctores beatus Augu. fuit ſicut alter angelus, id eſt ſcd's in cõpara
tione ad beatũ Paulũ apoſtolũ qui fuit primus angelus tẽpore apo-
ſtolorũ: de quo dicit Dionyſius in epiſtola ad Titũ de trãſitu apoſto
lorũ Petri & Pauli: loquẽs de Paulo ſic dicẽs. Hic inquit vere eſt an
gelus terreſtris: homo cœleſtis: imago & ſimilitudo diuinitatis. In
quibus verbis omnia predicta in auctoritate ꝓpoſita Dionyſi⁹ ex-
plicat de Paulo: qui fuit angelus terreſtris in ſancta cõuerſatiõe: ho-
mo cœleſtis in ſuprema cõtẽplatione: imago & ſimilitudo diuinita-
tis in diuina cõformatione. Vñ vides qualiter ſingula correſpõdẽt
ſingulis in themate prenotatis. Sed poſt Paulũ neminẽ ſanctoꝝ pre
fero in doctrina fidei Auguſtino. vñ ipſe ꝓprie dicitur alter angelus
B ¶ Primo ergo cõmẽdatur beatus Auguſtinus a vite & cõuerſatio-
nis excellẽtia & ſanctitate. Vñ dicitur alterũ angelũ. Hec autẽ excel-
lentia ſanctitatis attẽditur in tribus, ſcilicet in terrenoꝝ omnimoda
abiectiõe. In virium anime libera diſpoſitione. In virtutũ perfecta
operatione. Hec tria ſunt de ratione ſanctitatis: vt patet per beatum
Dionyſiũ de diuinis nominibus. c. xij. vbi diffiniens ſanctitatẽ ſic di
cit. Sanctitas eſt ab omni immundicia libera & omnino immaculata
& perfecta mundicia. Dicit ab omni immundicia q̃tum ad primum
libera q̃tum ad ſcd'm: & perfecta q̃tum ad tertiũ. Et innuuntur hec
tria in angeli deſignatione. In angelis enim ſcd'm Dionyſiũ conſide
rãtur tria, ſcilicet eſſentia qua ſubſiſtunt: virtus qua poſſunt: & ope-
ratio qua agunt. Eſſentia angeloꝝ eſt ſimplex & imaterialis: in quo
innuitur terrenoꝝ omnimoda abſtractio: quod eſt primum. Virtus
eoꝝ eſt libera & infatigabilis: in quo intelligitur viriũ libera diſpoſi-
tio: quod eſt ſcd'm. Opatio eſt perfecta & indefectibilis: in quo ſigna
tur virtutũ perfecta operatio: quod eſt tertiũ. Sanctitas enim primo

cõſiſtit in terrenoꝝ omnimoda abſtractione. Vnde ſanctus idem eſt
quod agyos grece, id eſt ſine terra. ¶ Hec autem abſtractio eſt tri- C
plex, A temporaliũ ſolicitudine & occupatione, A temporaliũ pro-
prietate & poſſeſſione. A terrenoꝝ vſu ſuperfluo & delectatiõe. De
bet ergo mens ſancta primo eſſe abſtracta, a tẽporaliũ ſolicitudine
& occupatione. Vbi ſciendũ ꝙ hec abſtractio aliter conuenit actiuis
& aliter cõtẽplatiuis. Actiuis quidẽ ſolũ ꝓhibetur ſolicitudo inordi-
nata: nõ ſimpliciter omnis: quia & Martha ſolicita erat plurimum
Inordinata autẽ ſolicitudo eſt qua aliquis quaſi ꝓprijs viribus ac ſi
nõ eſſet diuina ꝓuidẽtia: ſibi velit ſua neceſſaria acquirere: vel abſq;
reſpectu diuine ꝓuidẽtie: vel qua aliquis tantũ tali ſolicitudini imer
gitur: ꝙ omnia que dei ſunt, ſcilicet ſpiritualia obliuiſcatur: & ptinen
tia ad ꝓpriã ſalutẽ, & talia totaliter poſtponat. ps. Diuitie ſi affluant
nolite cor apponere: ſed primũ querite regnũ dei. Vel qua aliquis ſo Matth.vj
licitatur tantũ de tẽporalibus: vt quaſi finẽ ſuũ & quaſi totã ſuã ſalutẽ
in eis cõſtituat: & ꝓpter hoc deo nõ militet: ſcdm beatũ Augu. Vel
ꝙ tantũ lucris inhiat: ꝙ nõ attẽdit qualitercũq; iuſte vel iniuſte diui
tias cõgregat: ſcdm beatũ Auguſti. Talis igitur ſolicitudo ꝓhibetur
Matthei.vj. Nolite ſoliciti eſſe &c. Contẽplatiuis autẽ cõuenit abſti
nere etiã a licita ſolicitudine. Ratio, quia ad contẽplandũ requiritur Philip.iij.
virtus vnita & collecta. Apl's. Que retro ſunt obli. &c. ¶ Vbi cadit D
queſtio vna dubitabilis. Vtrũ aliquis ſtatus huius vite poſſit eſſe ab-
ſtractus ab omni ſolicitudine. Dicunt aliqui ꝙ anima abſtracta non
poteſt ſolicitari: niſi in puncto neceſſitatis: ſed hoc eſt erroneũ dice-
re: vt patet alibi. Vnde dicendũ ꝙ vita cõtẽplatiua exigit omnimo-
dã abſtractionẽ ſolicitudinis tẽporaliũ: q̃tũ ad actũ non q̃tũ ad habi-
tũ. Pro illo eñ tunc quãdo anima actu eſt rapta non poteſt ſolicitari
ſecus alias. Vnde Paulus q̃tũcũq; perfectus cõtẽplator: aliquãdo ta
men ſibi de neceſſarijs vite: etiã labore manuũ ꝓuidebat: immo &
Chriſtus habuit loculos cũ diſcipulis in cõmuni. Sic etiã abſtractus
fuit beatus Auguſtinus: de quo legitur in legẽda quod intantum ab
occupatione tẽporaliũ habuit animũ ſemp liberum: ꝙ in conſtruen- Nota con
dis nouis edificijs nunq̃ ſtudiũ habuit: que tamen ab alijs fieri nõ ꝓ tra religio
hibuit: niſi forte aliquẽ plus iuſto his eſſe intentũ cognouit. Cõmen- ſos qui gl'i
dataq; nunq̃ recipere voluit: ne qui in ſuis erogãdis potius q̃ retinẽ- ant in edi
dis erat intentus: in alienis cõſeruãdis eſſet attentus. In his etiã que ficijs faciẽ
eccleſia poſſidebat: nec tenebatur amore nec afficiebatur timore: ſed dis.
in ſuperioribus & ſpiritualibus ſuſpenſus ad diſponẽda temporalia
aliquãdo deſcẽdebat: non propria ductus volũtate ſed fratrum coa-
ctus neceſſitate. His vero ꝓ tẽpore diſpoſitis, tanq̃ a ſpinis & tribu-
lis animum ad ſuperiora & interiora mentis reuocabat intuitũ: vbi

dic de hoſpitibus ab eo inuitatis.

¶Subſermo Primus:ad idem.
& in numero. CXLI.

V Idi alterum angelum. Secūdo mens ſancta angelicę ſanctitatis imitatrix debet eſſe abſtracta a temporalium ꝓprietate & poſſeſſione.

A ¶Circa quod quattuor ſunt videnda. Primo qui ſint diſpoſiti ad paupertatem euāgelicam ſectandam.

Non oēs ſūt diſpoſiti ad paupertatē euangelicam.

¶Non enim indifferēter omnes homines ſunt diſpoſiti. Vnde ſciendum ꝙ ad huiuſmodi diſpoſitionem quattuor requiruntur. Primo ꝙ ſint bene paſſiui. Ecōtra molles & delicati non ſunt diſpoſiti ad paupertatem. Exemplū de adoleſcente illo Matthęi.ix. Cui quęrēti a domino de vltima perfectione, Reſpōſum eſt ei. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quę habes & da pauperibus, & veni ſequere me. Quo audito triſtis abijt fricans caput, vt dicit euangelium Hebręorum. Igitur iſte qui fuit delicatus non fuit idoneus. Et ad hoc etiā facit exemplum de duobus adoleſcentibus Ioannis euangeliſtę, qui videntes ſeruos ſuos bene veſtitos triſtati ſunt & ad ſeculum redierunt. Secundo ꝙ ſint humiles, Mat.v. Beati pauperes ſpiritu, id eſt non habentes inflantē ſpiritum, econtra faſtidioſi. Quia enim pauperes a mūdo ſunt deſpecti oportet eos eſſe expoſitos ad ſuſtinendum contumelias & contēptibilitates varias. Sicut etiā de Chriſto dictū eſt per prophetā: Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis es valde.

Hieremi. xlix.

Alias enim ſi talia elato animo indignanter acciperet: paupertati non conueniret. Vnde ſapiēs inter tria ſibi deteſtabilia poſuit pauperē ſuperbū. Tertio requiritur ꝙ nō habeāt naturaliter fortē inclinationē ad pecuniā ad diuitias &c. Sicut enī quidā naturaliter ſunt inclinati ad iram: alij ad luxuriā: ſic etiā ad auaritiā vel ad diuitias: vel ex ꝯſuetudine vel ex impreſſione aſtrorū. Et tales oportet cū maiori conatu inſiſtere: ad acquirēdū oppoſitos habitus, iuxta doctrinā philoſophi.ij.Ethi. Exemplū de rectificatiōe virgę curuatę. Melius eſt enī nubere &c. Quarto ꝙ ſint diſpoſiti ꝙ circa meliora occupētur. Alias enī paupertas eſt eis nociua in q̄tum a ſolicitudine tēporaliū liberati in peiores occupationes cadūt. vñ Grego.in.vj.Mor. Sępe qui occupati ī humanis vſibus viuerēt: gladio ſuę quietis extincti ſunt. Immo etiam tales ex eo ꝙ paupertatem ſibi aſſumūt tripliciter peccāt: videlicet ſibiipſis materiā vtilioris occupationis ſubtrahendo: & ſic ocio vacādo. Secundo materiam ſubuētionis proximo ſubtrahēdo. Tertio alijs neceſſitate vel volūtate digne mendicātibus victū pręripiēdo. Ex pręd ictis patet ꝙ nō paſſim oēs ad paupertatem ſunt inducendi: immo quidā ſunt pauperes qui dānationē merētur: qui alias ſal

uaretur ſi bonis debite occupati fuiſſent:& ecōuerſo:vt patet ꝑ Gre
gorium in auctoritate predicta. ¶Secūdo videndū eſt qualiter paup- B
tas volūtaria ſit tenenda. Et quidē quo ad religioſos qui ſub regula
approbata paupertatē profeſſi ſunt:nō difficile eſt hoc videre. Quia
quilibet ſub forma regulę ſuę, ſicut Auguſtinēſes ſcd̄m regulā Au-
guſti. Minores, ſcd̄m regulā Frāciſci, & ſic de aliis. Sed q̄tum ad ali-
os volūtarie in ſtatu priuato pauptatē vouētes/difficilior queſtio eſt
vtpote qui nō habēt cōmunitatē nec habere poſſunt in cōmuni ſecū
dū proportionē eccleſię. vn̄ nihil habere poſſunt in cōmuni, nec in
ſpeciali ratione voti. Et ideo qualiter ſe habere debeāt ad illa quę ꝓ
priis manibus acquirūtur:quę preter quotidianū victū de ſuperfluo
ſibi reſeruāt:de talibus acceptis nō eſt facile videre: preſertim cū ſu
periorē ſui ſtatus nō habeāt:cuius licētia vſum ſibi taliū valeāt ven-
dicare: queadmodū eſt in religioſis approbatis. Sed tñ dici poteſt ꝙ
quia tale votū eſt volūtarie vouentiū emiſſum:recurrēdū eſt ad cir-
cūſtantias & ad intentionē vouētis:& ſcd̄m hoc obligatur. Vñ ſi vo
uens ſic vel ſic intēdebat ſeruare:ſcd̄m hoc eū iudico dūmodo cōdi-
tiones & circūſtantię ſint licitę & honeſtę:nō contra ſtatuta eccleſię:
ſed habeat comites voti vel iuramenti. Et ad horū declarationē poſ
ſunt varii adduci modi paupertatis:quos ponit Thomas cōtra gen-
tiles.lib.iij.ca.xxxij. Modū conuenientiorē tamen ꝓ iſtis pauperta-
ti voluntarię ſubiectis ſignaui alibi. ¶Tertio videndū quāt̄ pecca- C
tū incurrūt paupertatē vouētes:& nō recte tenētes. Circa quod ſciē
dū ꝙ triplex dānū incurrūt. Nā primo peccāt mortaliter quotiēſcū- Triplex
q; retinēt aliquid cōtra votū ſuū: quia trāſgreſſio voti peccatū mor- dānū pau
tale eſt. Et hoc eſt quod dicit Hiero. ꝙ monachus habēs obulū non ptatē vo-
valet obulū. Scd̄o ꝙ talis eſt mortuus ſcd̄m Aug. dicit eñ in ſermo uētium &
ne de vita clericoꝝ. Et ponit̄ in decretis. xij.q.j. Nolo inquit. Qui ꝓ non recte
priū habere voluerit:nō mecū manebit:ſed ſeorſū viuat. Malui eñ tenentiū.
habere claudos q̄ plangere mortuos. Et appellat claudos in pauper
tate non proficientes:quia non ſequuntur libero arbitrio:ſed mortu
os appellat tranſgreſſores paupertatis profeſſę. Tertio quia peiores
ſunt mortuis: eo ꝙ priuari debent eccleſiaſtica ſepultura : extra de
ſtatu monachorum. Cum ad monaſterium, vbi dicitur:ꝙ ſi ꝓprie-
tas apud quemq̄ inuenta fuerit in morte cum eis inſignum perditio
nis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterretur: ſcd̄m ꝙ beatus
Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. Et in hoc tales ſunt peioris
conditionis q̄ mortui qui licite ſepeliuntur. Ratio autem quare tan
tū aggrauat crimen proprietatis poteſt eſſe. Quia iſtud quod eſt di-
gnius in ſuo profectu eſſet vilius in ſuo defectu. Exemplum de cor
pore humano:quod viuū eſt nobiliſſimum quo ad alia corpora ani-

maliũ. Vnde dicit beatus Auguſti. Sicut nõ vidi meliores his qui in
D monaſterio ꝑfecerunt: ſic nõ deteriores &c. ſic hic. ¶ Quarto vide
Bonũ quadruplex ſeruantiũ paupertatis votum dũ eſt q̃tum merentur ſeruãtes votũ paupertatis recte. Et quidem quadruplex bonũ ꝯſequũtur. Primo quia paſſiones & inclinationes fomitis minuũtur & debilitãtur. Vnde Orige. ſuper illud Mat. xix. Si vis perfectus eſſe &c. obijcit ſic ꝓponens. Si quis fuerit ebrioſus adulter vel huiuſmodi: nonne mox vt iſte pauperibus bona ſua diſtribuit eſt perfectus: quaſi mox incẽtiua extinguãtur? Et reſpõdet ꝙ mox incipit tendere ad perfectũ. Et licet incentiua paſſionũ taliũ nõ totaliter extinguãtur: multũ tamẽ minuũtur: & de die in diẽ debilitantur ex effectu eleemoſynę, & per orationes pauperũ qui eã pceperũt. Secũdo virtutibus ꝓficiũt cõtinue & augentur: quia in quolibet actu accipiẽdo eleemoſynã ꝓpter deũ merentur tã ſibi q̃ danti. Declara. Tertio quia quilibet volũtarie pauper in vltimo iudicio iudex cõſtituetur, Mat. xix. Vos qui reliquiſtis omnia &c. vſq; iudicãtes. Cuius ratio eſt. Dignum eſt eñ ꝙ qui hic voluntarie pauper pro Chriſto deſpicitur: ab omnibus etiã illic iudex cõſtituatur. Quarta quia diuina dulcedine ſiugulariter perfruetur. p̃s. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Dignũ eſt eñ vt qui oẽm dulcedinẽ pręſentis
E cõſolationis a ſe abdicauerũt: guſtu ſingulariori deo potiatur. ¶ Nota ꝓpter illud quod dictũ eſt in primo principali de loculis Auguſt. de cõmuni vita clericoꝝ. Exemplũ inquit dñi accipite cõuerſantis in terra. Quare habuit loculos cui angeli miniſtrabant: niſi quia electi ipſius loculos habituri erãt. Itẽ dñs habebat loculos a fidelibus oblata cõſeruãs: & ſuoꝝ neceſſitatibus, & alioꝝ indigẽtiũ tribuebat. Tunc primũ eccleſiaſticę pecunię forma eſt inſtituta: vt intelligeremus quod pręcepit non eſſe cogitandũ de craſtino nõ adhuc fuiſſe pręcepiũ: vt nihil pecunię ſeruaretur a ſanctis: ſed ne deo ꝓpter iſta ſeruiatur, & ꝓpter inopię timorẽ iuſtitia deſeratur. hęc Aug. Quod autẽ beatus Augu. hanc voluntariã paupertatẽ ſeruauerit: patet ex ſua vita propria. Nã ipſe pauper cũ Chriſti pauperibus ſub regula viuebat. Quod autẽ alios ſuadendo docuit: hoc ipſe fecit: vñ teſtamẽtũ nullũ fecit: quia vnde faceret pauper Chriſti nõ habuit: vnde ipſe erat tãtus pauptatis amator: vt ipſe inſtitueret nullũ clericũ habere debere ꝓpriũ. vt. xij. q. j. volo. & c. ij. ſequẽtib⁹. Quã etiã pauptatẽ tẽpore gẽtilitatis amare didicerat añ. xiiij. annos ſui baptiſmi: qđ ſibi diu fuiſſe pſuaſũ dicit in li. ſoliloquioꝝ: vbi vide de hoc. Itẽ legit̃ in legẽda ſua ꝙ beatus Augu. pauptatẽ tanq̃ theſaurũ inuẽtũ diligebat: hanc amplectebatur: huic inhęrebat: ſciens ꝙ virtus voluntarię paupertatis cuſtodia eſt ſanctitatis.

¶ Sub ſermo ſcđs: & in numero. CXLII.

Vidi alterum angelum. Tertio mens ſancta angelicę ſãcti tatis imitatrix debet eſſe abſtracta a terrenorum iordinato vſu & delectatione. Et pręcipue ab his quę ſunt circa guſtũ & tactum: quia circa hęc eſt temperantia. vt dicitur tertio Ethico. Circa autem alios ſẽſus, nõ niſi p accidẽs: put ſcilicet, talia reducunt ad guſtũ & ad tactũ. ¶ Circa guſtũ aũt attendit temperantia cibi & potus. de qua primo vidẽdũ eſt. Et circa hoc tria ſunt videnda. Prio in quo medio, vel qua menſura vſus iſte conſiſtat. Secundo qualiter hęc menſura a quolibet perpẽdi debeat, vel queat. Tertio ad quem finẽ quiſq; in quolibet ſtatu cibis vti debeat. Quantum ad primũ ſciendũ, ꝙ in generali conſideratione nõ attẽditur mediũ rei: ſed ꝓportionis quo ad nos: vt dicit tertio Ethi. Quod eñ nimis eſt vni, ſicut infirmanti: nimis modicum eſſet forti & laboranti: & ideo oportet ſumere illud medium nõ ſecundũ rem: ſed ſecundum proportionem ad homines. In ſpirituali tamẽ in quolibet indiuiduo bene eſt medium rei: licet hoc non oporteat eẽ punctale ex ea ratione: quia difficile cognoſci poteſt medium: in quantũ tamen quis medium punctale cognoſceret: ſtare deberet in puncto. Exemplum: ſicut angeli mouẽt corpora cœleſtia circa pũctũ, quod ſtat ſemper immobile: & in hoc attendunt aſſimilari primo mobili: vt patet ſecũdo Meta, ſic in propoſito. Sic Auguſtinus, Quẽadmodum medicamenta. &c. ¶ Sed quia dictum eſt in genere non ẽ medium rei, ſed proportionis: Ratione huius cadit hæc queſtio p modum corollarij de his qui habent vnum communem cibum cũ ſint plures. Vtrũ ſine peccato poſſit vnus plus ſumere alio. Et videt ꝙ non: quia vnus non plus ſoluit q̃ alius quantum ad habentes bona temporalia. Vel vnus nõ plus laborat q̃ alius, vel orat plus alio quã tum ad viuentes in ſocietate pauperum. Sed contrarium eſt tenendum: quia dicit beatus Augu. in regula: non ęqualiter omnibus. &c. Ad obiectũ dicendum, ꝙ talẽ exceſſũ charitas ſupplere debet: vt de hoc vis nõ habeatur. Debet tamen talis conari: vt plꝰ alijs laboret, vel oret. Sicut etiam ſi quis exceſſiue multũ cõſumeret, in ſocietate diuitũ plus ſoluere deberet: nec alij qui poſſũt paucioribus eſſe contenti: maxime in ſocietate pauperum / & religioſorum doleant, ſi vident iſtos plus ſumere: ſed ſibi potius gratuletur, quia valent, ꝙ nõ valent illi qui ad illam frugalitatẽ peruenire non potuerũt. ¶ Quantum ad ſecundum, quomodo illud medium cognoſcatur eſt ſciẽdũ, ꝙ tã difficile eſt, ꝙ vix quiſq; perfectus diiudicat hoc, vt di. Grego. iij. Moral. Cuius ratio eſt: quia in ſumptione cibi duo concurrunt: ſcilicet neceſſitas & voluptas: quæ inter ſe litigant de antecedendo: ſecũdũ beatũ Augu. x. Confeſ. vbi dicit, Dum ad quietẽ ſocietatis ex do.

A

B

C

Vix cognoſcitur medium i cibo ſumẽ

E

indigentię moleſtia tranſeo:in ipſo tranſitu inſidiatur laqueus con-
cupiſcentię. Item ipſe tranſitus voluptas eſt:& cum ſalus ſit,tã edẽ-
di,q̃ bibendi adiungit ſe tanq̃ periculoſa pediſſequa iocunditas: &
plærumq; præire conatur:vt eius cauſa fiat,quod ſalutis cauſa me
facere,vel dico,vel volo:nec idẽ modus vtriuſq; eſt. Nam quod ſa-
luti ſatis ẽ delectationi parũ ẽ:& ſępe incertũ.vtrũ adhuc neceſſaria
corporis cura ſubſidiũ petat:an voluntaria cupiditatis fallacia mini-
ſteriũ expetat:& ad hoc multũ hilareſcit infelix anima:& in eo parat
excuſationis patrociniũ:gaudẽs nõ apparere,quid ſatis ſit modera-
tioni valitudinis:vt obtẽtu ſalutis obũbret negociũ voluptatis. hæc
D Augu. ¶ Sed hic cadit duplex quęſtio. Prima eſt,cũ in brutis ſit na-
turalis induſtria ſui cibi:quo ſumpto non plus appetit: ſed ſibi ipſi
metam ponit:quare hoc non eſt in homine:cum turpe ſit homini in
ter omnia anialia ſtomachi ſui nõ noſcere menſurã. vt dicit Seneca.
Ad quod dicendum,ꝙ natura multa dedit brutis neceſſaria q̃ non
dedit homini:ſed aliquid excellenti⁹. Verbi gr̃a dedit anialibus cor-
nua ad pugnandũ vel vngues:pellem piloſam ad tegendũ:ſed homi
ni dedit melius:vt induſtriam ad faciendũ arma,& veſtes, & omnia
neceſſaria. Sic in propoſito deus dedit huiuſmodi lumẽ rationis na-
turalis,qua ſi bñ vti voluerit:mẽſurã cibi ſui optie metiri poterit:nõ
obſtante certamine prędicto. Ad hoc facit,quod dicitur i euãgelio.

Quare voluit dominus eſſe delectationem in ſumptione cibi.

E Habent Moyſen & Prophetas. a dapta. &c. ¶ Scda q̃ſtio eſt:cur hoĩ
inditũ ſit a natura tale certamen indigentię & voluptatis: & non po
tius ꝙ ſumeret cibum abſq; voluptate. Dicẽdũ propter duo. Primo
ꝑpter indiuidui conſeruationem. Nam homo plęrũq; alijs intẽtus,
negligeret famis tempore & indigentię cibum ſumere:niſi ꝑ famẽ,
quæ eſt appetitus cibi delectabilis ammoneretur. Secundo propter
hominis virtuoſam exercitationem:quę qdem exercitatio habet fie
ri circa delectationes & triſtitias. vt dicitur in Ethi. Igitur licet diffi-
cile ſit hoĩ ſcdm ꝓportionẽ ſuã cibi metiri mẽſurã,vt dictũ ẽ:non tñ
eſt ipoſſibile. Nã Paul⁹ hoc ſciuit: vt ꝑtractat beat⁹ Aug.iiij. Cõfeſ.
vbi appellat eũ cœleſtiũ caſtrorũ militẽ. Scio (iquit Apl's ad Phil.iiij.)
ſatiari & eſurire:ſcio abũdare,& penuriã pati:ecce (inqt beat⁹ Aug.)
miles caſtrorũ cœleſtium:nõ puluis quod ſum⁹:nec ille in ſe potuit:
quia idem puluis fuit:quomodo talia dicentem afflatu tuæ inſpira-
rationis adamaui. Oia (inquit) poſſũ in eo qui me cõfortat. Itẽ Aug.
in lib. Queſtio. euan ꝑtractãs eadẽ verba Apoſtoli di.ꝙ iuſtitia nec
eſt i abſtinẽdo, nec in mãducando:ſed ęquanimitate tolerãdi iopiã
& temperãtia ꝑ abundantiã nõ ſe corrũpendo. & ponit .xlj.di.qđ di
cit Dñs. vbi plura ponunt de hac materia pulchra,& vtilia ꝑ totã il-
lã diſtinctionẽ ibi videbis. Prędicta etiã verba Apl'i ꝑtractãs Greg.

In li. Mora. dicit ſic. Qui acceptis alimentis/nō ad ingurgitationē vē
tris vtitur, ſed ad reparationē vitæ & virtutis: nec plus carni tribuit/
q̄ neceſſitas petit, ſcit ſatiari. Qui alimentoꝝ inopiam ſine murmu-
re tolerat, nec pro neceſſitate victus aliquid agit vnde anima laqueū
peccati incurrat, ſcit & eſurire. Quem vero in abundantia/ſuperbia
non eleuat: nec in neceſſitate/cupiditas irritat, nouit abundare & pe
nuriam pati. Sic etiam beatus Augu. menſurā cibi ſui optime nouit
d.iiij. Cōfeſ. Hoc me docuiſti domine Ieſu, vt quemadmodum me
dicamenta/ſic cibum ſumpturus accedā. & infra. Ebrioſus nūq̄ fui.
Dicit etiam in Solilo. Interrogatus quare nō tibi curæ eſt ciborū iocū
ditas? Reſpondit. Ea quæ ſtatui non edere nihil me commouent, cū
alia non aſſunt. Prorſus non audet ſe appetitus interſerere ad impe-
tum cogitationis meę. Omnino me de cibo & potu, ſiue balneis, cæ
teraq; corporis voluptate nihil interroges: tantum ab ea peto quātū
in valitudinis opem conferri poteſt. Vnde ſi nondum baptiſat⁹ api
cem tantę perfectionis virtutum attigerat: quid poſt. &c. ¶ Quan- F
tum ad tertium, videlicet quem finem quiſq; in quolibet ſtatu inten
dere debeat in ſumendo cibum. Sciendum ꝙ aliū finem intendere
debēt incipiētes: alium ꝑficientes: aliū perfecti. Vnde circa hoc duo
ſunt cōſideranda. Primo quō diuerſimode ſe habere debet quilibet
ſecundū ſuū ſtatū: in ſumendo neceſſaria vitæ. Sciendū autem, ꝙ in
cipientes non ſunt eiuſdē conditionis: qm̄ quidā melius trahunť ad
virtutes via duritię & rigoris: vt qui ſūt de natura ſeruorū. Quidam
via benignitatis & blanditię: vt delicati & molles qui per aſpera faci
liter frangerenť. Primi incipere debent totaliter ab oppoſito vitij, &
vitæ prioris: vt tandem remaneant in medio. Vide exemplum Phi
loſo. ij. Ethico. qui ponit exemplum de virga tortuoſa quæ curuatur
ad partem oppoſitam, vt poſtea remaneat in medio rectitudinis.

Varij vario mō ſe hr̄e debēt, in ſumēdo vitę neceſſaria.

Verbigratia, ſi fuerit potator vini incipiat bibere aquam in menſu-
ra: & poſtea paulatim plus: & ſic finaliter per contrariam aſſuefactio
nem habebit pro vſu ſuo potum communem. Iob. vj. Quæ pri⁹ no
lebat tangere anima mea: nūc prę anguſtia cibi mei ſunt. Secūdi aūt
ſcilicet, teneri & delicati debent paulatim ſibi ſubtrahere prio patū:
poſtea plus, donec attingat medium abſtinētię. Exēplo Apoſtolorū
qui non ieiunabāt in principio ſuę vocationis. Vnde Matthæi. xiiij.
dicitur, ꝙ diſcipuli Ioānis dixerūt domino. Quare nos & Phariſęi
ieiunamus frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant. Cuius cau-
ſam aſſignat Remig⁹, eorum fragilitatem & nouitatem. Non enim
conueniebat, vt ſeueriora pręcepta ieiuuij eis committerenť: ne for
te auſteritate frangerentur. Exemplū de nouitijs religioſorū. Iſtorū Quo fine
autem incipientium/tam primæ/q̄ ſecūdæ conditionis finis quem incipiētes

vti debēt intendere debent, in ſumptione cibi ſui eſſe debet caſtigatio, & ma-
cibis. ceratio carnis, in pœnam pro peccatis præteritis, & in cautelam de
futuris. Pſal. Quia cinerem tanq̃ panem manducabam: & poculum
meum cum fletu miſcebam. Et alibi. Cibauit nos pane lachryma-
G rum. &c. Expone auctoritatem. ¶ Proficientes autem vtendo ci-
Q̃ñ odñt bis ſic ſe debent habere, q̄ ſic corpus caſtigetur, q̄ non ſuperbiat,
pficiētes & ſic nutriatur, & ſuſtentetur, vt ſeruire valeat. Quando enim caro
vti cibis: domatur: ſpiritus roborat. Exēplū de Iacob. Geñ. xxij. Cuius cū ſœ-
& quo fi- mur emarcuiſſet, vidit dominum facie ad faciem. Hoc autem: ſcili-
ne. cet corpus caſtigare cum hac moderatione, vt poſſit ſeruire: incum-
bit præcipue proficientibus, quorum eſt varijs in virtutum actibus
ſe exercere: qđ facere non poſſent, niſi vires ſuppeterent naturales
ſeu carnales. vnde finis iſtorum debet eſſe confortatio ſpiritus: vt ca-
j. Corin. ix ro ſubſit ſpiritui. Sic fecit Apoſtolus, cum dixit. Caſtigo corpus me-
H um, & in ſeruitutem redigo. ¶ Cōtemplatiui autem & perfecti intā
tum vtendo cibo debent eſſe abſtracti: vt non ſolum voluptas cibi
eis non libeat, ſed iam eis omnino deſipiat, & amareſcat: vt nunq̃
cibum capiant, niſi cum amaritudine & dolore. Gemētes ſe hac ne-
ceſſitate conſtrictos in carcere huius corporis: q̄ oportet eos talib⁹
Iob. iij. moleſtijs occupari, dicentes cum Iob. Anteq̃ comedo ſuſpiro. Dif-
ferenter autem hi habent dolere, & gemere q̃ incipiētes: quia illi ge-
munt peccata ſua: iſtorum vero gemitus ex deſiderio patriæ cauſa-
tur, dicentes cum Pſal. Heu mihi quia incolatus meus prolonga-
tus eſt. Et iſtis apte dicitur illud Pſal. Surgite poſtq̃ ſederitis, qui mā-
ducatis panem doloris. Contemplatiui vero, & ſi aliquando ad ſu-
mendum neceſſaria vitæ ſedeāt per aliqualem terrenorum vſum:
nunq̃ tamen iacent, quaſi terrenis totaliter icumbentes. Et ideo ta-
les mox, vt ſederint, iubentur ſurgere: ad actum videlicet cōtempla-
tionis. Et hi inquam ſunt qui manducant panem doloris: quia non
niſi cum dolore deſcendunt a contemplatione ad manducandum
panem: imo omnis cibus corporalis eſt eis doloroſus præ magnitu-
dine amoris patriæ: vbi ab hac moleſtia liberabuntur: & ideo ſequi-
tur. Cū dederit dilectis ſuis ſomnū: ecce hęreditas dñi. Tales eñ deo
dilecti non moriuntur: ſed quaſi obdormiūt in reſolutione: & tunc
I paratam inueniunt hęreditatē dñi, videlicet ęternę fruitionis. ¶ Et
ſi q̃ratur quare iſtę mentes dicuntur lugere, quādo comedūt plus q̃
alio tempore? Ratio eſt, quia tūc aduertūt ſe in mortali carcere fore
conſtitutos: quod non faciūt, dum ſunt in contemplatione ſuſpenſi.
Roma. vij Hunc panem comedit angelus ille terreſtris Paulus quando di. In-
felix ego homo quis me liberabit de corpore. & iterꝫ Cupio diſſolui
& eſſe cum Chriſto. Similiter & alter angelus: ſcilicet Auguſtin⁹, qui

cibi vſum moleſtiam appellat: vt ſupra in ſecundo membro:& alibi. Diſplicebat ei quicquid agebat in ſeculo præ dulcedine dei. Et.x.Confeſſio.dicit.Ego lugens ſum:eo ꝙ inconſummatus ſum: ſperās perfecturum te in me miſericordias tuas. Itaq; finis iſtorum debet eſſe,ꝙ in ſumendo cibum,& alia neceſſaria vitæ,non ſe, ſed ipſum deum intendant:ita ꝙ nō ſibi,ſed deo comedant. Et iſte eſt rectus ordo:vt primi:ſcilicet incipientes,intendāt corporis afflictionem.Sed ſecundi:ſcilicet proficientes,intendant ſpiritus roborationem. Sed iſti tertij intendant ſolum dei dilectionem: ſicut Paulus dicit.Mihi viuere Chriſtus eſt:mori autem lucrum. Philip.j. Et beatus Auguſtinus.iiij Confeſſio.Cum inhęreo tibi ex omni me:viua erit vita mea tota plena te. Tunc mens inhæret deo ex omni ſe:quando quicquid facit,vel vult non ſibi facit:ſed deo facit,vel vult. Item Tu refulges & places, vt abijciā me,& eligam te. Applica. Et ſic patet qualiter beatus Auguſtinus abſtractus fuit ab vſu & delectatione terrenorum:quantum ad illas delectationes,quæ ſunt circa guſtum Et conſimiliter iſtis per omnia adaptari poteſt de his quæ ſunt circa tactū:puta Venerea, balnea,mollities ſtrati, & quæcunq; talia. Et qualiter ab iſtis omnibus delectationibus & commodis beatus Auguſtinus fuit abſtractus,habetur manifeſte ex libro Soliloquiorum. vbi dicit. ꝙ etiam cum horrore & aſpernatione talia recordabatur, & loquitur de Venereis.& ſubdit. Et hoc mihi bonum in dies creſcit. Nam quanto augetur ſpes videndę illius pulchritudinis qua vehementer ęſtuo:tanto ad illam totus amor,voluptaſq; conuertitur. Et hoc ſcripſit ante baptiſmum,vt dictum eſt ſupra. Quia igiꝰ magnę abſtractionis creditur fuiſſe:ideo merito angelus nuncupatur: ratione abſtractionis a terrenis & carnalibus. Nam in carne præter carnem viuere,angelica vita eſt ſecundum Hierony. Vnde de eo apte intelligitur illud Apocaſ.iiij. ꝙ angelus amictus eſt nube: quia licet conuerſatio ſua eſſet in terra ſitu corporali:erat tamen ſimilitudine nubis mente eleuatus a terrenis abſtractione corporali,vt dice re poſſet cum Apoſtolo. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Philip.iij.

¶Subſer.iij.ad idem.
& in numero.CXLIII.

Vidi alterum angelum. Viſo quomodo ſanctitatis excellentia attenditur in terrenorum omnimoda abiectione:ſequitur videre quomodo attenditur in virium libera diſpoſitione:vt videlicet libere,& abſq; omni retardatione, & impedimento poſſit in operationes ſuas:ſecundum quandam ſimilitudinem eius quod

videmus in angelis:qui ſecundum Dionyſium habent virtutem oi-
mode liberam & indefeſſam,& in nullo penitus impeditam. vnde
poſſunt in operationes ſuas ſine morę dilatione,omnia aduerſa co-
ercere: poſſunt ſine reſiſtentia & contradictione,ſubito & in inſtan-
ti iuſſa perficiunt,atq; protractione.Propter quod angeli volare di-
cuntur,& habere alas in ſcriptura:per quas intelliguntur vires habi-
litatę , & bene diſpoſitę ad contemplandum: ad inſtinctus diuinos
prompte,& faciliter obediendum/& conſequendum.Sciendum er-
go ꝙ habilitatio & diſpoſitio virium attenditur penes ſex quæ de a-
Sex gradi lis Cherubin leguntur.In quibus intelligim' ſex gradus ſi quib' ani
bus ania' ma vel vires eius,vel mens ad contemplationem diſponuntur. Pri
diſponit' mo enim legimus, ꝙ manus hominis erat ſub pennis Cherubin: p
ad cōtem quod intelligitur ſedula imitatio operum Chriſti: vt mens in omni
plandum. actu ſingularium virium conetur ſe cōformare Chriſto per virtuoſā
imitationem.Per hoc pręcipue habilitantur vires.vnde menti volē
Exo.xxv ti ardua perfectionis ſcandere,dicitur illud. Inſpice & fac ſecundum
exemplar.Sic beatus Auguſtinus,cui diſplicebat omne in quo no-
men Ieſu Chriſti non habebatur.Secundo alę Cherubin ſunt exal-
tatę a terra:in quo intelligitur eleuatio mentis vltra illud quod ſenſi
bus corporeis appręhendi poteſt. Iob.xxxiij. In viſione nocturna
per ſomnum irruit ſopor ſuper homines. Per hoc enim ꝙ mens ab
iſtis ſenſibus abſtrahitur,& in ſe totaliter quietatur maxime ad cō-
templandum diſponitur. Vnde Grego.in Moral'. Qui ad interiora
intelligenda rapi voluerit:oportet,vt a rebus viſibilibus oculos clau
dat.Sc beatus Auguſtinus tranſcendit omnes ſenſus corporis,quar
to Confeſ.di.Cum te amo,non ſpeciem corporis.&c.Tertio alas ex
pandebant.iij.Reg.viij.Expandebant Cherubin alas ſuas: ſcilicet,
ſuper locū arcę:in quo meditatio itelligit'.Sicut enim aues immobi-
liter ſe habentes in aere alas dicuntur expandere: & attente tremu-
lis oculis aſpicere,quo debeant poſtea volare:ſic anima a ſenſib' ele
uata cum timore per meditationem diligenter attendit locum & pa
triam ad quam tendit:& hoc eſt expandere alas ſuper locum, & pa-
triam animæ. Sic beatus Auguſtinus quarto Confeſſionum. Hic
eſſe valeo,nec volo:illic volo,nec valeo:miſer vtrobiq;. Applica.
Quarto alę ſeinuicem percutiebant:in quo excitatio mutua virium
intelligitur.Exemplum de angelo excitante Petrum in carcere. Sic
vires ſuperiores debent excitare inferiores incarceratas,vinctas ca-
tenis duabus, ignorantiæ & negligentiæ: & ſic omnes ſimul tan-
dem pertranſeunt portam ferream duritiæ naturalis cognitionis.
Sic beatus Auguſtinus. vt patet in proceſſu quarto Confeſſionum:
vbi omnes vires ſuas ad deum excitat: & naturalem cognitionem

pertranſit. Quinto alę ſonitum dabant: in quo recordatio & gra-
tiarum actio omnium beneficiorum dei intelligitur : per quod
mens ſumme ad contemplandum diſponitur. Vnde Ezechielis
iiij.legitur, ꝙ ad ſonitum alarum Cherubin audiebatur, quaſi vox
omnipotentis dei loquentis. per quod deſignatur, ꝙ ad ſonitum
gratiarum actionis de beneficijs dei perceptis : quaſi ex dulci me-
lodia cordis/ auris dei delectabiliter pulſatur ad reuelationem ſe-
cretorum ſuorum . Exemplum de Samuele, qui cum ſpiritum
prophetię non haberet, vocauit pſaltem. Adapta: diſcurrẽdo per ſin-
gulas chordas pſalterij/ſingula beneficia a deo i gratiarum actione.
Sic fecit Hugo in de Arra animæ. ſic beatus Auguſtinus per totum
librum Confeſſionum .Sexto Cherubin ſubmittebant alas ſuper
Propiciatorium: locum ſcilicet, in quo dominus ſe propicium oſten-
debat. Per quod mentis defectio intelligitur: quæ eſt vltima diſpo-
ſitio ad contemplandum: niſi mens prius a ſe deficiat, non rapitur
ſupra ſe. Pſalmiſt . Renuit conſolari anima mea. &c. vſq;. defi-
cit ſpiritus meus. & hæc defectio mentis/vel ſpiritus vocatur deſer-
tum . Canticorum .iij. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum?
Mens enim quæ a ſeipſa iam deſerta a terrenis delitijs perfundi-
tur : iam non ſibi ſoli, dilectio innuitur admodum volare cupien-
tis, ſed aui forti confidenter innitentis. Dicit autem Prophera.
Audiam quid loquatur in me dominus deus. Sic beatus Auguſti-
nus quarto Confeſſionum . Aliquando intromittis me : ad neſcio
quam dulcedinem. Item nono Confeſſionum, quando colloqueba-
batur cum matre valde dulciter, dicens. Attingimus eam: ſcilicet,
beatam vitam modice toto cordis actu ſuſpiramus & relinquimus
ibi relegatas ſpiritus primitias . Ideoq; beatus Auguſtinus habet
alas : ſcilicet vires ſuas ad volandum i cõtemplatione liberas, & opti
me diſpoſitas: ideo ipſe eſt angelus de quo ſcribitur Apoca.xiiij. Vi
di angelum dei fortem volantem per medium cœli, ſcilicet increati,
id eſt per medium trinitatis contemplando & perſcrutando/quali-
ter media in trinitate perſona.ſ.verbũ a patre proceſſerit . Vnde ipſe
eſt illa aquila grandis magnarum alarum, quam vidit Ezechiel: quę Ezechie.
longo membrorum ductu volauit ad libanum cœleſtis ſubtilitatis, xvij.
& tulit medullam cedri , id eſt arcana diuinitatis tranſportando in
terram Sennaar, id eſt, anguſtiæ : communicando nobis in angu-
ſtia huius vitæ poſitis ſcripturis & dictis ſapientiam altiſſimæ veri-
tatis. Ad hunc autem volatum internæ contemplationis anima
ſancta alas & vires ſuas conuenienter habilitari deſiderans, dicit
cum Propheta. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo
& requieſcam. Vbi vidẽtur implicari duo oppoſita, volare, & requi-

eſcere:& tamen ita eſt,ꝙ volatus eſt quies. Non eñ quieſcit mobi le:niſi cum tangit terminum:terminus autem volatus mentis noſtræ eſt ſolus deus qui eſt quies noſtra. Auguſtinus. Feciſti nos domine ad te:& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Unde etiam hanc quietem præſenſerat:cum exclamauit. O in pace.&c.

¶Subſer.iiij.de eodem:
& in numero.CXLIIII.

Vidi alterum angelum. Tertio ſanctitas angelica attenditur in virtutum perfecta operatione. Angelorum enim opera ſunt perfecta,& a nulla alia virtute dependentia. ¶Eſt autem angelorum triplex operatio:intellectualis,ſiue motus ſecundum Dionyſium.iiij.c.de diuinis nominibus. circularis/recta/ & obliqua. Circularis eſt vniformiter quãdo indeſinenter abſq; principio & fine intuentur deum:ſicut motus circularis carẽs principio, & fine vniformiter eſt circa idem centrum. Recta eſt,quando procedunt ad ſubiectorum prouidentiam recte omnia tranſeuntes: id eſt,cum ea ſecundum rectum ordinem diſponunt. Obliqua eſt quę ex recta,& circulari compoſita eſt. Inquantum:ſcilicet,ex contemplatione dei inferioribus prouident. Vnde dicit:obliqua eſt quando & prouidentes minus habentibus inegreſſibiliter manent in identitatibus circa identitatis cauſam,& pulchrum:& bonum indeſinenter agentes circulum eorum. Has etiam operationes intellectuales Dionyſius ibidem aſſignat ſecundum quandam ſimilitudinem in anima noſtra. Circularis operatio animæ noſtræ eſt,quando anima a ſe egreſſa ad exteriora ab eiſdem rediens:& ad ſe ingrediens/illuc redit,vnde exiuit:& hæc eſt vna circulatio. Deinde virtutibus itellectualibus vniformi vnione vnitiue collectis: totum mentis intuitum vniformiter figit in deum/quæ operatio caret principio & fine:

A De triplici operatione ãgeli,& aniæ noſtræ.

B ſicut circulus. Et hæc eſt ſecunda circulatio. ¶Ad declarationem autem eius quod dictum eſt de circulari operatione hac, Sciendum ꝙ Dionyſius difformiter eam aſſignat a circulari operatione angelorum. Cuius ratio eſt:quia intellectus noſter non eſt tantę vniformitatis:ſicut intellectus angeli. Nam intellectus angeli habet cognitionem vniformem ſecundum duo. Primo quidem,quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compoſitarum. Secundo quia non intelligit veritatem intelligibilem diſcurſiue, ſed ſimplici intuitu. Intellectus autem noſter accipit a ſenſibilibus rebus intelligibilem veritatem,& cum actu quodam diſcurſionis eam intelligit:ideo circularem operationem in angelis aſſignat:prout vnifor-

miter intuentur,vt viſum eſt. In anima autem noſtra anteq̃ ad iſtã
vniformitatem perueniatur, oportet ꝙ duplex eius difformitas a-
moueatur. Primo quidem illa quę ex varietate fit rerum exteriorũ
quę fit prout relinquit exteriora ſecundum primam circulationem
Secundo illa quę eſt per diſcurſum rationis,quę fit per conuolutio-
nem virtutum prædictam in ſecunda particula circulationis. Exin-
de erit anima vniformis angelis in hac circulari operatione ſecun-
dum ꝙ prætermiſſis omnibus in ſola dei contemplatione perſiſtũt.
¶ Recta operatio animę eſt ſecundum Dionyſium,ſecundum quã
exterioribus ſenſibus procedit ad intelligibiliũ cognitionem:ſicut
motus rectus eſt ſecundum quem aliquid procedit de vno ad aliud
Obliqua eſt ex circulari & recta compoſita : prout ſcilicet illumina-
tionibus vtitur,& rurſus ab huiuſmodi rationabilibus ad vnitas cõ
templationes ſurſum agitur ſecundum Dionyſium. Has tres ope-
rationes habuit illa angelica anima beati Auguſtini. Primam ſe ha-
buiſſe oſtendit. vij. Confeſſio. vbi dicit. Inde commotus redire ad
meipſum intraui in intima mea,& vidi qualicũq; oculo animę meę
ſuper eundem oculum ſupra mentem meam lucem domini incom
mutabilem. Secundam habuit cum loquebatur cum matre. viij. Cõ
feſſio. dicens. Erigentes nos ardentiori affectu in idipſum, peram-
bulabamus gradatim cuncta temporalia & ipſum cœlum, vt attin-
geremus regionem vbertatis indeficiẽtis. Tertiam ſe habuiſſe oſtẽ-
dit,& ſatis patet ex doctrina ſua:quam non eſt dubium eum habu-
iſſe & ſcripſiſſe ſpecialiter per angelicas illuminationes. Vnde ipſe
dicit quinto Confeſſio. Propterea credo ꝙ tu me docueris. vbi dicit
inſtinctus diuinos ſe recepiſſe in profundum. ¶ Ex qualibet iſta- D
rum operationum intelligibilium anima amoroſa ſortitur præro-
gatiuas ſpeciales. Ex circulari operatione ſortitur tres perfectiones Nota iſta
penes tres proprietates circuli. Nam in circulo eſt progreſſus ab eo ſatis ſubti
dem in idem:ſecundum hoc accipitur prima perfectio quæ eſt redi lia.
tio animæ in ſuum principium a quo effluxit. Sapiens Eccľ j. Ad lo
cum vnde exeunt flumina reuertuntur. Etiam Pſal. Conuertere ani
ma mea in requiem tuam. Ex recta autem operatione anima ſorti-
tur triplicem vtilitatem,aľas penes triplicem proprietatem recti ac
ceptam. Primo namq; rectum eſt, cuius medium ab extremis non
diſcrepat, per quod intelligitur mundanæ conſolationis volunta-
ria abdicatio. Quæ quidem abdicatio in hoc perficitur, ꝙ medium
huius vitæ non diſcrepat ab extremis. Extrema autem huius vi-
tæ,puta principium & finis, ſunt cum dolore & gemitu : ſic debet
eſſe medium,vt dicamus illud, Vita noſtra in dolore ſuſpirat. Hanc
rectitudinem habuit ille ſanctus Iob,de quo legitur. ꝙ erat vir ſim

plex & rectus. Vnde dicebat, Iob.j. Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ,& nudus reuertar illuc. Et hanc nuditatem,id eſt, pręſentem calamitatem per totum medium vitę ſuę paratus fuit continuare,q̄tum ad præparationem animi per conformitatem voluntatis diuinę. vnde dixit. Dominus dedit,dominus abſtulit:ſicut domino placuit,ita factum eſt.Sit nomē domini benedictum.Ad hãc autem mundanæ conſolationis abdicationem,& calamitatum voluntariam perpeſſionem , anima inducitur per illam operationem rectam/qua ſenſibilia refert in deum.In qua quidem operatione aduertit & videt/ꝙ cuncta quæ ſunt,vel fiunt ſub Sole,ſunt vniuerſa vanitas/& afflictio ſpiritus:& ideo nullam cõſolationem quærit,nec eorum aduerſa formidat,dicens cum Propheta. Renuit conſolari anima mea.Sic beatus Auguſtinus,quia diſpiicebat ei quicquid agebat in hoc ſeculo. &c. Et mater ſua dicebat. Fili mi, nulla re iam delector in hoc mundo.Secundo rectum firmius ſuſtinet & ſupportat,ſicut apparet in columna recta, per quam intelligitur oneris p̄ximorū charitatiua ſupportatio. Apoſt.Gal.vj. Alter alterius onera portate. In hoc enim eſt perfecta charitas, vt quis conſolatione ſpreta,aliorum quieti ſtudeat/eorum onera ſupportando. Hanc legem docuit Chriſtus, qui in tota vita ſua nunq̄ minimam conſolationem habuit,& nobis vitam æternæ conſolationis pręparauit,immo & onera peccatorum noſtrorum ipſe pertulit in ligno.O q̄ recta & fortis columna fuit Chriſtus, qui tantam peccatorum & miſeriarum molem pro nobis omnibus dignatus eſt ſupportare. Et ideo exemplo Chriſti & nos propria conſolatiõe ſpreta, debemus onera aliorum ſupportare. Et ſubdit Apoſtolus.Et ſic adimplebitis legē Chriſti,abundantis videlicet charitatis. Vnde iſti ſunt illi de quibus ſcribitur Cantic.j. Recti diligunt te.ſic beatus Auguſtinus. De quo legitur in legenda,ꝙ ſibi durus/alijs pius fuit:ſibi pauper & parcus/alijs diues & largus habebatur:ſibi ieiunans,alijs epulabatur. Tertio rectum alia rectificat & regulat. Per quod intelligitur proximorum ędificatiua directio: quę habet fieri dupliciter,ſcilicet vita exēplari,& verbo ſalutari. Horum ſecūdum pręſupponit primum.qđ innuit Pſal.Innocentes & recti adhęſerunt mihi. Innocentes in vita & recti in doctrina.Sic & Chriſtus cœpit facere & docere. Hic eſt rectus ordo. Et tales dicuntur ſpecialiter Chriſto adhęrere:vnde comparãtur collo quod proxime capiti coniungitur & adhęret.Cant.vij. Collū tuum ſicut turris eburnea. Turris quidem, quia exemplo bonę vitę alios muniunt: eburnea,quia nitore bonę famę vel candore ſanę doctrinę alios inſtruunt.Sic beatus Auguſtinus,qui in vita & doctrina / & etiam ſcriptura fuit regula morum & recte viuendi,vt

de ſe patet. Et qualiter has tres vtilitates anima ſortiatur ex operatione intellectuali recta, patere poteſt adaptanti. ¶ Ex obliqua vero operatione anima ſimiliter conſequitur triplicem vtilitatem ſumptam penes triplicem proprietatem obliqui. Primo enĩ obliquum eſt ex recto & curuo compoſitum, per quod intelligitur actionis & contemplationis frequens alternatio. Exemplum de Moyſe, qui alternatim nunc aſcendit in montem ad dei contemplationem, nunc deſcendit ad populum/ad ſubiectorum prouiſionem. Ad hoc poteſt adduci illud.iij. Regũ.vj. Fecit in templo feneſtras obliquas in thalamis. Adapta. Sic fecit beatus Auguſtinus, vt patet in legenda. Secundo obliquum importat quandam reflexionem, per quod intelligitur gratię meritorum in alijs ſuperogatiua refulſio: vt iam nõ ſibi tm̃/ſed & proximis mereri ſtudeant & affectent: vt de eis exponi poſſit illud.j. Macha.vj. Refulſit Sol in clypeos aureos. Sol enim diuinæ gratię tam ſupereffluenter refulget in iſtis mentibus amoroſis, quæ per clypeos aureos deſignantur, ꝙ montes, id eſt tumentia adhuc mundanorum corda/ab eis reſplendent, pro quanto eorũ meritis gratia illuſtrãtur: ſic beatus Auguſtinus, vt patet. Tertio obliquum non eſt iudex ſuiipſius. Quia dicitur primo de Anima. Rectum eſt iudex ſui & obliqui. Ita ꝙ obliquũ non eſt iudex ſuiipſius. Per quod accipitur tertia vtilitas, quæ eſt ſuiipſius omnimoda abnegatio, ita ꝙ nihil ſui in ſe eſſe iudicet: ſed totum illud quod eſt, gratiæ deputet, dicens cum Apoſtolo: Gratia dei ſum id quod ſum. &c. Vbi adde de abnegatione plura ſi vis. Sic beatus Auguſtinus.li. Confeſſ. Gratię tuę deputo &c. Et Confeſſi. quarto libro. Tu refulges & places. &c. B

¶ Sermo quintus de eodem, & in numero. CXLV.

INduimini dominum Ieſum Chriſtum. Roma.xiij. Hæc verba in beato Auguſtino tantæ fuerunt efficaciæ, ꝙ eis lectis totus conuerteretur in deum, ita vt ſtatim quaſi infuſa luce. &c. In quibus quidem verbis in beato Auguſtino perfectiſſime adimpletis, duo innuuntur, ex quibus mens rationalis excellentiſſima perficitur. ¶ Primum eſt mentis ad diuinam aſſimilationem omnimoda transformatio: ibi, Induimini. Secundum eſt creatæ imaginis ad increatam perfecta cõformatio: ibi, Dñm Ieſum Chriſtum. De primo Apoſt. Ephe.iiij. Induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt. Ad hoc autem vt mens totaliter transformetur, neceſſe eſt vt prius veteri hoĩe exuatur. Apoſt. Coloſſ.iij. Exuẽtes veterem hominem. Vnde de beato Auguſtino cantatur. Et pallio vetuſtatis exutus. & ſumitur ex Canticis. Debet autem mens exui a ſeipſa quo ad tria, quæ homo naturaliter ul mens a A

Debet ex

ſeipā quo ad tria. appetit & requirit quæ ſunt quaſi tria veſtimenta. Prima veſtis eſt appetitus propriæ excellentiæ. Hæc veſtis multum eſt antiqua, quia primus angelus texuit eam, & portauit in cœlo, & primus homo in paradiſo. Secunda veſtis antiqua eſt rerū temporalium cupido. Hac veſte veſtiuit nos primus homo per peccatum: cui dictum eſt, Gene. iij. In ſudore vultus tui. &c. Tertia eſt voluptas carnalis concupiſcentiæ & commodi corporalis. Hac etiam induti ſumus ex peccato: quia ſentientes motum membrorum inordinatum erubeſcebant. Hanc triplicem veſtem abdicauit Chriſtus, triplicē aliā & contrariam conferendo. Prima eſt veſtis humilitatis. Apoſt. Philip. ij. Exinaniuit ſemetipſum. &c. Hanc etiam portauit Auguſtin⁹ vnde conqueritur de ſuperbia ſua priſtina, dicens. Eram latrator amarus &c. Et. vij Confeſſi. cap. xix. Non enim tenebam dominū meū Ieſum, humilis humilem &c. Augu. Fateor de precioſa veſte erubeſco. Secūda eſt veſtis paupertatis, quam etiam portauit Chriſtus. & Auguſtin⁹ eam in Regula præcepit. Require Ior. ij. B. de quntuplici paupertate. Tertia veſtis Chriſti eſt munditię & caſtitatis & contemptus commodi temporalis. Sic Augu. iiij. Confeſſio. Sic me docuſti vt quemadmodum medicamenta. &c. Et in Soliloquio, de cibis & potu & balneis, non plus ſe dicit appetere q̄ meram neceſſitatem naturę. Hę tres veſtes poſſunt deſignari per tres veſtes Chriſti. Veſtis humilitatis, per tunicam inconſutilem: veſtis paupertatis per purpuream: veſtis caſtitatis, per albam. Hanc etiam triplicem veſtem deſignare poteſt triplex veſtis noſtræ religionis. Veſtem humilitatis ſignificat cappa, quia nigra, & habens figuram crucifixi. Veſtem paupertatis, ſcapulare: quod eſt ſtrictum, & ex omi parte apertum. Per quod ſtrictus vſus temporalium deſignatur. Veſtem caſtitatis & deſpectus commodi corporalis, deſignat tunica quæ eſt ad carnem aſpera. Hac triplici veſte Auguſtinus fuit indutus. Vnde Confeſſ. Domine decurrat tota vita mea. &c. ¶ De ſecundo ſciendum, ꝙ ad huiuſmodi perfectam cōformationem imaginis, duo requiruntur: diuinorum donorum communicatio, & imaginis noſtræ eleuatio. Primum notatur in eo quod dicitur, dominū. Secundum in eo quod additur, Ieſum Chriſtum. Primum patet. Nam dominus dicitur dans munus, ſcilicet gratiæ. Pſalm. Dominus dabit benignitatem. Hoc munus gratiæ triplicem effectum facit in anima. Primus quia imago animę reformatur in pulchritudinem innocentię in qua primitus creata fuit. Mich. Gaude filia Sion quia ad te veniet primus decor tuus. ſic Augu. per baptiſmū. Secundus, q͂a imago illuſtratur claritate perfectę intelligentię. vñ Eccľ. xv Impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię. Sic Auguſti. ix. Confeſſio.

Marginalia: vide ſignificationē triū veſtiū Chriſti, & ſſtr religioſorum. — B

Nec ſatiebatur illis diebus &c. Tertius quia imago decoratur venu ſtate conuerſationis virtuoſæ, vt tota vita eius ſit quaſi ſpeculum intuentium: vt ædificati dicant, Hoc eſt ſemen cui benedixit dominus. ſic Auguſtinus. Vnde de eo exponi poteſt illud Apocal.j. Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſimilem filio hominis, id eſt Chriſto. Septem candelabra/ſunt ſeptem ſtatus beatorum, cum quorum quolibet in perfectionibus communicauit. Sicut enim medium naturaliter continet in ſe extremorum perfectionem: ſic Auguſtinus continet in ſe perfectiões omnium ſanctorum. Quia cum angelis communicauit in rectitudine originalis iuſtitiæ. Cum Patriarchis, in perfectione fidei & obedientiæ: eo ꝙ mens ſua ſemper fuit eleuata ad auſcultandum & recipiendum diuinos inſtinctus, & parẽdum illis in maxima promptitudine. Cum Prophetis communicauit in puritate ſapientiæ, & diuinæ cognitionis: eo ꝙ myſteria ſcripturarum in eodem lumine cognouit/quo ipſis Prophetis fuerat inſpirata. Cum Apoſtolis communicauit in voluntaria paupertate, cuius non ſolum fuit ſectator, ſed etiam per ſuam regulam inſtitutor. Cum Martyribus communicauit in voluntaria ſuſtinentia magni laboris, & maxime pœnalitatis & martyrij deſiderio. Cum Confeſſoribus in ſtrenuitate rigoroſæ vitæ. Sed cum virginibus cõmunicauit in incontaminabili puritate mentalis caſtitatis: quę tam excellenter in ipſo floruit, ꝙ conſortia fœminarum fugit quaſi venenum, dicens. Quæ cum ſorore mea ſunt. &c. Secundum patet. Nam hoc eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen, & ſuper omne nominabile/vel creatum. Pſal. Domine dominus noſter &c. Hęc autem mentis ſubleuatio/duo importat. Primum eſt imaginis creatæ ad increatam vnio. Hæc eſt vnio pro qua rogauit Chriſtus, Rogo pater &c. ſic Auguſtinus: Cum inhęſero tibi ex omni me. &c. iiij. Confeſſ. Secundum eſt eiuſdem imaginis deiformis emanatio pro quãto verbum æternum gignitur in mente &c.

Aug. cõicauit ĩ pfectiõib⁹ cũ quolibet ſtatu beatorum.

¶Sermo ſextus ad idem,
& in numero. CXLVI.

Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. ij Corinth. iij. Verba hęc conuenienter exponi poſſunt de beato Auguſtino, qui literis mundanæ ſapiẽtiæ inflatus/mortuus deo cenſebatur. Vnde mortem ſuam ſpiritualem mater flebat amplius q̃ flent matres corporea funera, vt ipſe dicit iij. Confeſ. c. xij. ¶Sed de iſta morte ſuſcitari nõ potuit proprio inge- A
nio quantũcunq; acuto. ſicut ipſe teſtatur. iiij. lib. Conf. ca. xvj Quid mihi proderat iſtud ingenium per illas doctrinas. ſ. mũdanas & philoſophicas agile, & nullo adminiculo humani magiſterij: tot ne de ſiſ

ſimi libri enodati, cum deformiter / & ſacrilega deformitate in do-
ctrina veritatis errarem. & .vij.Confeſſ.cap.xx.Inuiſibilia tua domi
ne per ea quæ facta ſunt conſpexi intellecta, & repulſus ſenſi quid
per tenebras animæ contemplari non ſinerer. Oportuit ergo eum
reſuſcitari ab hac morte per diuinam illuſtrationem. Vnde ipſe di-
cit.vij.Confeſſ.cap.iiij. Inde admonitus redire, ad meipſum intra-
ui in intima mea / te duce, & vidi qualicunq; oculo animæ meæ ſu-
pra mentem meam lucem incommutabilem. &c. Hanc lucem ex-
periebatur cum legeret ſub ficu illud, Induimini dominum Ieſum
Chriſtum. Vnde dicit.viij.Confeſſ.in fine. Et quaſi infuſa luce ſecu-
ritatis &c. Bene dicit ergo Apoſtolus. Litera occidit, ſpiritus autem
viuificat. Sed quæritur, quare tamdiu deus permiſit eum in morte
vide duas illa? Ad hoc ipſe reſpondet .vij.Confeſ.ca.xx. ꝙ ideo tam diu permi
rões, q̃re ſit deus eum in erroribus literarum, vt ex hoc poſtea fortius ſolida-
deus pmi retur in fide. Nã ſi primo in ſacra ſcriptura inſtructus fuiſſet, & poſt
ſit.B.Au. ea in libros Gentilium incidiſſet, forſitan arripuiſſet eum a ſolida
eſſe tãdiu mente pietatis: aut ſi firmus perſtitiſſet, putaſſet & ex illis libris ſo-
in errore. lis potuiſſe hoc idem poſſe concipi. Poſſet etiam dici, ꝙ ideo: vt per
eum magis ſolidaretur veritas fidei in nobis, ꝙ homo tantũ exerci
tatus in libris Gentilium, conuerteretur ad fidei ſimplicitatem. Etiã
vt quia ipſe erat futurus pater multarum religionum, ſciret tanq̃ ex
pertus magis moderari regulam ſuam. ſicut de beato Petro dicitur,
ꝙ ideo deus permiſit eum cadere / vt ſciret compati infirmitatibus
ſubditorum. Vnde ad Hebræ.v. Omnis pontifex ab hominibus aſ
B ſumptus &c. qui condolere poſſit his qui ignorant & errant. ¶ Sci
endum autem, ꝙ ex iſto verbo, Litera occidit. &c. quidam ſumpſe
runt occaſionem erroris, dicentes, omnem doctrinam in libris ſcri-
ptam / eſſe imperfectam, groſſam, & inutilem: appellantes ſacram
ſcripturam cutes vitulinas. Sola autem interior ſcriptura, quam de
us ſcribit in cordibus perfectorum / ſit attendenda: ſicut Apoſtolus
Roma. ſecundo dicit quibuſdam, ꝙ habentes opus legis ſcriptum
in cordibus ſuis. & ſecundum hoc dicunt intelligendum, Litera oc-
cidit. ſpiritus autem viuificat. Sed error iſtorum confutatur per hoc
ꝙ cum Auguſtinus conuerteretur, diuinitus fuit ammonitus lege-
re ſacram ſcripturam: vt dicit octauo Cõfeſſionum. Tolle, lege &c.
Et hoc ideo: quia omnis veritas inuenitur in ſacra ſcriptura, dum-
modo homo habeat intellectum diuinit⁹ illuſtratum. Quod autem
dicit Apoſtolus de habentibus legem ſcriptam in cordibus, hoc di-
cit de Gentilibus virtuoſis, qui ea quæ lex præcipit, faciunt in lumi
Nota ex- ne naturalis rationis. Eſt autem multiplex ſenſus prædictæ aucto-
poſitiões ritatis. Vno modo / vt per literam intelligatur lex. Et hoc quintupli-

citer. Nam litera, id eſt lex prohibens peccatum auget concupiſcen- hui' verbi
tiam. Item lex peccatum præuaricatione cumulat. Item lex occi- lra occidit
dit, quia occidere præcipit: ſecus Euangelium. Item lex cognitio-
ne peccati reos facit. Vnde iuxta illud Eccleſiaſt. primo. Qui addit
ſcientiam, addit & dolorem. Apoſt. Roma. ſeptimo. Concupiſcen-
tiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, Non concupiſces.
Item intelligentes legem ad literam, ſicut Iudæi, moriuntur. Et
hoc eſt, litera occidit. Alio modo ſic. Litera, id eſt literalis ſenſus
ſcripturæ/ſine ſpirituali intelligentia/ occidit, quia non ædificat le-
gentem: niſi interiori intelligentia perſpicacius quaſi in ſpiritu re-
uoluatur. Exemplum de animalibus non ruminantibus, quæ di-
cuntur immunda: ſic fuerat Auguſtinus ante conuerſionem, quia
volebat humana ratione comprehendere. Aliter ſic. Litera occidit
&c. Et eſt ſicut illud, Scientia inflat, charitas ædificat. Qui enim
vtitur ſcientia ad vanam gloriam, ſicut olim Auguſtinus confite-
tur ſe feciſſe: hic mortuus cenſetur. ſed ſpiritus, id eſt charitas/viui-
ficat. Item litera, id eſt ſcientia/ vel ſapientia/vel etiam prædicatio
ad oſtentationem & vanam gloriam/occidit: ſecus quæ fit ex ſpiri-
tu & charitate. Similiter in audientibus, qui audiunt ſolum verba/
& ea retinent, vt ea iactanter recitent, vt videantur ingenioſi & in-
telligentes, non vt ſecundum hoc vitam ſuam conforment, & audi-
ta opere adimpleant: illos litera occidit. Illos autem qui audiunt/ &
mente reuoluunt vt vitam ſuam corrigant & emendent, hos ſpi-
ritus viuificat. ¶ Eſt autem aduertendum, ꝙ eſt triplex litera oc- C
cidens ſm triplicem ſtatum quem ſpũs viuificat corñdenter. Quātũ Lex pcti/
ad ſtatum pœnitentium/litera ſcripta eſt in carne noſtra quæ eſt lex ſeu proni
peccati. ſ. pronitas peccandi. de qua dicit Apoſt. Ro. vij. Video aliam tas peccã
legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Hæc ſcri- di, ſcripta
ptura eſt indelebilis de communi lege. Vnde Apoſtolus cupiens in eſt i carne
carne ſua deleri hanc ſcripturam/non obtinuit. vnde dicit. Datus eſt indelebilr
mihi ſtimulus &c. propter quod ter dominum rogaui &c. Vnde ali-
bi dicit Apoſtolus. Infelix ego homo, quis me liberabit &c. Scriptor
huius ſcripturę fuit Adam. vnde dicit gloſſa ſuper illo verbo, Video
aliam legem. Gradus fabricauit Adam/per quos ad filios eius ex-
poliator accedat, niſi clemẽs dominus protegat. Iſti gradus ſunt ſen-
ſus corporis. de quibus Hiere. ix. Aſcendit mors per feneſtras no-
ſtras. Declara per inductionem per omnes ſenſus. Per hos gradus
aſcendit hoſtis vſq; ad cor, & ibi occidit. Et hoc eſt, litera occidit. Et
poſtq̃ hoſtis occupauerit cor, extunc facit catenam qua conſtringit
peccatorem. Sic Auguſtinus conqueritur ſe fuiſſe obſtrictum. viij.
Confeſſio. vbi ait. Ego autem ſuſpirabam ligatus non ferro alieno,

ſed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat & conſtrinxerat: quippe ex voluntate peruerſa facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt cõſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas: quibus anſulis ſibimet connexis, vnde catenam appellaui, tenebat me obſtrictum dura ſeruitus. Hæc autem catena diſſoluitur, & litera mortis huius aboletur per legem ſcriptam: ecõtrario in ſpiritu, qui viuificat. Et hoc fit inſtar Petri catenati, cui primo in carcere lumen refulſit. Deinde excitauit eum angelus, dicens. Surge velociter. & tunc tertio ceciderunt catenæ de manibus. Sic hic primo peccator illuminatur a deo ad recognitionem peccati: deinde per diuinam gratiam ſubleuatur & tunc a vinculis peccatorum abſoluitur. Sic proceſſum eſt in Auguſtino, q̃ primo ſenſit in ſe lumen gratiæ illuminantis ad recognitionem peccatorum. Vnde ſeptimo libro Confeſſ. Intraui in intima mea, & vidi lucem domini. &c. & poſt. Inueni me longe eſſe a deo. Deinde excitatus eſt per gratiam ſubleuantem. vnde. viij. libro Cõfeſſ. Non erat quod tibi reſponderem, dicenti mihi, Ephe. v. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Poſtremo ergo tota catena peccatorum diſſoluta eſt. vnde ſecundo lib. Cõfeſſio. ait. Gratiæ tuæ deputo, ꝙ peccata mea tanq̃ glaciem ſoluiſti. Et ſic patet ꝙ ſpiritus ſanctus viuificat pœnitentes, quos litera occiderat. Et quoniam mors illa valde peſtilens erat: quia mors peccatorum peſſima: ideo econtra viuificatio ſumme eſt gaudioſa. Vnde & mater Auguſtini q̃plurimum fuit gauiſa, cum vidit eum non ſolum Chriſtianum, ſed etiam talem doctorem, & mundi contemptorem: vt patet in fine octaui libri Confeſſionum. Nec mirum, quia & gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

D ¶ Quantum vero ad ſtatum actiuorum, litera occidens eſt lex ſcripta in ratione inferiori. Quę lex eſt naturalis inclinatio ad ſenſibilia cum ipſa coniuncta ſit ſenſualitati: vnde videt ſibi frequenter porrigi pomum. Propter quod aſſimilatur mulieri. Et quia circa res corporales verſatur, faciliter inquinatur: ac per hoc litera occidit. Superior vero ratio quæ æternis intendit, eſt ſpiritus viuificans, quæ viro comparatur. Vnde Eccleſiaſt. quadrageſimoſecundo. Melior eſt iniquitas viri, q̃ benefaciens mulier. Quod ſic eſt intelligendum. Mulier bene facit quando facit quod debet, id eſt, quando prouidet carni commoda ſua, cuius cura ſibi commiſſa eſt. Vir autem bene facit, quando ſurſum tendit, appetens quę placita ſunt deo. Inique autem agit vir, quando carnem ſuam affligit, & ei nõ ſolum ſuperflua ſed etiam neceſſaria ſubtrahit, vt ſubſit ſpiritui. Hæc enim eſt iniqtas, quia ſi æqtas eſt, carni quod ſuũ eſt, tribuere: nõ imerito iniqtas

eſt ei debitum ſubtrahere. Hęc tamen iniquitas viri melior eſt q̃ be nefaciens mulier: quia melior eſt qui per cœleſte deſiderium accenſus carnem ſuam neceſſaria ſubtrahẽdo affligit: q̃ qui per carnalem affectum reſolutus deſiderijs ipſius per omnia ſatiſfacit. Et aduerte ꝙ ſcd̃m hoc quando mulier benefacit/non eſt virtus: ſed quando male facit/culpa eſt. Iniquitas autem viri deſiderium eſt iuſtitię bonitatis: quando autem benefacit/perceptio glorię eſt. ¶ Q̃tũ autẽ ad ſtatum contemplatiuorum littera occidens ſunt ſpecies intelligibiles a ſenſibilibus acceptę quę ſunt ſcriptę in pte intellectiua. Hęc littera occidit, quia q̃diu in talibus ſpeciebus phantaſmatũ ſpeculatur, a cõtemplatione retardatur: quę fit in abſtractione mẽtis ab omni ſpecie ex ſenſibilibus exquiſita. Et hoc modo ſepties in die cadit iuſtus: qui caſus eſt quędam mors ſcd̃m Bernar. Et ſi mẽs ad cõtemplationem viuificari debeat: oportet omnes huiuſmodi ſpecies ſupprimere. Exemplum in Rachele quę idola quę furata fuit patri ſub fimo abſcondit & deſuper ſedit. Sic mens contemplatiui per Rachelem ſignificata/idola & ſpecies naturaliter acquiſitas debet ſibi ipſi ſubtrahere: & eas ſubtus ſe ſupprimere: & mentem nudam ad deum eleuare: iuxta illud Baruch. vj. Hieruſalem ſurge & ſta in excelſo: & vide iocunditatẽ quę veniet tibi a dño deo tuo. Sic fecit beatus Augu. cũ ſtabat ad feneſtrã cũ matre & colloquebãtur ſibi valde dulciter. Et cũ aſcendebãt ſuper omnes res corporales & vltra Solẽ & Lunã &c. Deinde aſcendebant ſupra ſeipſos vbi ſilent tumultus carnis: ſilent phantaſię: ſilent poli: & ipſa anima ſibi ſilet: ſilent omnia: ſilent & imaginarię reuelationes: & ſic attingebant modico ictu mentis vel intelligentię in regionem vbertatis indeficientis. Vnde ſubdit. Quale fuit hoc momentum intelligentię cui ſuſpirauimus. Nonne hoc eſt: Intra in gaudium domini tui &c. Vel poteſt prędicta auctoritas: littera occidit &c. tripliciter intelligi. ¶ Vno modo littera humano ingenio, ſcilicet ſcripta vt ſunt litterę gentilium. Talis enim littera occidit conſtituentes in eis finem ſuum: ſicut olim fecerat Aug. vt dictũ eſt in principio ſermonis. Quales etiã adhuc ſunt multi philoſophi moderni: deridẽtes theologiã: quia repugnat pricipijs eoꝝ. Et talis littera occidit pro q̃to eoꝝ ſciẽtia inflat: vtpote ſine charitate & pietate. Sed ecõtra ſpiritus, id eſt littera a ſpũſancto inſpirata: vt eſt ſacra ſcriptura/viuificat: quia hęc eſt ſciẽtia pietatis. Alio modo littera, id eſt ſacra ſcriptura ad litterã groſſo modo intellecta ſicut faciſit Iudęi/occidit: quia in errores mittit. Inde enim pullulant hęreſes. Exemplum de his qui legentes: Qui odit animã ſuã in hoc mũdo in vitã ęternã cuſtodit eã: ſeipſos volebãt interimere. Itẽ illud Rogo pater vt ſint vnum intelligẽtes eſſentialiter & identice. Item

E

Ge.xxxj.

F

iſtud idē verbū thematis intelligentes quaſi littera, id eſt omnis do
ctrina accepta ex ſcriptura ſit inualida & imperfecta, vt ſupra habi
tū eſt. Multa alia adducere potes exēpla de interpretātibus ſcriptu
rā ad ſenſum ſuum & ſicut ſonāt verba, & ſic littera occidit. Sic etiā
Augu. cū iuuenis eſſet & inſtitueret animū ſuū intendere in ſcriptu
ras ſanctas, vt videret quales eſſent: quia ipſe inani philoſophia tu
mebat: in eis aciem figere nō valuit: ſed incidit in errorē Manicheo
rū in quo nouē annis permanſit. Sed econtra ſpūs, id eſt ſpūalis intel
ligentia in lumine fidei data viuificat. Vñ Auguſtino dictum eſt bis
Tolle/tolle, lege/ lege. Nō enī ſufficit legere ſcripturā ad litterā: ſed
etiā iterū legere ſcdm ſpiritualē intelligentiā. Tertio modo littera,
id eſt ipſa ſacra ſcriptura etiā pure lecta & intellecta, hęc reuera occi
dit errorē in intellectu, & vitia in affectu. Certū eſt enī ꝙ pie legētes
ſacras ſcripturas depurātur ab errore. quia in ipſa relucet om̄is veri
Actu.xv. tas, & purificātur a vitijs, iuxta illud: Fide purificās corda eoꝝ. Sed
ſpiritus, id eſt vis ſpiritualis cōcomitans intellectui ſcripturę perficit
Nō enī ſacra ſcriptura ſolū in ſuis ſtudētibus occidit errores & vitia,
G ſed etiā viuere facit vita virtuoſa & ſancta. Declara. ¶ Vel aliter po
teſt introduci auctoritas, vt dicatur ꝙ eſt triplex littera: quędam ſcri
pta in chartis, quędā in carne, quędā in corde. Et cuilibet iſtaꝝ quę
omnes occidūt/correſpōdet ſpūs viuificās. De primo ꝓſequere ſi
cut ſupra in primo ꝓceſſu & tertio. De ſcdo ſicut ſupra in ſecūdo ꝓ
ceſſu in primo mēbro ſecūdi ꝓceſſus. De tertio in ſcdo & tertio mē
bro ſcdi ꝓceſſus. Circa quod ſciendū ꝙ nōnullis data eſt perfecta in
telligētia ſcripturę abſq; ſtudio litteraꝝ: & hoc ex ſingulari dono dei
ſcribētis in eoꝝ cordibus ſapientiā/ſcientiā & intelligētiā. Ad quod
donū aſſequendū quattuor requirūtur. Primū eſt cordis puritas. Se
cundū mentis humilitas. Tertiū orationis pietas. Quartū operū fru
ctuoſitas. De his ꝓſequere ſicut habes in Vitaſpatrū. pte. ij. c. xxiij.
De talibus etiā habētibus legē ſcriptā in cordibus ſuis, habes ſupra
in tractatu de ſpiritu libertatis ſermone primo.

¶ Sermo ſeptimus. Ad idem.
& in numero. CXLVII.

FOns aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiē
terrę. Gene. ij. ¶ Sicut in principio creationis mūdi de
A us plātauit paradiſum cum omni ligno frondoſo & fru
ctibus & herbis virentibus & redolentibus, quę tamen
conſeruari non potuiſſent niſi irrigarentur. Non enim adhuc plue
rat dominus ſuper terram: vt dicitur Gene. ij. Ideo produxit deus
fontem in medio paradiſi ad irrigandum paradiſum & totam terrā.

Sic in primordio reparationis mundi deus plantauit eccleſiam pa-
radiſum ſpiritualem: ponẽs in ea lignum vitę, id eſt arborem crucis
in quo vita pro fructu pendebat. Poſuit etiam in ea apoſtolos & di-
ſcipulos & alios ſanctos primitiuę eccleſię quaſi herbas virentes &
ligna pomifera: quę in poſteris irrigari indigebant fonte doctrinę.
Non enim adhuc pluebant paſſim prędicatores vt nunc: ideo pro-
uidit deus in eccleſia fontem videlicet Auguſtinum qui aſcendit de
terra, id eſt de patre gentili ad irrigandum doctrinam euangelicam
& apoſtolicam, ne areſceret in cordibus fidelium. De quo fonte hic
conuenienter dicitur. Fons aſcendebat. In quibus quidẽ verbis bea
tus Augu. cõmendatur a duobus. Primo a ſuo originali egreſſu ibi
Fons aſcendebat de terra. Secundo ab eius vniuerſali proceſſu: irri-
gans vniuerſam ſuperficiem terrę. ¶ Q̃tum ad primum ſciendũ B
ꝙ triplex fuit egreſſus. Primus in verbo qui eſt ęternalis emanatio
nis. Secundus in eſſe ꝓprio qui eſt temporalis creationis. Tertius a
ſeipſo qui eſt ſpiritualis conuerſationis. In primo egreſſu illud quod
egreditur remanet in deo. In ſecundo habet reſpectum in deũ pro-
pter imaginem dei in anima. In tertio redit ad deum per charitatẽ
qua in via tendimus ad patriam dicentes cum Apoſtolo. Noſtra cõ
uerſatio in cœlis eſt. Primum notatur ibi fons. Secundum ibi, aſcen
debat. Tertium ibi, de terra. Primus igitur egreſſus deſignatur in
fonte & maxime in fonte paradiſi de quo hic. Eſt enim paradiſus
cœleſtis qui eſt tranquillitas diuinitatis. In huius paradiſi medio, id
eſt in media in trinitate pſona: hoc eſt in verbo erupit fons iſte, ſcili-
cet Auguſtinus: & hoc de terra, id eſt fœcunditate diuina: de quo p̄s
Domine apud te eſt fons vitę. & bene fons vitę, quia quod factũ eſt
in eo vita erat. Ioan. j. Et quia fons contrahit ſaporem ex ſua quali-
tate a fundo: hinc eſt ꝙ Auguſti. a fundo huius paradiſi / ſanctę vi-
delicet trinitatis / traxit triplicem perfectionẽ in ęternitate. quę poſt-
ea reluxit in eo tempore ſecũdum appropriata trium perſonarum.
Nam a patre traxit plenitudinem & perfectibilitatem. A filio ſapi-
entię altitudinem & profunditatem & etiam puritatem. A ſpiritu
ſancto diuini amoris dulcedinem & ſuauitatem. ¶ Dico primo ꝙ C
traxit a patre gratię plenitudinem & perfectibilitatem. Circa quod
eſt ſciendum ꝙ gratia tria efficit in anima videlicet deiformem aſſi
milationem: quia facit ſubſiſtere in eſſe ſpirituali. Operum meritori De tribus
am fœcundationẽ, quia facit agere in virtute ſupernaturali: vitę ppe q̃ facit gr̃a
tuã innouationẽ: quia facit viuere vita ęternali. Primũ patet. Nã gr̃a in anima.
eſt forma quędã ſupernaturalis ex influxu ſuperioris naturę immiſ
ſa: nobilitans animam vltra proprium eſſentiam vel naturã: produ-
cẽs eã ad id ad quod deus ipſam creauit. Creata eſt aũt aĩa ad viden-

dū deū & fruendū deo: ſed hoc nō poteſt per ſuā naturā: quia per ꝓ-
priā naturā poſſe videre deū per eſſentiā eſt ꝓpriū ſolius dei. Ipſa au
tē eſſentia diuina non eſt forma ꝓpria & naturalis niſi ſolius intelle
ctus diuini: quare ꝙ anima ad hoc eleueẽ requiriẽ forma q̄ ſibi ipri-
maẽ per influxū ſuperioris naturę. Exemplū de aqua quę nō poteſt
fieri calida niſi ꝑ actionē ignis: nec aqua ſurſum trahiẽ niſi ꝑ formā
ei impꝛ̄ſſam a ſole: ſic aīa per gratiā quodāmodo iduit diuinū eſſe &
quodāmodo deificaẽ. Vñ ps̄. Ego dixi dij eſtis &c. Et hoc eſt qđ dr̄
.j. Pe. ij. Maxima & p̄cioſa nobis ꝓmiſſa donauit: vt ꝑ hoc efficiami
ni diuinę cōſortes naturę. Hanc deiformitatem ſe accepiſſe gloriaẽ
j. Cor. xv. Apl's dicēs. Gratia dei ſum id qđ ſum. Sic Aug. ij. cōfeſ. Gratię tuę
deputo ꝙ peccata mea tanq̄ glaciē ſoluiſti. Scđm patet. Nulla enim
virtus: nulla perfectio ſpiritualis poteſt niſi a fonte gratię emanare.
Vñ ad hunc fontē hortatur, Ioan. vj. Qui credit &c. Flumina de ven
tre eius fluēt aquę viuę, id eſt opera fœcūdata ꝑ gratiā. Sicut em̄ na-
turaliter oēs potētię aīę fluūt ab eſſentia: ſic virtutes a gratia, quę tñ
gr̄a nō aduēit niſi in ſummo exercitio naturę. Natura em̄ eſt quaſi
fundamentū gratię: quia gratia cadit ſuꝑ naturā: virtutes & dona ſu
per gratiā: beatitudines ſuꝑ dona: fructus ſuper beatitudines: ita ꝙ
vnū ſemper pręſupponit aliud. Et quia dictū eſt: ꝙ gr̄a nō venit niſi
natura dilatata ſit ꝑ conatū: videẽ cōtra de Paulo: cui in via ꝑſequen
ti chriſtianos data eſt gratia. Dicendū ꝙ etiā ipſe ignorās habuit tūc
conatū ad gratiā: cū ex magno conatu ad gratiā ipſe ſpirauit in diſci
pulos domini: credens per hoc obſequiū ſe pręſtare deo. Deus em̄
plus reſpicit intentionē q̄ factū. Sic etiā Auguſt. fuit in ſummo cona
tu quādo exclamauit. Quādiu: q̄ diu: & cras & cras &c. Igitur adue-
niente gratia, opera noſtra ita irrigantur & fœcundantur in ratione
meriti: vt non ſibi iam: ſed deo anima operetur: ſicut & deo viuit nō
ſibi: immo ſic deus viuere dicitur in anima & non ipſa. Iuxta illud
Apoſtoli. Viuo autē iam nō ego: viuit vero in me Chriſtus. ſic q̄tum
ad operari: deus operatur in tali anima per gratiam: & non ipſa aīa.
Vnde ꝓpheta. Oīa opera noſtra operatus es dñe. Et iſti potius agū
Rom̄. viij tur q̄ agunt ſcđm Apoſtolū. Qui ſpiritu dei aguntur hi filij dei ſunt.
Sic Aug. viij. cōfeſ. Age dñe & fac: excita & reuoca: accende: rape: fla
gra: dulceſce: iam amemus & curramus. Tertiū patet. Gr̄a em̄ ducit
Hoc non ad gloriā. Ipſa eſt em̄ eſſentialiter gloria differēs ſicut imꝑfectū a ꝑ-
appet ve- fecto. Ro. vj. Gratia dei vita ęterna. Item Ioan. iiij. Qui biberit aquā
rū: q a gr̄a quam ego dabo fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternā. ſicut
eſt habit⁹ in fonte ſaliente ſemper innouatur aqua: ſic Aug. j. confeſ. Quis mi-
gl'ia vero hi dabit, vt venias in cor meū & inebries illud: & obliuiſcaẽ oīa ma-
actus. la mea: & vnum bonū meum amplectar te. Hoc bonū vnū guſtauit

cum exclamauit.O in pace &c. ℂSecundo contraxit a filio ſapientię altitudinem & puritatem.Quę quidem puritas ſapientię attenditur in tribus:videlicet in modo adeptionis:in merito poſſeſſionis & in vſu debitę ordinationis. Animalis enim ſapientia eſt impura & permixta:quod eſt contra rationem verę ſapientię:clara eñ eſt & q̃ nunq̃ marceſcit. Sapientia eñ luci comparata inuenitur purior,ſecũdum litteram Rabani:quia nullam patitur admixtionem. Primo in quã puritas ſapientię attẽditur in modo adeptionis. Qui quidẽ modus eſt duplex. Vno modo per ſtudium & naturalem acquiſitionẽ. Secundo modo per influxum & diuinam inſpirationem. Primus modus non ſimiliter ſe habet ad omnes ſed diuerſimode ſcd̃m perſpicacitatẽ intellectus vel ingenij cuiuſlibet. Augu. autẽ acutiſſimo fretus fuit ingenio naturali:ita vt ipſe oẽs libros liberaliũ artiũ p ſe legeret & intelligeret,& ſimiliter categorias Ariſtotelis,vt in.iiij.confeſ.ante finem ſubdens.Quid ergo tunc mihi proderat illud ingenium per illas doctrinas agile:& nullo adminiculo humani magiſterij:cum in doctrina veritatis errarem.Vnde dicere poterat illud Sapien.viij.Puer eram ingenioſus &c. D Sapiẽ.vi.

ℂDe ſecundo autem modo dicitur.ij.Petri.j.Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei oẽs.Huiuſmodi autem inſpiratio fit diuerſimode. Nam aliquibus fit per ſomnium.Nume.xij.Si quis fuerit inter vos propheta dñi in viſione apparebo ei,vel per ſomnium loquar ad illum.Sed contra. Non obſeruabitis ſomnia.Deute.xviij.& alibi dicitur. Somnia ne cures. Dicendũ q̧ ſomnia fiunt aliquãdo ex interiori cauſa. Et hoc dupliciter. vel animali:vt de cogitatiõibus pręcedẽtibus,vel corporali:vt cũ ex diſpoſitione corporis formatur aliquis motus in phantaſia cõueniẽs tali diſpoſitiõi. Aliqñ aũt ex cauſa exteriori & hoc dupliciter Vel corpali vt qñ imaginatio dormiẽtis immutat̃:vel ab aere ↄtinẽtię:vel ex impreſſione cœleſti:ad qd̃ maxiẽ ſunt aptę phantaſię mobiles & tenerę facile immutabiles,vt in fœminis & phãtaſticis. Et hęc eſt ratio q̃re mulieres facilius rapiuntur & iubilãt. Vel ſpũali,vt a deo vel angelis,vel etiã a dęmonibus. Et hoc vltimo modo obſeruare ſõnia eſt illicitũ,qñ videlicet cauſat̃ ex reuelatiõe dęmonũ:cũ quibus ꝓpter hoc habẽtur pacta expſſa vel tacita. Quibuſdã autẽ fit vigilando p expreſſionẽ aliquarũ ſpecierũ ſenſibiliũ,vt Moyſi in rubo. Quibuſdã vero in abſtractiõe a ſenſibus ad ſpecies imaginarias,vt in Petro,Act.x.cũ oraret cecidit ſup eũ mẽtis exceſſus. Quibuſdã p influxũ intelligibilis luminis:ita tñ q̧ p hoc nõ excedũt limites naturalis cognitiõis,vt in Salomõe. Quibuſdã aũt p influxũ dicti luminis & imiſſionẽ ſpecierũ intelligibiliũ,vt Adã in ſopore, Ioã.euã. recũbẽti ĩ pectore Chriſti. Sic Aug.v.ↄfeſ.Credo q̧ tu me docueris.&.ix.ↄfeſ. E De multiplici cauſa ſõniorũ & q̃ poſſint obſeruari

vbi de dolore dentiū dicit. Inſinuati ſunt mihi in ꝓfundo nutus tui &c.&.viij.cōfeſ.Statim quaſi infuſa luce ſecuritatis &c. ¶ De ſcdo
F ſciendū ꝙ ſapientia eſt merito a poſſeſſore veneranda propter tria: tū quia cūctis ſpecioſior:tū quia cūctis ſuauior:tū quia cūctis opulentior. De his ꝓſequere ſi vis ex his quę habes in ſermo. Melior eſt ſapientia cūctis:ad tertiū mēbrū adaptādo ꝓ beato Aug.illud.v.confeſ. Infœlix homo qui ſcit omnia:te autē neſcit. De tertio ſciendū ꝙ vſus ſapientię & eius ordinatio in finem eſt triplex. Quidā vt ſciant alij vt ſibi proficiāt:tertij vt nō ſolū ſibi ſed & alijs ꝓficiant. De quibus ꝓſequere, vt habes, Canti.ij.ſuper illo verbo Dilectus meus mihi:qui paſcitur inter lilia. Sic Aug. per ſuā ſapientiā profecit toti eccleſię:vbi adde de libro de cognitione verę vitę circa principium.
G ¶ Tertio cōtraxit a ſpirituſancto diuini amoris dulcedinem & ſuauitatem. Hanc ſuauitatem mens aſſequitur ex tribus. Ex liberali influxu diuinę bonitatis:ex dulci amplexu diuinę charitatis:ex iocundo illapſu diuinę pœnalitatis. Primum patet. Nam bonitas diuina eſt ita naturaliter ſui ipſius diffuſiua:ꝙ ſeipſam continere nō poteſt quin liberaliter ſe communicet & diffundat in mentes puras. Sapien.vij. Transfert ſe in animas ſanctas & inquirentes ſe preoccupat. Vnde Dionyſius dicit ꝙ bonitas diuina non permiſit eum eſſe ſine germine. Ex quo influxu eſt in mente ſcintilla boni diuini:vt patet ex ſynderesi:& ſunt in anima virtutum ſeminaria. Ex alia autē parte ſunt in nobis ſeminaria vitiorū:videlicet ex carne fomes & quanto ſeminaria boni plus coluntur tanto homo eſt promptior & feruētior ad bona opera:& econuerſo. Ex quo habetur corollarium quare homines etiā religioſi tādiu retinent inclinationes vitioſas ꝙ videlicet tantum torporem habent in exercitio virtuoſo. ¶ Ex hoc
H etiā habetur quare multotiens ſubtrahitur homini gratia & feruor boni operādi:ex ſuaui videlicet retractione vitę veteris. Exemplū de cacabo bulliente & appoſitione aquę frigidę. Sic Aug.viij.cōfeſ. Velle meū tenebat inimicus, & inde catenā fecerat & me conſtrinxerat. Et lex ipſa eſt violentia conſuetudinis qua trahitur & tenetur etiam inuitus animus:eo merito quo in eam volens illabitur. Vbi dic quomodo petita caſtitate timebat ne cito exaudiretur. Sed poſtea ſeminaria boni diuini pullulabant in eo dum dicebat.iiij.cōfeſſio. Q̄ ſuaue mihi ſubito factum eſt carere ſuauitatibus nugarum. Et quas amittere metus fuerat:iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas a me vera tu ſumma ſuauitas: eijciebas & intrabas ꝓ eis omni voluptate dulcior. ¶ Scdm patet. Cor enim amoroſum vi amo-
I ris ita indiſſolubiliter deo aſtringitur: vt nihil aliud loqui vel cogitare libeat. De quo ps. Mihi autem adhęrere deo bonum eſt. Canti.ij.

Dilectusmeus mihi & ego illi. Tanta autem constrictio animę cum dilecto nō eſt niſi cum amore caſto, qui ſcdm Bernar. eſt ſibiipſi cauſa: meritum & pręmium: fructus eius eſt vſus eius. Declara vt alibi. Hic autem amor caſtus habet tres gradus. Primus eſt, vt deus diligatur ſumme. Secundus, vt ſingulariter. Tertius, vt languide. proſequere, vt in ſermone. Quę eſt iſta de aduentu. Hunc amorem habuit Augu dicens. viij. confeſ. Mihi autem diſplicebat quicquid egi in ſeculo, & oneri mihi erat valde. Iam enim illa me non delectabāt pre dulcedine tua, & decore domus tuę quam dilexi. Et poſt. iiij. cōfeſ. exclamauit. O amor qui ſemper ardes & nunq̄ extingueris: deus meus accende me. Tertium patet & ſequitur ad ſcdm Nam illapſus diuinę pręſentię: hoc habet ex indita proprietate ſua ꝙ omnē dulcedinem annihilat & abſumit. In cuius figura eſt exemplum de Exo. vij. ſerpente Moyſi abſumente ſerpentes magorum. Item exemplum de igne adurente omnem ligni pulchritudinem in nigredinem. Sola autem diuina pręſentia eſt quę non recipit admixtionem: nō eñ Sapiē. viij habet amaritudinem conuerſatio eius nec tedium conuictus eius. Sic Auguſti. x. confeſſio. Intromittis me aliquando introrſus &c.

¶ Nota ꝙ de iſto fōte videlicet Aug. ſic dicit Paulinus in epiſtola. K Os tuum fiſtulam aquę viuę & venā fontis ęterni merito dixerim &c. Item de Nebridio. Item de puteo Papię. Item de viſiōe tua dic ſi vis. Irrigat autem iſte fons inſtar fontis paradiſi: de quo ſi quęritur quomodo vnus fons poſſit irrigare totam terram. Dicit Augu. ꝙ hoc intelligēdū eſt viciſſim. Primo ptes terrę ꝓpinquiores: vt puta paradiſum & partes adiacētes de cauernis terrę trāſiens ad alias ptes. Sic hic, primo iſte fōs Aug. rigauit ꝓpinquiores: videlicet ęremitas, qui quaſi dicūtur eſſe in paradiſo: iuxta illud Anto. de Paulo primo ęremita. Vere in paradiſo Paulū vidi. Vñ eis ſcripſit librū de cognitione verę vitę. Deinde rigauit alios ordines ſub ſua regula militātes. Ideo iſte ordo plus cęteris tenet eū honorare. Et hic debent fieri ſolēnitates. Tū ꝓpter cōuerſionē ſiue ſuę cōuerſionis rationē: cū ab ęremitis ſit cōuerſus. Tū ꝓpter ſingularē cū fratribus cōuictū & familiarē cōuerſationē. Tū propter regulę traditionem & ſingularis doctrinę inſtructionē. Tū propter monaſteriorū fundationē: vbi de orto. Tū ꝓpter corporis ſui glorioſi poſſeſſionē Papię. Tū ꝓpter ſedis apoſtolicę prerogationem: qui dicit eum Patrem Magiſtrum & Caput & Ducem in priuilegio. Tum propter vniuerſitatis Pariſieñ. & cardinalium in curia rationabilem obſeruationem. &c.

¶ Sermo Octauus: ad idem.
& in numero. CXLVIII.

OCuli eius ſicut colũbę ſuper riuos aquarũ: quę lacte ſunt lotę & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Canti. v. Beatus Auguſtinus viguit claritate mirę lympitudinis in cõtemplatione. Puritate ſyncerę ſanctitudinis in cõuerſatione. Aſſiduitate mirę ſolitudinis in ſpirituali exercita

A tione & ſacrę ſcripturę expoſitione. ¶ Propter primũ ſua claritate purior columbinis oculis reſplendebat. vnde dicitur: Oculi eius ſicut columbę ſuper riuos aquarũ. propter ſcdm ſua puritate innocentior lacteis guttulis albeſcebat. vnde addit. Quę lacte ſunt lotę. propter tertium ſua ſtudioſa aſſiduitate feruentior ſcripturę riuulis inſiſtebat. vnde concludit. Et reſident iuxta fluenta pleniſſima. Iuxta primum eſt ſciendum ꝗ licet prędicatores & doctores ſancti dicantur oculi Chriſti: prout Gregorius hunc textum exponit: Beatus tamen Auguſtinus propter pręcipuam & miram ſuę contemplationis lympitudinem pręalijs doctoribus oculis comparatur / propter quattuor quę in corporalibus oculis pręinſtrumentis aliorum ſenſuum reperimus. Habent enim oculi pręorganis aliorum ſenſuũ naturam digniorem: quia ignei ſunt & ſubtiliſſimę complexionis. Situm altiorem & locum nobiliorem in capite: & hoc propter ſuam dignitatem maximam & vicinitatem quam habent cum tota ꝓprietate animę: cuius omnes paſſiones quaſi in oculis apparent. Vnde animę perturbatio vel hilaritas in oculis apparet: & quaſi omne iudicium mentis in oculis eſt. In eis enim apparet amor / odium / & cęterę animę paſſiones ſecundum Ariſtotelem: & Iſidorum Etymo. lib. iiij. cap. ij. Habent etiam oculi actum alijs organis ſubtiliorem & vniuerſaliorem: ꝗ plures differentias rerum nobis manifeſtãt: quia cœleſtium & terreſtrium: vt patet primo Metaphy. Habent etiam effectum mirabilem: quia mirabiliori modo res ponunt in eſſe apparenti & conſpicuo, ſicut patet de coloribus in iride: & in collo columbę: & in imagine: & in circulo igneo: circa motum virgę ignitę: & in ſimilibus: quę virtute oculorum talia apparet: q̃uis in re talia nõ exiſtant. Sicut ergo in his quattuor oculi pręcellunt organa ſenſuũ aliorum: Ita beatus Auguſtinus ſuę contemplationis oculis lympi

B diſſimis, omnes alios doctores pręcellebat. ¶ Primo quia eius vita & doctrina fuit naturę dignioris, & charitatis ignitioris, & veritatis ſubtilioris. Situs altioris: quia proprietates intimas ſanctę Trinitatis pręd octoribus alijs exprimebat: & in eius doctrina ſpirituales proprietates ſanctę Trinitatis, & Indiuiduę vnitatis propriiſſime relucebant. Actus vniuerſalioris: quia plures differentias ſacrę ſcripturæ, tam de cœleſtibus, q̃ ſupercœleſtibus, & etiam terrenis & corporalibus doctrinę ſuę claritas repręſentabat & enucleabat.

Effectus mirabilioris,quia hoc in eſſe claro apparenti & conſpicuo (pręcipue de proprietatib' diuinarũ perſonarũ,ſua occulta & lumi• noſa doctrina ponebat,qđ omnes alij doctores attingere nõ valebãt Bene ergo intellectuales oculi eius fuerũt ſicut colũbæ ſuper riuos aquarũ:in ſacra eius doctrina reſplendente oculariter ex ſua digni• tate luce veritatis purioris & charitatis ignitioris. Ex ſitus ſublimi• tate altitudine profunditatis ſubtilioris. Ab actus vniuerſalitate mul• titudine proprietatis generalioris. Ab effectus mirabilitate lympitu dine conſpicuitatis clarioris. Propter iſta quattuor ipſe prę omnib' doctoribus veriſſima in eccleſia viſiua ſua virtute Chriſti oculus eſt vocatus,imo oculi ſponſi. Vnde dicit hic Gregorius. Oculi ſponſi ſi cut columbę ſunt. Quia ſancti prædicatores Chriſti qui nobis viã oſtendũt,in ſimplicitate viuunt. Super riuos aũt aquarũ eſſe perhi• bentur:qui ſemper in refectione diuinarum ſcripturarum conuer• ſantur. Omnes ergo doctores ſunt oculi domini. Beat' aũt Auguſti n' propter pręmiſſa quattuor ſicut Sol præ omnib' his Chriſti ocu• lis lucidius radiabat,vnde dicitẽ Eccl'.xxiij. Oculi domini multo pl' lucidiores ſuper Solem. qđ vero in intellectualibus ſancti Auguſti• ni oculis multiformiter eſt completum. ¶ Sicut enim Sol habet di• C
gnitatem lucis & caloris in ſubſtãtia naturali:ſublimitatem ordinis Cõparaẽ
in excellentia ſituali:vniuerſitatem operis in influentia virtuali:mi B. Augu.
rabilitatem luminis in apparentia doctrinali:ita beat' Auguſtin' in Soli,quo
doctrina ſua qua in diuinis oculis præ alijs doctorib' multo lucidior ad doctri•
ſicut Sol omnia cœli luminaria longius antecellit:habuit dignitatẽ nam ſuã.
lucis & candoris q̃tum ad ſubſtantiam docendorum. Sublimitatem ordinis quãtũ ad excellentiam diuinorũ. Vniuerſalitatẽ operis quan tum ad continentiam conceptorum & dictatorum. Sed mirabilita• tem luminis quantum ad ſufficientiam inopinabilem inuentorum. De primo dicitur. Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet & quaſi Sol refulgens:ſic ille refulſit in templo dei, Eccl'.l.& legitur i epiſtola ho dierna. vnde de dignitate lucida & veridica doctrina eius, ſimul & charitate eius feruida ſcribunt ſibi Paulinus & Ceraſina. O vere in• quiunt ſal terræ,quo pręcordia noſtra ne poſſint ſeculi errore eua• neſcere/condiuntur. O lucerna digna ſuper candelabrũ eccleſię po• ſita:quę late catholicis vrbibus de ſeptiformi lychno paſtum oleo lę titiæ lumen effundens:denſas licet hæreticorum caligines diſcutis & lucem veritatis a confuſione tenebrarum/ſplendore clarifici ſer• monis enubilas. In quo patet quanta luce veritatis iſti lucidiores So• le ſancti Auguſtini oculi radiabant. ꝙ autem maximo odore chari tatis ei' doctrina efferbuerit,patet per illud. xiij.confeſ. vbi dicit. Si amo te domine & ſi parum eſt amem validius:neſcio metiri quan•

tũ mihi deſit amoris.vt currat vita mea in amplexus tuos:nec auertatur donec abſcondatur in abſcondito vult⁹ tui.Scio hoc tãtũ,quia mihi male eſt:nõ ſolum extra me ſed i me ipſo.& oĩs copia quę de⁹ meus non eſt,egeſtas mihi eſt.De iſtis oculis põt intelligi illud Prouer.iiij.Oculi tui recta videant & palpebrę pręcedant greſſus tuos:

D ¶Secũdo oculi doctrinę ei⁹ ſicut Sol prae alijs cœli ſiderib⁹ habuerunt ꝑ alijs doctrinis ſublimitatem ordinis quantũ ad excellentiã diuinoꝝ.Vnde dicit de eo Hieronym⁹ ꝙ in doctrina ei⁹ volat ꝑ mõtiũ cacumina,ſicut aquila.Vñ de doctrina ei⁹ ſcribit Audax ad Auguſtinum in quadam epiſtola ſic dicẽs.Prouocaui te itaq; dulcis antiſtes: non vt prę largi pectoris puſillum libamen acciperem:ſed vt ingens diuitum vberum flumen haurirem:thezaurũ ſapientię deſideraui,ſed minus accepi q̃ volui,q̃uis minus nõ debeat dici:ſed munus qđ oraculum legis contulerit.Auguſtin⁹ ſacrator iuſtitię reſtaurator ſpũalis glorię diſpenſator ſalutis ęternę.Et licet oculi Auguſtini tantã ſublimitatẽ habuerit in altitudine dicendoꝝ,ipſe tñ ſummã habuit humilitatem in propriorum recognitione defectuũ.De quo põt intelligi illud Eſa.ij.Oculi ſublimis hoĩs humiliati ſunt & incuruabitur altitudo virorum :exaltabitur aũt dñs ſolus in die illa.Tertio ſicut oculi habent prę alijs ſenſibus vtiliorẽ actũ, & ſolũ ꝑ cœlis ſideribus influentiam vtiliorẽ:Ita doctrina beati Auguſtini ꝑ omnib⁹ doctrinis poſt euãgeliũ & doctrinã Aplicã habuit influẽtiã vtiliorem.Et primo quidem quo ad librorum mltitudinẽ.Vnde dicit Iſido.lib.vj.Etymo.Marcus Terentius Varro apud latinos & innumerabiles ſcripſit libros.apud græcos quoq; Calcedonius miris attollitur laudibus ꝙ tantos libros ediderit quãtos qſq; nrm alienus ſcribere ꝓpria manu vix poſſit.De noſtris quoq; Origeñ.apud gręcos in ſcripturarum labore tam gręcos q̃ latinos operũ ſuoꝝ nũero ſuperauit.Deniq; Hieronym⁹ ſex millia libroꝝ ei⁹ legiſſe ſe fatetur.Horum tamen omnium ſtudia Auguſtinus ingenio & ſcientia ſua vicit.Nam tanta ſcripſit:vt diebus & noctibus nõ ſolũ ſcribere quiſq; poſſit ſed nec legere quidem valeat.Secundo q̃tum ad doctorum ſufficiẽtiam,quia nihil deeſt in libris Auguſtini,quod pertinet ad ſcientiam legis diuinę.Vnde dicit Voluſianus ſcribens ad Auguſtinum . Vtcunq; in alijs ſacerdotibus toleratur inſcitia:ſed cum ad antiſtitem Auguſtinum venitur:legi dei deeſt,quicquid Auguſtinum contigerit ignorare . Tertio fuit in doctrina vniuerſalis q̃tum ad omnium ſtatuum vniuerſalem latitudinem , quia ſcripſit de ſtatu virginitatis,viduitatis,de bono coniugali:de ſtatu clericorum, de ſtatu prelatorum,paſtorum,& ouium,vt prætermittamus quot ſtatus per ſuam regulam illuſtrauit.Hinc poteſt de vniuerſalitate lumi

noſa doctrinę eius exponi illud Eccl.xxiij.Omnia vidit ocul' eius.
Quarto ſicut oculi prę alijs organis & Sol p̄ alijs ſideribus habent
effectum mirabiliorem:ita doctrina beati Augu.habuit p̄ doctrinis
doctorum omnium efficaciā mirabiliorem ꝓfunditatē ſanctę trini-
tatis rimando:catholicos ędificādo,hęreticos debellando.Et ſicut
ſenſus viſus quędam ponit in eſſe conſpicuo & apparenti quæ nul-
lus ſenſus ponere poteſt:ita beatus Auguſtinus veſtigium beatiſſi-
mę trinitatis in omnibus creaturis per doctrinam ſuam poſuit in eē
conſpicuo & apparēti.Et in creatura intellectuali diuinam imaginē
poſuit vel potius diuinitus poſitam declarauit:quod nullus facere
pręualuit aliorum doctorum.Vnde de eo cātat eccleſia.Triadis hic
monadem monadis triadem ad quā cor direxit itroſpexit libera fa-
cie.In Solarem radium figēs intuitum &c.Et iſtud per totum librū
ſuum de trinitate luculentius declaratur.Hoc ergo ſufficiat de prio
principali,in quo notatur quomō beatus Auguſtinus viguit clarita
te mirę lympitudinis in contēplatione.Vnde in huius figura in mo
naſterio qđ Eleemoſyna dicitur.Monachus quidam in vigilia Au-
guſtini in ſpiritu raptus vidit nubem ſplendidam cœlitus illapſam,
& ſuper nubem Auguſtinum ſedentem,pontificalibus inſignitum
cuius oculi quaſi duo Solis radij eccleſiam illuminabant:ſicut i ſua
legenda legitur.vnde purior columbinis oculis reſplendebat quod
notatur cum dicitur:oculi eius &cæt.¶Secūdo notatur quomodo E
Auguſtinus viguit puritate ſyncerę ſanctitudinis in conuerſatione
quia poſt ſuam conuerſionem innocentior lacteis guttulis albeſce-
bat,qđ notatur cum dicitur.Quę lacte ſunt lotę.Hęc autem puritas
ſuę ſanctitudinis in conuerſatione qua innocēter lacteis guttulis ſta
tim poſt ſuę primordia conuerſionis albeſcebat,reluxit in trib⁹.Pri
mo ex cordis eius ſimplicitate.Secundo ex cordis rectitudine.Ter
tio ex cordis innocentia & puritate.Ex his enim tribus conſtituitur
cordis munditia quæ eſt ſexta intra beatitudines virtus.Matthęi.v
Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt.Ex qua etiā pro
dit omnis conuerſatio ſyncerę ſanctitudinis ¶Vnde nota ꝙ diffe- F
rentia eſt inter ſimplices corde,rectos corde,& mundos corde. Mul
ti enī ſunt ſimplices corde qui nō ſunt recti corde nec mūdi vt pue
ri & naturaliter ſimplices,qui tā nō habent cordis rectitudinē q ca
rent vſu rōnis vt pueri,vel actu diſcretiōis & medio rectę rōnis,quę
ad rectitudinē cordis exigitur.Quidā etiā ſunt recti qui bene oīa fa
ciūt & recte.ſed tamē nō ſunt mundi corde,quia adhuc patiūtur ali-
qua q̄ mundiciam cordis impediunt:puta impulſus tētationū carna-
liū:vel anxietates nimias ſolicitudinū corporalium vel impuritates
phantaſmatum.Munditia ergo cordis includit cordis & intentionis

ſimplicitatem:cum excluſiõe ois duplicicatis & indiſcretiõis & ſto
liditatis. Includit etiam cordis & intentionis rectitudinem:& oimo
dam cordis innocentiã & puritatẽ. Vñ tam ſimplex corde q̃ rectus
corde tendũt ad oimodam puritatem:quã mundicia cordis(q̃ ẽ bea
titudo)ſimplicitati & rectitudini ſuperaddit. Hinc eſt ꝙ dicit beat⁹
Aug. in libro de pfectione iuſtitię hois. Puto inqt ſintereẽ inter rectũ
corde & mũdũ corde. Nam & rectus corde in ea q̃ añ ſunt extendit
ea quę retro ſunt obliuiſcendo, vt ſimplici curſu & recta fide ibi per
ueniat:vbi abundat mundus corde. Nam illa ſingula reddenda ſũt
ſingulis vbi dictum eſt. Quis aſcendet in montem domini, aut quis
ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manib⁹ & mũdo corde. hęc Aug.
In ſanctitudine ergo ſuę ſyncerę conuerſionis beatus Aug. poſt cõ
uerſionem habuit primo cordis ſimplicitatem. Vñ dicebat. ix. ꝯfeſ.
c. xvj. Nec volebã multiplicari terrenis bonis deuorans tempora &
deuoratus temporibus, cum haberem in æterna ſimplicitate aliud
vinum & aliud frumentum & clamabam alto clamore cordis. O in
pace, o inidipſum:tu es idipſum valde q nõ mutaris &c. vſq;:ſed nec
G ad multa alia adipiſcenda q̃ nõ ſunt qd tu. ¶ Secũdo beatus Augu.
in ſanctitudine ſuę conuerſionis ſtati poſt cõuerſionẽ habuit cordis
rectitudinẽ. Sicut enĩ ipſe dixit. ix. confeſ. ca. j. Viluit ei repente om
n's ſpes quã habebat in ſeculo. Iã enĩ non vxorẽ, nõ filios carnis deſi
derabat:ſed ſtatuit cũ ſuis deo ſeruire die ac nocte. Iſtã aũt rectitudi
nẽ cordis pręcipue feruens charitas accẽdebat & dirigebat. Vnde. ix
confeſſ. c. ij. dixit. Sagittaueras tu cor meũ charitate tua:& geſtabam
verba tua tranſfixa in viſceribus meis quaſi ſagittas acutas. Vñ hoc
lac quo dicuntur hic iſtę columbę (quibus Aug. in ſua conuerſione
comparatur) lotę:ſignificat congrue mirã dulcedinẽ & rectã intentio
nem ſimplicitatis veritatis. Iſto lacte in figura terra ꝓmiſſionis flue
re dicit, ſimul & melle:ꝓpter cordiũ quę illã terrã inhabitare deſide
raut, ſynceram rectitudinem & meram charitatis dulcedinẽ. Q uid
enim dulcius melle, Iudicum. xiiij. & nihil dulcius eſt aut excellen
tius charitate. Q uam nobis &c.

¶ Sermo. IX. de eodem. Et in
numero. CXLIX.

A OMnia oſſa mea dicẽt:Dñe quis ſimilis tui. Pſal. ¶ Q uia
inter deum & oia creata nulla poteſt eſſe cõparatio cum
deus omnia creata facta & poſſibilia fieri in infinitũ exce
dat: qui hunc excelſum nõ concipiunt:inter deũ & crea
ta comparatiões facere neſciũt. Hi vero qui diuinorum decorem &
lympiditatem:diuinorum ſaporem & dulcedinem:diuinorum vigo
rem & altitudinem:perfecte & proprie ponderant:ſine omni com

paratione oia facta & fieri poſſibilia nihil curant:nec ea vllo modo ad diuina comparāt,ſicut glorioſus Apoſtol⁹,quia oia arbitrat⁹ fuit vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaceret. Ipſe eñ cognouerat & pondera uerat diuinorum vigorem & altitudinem di.Rom.xj.O altitudo di uitia.&c.Inter doctores autem eccleſię vniuerſos & ſingulos,egre gius doctor Auguſtinus tam clare & nude diuinorum lympiditatē conſpexerat:tam abunde dulcedinem guſtauerat:tam profūde alti tudinem ipſorum ponderauerat:ꝙ oia alia entia facta vel poſſibilia fieri:nō ſolum comparatiōe ſed nec commemoratiōe digna cenſe bat,vt patet.ix.cōfeſſ.c.x.Q₂ lympitudinē diuinorum cæteris cla rius cōſpexerit patet,quia de trinitate & vnitate diuinitatis clarius & lucidius omnibus ſcripſit.Q₂ dulcedinem eorum abūdātius gu ſtauerit/patet per totum librum Soliloquiorum &.x.cōfeſſ.ca.ij.vbi dicit.Tu dñe refulges & places,amaris & deſideraris,vt erubeſcam de me & abijciam atq; deſpiciam me & eligam te:& nec mihi nec ti bi placeam niſi de te.& in eodem.iiij.c.xlj.dicit.Aliquādo intromit tis me introrſus ad quędam affectum valde inuſitatum,ad neſcio quā dulcedinem:quę ſi in me perficeretur,neſcio quid erit:vnū ſcio qd vita iſta nō erit. Ex quibus duob⁹ bene ſequitur tertiū ꝙ eorum exceſſum & altitudinem prę cęteris profōde pōderauit.quod in ver bis nobis ex perſona eius propoſitis bene inſinuatur cum dicitur. Omnia oſſa mea &c.In quibus verbis aliquid tanq̄ ingeſtum ſuppo nitur:aliquid tanq̄ geſtum exprimitur:aliqd autē propter ſui exceſ ſum ſupprimitur.Supponitur eñ in corde Aug.ingeſta mētalis de uotio ardoris viuifici:ſed exprimitur geſta verbalis formatio vapo ris mirifici:ſupprimitur autem tanq̄ exceſſa'incomparabilis'compa ratio propter exceſſum decoris deifici.Mentalis deuotio in deum cor & omnia oſſa eius cordialiter erigebat vnde pręmittitur.Omnia oſſa mea.Verbalis formatio omnia verba eius & facta ad deum ef fectualiter erigebat,vnde dicitur,dicent:ſed incomparabilis & inex plicabilis comparatio omnia entia facta & poſſibilia fieri per quæ ſtionem inſolubilem ſupprimebat,quod notatur cum ſubditur.Do mine quis ſimil' tui. ¶ Propter primum eſt ſciendum ꝙ cor eius te nerū in ipſo lacte matris nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti tam pie ibibe rat:quod qcqd ſine illo noie erat:q̄uis com ptum,q̄uis expolitum & veridicum:nuſq̄ ſibi placebat nec eum totum rapiebat. Quapro pter poſtſui conuerſionem & baptiſmū tanta deuotione cor eius & oia oſſa mea i deū rapiebanẗ,ꝙ i ipſū ſolū exultare oia ſupponebāẗ ita vt poſſet dicere.Cor meum & caro mea exultauerunt i deum vi uum.Quæ verba qualiter veritatem habuerit ad lr̄am i beato Au guſt.tam i vita q̄ i morte eius conſiderandum eſt.Et prio qualr̄ i vi B

ta.In vita enim eius cor ipſius ingenti deuotione in deum ſe totali-
ter conferebat:& totam eius carnem/id eſt appetitum eius ſenſiti-
tria ſigna uum ſecum vniuerſaliter rapiebat:quod triſtibus indicijs effectuali
qb⁹ cogno bus relucebat . Primum indicium erat ꝙ cor eius erat deo totali-
ſcit̃ ꝙ cor ter coaptatum.& ideo ſecū rapiebat ex carne & appetitu ſenſitiuo
& caro.B. omnes motus cōcupiſcibiles.Vnde dicebat.x. confeſſio. capitulo.j.
Augu.in Cognoſcam te cognitor meus ſicut a te cognitus ſum. Virt⁹ animę
deū totalr̃ meę,intra in eam & coapta eam tibi:vt habeas & poſſideas eam ſi-
rapiebant̃ ne macula & ſine ruga.Hæc eſt(inquit)ſpes mea & i ea gaudeo: quā
do ſane gaudeo. Et.j.confeſſionum capitulo quinto.Quis mihi do-
mine dabit acquieſcere in te:quis mihi dabit vt venias in cor meum
& inebries illū:& obliuiſcar mala mea:& vnum bonum meum am-
plectar te.Qꝫ autem iſta latio cordis ipſius in deum omnes motus
concupiſcibiles ſecum vniuerſaliter rapiebat,patet quarto cōfeſſio
num capi.xxxj.vſqꝫ ad capitulum triceſſimum ſeptimū. In quib⁹ oñ
dit ꝙ concupiſcibilia omnium ſenſuum ipm non mouebāt nec ſe-
cundū cōcupiſcentiā carnis nec oculoꝝ niſi inquātū ad dei amorē&
vitę neceſſitatem ſubſeruiebant. Vñ bñ poterat dicere deo id p̄s. Ti
C bi dixit cor meū:queſiui vultū tuū,vultum tuum domine requiram
❡Secundum ſignum totalis lationis in deum eius erat,quia cor ipſi
us fuit mundo quaſi mortaliter abdicatum :vt patet per librum
Soliloquioꝝ ſuoꝝ:vbi oſtendit ſe oīa deſpicere & reſpectu dei quaſi
nihilū ponderare. Et.xiiij.confeſſio.vbi dicit:quod nolebat locuple-
tari temporalibus vel terrenis bonis:cum habuit in ęterna ſimplici
tate aliud frumētum vinum & oleum.Et ꝙ ex hoc deſpiciebat om-
nes motus iraſcibiles & eos ad deum ſolūmodo conuertebat,vt nec
tenderet in illa quę ardua reputantur,vel per ſuperbiā vitę,vel p in-
uidiam aut iram expetuntur ex vindicandi libidine,vnde dicit in eo
dem.iiij.libro cap.xxxvij.Qui me primitus ſanas a libidine vindi-
candi me:vt propicius fias in cęteris omnibus iniquitatibus meis:&
ſanes omnes languores meos.Tertium ſignum erat,quia cor eius
ad ęternā erat totaliter trāſformatum. Vnde ait.xxij. confeſſionum
cap.xvj.Recordans Hieruſalem matrē meā teqꝫ domine ſup eā re-
gnatorem,illuſtratorem,patrem,tutorem,maritum,caſtas & fortes
delitias,& ſolidū gaudiū,& oīa bona ineffabilia,quia vnū ſūmū & ve
rū bonū,& non auertar donec in eius pacē fiam mrīs chariſſimę,vbi
ſūt primitię ſpūs mei. Et ſic patet quō in vita ſua cor & caro iſti⁹ glo-
rioſi doctoris ſancti Aug.exultauerūt in deū viuū exponēdo ad lit
D terā. ❡Secundo patefiet & deducetur quomodo poſt mortem eius
cor & caro:vel cor carneum exultauit in deum viuum. Vbi eſt ſcien
dū ꝙ ſcdm ꝓbatiſſimoꝝ viroꝝ auctoritatē i tota eccleſia fide digna

fama famatũ eſt ꝙ cor iſtius inclyti doctoris in vno cryſtallo incluſum quotiẽs ſancta trinitas corã eo noiabatur vel liber eius de trinitate expãdebat̃:cor ipm quaſi vitalr̃ & intellectualr̃ exultat at:cui⁹ ſile de nullo alio ſancto dicit̃ vel legit̃. Bñ legit̃ ꝙ oſſa Heliſei poſt mortẽ eius mortuũ ſuſcitauerũt.iiij.Reg.xiij. Et ꝙ in corde Ignacij poſt mortẽ eius lr̃e aureę per totũ apparuerũt,quę non niſi nomen Ieſu ibidem in ſciſſuris oĩbus repñtauerũt,put in vita eius legit̃. Et ꝙ oſſa Nicolai & Catarinæ poſt mortem riuos olei emanauerunt. Sed his oĩbus videtur mirabili⁹ ꝙ cor Aug. poſt mortẽ habuit motus vitales,imo quaſi intellectuales exultando ad pñiã verboꝝ ſanctiſſimę trinitatis dictoꝝ vel ſcriptoꝝ. Sup quo ſtupendo miraculo cadit quęſtio. Vtrum talis motio cauſaretur immediate a pñtia diuina vel per aliquã ſubiectã creaturã. Ad quã quęſtionẽ ſine temeraria aſſertione & precipiti determinatione p modũ inquiſitiõis poti⁹ videt̃ pbabil̃r poſſe dici, ꝙ illa motio cordis Augu. fuit immediate a deo & nõ p mediã creaturã. Ad qđ aſſignari põt duplex rõ. Prima eſt. tales opationes vere vitales nõ pñt fieri per aliqđ corpus organicũ ſine anima ppria cõiuncta illi corpi organico natural̃r niſi p ſolũ deũ:ſed opatio quę apparuit in corde Auguſtini ſupponit̃ fuiſſe nõ ficte ſed vere vitalis:alias non fuiſſet miraculoſa ſi fuiſſet talis qualis ficte fieri poteſt p artes magicas &c. Maior pbat̃ qa cũ actio vere vitalis eſt toti⁹ cõiuncti, vt patet ex pmo de anima, & eſt coniũcti vt efficiens illã. ergo p nullũ agens creatũ põt fieri ſine aĩa: relinquit̃ ergo qđ poteſt fieri per ſolum deum qui poteſt ſupplere vicem oĩs cauſę efficientis p virtutẽ infinitã. Vñ potuit create ſine aĩa opationes vitales in corde Aug. Scđa rõ eſt exultatio cordis Aug. fuit vere miraculoſa:ſed ſolus deus operat̃ miracula. ergo: maior ſupponitur minor pbatur. Miraculũ eñi ẽ qđ fit ꝑter oẽm naturę ordinem:ſed ꝑter oẽm naturę ordinem opari ſoli deo cõuenit & nulli creaturę cũ oĩs creatura limitata ſit in opatione ſua & ad determinatũ modum & locũ & ad aliqđ ſubiectũ, & ad ea ſolũ opandũ ad quæ illud ſubiectũ eſt impoſita & mõ naturali quo eſt impoſita. Sed cõtra primam rõnẽ eſt inſtãtia, quia Angeli tã boni q̃ mali loquũt̃ & cõedũt & alia opa vitalia faciũt p corpora aſſumpta ſicut in multis locis ſacræ ſcripturę patet. ergo. Dicendum eſt ꝙ tales actus nõ ſunt vere act⁹ vitales ſed ſimilitudinarie p quãdã artẽ & ſubtilitatẽ ſpũm fiũt ad ſimilitudinẽ actuũ naturaliũ. Cõtra ſcđam rõnem inſtat̃. Quia Magi Pharaonis fecerunt ſerpentes, Simon Magus fecit canẽ loqui:& mľta ſimilia leguntur tam in ſacra ſcriptura q̃ in alijs ſcripturis autenticis. Dicendum quod omnia talia non fuerunt mirabilia ſed fiebãt cum arte aliqua ſpirituum & ſubſtantiarum ſeparatarum & per

naturales cauſas.vel quandoq; facta fuerunt in hominum imagina
tione & non in re,ſicut in phreneticis impreſſiones imaginarię fiũt
quandoq; naturaliter & non in re:ſicut etiam in ſomnis fieri quili
bet experitur.

¶Sermo decimus de Sancto Auguſtino factus a
Magiſtro Fernando de Hiſpania perſona ſeculari
& Epiſcopo in Auinione pręſentibus omnib⁹ Car
dinalib⁹. Anno dñi.M.CCC.LII.in numero.CL.

SPiritus domini locutus eſt per me & ſermo eius per
linguam meam.ij.Reg.xxiiij.Reuerẽdiſſimi patres
& domini licet ſpũſancto inſpirati locuti ſũt ſancti ho
A mines.ij.Pet.j.¶Videtur tamen mihi ꝙ ſpecialius
& ſingulari modo per illũ ſpũs loquitur & eius ſermo
nem dirigit:q pręcęteris doctoribus ſecreta myſteria explicat euidẽ
ter,diuina reſerat luculenter,deuota ſeruitia ampliat reuerẽter. Nã
diuina locutio non fit ſolum vocaliter ſed etiam mentaliter. Vnde
iſte glorioſus confeſſor & doctor exími⁹ beatus Auguſtinus qui mi
rabiliter internas dei locutiones & inſpiratiões in ſe dulciſſimas ſen
tiebat:ſuper epiſtolam ad hębreos exponens illud Apoſtoli.Multi
pharie multiſq; modis olim loquens deus patribus in prophetis di
cit,ꝙ locutio diuina modo fit per ſomnia vt Danieli.modo aperta
voce,vt Moyſi.modo interiori inſpiratione,vt Dauid. Apoſtolus
etiam Paulus qui vltra modum humanum inſpirationes & locutio
nes diuinas perſenſit di.de ſeipſo.Veniam ad viſiones magnas & re
uelationes dñi.ij.Coꝝ.xij.prędictam ſentẽtiã clariſſime ponit.j.Co.
xiiij.di. Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquẽs:qd vo
bis prodero niſi loquar vobis,aut in reuelatiõe,aut in ſcientia,aut in
prophetia,aut in doctrina.q.d.Apoſtolus. Non prodeſſet vobis lo
qui lingua multiplicem locutionis maneriem. Ex his dictis apparet
quod eſt triplex locutio. Prima ex reuelatione lumen cherubicum
erogando,vt quis corde intelligat.Secũda declaratione verbum gra
tuitum miniſtrando,vt ore proficiat. Tertia ex inſpiratione ſanctũ
propoſitum inſpirando,vt opere quis perficiat. Ex quibus vlterius
ſequitur manifeſte ꝙ per illum q ſecreta myſteria euidẽter explicat
loquitur ſpũſſanctus conferendo abundantiam intelligentię,vt pa
tuit in Daniele.Daniel.ij.Secũdo ꝙ per illũ qui diuina ꝑconia lucu
lẽter reſerat loquit ſpũſſanct⁹ tribuẽdo eloquẽtię viroris efficaciã.vt
patuit in Paulo Coꝝ.xv.Sed tertio ꝙ per illum qui deuota ſeruitia
reuerenter ampliat loquitur ſpũſſan.inſpirando conſtantiam confi
dentię melioris,vt patuit in Neemia Neemię.xij.&.iiij.capi.Iſta nõ

ꝑduco prolixius gratia breuitatis,ſed ex hís vt apparet cuilibet aduertenti,aſſumptum concluditur ſatis clare:videlicet,ꝙ ſpecialiter ac ſingulari mõ per illũ ſpiritus ſanctus loqtur,ac eius ſermonẽ dirigit,qui p̃ cæteris ſanctis & doctoribus loquitᷣ:qui primo ſecreta myſteria explicat euidenter.ſecũdo diuina p̃conia referat luculẽter.tertio deuota ſeruitia ampliat reuerenter.Et hoc loco maioris propoſitionis ad thema ꝓpoſitum cõcludendum. ¶Sed reuerẽdiſſimi patres/& dñi,alteram p̄miſſam/minorẽ.ſ.propoſitionem addẽdo: hic glorioſus confeſſor & doctor eximius Augu.(cuius laudes & p̃conia hodie merito & cum iubilo recolit ſancta mater eccl'ia) p̃ cæteris ſanctis & doctoribus/ dei myſteria explicauit perfectius, & p̃conia diuulgauit vtilius,ipſius ſeruitia ampliauit deuotius. Ex quibus loco minoris propoſitionis ſumptis cum altera iam aſſumpta in forma ſyllogiſtica ſequitur neceſſario,ꝙ ſpecialiter & ſingulari modo ſpũs ſctũs locutus eſt per hũc ſanctiſſimũ confeſſorem beatiſſimum Auguſtinum. ¶Sed nunc reſtat declarare hanc minorem præmiſſam quantũ ad triplicẽ eius partem.Primo igitur oſtendendo ꝙ hic glorioſiſſimus ꝯfeſſor & doctor mirificus totius eccl'iæ catholicæ:vt dicit Proſp,ſup oẽs doctores & ſanctos q vnq̃ fuerũt,exceptis Apoſtolis,diuina myſteria intellexit ꝓfundius,& explanauit perfectius Nã hic ꝓfunda fluuioꝝ ſcrutatus eſt, & abſcondita ꝑduxit in lucẽ. Iob.xxvij.Ecce ꝙ illa explanauit perfectius.Quis eñi reuerendiſſimi dñi,vt beatus Augu.altiſſimum ſcilicet arcanũ myſterium trinitatis ſic intellexit & ſic nobis aperuit? Quia ſic de eſſentiæ vnitate & trinitate perſonarũ,ac emanatione duaꝝ,de generatione.ſ.filij/& ꝓceſſione ſpũs ſancti/diſſeruit.de quibus.xv.libros humanũ intellectũ excedentes,ꝯpoſuit.In qbus(vt ſcriptura ait)introductus in cubiculũ regis,& decorat⁹ veſte multipharia diuinę eſſentiæ exhibuit eccl'iam non habentem maculã neq; rugã: vt dicit de eo Gẽnadius in libro ſuo de viris illuſtribus.Quis etiã myſteriũ incarnatiõis ſuæ ſic aperuit,oẽs hęreſes contra illã materiã confutãdo? Quis illud occultiſſimũ myſteriũ,illã materiam de p̃deſtinatione ꝓfundã & altam de qua Apoſtolus Paulus raptus vſq; ad tertiũ cœlũ ſtupefactus,dicebat.O altitudo di.&c.ſic penetrauit intelligẽdo,ſic declarauit ſcribendo & docendo,vt hic beatiſſimus Auguſtinus? certe nullus.Et ſic de oĩbus alijs ſecretiſſimis fidei noſtrę myſterijs. Nã cũ ad Aug. venit, legi dei deeſt quicquid ꝯtigerit eũ ignorare:vt ait Voluſia.in quadã Ep'la ad eundẽ.ꝓpter qd multũ pulchre & ꝓprie Cõſentinus in quadã Ep'la alloquẽs hunc cœleſtẽ magiſtrũ ad hoc ꝓpoſitũ ſic dicebat. Tu vir admirabilis,cui pater noſter ille ſolus ꝯſcius ſecretoꝝ q habet claues Dauid ſereniſſimo cordis obtuitu cœleſtẽ machinã

penetrare ꝯceſſit,& reuelata (vt ſcriptum eſt) facie ſpeculari. Intrās in illam q̄ noſtram arcet ītuitus myſterioꝝ dei obſcuriſſimā nubē & auctoritate ſanctitatis tuæ fide magis q̄ rationis concepta falſa ima gine deprauari. Ecce quō hic beatiſſimus Auguſtinus lumen orbis terraꝝ:vt dicit Proſper,diuina myſteria intellexit clarius,& explanauit perfectius.nec mirū.Nā ſcitis,ꝙ ille q eſt in vertice mōtis melius contemplatur & proſpicit quæ ſunt ſupra q̄ ille qui eſt in baſſo. Nunc aūt beatiſſimus Auguſtinus quaſi aquila grādis magnaꝝ alarū. Eze.xvij.volauit ſupra cacumina montiū,ſupra oim aliorū intelligentiā doctorū,q per montes cōgrue deſignāť,& ſui viſus acumie oīa ſecreta myſteria,oia occulta dei lympidi⁹ penetrauit. Hoc expreſſe de eo teſtatur Hiero.in libro de.xij.lectoribus,ſic di. Auguſtinus volans per cacumina montium,quaſi aquila multa cœlorū ſpatia terrarumq; ſitus & aquarum circulum claro ſermone pronūciat & ſubdit. Nos paruuli ſumus/infirmi/ac minores,ſi inferiora cōgregare voluerimus,bene nobiſcū agitur. Hæc Hierony. Ecce ꝙ Hieronymi teſtimonio,beatiſſimo Auguſtino tanq̄ aquilæ acutioris viſus maiora & altiora vidēda conceduntur. Et reuera iſte doctor eximius altiora & ſecretiora dei ac fidei noſtræ myſteria ſuper oēs alios doctores penetrauit ſubtilius,denudauit apertius,eneruauit dulci⁹, defenſauit fortius,exarauit pulchrius,edocuit ſuauius. Iſtę ſunt ſex pennę,quas hæc aquila aſſumpſit ad volādum,ne deficeret eius doctrina. Nam qui habet has pennas,annunciabit ſententias. Eccľ.iiij Et ſic propter viſus interioris acumen,potuit vere dicere illud Iob xiij. Ecce omnia vidit oculus meus. vbi inſpicitur beatiſſimus Auguſtin⁹,propter refulgentiā puriorem figuraliter inſignatus,qa oculus.propter intelligentiā viuaciorem ſupnaturaliter illuſtratus,quia vidit.propter cōtinentiā capaciorē generaliter informatus,qa vidit oia. Fuit eñ generaliter informatus/ vt oēs generaliter informaret, diuina p̄conia vtiliter diuulgando. Et hoc vult membrū huius diuiſionis,vt videtis. Eſt ſecunda pars declaranda noſtrę minoris ꝓpoſitionis.,vbi dicebatur ꝙ hic beatiſſimus inſtaurator ſpūalis gratiæ diſpenſator ſalutis æternæ diuina p̄conia prædicauit vtilius. Et hoc ſecūdū rationabiliter multū conſeq videť ad primū. Nā ſicut ſupra oēs alios doctores intellexit clarius,ſic præ oībus alijs debuit laborare & prædicare vtilius. Huius figuram habem⁹ Eze.xl. vbi dixit Propheta. Adduxit me dn̄s in montē excelſum nimis,& dixit mihi Fili hoīs vide oculis tuis,& ꝓpone cor tuū in oia q̄ oſtendā tibi,& annuncia oia q̄ videris/domui Iſrael. Ecce ꝙ adductus eſt Propheta in montē excelſioris cognitionis,vt haberet ſortē vtilioris p̄dicationis Hoc idē exemplatū habem⁹ i Aplo Paulo,q ſicut de priuilegio ſin-

gulari raptus i paradiſum,audiuit arcana verba.ij.Corin.xij.ſic abũ-
dãtius oibus aliis Aplis laborauit.j.Corit.xv.Sic iſte glorioſus Chri
ſti confeſſor & doctor eximius Auguſtinus,ne ingratus deo exiſte-
ret,ſicut diuina myſteria intellexit profundius/ſic eius præconia di
uulgauit vtilius:verbo & ſcripto totam eccleſiam catholicam infor-
mando. Vnde ſibi reputabat ſpecialiter eſſe dictum illud verbũ Pro
phetæ ſuperius allegatum. Fili hominis, annuncia omnia quæ vi-
des,id eſt,quę per me intelligis,domui Iſrael,id eſt, vniuerſę eccle
ſiæ,quæ domus Iſrael vocatur.ij.Timo.ij.& Ioan.ij. Cui dicto ipſe
veraciter reſpondere potuit illud Pſal.xxxix. Annunciaui iuſtitiam
tuam,id eſt,bona quę feci. Nam hæc eſt iuſtitia quam facere debe-
mus,Declinare a malo,& facere bonum. vt ipſemet teſtatur ſuper
Pſal.xxxviij. Annunciaui in eccleſia magna.i.in eccleſia per totum
orbem diffuſa. labia mea non prohibebo recitans dicto/& annotãs
ſcripto. Propter quod ipſemet Augu. alloquens deuotiſſime eccle-
ſiam catholicam,libro.v.cõtra Fauſtum dicebat. Tu vera veri Chri
ſti ſpõſa(eccleſiam catholicam alloquor)& ego te pro modulo meo
paſcam/qualiſcunq; filius & ſeruus tuus, ſi poſitus in te diſpenſare
potero cibaria conſeruis meis. Hæc ipſe. Vnde Proſper in quodam/
tractatu ſeu ſermone quem fecit de laudibus Auguſtini,oſtendens
eius doctrinæ & prædicationis vtilitatem cõmunem,ad illud ꝓpo-
ſitum pulcherrime loquitur in hunc modum. Beatiſſimus Aug.do
min⁹ & caput oim doctoꝝ. Nã ſicut lux inter corpora habet primũ
locum:ſic & hic inter oẽs doctores obtinet principatum. Hic ſan
ctiſſimus Aug.tanq̃ ſapiens architector eccleſiæ,fundamentũ poſt
ſanctiſſimos Apoſtolos conſtruxit & reparauit. Et ſicut rex Dauid
ꝓ defenſione ciuitatis in Hieruſalem in monte Sion altiſſimã tur-
rim ac fortiſſimam ædificare fecit:ſic rex regum in ciuitate ſua Hie
ruſalem/turrim ſapientiæ & ſcientiæ ædificauit Aug.vt eſſet hęre-
ticorũ bellator:metus maloꝝ:baculus paganoꝝ:gladius Chriſtiano
rũ & ꝓtectio. Et ſubdit ad propoſitũ. O magne & admirabilis pater
Auguſtine,O fons profundę ſapientię,ipſe continue die ac nocte le
gendo,diſputando,ſcribendo,ꝑdicando,vigilando,ieiunando,ma-
cerando carnem,curã gerebat omniũ eccliaꝝ. Hæc Proſper. ¶ Ex D
his patet manifeſte, ꝙ hic glorioſus Chriſti confeſſor magnus Au-
guſtinus,fidelis doctor eccleſiæ cunctis gentibus dei ꝑconia exara
uit,diuulgauit,vel ꝑdicauit vtilius. Et reuera vtili⁹.nam vt ſumma
tim colligere potui ex ſuis ſermonibus ad ſuos fratres æremitas,
ei⁹ prædicatio & doctrina ſic vtilis fuit,ꝙ virtuoſe conuertit tumi
dos ad humilitatem:inuidos,ad charitatem : timidos, ad ſtrenuita
tem:turbidos,ad ſerenitatem : ſtolidos,ad docibilitatem :ſordidos

De vtilitate prędicatiõis beati Auguſt.

ad puritatem:duplices ad ſerenitatem:fluidos ad ſtabilitatem:cupi-
dos ad liberalitatem: garrulos ad taciturnitatem : incompoſitos ad
maturitatem,& finaliter falſidicos ad veritatē. Iſti ſunt.xij.fructus
vitę,quos eius doctrina protulit. Apoca.xij.vt per hanc mirabilē cō
uerſationem quā fecit in gētibus de vitijs ad virtutes, merito de eo
poſſumus dicere id Eccl.v. Adeptus eſt gloriam in conuerſatiōe gē
tis,& ingreſſum domus & atrij ampliauit. Vbi clare oſtēditur,ꝙ hic
beatiſſim᷒ Aug.propter ſuam p̄dicationem & doctrinam/extitit to
ti orbi glorioſus propter virtutū prædicationē, quia adeptus eſt glo-
riam.Operoſus propter vitioꝝ extirpationem,quia in cōuerſatione
gentis. Sed religioſus propter cultus dilatationem, quia ingreſſum
domus & atrij ampliauit.Et hoc tertium mēbrum huius diuiſionis
vt videtis,eſt tertia pars declaranda noſtræ minoris ꝓpōnis. Vbi di
cebatur ꝙ hic glorioſus Aug.vere ſal terræ quo noſtra p̄cordia quę
poſſunt ſeculi errore euaneſcere/condiuntur,diuina ſeruitia amplia
E uit deuotius.¶Ad cuius euidentiam quatuor volo clariſſime oſten
dere,ex quibus propoſitum concludetis.Primum eſt, ꝙ licet ordo
æremitarū a ſancto Paulo primo æremita proceſſerit,forma tamen
regularis vitæ fratrum æremitarum/ ſecundū Apoſtolicā regulam
a beato Augu.ſumpſit exordium:propter quod ab eo/tanq̄ ab eoꝝ
capite & principio denominari meruerunt.Secundō eſt,ꝙ ſuis fratri
bus æremitis,& vt verius credo illis quos ipſe in primo ſui monaſte
rio apud Hipponē in æremo cōgregauit Apoſtolicā illā regulā. An
te oia fratres chariſſimi,primo tradidit & eis obſeruare p̄cepit. Ter-
tium eſt,ꝙ ipſe ſub eadem regula,ſub eodē religionis habitu cū eiſ-
dem fratribus ſuis quouſq; vocatus fuit ad eccl̃iam Hipponeñ, reli
gioſam ac ſanctiſſimam vitam duxit.Quartum,ꝙ.B.Aug.tria mo
naſteria in vita ſua conſtruxit. Primum in æremo, vbi centū fratres
congregauit.Secundō in orto,quē dedit ſibi ſanctus Ep̄s Valerius.
Tertium intra domū Ep̄i,in quo ſub eadem regula/licet nō ſub eo-
dem habitu plures congregauit,qui nūc vocantur Canonici regula-
res.Iſta q̄ dicta ſunt,non poſſunt probari efficacius,q̄ per aſſertionē
& dicta ipſiuſmet.B.Aug.Ad probādū igitur primū dictum,eſt ad-
ductio in ſermone quodā ad fratres æremitas,qui incipit,Vt nobis
per lr̃as &c.Vbi dicit ſic. Aeremitarum genus & ordo,quorum vita
clariſſima eſt & ſancta,tp̄e p̄dicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordiū
Iſti ſunt illi viri perfecti,quibus frequenter adhæſi tp̄e errorū meo-
rum:per quos etiam illuminari merui. Quoꝝ etiam ſanctitatis for-
ma ad me p̄ueniens,baptizari non diſtuli/pia matre inſtigante apud
Mediolanū,vt ad patriā remearē:cupiēs eos ſp̄ hr̃e in viſceribus cha
ritatꝭ/& cū eis pꝫter viuere,ad viꝝ illū ſctm̄ Simplicianū q a iuuētute

ſua deuotiſſime vixit,in omī charitate perrexi,deprecans eū cū fle tu & gemitu/vt mihi quoſdam de ſeruis dei donaret, & donauit mi hi eos paterne: quia ſciebat me velle monaſteriū in Affrica ædifica re. Aſſumptis igitur mecū Anaſtaſio,Fabiano,Seuero,cum alijs de cem cū Enodio,Alipio,& Pontiano amicis meis/ in Affricam pue ni/pia matre defuncta. Et ædificaui monaſterium vt videtis,in quo nunc ſumus in ſolitudine,& a gentibus ſegregati:& placuit deo cen tenarium nūerum fratrū mihi donare,illuminans corda noſtra non ſolū ſanctiſſimos patres ſolitarie imitari,ſed etiā ī hac ſolitudine mo re Apſoꝝ omnia cōiter poſſidere,& p me vobis p̄cipere voluit.Sic eē̄ videtis/ ꝙ ante me multi fuerunt fratres,quos ſeq & imitari de bemus:nō tū ſicut ego ſecundū Apſicam formam viuere docuerūt Caput igitur & principiū oim veſtrum ſecundū Apſicam vitam me dicere non erubeſco. Hęc Aug. Ex quibus omī ambiguitate remo ta patet clariſſime dictū primum & ſecundū. Nā ex quo fuit iſtoꝝ fratrū ſecundū regularē vitam & Apſicam regulā caput & principiū eis primo illā regulā tradidit,& eis obſeruare p̄cepit. Et ſic ſicut pri mogeniti eum ante alios habuerūt. Hoc etiā cōfirmant dicta ſua in ſermone illo q incipit, Fratres chariſſ.nō ſolū &c. Tertiū etiā dictū clariſſime deducitur ex p̄miſſis. Nā ex quo fuit eiuſdē obſeruātię re gularis cū iſtis fratribus,vt patet ex dictis,& ex decurſu ſermonum eiuſdē,fuit cū eis eodē indutus habitu. Eiuſdē eē̄ habitus dedēt eiſſe caput & mēbra in eadē obſeruātia regulari. Qualis aūt fuerit & ſuo rū fratrū habitus,ipſemet notificat in illo Ser.ad ſuos preſbyteros'q incipit:In oībus operibus veſtris &c. Vbi ipſe ꝯparat fratres cū qbus prius fuit pbr̄is ipſos primo confert in ſanctitate & mō viuēdi,dicēs ad ꝓpoſitū,ꝙ primi veſtiuntur colore nigerrimo & aſperrimo,ſuc cincti more Ioannis & Heliæ,zonis cameloꝝ. vbi ſui/ & ſuoꝝ habi tū notificat ſatis clare. Quartū dictū clare ponit ipſe.B. Aug. in quo dam Ser.ad ſuos fratres ęremitas,q incipit: Vt bñ noſtis fratres &c. Vbi primū monaſteriū ꝯmendans ibidē,di.ꝙ fratres ſui ibi ſæpiſſi me colloquijs angeloꝝ fouebantur. ¶Ex his oībus patet clare ter tia pars noſtræ minoris ꝓpoſitionis .ſ. ꝙ hic glorioſus Chriſti cōfeſ ſor diuina ſeruitia ampliauit deuotius cōgregādo fratres ad viuēdū ſub dicta regula Apſica,qđ nullus fecerat ante eū. Qui fratres meri tis & p̄cibus p̄dicti patris multiplicati & firmati ſunt in eccl'ia dei nu mero/& ſciētia & virtutibus. Vñ Eccl.iij. Bñdictio patris firmat do mos filioꝝ. Et certe bñdictio huius ſanctiſſimi patris firmauit hanc domū filiorū ſuoꝝ ꝑpetuis firmamentis. vnde in fundatione qñ eis regulā tradidit cū ſua angelica p̄ſentia huic ſanctę religioni tā ꝓpter p̄ſentes q̄ ꝓpter futuros filios prophetice dicere potuit id Eſa.liiij. F

Ecce ego ſternã ꝑ ordinẽ lapides tuos/& firmabo te in ſapphiris, &
ponã iaſpidẽ ꝓ pugnaculo tuo/& vniuerſos filios tuos doctos a dño
Ecce quõ fundata eſt ꝑpetuis fundamentis, qa in lapidibus p̃cioſis
Sed quibus & qualibus aduertite. Nã vt recolligere potui ex regula
& ſermõibus ad eoſdem fratres, fundauit eam in humilitate & obe
dientia, in charitate & amicitia, in caſtitate & pudicitia, ĩ paupertate &
indigentia, in ſobrietate & temperãtia, in fortitudine & conſtãtia, in
pietate & miſericordia, in æquitate & iuſtitia, in ſollicitudine & dili-
G gentia, & in omnium virtutũ pſeuerantia. ¶ Iſta ſunt. xij. fundamẽ-
ta huius ſanctæ religionis, &. xij. lapides p̃cioſi, ſeu. xij. margaritę q̃
bus ornata extitit. Apoca. xv. Ecce quõ fundata eſt domus dñi ĩ ver
tice montiũ. i. in altitudine totius ſanctitatis. Eſa. ij. Et quõ dilatata.
qa fruct. ficauit in palmites, & emiſit ꝓpagines. Eze. xvij. Nec mi-
rũ certe. Nam hic glorioſus Chriſti cõfeſſor velut alter Abrahã, pater
multarum gentiũ: vt di. Proſper in p̃dicto tract. ſeu Ser. deũ audire
meruit bñdicentẽ, & di. Benedicã tibi & multiplicabo ſemen tuũ ſi-
cut ſtellas. Geñ. xxij. vbi demonſtratur hic. B. Aug. Primo vt radio-
ſus in explanatione cœleſtiũ ſecretoꝝ, ſicut ſtellas cœli. & hoc tan-
git primã partem noſtræ minoris ꝓpoſitionis. Secundo vt virtuo-
ſus in diuulgatione cœleſtiũ p̃ceptoꝝ, bñdicam tibi. & hoc tangit ſe
cundã partẽ huius minoris Tertio vt fructuoſus in ampliatione va-
lentiũ filioꝝ, Multiplicabo ſemen tuũ. & hoc concludit tertiã partẽ
eiuſdẽ partis minoris ꝓpoſitiõis. Et ſic hæc tria membra huiꝰ diui
ſionis, vt videris, ſunt tres partes principales ſuperiꝰ declaratę mi-
noris ꝓpõnis aſſumptę/ad thema ꝓpoſitũ cõcludendũ. Et ſic ex di
H ctis q̃tum ad oẽs ſuas partes patet clariſſime illa minor. ¶ Recolligẽ
do ergo q̃ dicta ſunt, & ad formã ſyllogiſticã reducẽdo thema ꝓpo-
ſitũ concludamꝰ. Primo declaratũ eſt, ꝙ ſpecialiter ac ſingulari mõ
ꝑ illũ ſpũs ſctũs loquit, & eius ſermones dirigit, qui p̃ cęteris ſanctis
& doctoribus ſecreta myſteria explicat euidenter, diuina p̃conia re-
ſerat luculẽter, deuota ſeruitia ampliat reuerẽter: & ſanctꝰ Aug. dei
myſteria explanauit pfectius, eius p̃conia diuulgauit vtiliꝰ, & ipſius
ſeruitia dilatauit deuotius. iſta ſunt ſuperius declarata loco maioris
ꝓpoſitionis & minoris. Seqtur igitur neceſſario ex forma arguendi
ꝙ ſpecialiter & ſingulari mõ ſpũs ſanctus locutus eſt ꝑ hunc ſanctiſ
ſimũ ꝯfeſſorẽ & doctorẽ egregiũ beatiſſimũ Aug. Quã veritatẽ ad
noſtrã deuotionẽ excitandã ipſe pius pater & magiſter explicat per
verba veſtrę charitati ꝓpoſita, di. Spũs dñi locutus eſt per me &c.
Ac ſi aperte dicat oĩbus generaliter/& ſuis fratribus ſpecialiter. Ecce
ꝙ ſecreta vobis explico euidenter ſacrã paginã declarando, ideo eſt
qa ſpũs dñi locutus eſt ꝑ me. & hæc fuit prima pars noſtræ minoris

propoſitionis ſuperius iam approbata.Sed ſecundo diuina p̄conia
vobis reſero luculenter ad cœleſtem patriā inuitando: q̄a ſermo eiꝰ
per linguā meam.& fuit ſecunda pars eiuſdē minoris etiam ſuperiꝰ
declarata.Sed tertio diuina ſeruitia vobis amplio reuerenter ſecūdū
ordinē inchoādo:q̄a per me.& hęc fuit tertia pars eiuſdem minoris
ſuperius explanata. Et ideo oēs attendite ad meā expoſitionē: oēs
accedite ad meā p̄dicationē:oēs accurrite ad meā religionē:q̄a ſpūs
dn̄i locutus eſt per me,& ſermo eius per linguā meā. In quibus ver
bis alia tria conſidero in iſto glorioſo confeſſore & doctore egregio
beatiſſimo Auguſtino. Primo p̄conium innocētiæ & ſanctitatis im
menſę/quo ſpecialiter intuetur ſpūs dn̄i. Secundo faſtigiū eminētiæ
& dignitatis excelſę,quo vtiliter p̄fertur, Locutus eſt per me. Ter
tio rependiū beneficentiæ & charitatis impenſę/quo dulciter refert̄
Quia ſermo eius per linguam meam. Et ideo reuerēdiſſimi patres
& domini,conſiderate hunc glorioſum confeſſorem & omnium do
ctorum egregium pręuentum vnctione,ſpiritus domini: excelſum
prælatione:Locutus eſt per me:prægratum reſponſione,Sermo eiꝰ
per linguam meam. Hic enim glorioſus confeſſor Chriſti recepit co
pioſe perfectionis excellentiam,ſpiritus domini. Spiritus domini
ſuper me eo ꝙ vnxit me. Eſa. lj. Suſcepit fructuoſę prelationis emi
nentiam,quia locutus eſt per me. Per me (inquit ſapientia) multipli
cabuntur dies tui,& addentur tibi anni vitæ. Prouerb.ix. Sed repē
dit gratioſę confeſſionis excellētiam: quia ſermo eius per linguam
meam. Iſte eſt ſermo quem oſtendit mihi dominus Hierem̄.xxx
viij. ¶ Dico ergo primo,ꝙ conſidero in iſto glorioſo confeſſore p̄co I
nium innocētiæ & ſanctitatis immēſę quo ſingulariter intuet̄,q̄d in
telligitur cū p̄mittitur,Spūs dn̄i. Vbi nota,ꝙ ſpūs dn̄i in q̄bus habi
tat/ſanctos efficit & ſpūales in oibus adornatos, Quicūq; enim ſpū
dei aguntur,hi filij dei ſunt. Ro.viij. Et ibidē. Qui ſecundū ſpm̄ ſunt
q̄ ſunt ſpiritus ſentiunt. Et quanto ſpecialiori modo & efficaciori in
habitat,tanto reddit animā ſanctiorem Modo hic confeſſor beatiſ
ſimus Augu.ſpm̄ dei ſctm̄ in ſe habuit abundāter,ac inter alios ſan
ctos & doctores fuit ſpūs ſancti gratia ac efficacia ſingulariter fœcū
datus/& etiam roboratus,vt ſtatim patebit. Ex quo ſequitur mani
feſte,ꝙ habuit pro tpe ſuæ peregrinationis inter alios ſanctos & do
ctores excellentiā ſanctitatis. Et ideo rationabiliter in diuiſione the
matis dicebatur ꝙ in hoc quod p̄mittitur,Spūs dn̄i. oſtēdebatur in
hoc glorioſo doctori p̄conium innocentiæ & ſanctitatis immenſæ.
Qꝫ autem hic glorioſus confeſſor & doctor egregius fuerit inter ali
os ſanctos & doctores ſpiritus ſancti gratia ſpecialiter fœcundatus,
& etiā roboratꝰ/apparet. Nam ſanctus Proſper in tractatu ſeu Ser.

ꝑdicto, vocat eũ ſpiritu ſancto plenũ. Nec mirũ. Nam ſicut indueba tur dñm Ieſum Chriſtũ ſecundũ vocẽ de cœlo ſibi miſſam. Induimi ni dñm Ieſum Chriſtũ, vt apparet in legenda, ſic mundus fuit virtu te ſpũs ſancti: ex quo ſignat & declarat plena receptio muneris ſpi ritualis. Hoc declara nã ſcitis reuerẽdi dñi, ꝙ illud quod virtute ali qua eſt indutũ, ex oĩni parte dictę virtutis eſt circũtectũ, vt iã nõ ap pareat eſſe illud qđ ante erat, ſed ſolũ appareat dicta virtus qua in dutũ eſt. Sic eĩn cũ ferrũ virtute ignis induitur, ita virtute ignis ab oĩ parte penetratur, ꝙ iã nõ appareat fieri ꝓprietas in eo q̃ eſt obſcuri tas, frigiditas, & nigredo, ſed apparent ignis ꝓprietates in eo qa cla rũ eſt & feruens. Et hoc ideo eſt, quia virtus ignis ipſum ex oĩni par te penetrans, cõicat ei ſuas ꝓprietates. Sic iſto modo beatiſſim⁹ Au guſti. indutus fuit ſpũ ſancto. Nã ſpũs ſanctus penetrans & ſe illabẽs & profundans in aĩam ipſius, eũ ex oĩni parte ſanctũ & ſpiritualẽ ef fecit, ſic vt quaſi iã nõ appareat homo, ſed totus ſeraphicus & totus heroicus & diuinus. Iſta duo declarabo p ordinẽ, & ſic erit finis ſer monis. ¶ Primo igitur dico, ꝙ ſpũs ſanctus ſe illabens & ꝓfundãs totũ eũ reddidit ſeraphicũ, totũ incenſum & ardentẽ claritate gemia dei & proximi, ſic vt haberet deuotiſſime deo dicere: Sagittaueras tu dñe cor meũ charitate tua, & geſtabã verba tua tranſfixa in viſce ribus meis: dederas ſagittas acutas & carbones vaſtatores: propter quod totus ſeraphicus, totus igne ſpũs ſancti incenſus, dicebat ſup Ioã. Ser. lj. Mundũ ↄtẽnere accẽdor, & in ↄſpectu meo nihil ẽ huius vitę q̃tumlibet fuerit ꝓlixus ſapor ꝑ amore ęternorũ, ſed tpalia mihi cũcta vileſcũt. Et eiſdẽ. vj. Cõf. ca. ix. dl. De corde & lingua mea ope ratus es dñe carbones ardentes, quibus mentẽ ſpei bonę adureres ta beſcẽtem, & ſanares. Ecce qũo hic noſter ſeraphin fuit tot⁹ igne ſan cti ſpũs tranſmutatus quaſi ignis effulgẽs & thus ardẽs in igne. Ec cle. l. Et ideo ↄgruiſſime figuratur p illũ angelũ, de quo Iudi. xiij. ꝙ cum aſcenderet flãma altaris in cœlũ, angelus dñi pariter aſcẽdebat Per flammã altaris intellige charitatẽ & dilectionem, quã ſpũs ſan ctus accendit in altari cordis. Hæc aũt flamma tanq̃ naturalem locũ & ꝓpriũ locũ cœlũ petit. Nã vt magiſter noſter nos docet ſup Pſal. cxxxij. Oĩnis amor aut aſcendit aut deſcendit. Deſiderio eĩn bono leuamur ad deũ, deſiderio malo ꝑcipitamur ad ima. Cũ igitur hæc flãma in cœlum aſcenderet, hic noſter ſeraphin ad deũ pariter aſcẽ debat: qa patenter, eminenter, & feruenter amare ſe oſtendebat. Et ideo (vt recitat ſanctus Proſper in dicto tractatu ſeu ſermõe) freq̃ẽ ter inflammatus charitate deo cum clamore dicebat: O æterna ve ritas, o æterna charitas, o chara æternitas, tu es deus meus vbi ſu ſpiro die ac nocte: o quicquid mihi eſt præter te, amarũ eſt. Da ergo

K .B. Au. to t⁹ ſeraphi cus p amo rem.

te mihi,& oſtende faciem tuam mihi & ſufficit mihi. Cum enim te
diligo,o Nazarene Ieſu,omnia in te reperio.vnum te q̄ro,& oīa i te
inuenio:quoniā in te omnia continentur.O lucrū mirabile: o cōpen
diū ſingulare:cur tātū diſtuli te cognoſcere:cur tātū diſtuli te amare:
cur tātū diſtuli te petere:cur tantū diſtuli te guſtare:cur ꝓ mūdo tā
to tempore laboraui? Sed nūc ad te dñe feſtino:oīa que mundi ſunt
cum delectatione relinquo:vltra ea non q̄ram. Da igiť mihi gratiā/
vt amplectar te:quia nihil poſſum agere ſine te. Tēp⁹ amiſi viuēdo
ſine te. Oē eñi tēpus quo de te nō cogitaui:hoc pdidiſſe puto. O dul
cedo animę meæ tene me in te:& nō pmittas me viuere ſine te. Et
ſi hoc non mereor p me:aſpice ſaltem lachrymas famulę tuę matris
meæ. Ecce quomodo ignitus igne ſpiritusſancti oīa creata trāſcēde
bat:deum ſuper omnia deſiderabat:ipſum ſuper oīa diligebat. Vti
nam ſic aſcenderemus:vtinam ſic diligerem⁹:& tūc expulſa morte
animę veraciter viueremus. Quia ſicut corpus ſine aīa mortuū:ſic
anima ſine iſto amore mortua reputať. vt hic beatiſſimus Auguſti.
oſtendit ſup Ioā. ſermone.ix. ¶ Sed vlterius reuerendi dñi habete L
veridicū indicium,& certiſſimum ſignum,quantum aſcēdimus per
amorem:quātū deum diligamus:vel quantum in profūdū deſcendi
mus diligendo amore peruerſo: Videť mihi ꝙ nō ſit ęquior menſu
ra amoris alicui⁹ ſaltē quo ad amoris feruorē q̄ dolor amiſſionis ipſi
us. Quātō eñi plangis rem aliquā quā amittis:tātū eā dilexiſti ātea.
Nec dubium illud amplius doles amiſſum:qd cari⁹ tenebas poſſeſ
ſum. Sentētia eſt beati Augu. libro.j. de Ciuita. dei cap.x. Conſidera
igitur in mēte tua:& vt ſi recipias pecuniā,cappam: vel equū gratia
exempli,vel quodcūq; aliud tēporale cōtra cōſciētiā:& mortaľr pec
cas/& deū pdis. Nōne tu quicūq; es plus doleres,ſi pderes illam pe
cuniam,cappam,vel equum q̄ doleas ſi perdis ſic deū:ergo conuin
ceris plus illa q̄ deum diligere. Eodē mō ſi bonū agis vt placeas con
ſanguineo,vel amico,vel familiari,vel domino temporali:cōtra cō
ſcientiam agis:mortaliter peccas,& deum perdis. Nonne conuince
ris plus eos q̄ deum diligere, Si autem vt obtineas beneficium/vel
prębēdā,vel aliquā eccleſiaſticā dignitatē cōtra cōſciētiā mortaliter
peccas,& deum pdis:nōne cōuinceris vel pl⁹ hoc diligere q̄ deum?
Certe ſic. Iſte eſt amor inordinatus/& peruerſus in diligēdo aliquid
deo pręponere vel ęquare. Sed o q̄ cōmunis eſt ille amor: ſic in vſū
venit:ꝙ a nullo repręhenditur. Verbum eſt Auguſti. i quodam ſer
mone ſic dicētis. Si argētū auro pręponis:dementiſſimus iudicaris.
Aurum deo pręponis,nullus reprehendit. Hoc reuerendiſſimi dñi
facit amor proprius cui⁹ excellentia excęcamur. Vultis videre i no
bis mirabilem cęcitatem. Si quęratur ab iſto qui ſic peruerſe deum

diligit deo pręponendo pecuniã. Vtrum ſeipſum plꝰ diligat q̃ pecu-
niam. Sine dubio q̃ ſeipſum plus diligit/reſpondebit:& habebit ꝓ-
bationem ĩ promptu:quia illam pecuniam ꝓpter ſeipſum diligit/&
affectat. Sed mentita eſt iniquitas ſibi:quia reuera conuincitur:non
ſolum illam plus q̃ deum:ſed etiam plus diligere q̃ ſeipſum. Cuꝰ ꝓ
batio eſt:quia propter illam pecuniam tormẽtis ſe exponit ęternis.
igitur illam plus diligit q̃ ſeipſum. Ratio meo concludit iudicio effi-
caciter. & eſt ratio beatiſſimi Augu. de Ciuitate dei libro.ix. Et ſic
totus charitatis ordo in nobis iam peruertitur:cum pecuniam plus
q̃ nos/pluſq̃ deum diligere conuincamur. Tales non aſcendunt ad
deum cum beatiſſimo Auguſtino,ſed deſcendunt in ꝓfundum ifer
ni.vt ipſe teſtatur ſuper Pſal.cxxiij. Nam iſti ſunt ægyptij tenebroſi
deſcendẽtes in ꝓfundũ quaſi lapis. Exo.xv. Sed ecce chariſſimi do
mini remedium:ecce conſilium. Tu anima Chriſtiana inſignita dei
imagine:redempta Chriſti ſanguine:deſponſata fide,ornata virtuti
bus:deputata cum angelis:dilige illum a quo dilecta es:intende illi
qui intendit tibi:ama illum a quo amaris:cuius amore præuenta es:
ama illum qui te eduxit de lacu miſeriæ,& de luto fęcis. Dilige illũ
amicũ præ omnibus amicis tuis,quia cum omnia tibi ſubtracta fue
rint:ſolus iſte tibi fidem ſeruabit in die ſepulturę tuę cũ omnes ami-
ci tui recedent a te:ille non derelinquet,ſed tuebitur te a leonibus ĩ-
fernalibus rugientibus pręparatis ad eſcam:& perducet te per igno
tam regionẽ,atq; perducet te ad plateas ſupernę Sion:& ibi colloca
bit te per angelos ante faciem maieſtatis ſuæ. Verba ſunt beati Au-
gu. conſiliatiua & remediatiua contra peruerſũ amorem in libro de
M contemplatione Ieſu Chriſti circa finem. ¶ Sed nunquid reuerendi
domini ex eo q̃ Aug. ſic ardenter ſicq; feruenter ꝑ dilectionẽ ad deũ
aſcẽdebat: ꝓximum ſeu oues ſibi cõmiſſas diligere omittebat. Cer-
te nõ:imo quanto in deũ ꝑ dilectionẽ ardẽtius aſcẽdebat:tãto eas di-
ligentius paſcebat,& intenſius diligebat:propter qđ ipſe totꝰ ardẽs
charitate/coctus igne ſpiritus ſancti,& inflãmatus/lib.I. Homiliarum
Homil.ij.ſuis ouibus dicebat. Quid volo,quid deſidero,qđ cupio,
quare loquor,quare hic ſedeo,quare viuo,niſi in hac intentione,vt
ſcilicet cũ Chriſto ſimul viuamus? Cupiditas mea iſta eſt:honor me-
us iſte:gloria mea iſta eſt:ſemper poſſeſſio mea gaudiũ meum hoc
eſt:ſed ſi me non audieritis/attamen ego non tacuero:libero animã
meam:ſed nolo ſaluus eſſe ſine vobis. hæc Auguſtinus. O mira &
feruentiſſima charitas Auguſtini. Nolo(inquit)ſaluus eẽ ſine vobis.
Iſte erat dignus paſcere oues Chriſti. Si ſic diligerẽt paſtores noſtri
temporis oues ſuas:excluſa eſſet omnis mala cupiditas quæ ſecum
falſum honorem,falſam gloriam,falſam poſſeſſionem,falſum gau-

dium introducit. Non ſunt tales nec ſic diligunt, qui oues ſuas ſine cauſa neceſſaria quę ſe excuſare poſſit, deſerunt: & cum magna ſolicitudine & diligentia cuſtodiunt curias dñorum: vel qui prælaturas recipiunt & nunq̃ intendunt, immo proponunt nunq̃ oues ſuas viſitare niſi per tonſores. Non iudico vtrum aliqui nunc ſint tales, quilibet ſuam examinet cõſcientiam. Sed dico, ſancti doctores veraciter aſſerunt, q̃ tales non ſunt veri paſtores. Et ratio huius eſt, quia tales non paſcunt greges ſuos, ſed paſcuntur a gregibus: quod ſcriptura teſtãte, rõne approbãte, oibus doctoribus ꝯcorditer acclamãtibꝰ, eſt contra naturã paſtoꝝ. Q: aũt tales nõ paſcant greges: hoc manifeſtũ eſt ꝓpter eoꝝ abſentiam. Hoc etiã clare oñdit glo. ſup illo verbo ſaluatoris noſtri, Ioã. vl. Paſce oues meas. vbi glo. di. Paſcere oues eſt credẽtes in Chriſto ne a fide deficiant confortare: terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis miniſtrare: exempla virtutũ cum verbo prædicationis impendere: aduerſariis obſiſtere: errantes ſubditos corrigere &c. Iſta ſunt inquam opera paſtoris: quorũ nullum faciunt qui oues ſuas deſerunt ſine cauſa. Q: autem iſti paſcantur a gregibus, certiſſimũ eſt & clarũ. Nam ſemp tales vt propriũ eſt eoꝝ, cũ auſteritate & potẽtia mercedẽ laboris ſine labore extorquent. Quibus dicit Eze. xxiiij. Vęh paſtoribus q̃ paſcebant ſemetipſos. Nonne greges a paſtoribus paſcunt? lac comedebatis, lanis operiebamini, qd̃ craſſum erat occidebatis: gregem autem meũ nõ paſcebatis. & ſequitur. Sed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Hoc reuerẽdi dñi ſi ſit ita, licet tranſeat ſub ſilentio, non tñ ſine periculo. Videte qd̃ dicit Chryſo. ſup Mat. in ope impfecto Homi. j. tractãs illud verbum Euangelij, Salomon genuit Roboam, iuxta hiſtoriam quę habet. iij Reg xij. vbi di. Chry. Tpe Salomõis regnũ proſperabat: tpe aũt Roboã relinquentes conſilia ſenioꝝ, tribus decem receſſerũt, & duę tribus remanſerunt cũ eo, ſic (inquit Chry.) Epi in principio eccliæ bñ ſe habebãt, populus Chriſtianꝰ ꝓſperatus eſt & multiplicatus tãq̃ regnũ Salomõis in ipſius principio: ſed poſtea tãq̃ tpe Roboã, ipſi reliquerũt cõſilia ſanctoꝝ, puta conſilia Petri, dicẽtis ad Epõs: Paſcite q in vobis eſt gregẽ dei, ꝓuidẽtes nõ coacte ſed ſpontanee ſecundũ deũ: neq; turpis lucri grã, ſed voluntarie: neq; vt dominãtes in cleꝝ, ſed forma facti gregis ex animo. j. Pe. ij. Talia eñ conſilia ſanctorũ Apoſtolorum reliquerunt, & ſecuti ſunt conſilia iuuenũ dicentium oportere epiſcopum diuitem fieri, & inhoſpitabilem & timorem nõ habere. & talia quidem quæ mouebant plauſum. Et per hoc dederunt diabolo locum faciẽdarum diuiſionum, & vix pauciſſimi Chriſtiani remanent in eccleſia Chriſti ſub Chriſto Hæc Chryſoſtomus Quid tales dicturi ſunt in diſtricto iudicio, quando paſtor paſtorum

requiret gregem dei de manib⁹ eorū:vt cōminatur, Ezech. xxxiiij. Omnia iſta ex defectu charitatis ꝓueniūt:& ideo expellatur cupiditas,quę eſt radix omnium malorum.j.ad Tim.vj.& introducať charitas quæ non quęrit quæ ſua ſunt:ſed quę Ieſu Chriſti.j.Corin.xiij. Sit nobis exemplar charitatis beatiſſimus Augu.quia ſpiritu ſancto (vt dixi ſuperius)ſe ſibi illabente & profundante fact⁹ eſt totus Seraphicus,& totus incenſus,& totus igne mirabiliter inflammatus:radios igneos exufflans/& refulgens radijs ſuis. Eccle.xliij. ℂSecundo dixi,ꝙ ſpirituſſanctus ſeipſum illabens/& profundans reddidit eum totum heroicum & diuinum. Eſt autem heros ſemideus ab oĩ malo longius recedens:humanum modū in omni virtute excedēs: & ad ſummum bonum cæteris ꝓpinquius accedens: ſicut beſtialis qui ſibi opponitur.(vt habetur.vij.Ethico.)eſt exceſſiu⁹ ĩ malo. Quod autem talis virtus heroica poſſit eſſe in vno puro homine patet. Nā ſicut di.Bern.libro quinq; ꝯſi[l]io. Grauis opprobrij res eſſet in natura humana:ſi plus in deterius procedere poſſent eius corruptores ꝙ̄ in bonum proficere poſſent boni amatores. Sed ſecūdum Philo. vij.Ethi.& experimentum docet,aliqui ad tantū procedunt in malo ꝙ fiunt beſtiales:inquantum in malicia vitam hominum ſunt excedentes,vt ibidem oſtenditur.Igitur in bono aliqui in tātū procedūt, vel procedere poſſunt:ꝙ conditiones hoīm excedūt in bonitate, & fiūt Heroici.Si igiť hęc virt⁹ fuit vnꝙ̄ in aliquo puro hoie:eā habuit beatus Auguſtinus.Quod oſtendo.Nam hęc virtus heroica habet ꝓpter deum delectationem in aduerſis:contriſtationē in delitijs:& depurationem in iudicijs:cuius figuram habemus.ij.Macha.vj.vbi legitur de Eleazaro:qui glorioſam mortem ꝙ̄ odibilem vitam amplectens voluntarie pręibat ad ſuppliciū.ecce primū.Eſt rectiſſime iudicans inter mūdum & ꝓphanum,quo ad tertium. Deſtinauit ſe, nec carnem porcinam manducare,nec ei⁹ comeſtionem ſimulare: nec aliquam immūdiciam contrahere:nec contrahendi occaſionem alijs p̄bere.quo ad ſecundū. Patet etiā per oppoſitū de beſtiali heroico oppoſito.Nā ipſe in aduerſis habet non tm̄ triſtitiā,ſed blaſphemiā.In delitijs non tm̄ letitiam, ſed impudētiam: & in iudicijs non tm̄ ignorantiam,ſed quaſi demētiam. Mō nulli dubium eſt,ꝙ has conditiones ad virtutem heroicā requiſitas habuit perfectiſſime beatus Augu.Nam quātū ad primā conditionē ipſe inter aduerſa hui⁹ mūdi diſcernens:voluntarie ſe ad martyriū præparauit.vt dicit de eo ſanctus Proſper in prędicto tractatu ſeu ſermone. Petrus etiā Damiani in quodam ſermone dicit ſic,ꝙ Auguſtinus coronam martyrum multiplici labore conſecutus eſt. In hoc etiam ipſe beatiſſimus Auguſtinus apte confitetur in quodam ſermone ad ſuos præſbyte-

N Quis dicať heros

.B. Aug⁹ habuit virtutes heroicas.

ros,vbi dicit ſic.Heretici mihi inſidias in ærœmo poſuerunt volen-
tes me occidere:& deus me liberauit:libenter tamen martyriũ ſuſce
piſſem:ſicut pro veritate mori ſemper paratus ſum. Qꝫ autem ſe-
cundam conditionem habuit contriſtationẽ ſeu mortificationẽ ĩde
litijs & proſperis huiꝰ mundi,ipſe nobis oſtẽdit ſecũdo libro Solilo.
ita di.Deũ rogaui,& rogo vt mihi non diuitias:non corporis volu-
ptates:non populares ſucceſſꝰ,atqꝫ honores tribuat:ſed animã meã
ſemper quęrenti iter prębeat:vt me non deſerat,neqꝫ deſerat̃ a me.
Ecce quomodo proſpera contẽnebat.Sed ꝙ habuit depurationem
in iudicijs,quantum ad tertiam conditionem heroici: nulli dubium
eſt propter eius ſapientiam quæ mundum illuminauit,vt ſuperius
eſt oſtenſum.Vnde propter iſtam conditionem dicebant ei fratres
æremitæ de monte Piſano.Gratias deo perſoluimus:cuius dono p
te apte in dubijs rebus certificari poſſumus:quoniam videmus ſa-
pientiam dei in te confluxiſſe.Ex his patet,ꝙ fuit hic glorioſus con
feſſor Chriſti totus heroicus,totus diuinus:ab omni malo longiꝰ re
cedens:humanum modum in omni virtute tranſcẽdens:& ad ſum-
mum bonum cæteris propinquius accedens:in tm̃,vt haberet dice
re ſanctus Proſper in prædicto tractatu ſeu ſermone:ꝙ vita Augu
ſtini aliorum ſeruorum dei vitam culpabilem, & repræhenſibilem
apparere faciebat. Et propter hoc merito poſſumus ſibi dicere il-
lud Exo.xv.Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate. Nam p hãc
magnificentiam ſanctitatis a filio dei vocari meruit magnus Augu.
Narrat enim Proſper in prædicto ſermone,& ſatis eſt notabile:ꝙ
beatus Auguſtinus Chriſtum dei filium ſaluatorem noſtrum in car Beato
ne videre,& tangere,ac eius pedes lauare meruit,& eum audire di- Auguſti.
centem ſibi.Magne Auguſtine filium dei in carne hodie videre me Chriſtus
ruiſti.Iſtud fuit ſingulariſſimum,nec vnq̃ legi.ꝙ poſt Aſcenſionem apparuit
ad cœlos ſic alicui appareret:ꝙ ſibi verbo reuelaret ſe Chriſtum eẽ, in terris.
& tangi,& tactari ſe permitteret:& ſic cum eo dulciter loqueretur.
Fuit etiam ſingulariſſimum,ꝙ vocari meruit a Chriſto magnꝰ Au
guſtinus.Quis vnq̃ de ſanctis ab ore diuino ſe fore magnum audi
re meruit:nunq̃ legi.Verũ legitur,ꝙ Saluator noſter dixerit de Ioã
ne Baptiſta.Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne.ſed nõ
legitur,ꝙ Chriſtus Ioã.hoc dixerit:nec habemus,ꝙ ab ore eius Io-
an.hoc audiuerit.Beatiſſimus autem Auguſtinꝰ ab ore Chriſti ſibi
loquẽtis audire meruit:qui ſibi dicit.Magne Auguſtine filium dei
hodie in carne videre meruiſti.Innuit etiam ibidẽ ſanctus Proſper,
ꝙ in iſta viſione & apparitione Chriſtus commiſerit ſibi curã totius
eccleſiæ catholicæ.Iſta probant euidentiſſime in beato Auguſtino
ſingularem excellentiam ſanctitatis.Multa etiam de miraculis ſuis

hoc idem declarantia poſſum adducere: vt pote, quod vna vice ſimul quadraginta homines diuerſis infirmitatibus laborantes ſanauit. Et ſic de alijs miraculis eius quaſi innumerabilibus: quæ dimitto gratia breuitatis. Vnum tamen dicam, quod omnia alia miracula videtur excedere. Dicit enim ſanctus Proſper in dicto tractatu, quod beatiſſimus Auguſtinus velut alter Noe non arcam coaptando, ſed libros componendo mundum vniuerſum periclitantem ab hęreticis liberauit. Ecce miraculum ęquiualens omnibus miraculis, quę de quocunq; alio ſancto poteris nominare. Quemcunq; enim ſanctum cōmendare volueris: quot mortuos ſuſcitauerit: quot infirmos curauerit, in quocunque numero volueris. Et ego dico tibi de Auguſti. quod non ſolum tot, ſed totum orbem liberauit: totū orbem ſanauit: totū orbem cum ſua doctrina a morte ſuſcitauit. Et ideo aſſerit Petrus Damiani de eo in quodam ſermone. Quod eſt Apoſtolorum collegio meritis, & gratia coęquatus. Nā ipſe creuit & magnificatus eſt in ſublimi. ij. Paralip. xvij. ¶ Concludo igitur ſermonem noſtrum reuerendi dn̄i ad hunc ſanctiſſimum confeſſorem/ & excellentiſſimum doctorē: qui ſic nos in vita dilexit: qui ſic nos viuere docuit: qui ſic nos illuminauit, & fidem noſtram defenſauit: qui nunc cum Chriſto regnat in cœlis, nos deuotiſſime conuertamus, & pro gratiarum actiōe de tantis beneficijs iam receptis eum cum ſancto Proſpero in prædicto tractatu, & cum Valentino monacho in epiſtola ad eundē humiliter ſalutemus: & pro recipiēdis vlterius bn̄ficijs ſuppliciter exoremus, di. Aue beate beatorum Aug. pater & doctor ſanctæ dei eccleſiæ. Aue eiuſdem ſplendor meridianus: & fundamentum tranquillitatis/ & plenitudo charitatis. Aue colūna mundi, genus ſapientię, arca Noe: & antiq legis ſanctitatis fructus & lignum vitæ imputribile. Aue amplexus paternus caſtitatis: puteus aquarum diuinæ ſapientię. Aue puerorum virga, puellarū norma, coniugatorū magiſter, viduarū dux, cūctorum vita monachorum, metus eremitarū, lux cœnobitarū. Aue pater Grāmaticorū, liber Logicorū, veritas Philoſophorū, via Rhetoricorū, thalamus Aſtrologorum, laus Medicorum & ſanitas, Theologorū profunditas. Aue Hęreticorū gladius, Iudeorum lancea, Paganorum ſtimulus, Chriſtianorum Clypeus: & cūctorum protector & auxiliator in tpe tribulationis. Aue dux belli in certamine victor: āgele pacis Michael: princeps Seraphin ardēs: Ioſeph caſte, Abraā fidelis, Sanſon fortiſſime: Iob patiētiſſime, Abel iuſtiſſime: colūna & virga Moyſi, Heliæ virtus, Dauid perfectio, Salomonis admiratio, Ioannis pnia, Petri obediētia, Pauli audacia, Stephani cōſtātia, Laurētij miranda victoria. Tu inquā pijſſime pater Auguſtine, oro vt non vrgeat ſuper nos puteus os ſuum: vt ſaluemur a deſcendentibus in lacum: vt non

pereat cum impijs anima noſtra per ſuperbiam noſtram/ſed ſanetur per gratiam dei. Ora dominum o dulciſſime pater Auguſtine, vt fugiat diabolus de congregatione noſtra, & amota omnium alienarũ curarũ procella nauis propoſiti noſtri intra ſtatum mitiſſimi portus ſecure conſiſtat. Quod nobis.

¶Sermo vndecimus ad idem, & in numero. CLI.

Vidit deus lucem q̧ eſſet bona, & diuiſit lucẽ a tenebris. Geñ.j. In verbis iſtis beatus Auguſtinus cõmendatur a quatuor. Primo a diuinę & ęternę p̄deſtinatiõis dignitate, Vidit deus. Secũdo a ſapiẽtia vel luminis claritate, Lucẽ. Tertio a charitatis gratuita decoratiõe, Q̧ eſſet bona A Quarto a cœleſtis p̄miſſi aſſecutiõe, Diuiſit lucẽ a tenebris. Primũ innuit efficientis benignitatem. Secundũ materię qualitatẽ. Tertiũ formę decorẽ. Quartum finis valorem. ¶Circa primum ſciendum/q̧ beatus Auguſtinus in ęterna dei viſione fuit, qua eum p̄deſtinando p̄uidit duplici oculo ſcilicet veritatis & charitatis. Damnandos eñ tñ videt vno oculo ſiue reſpicit. Vnde dominus ſibi potuit dicere, In charitate eñ perpetua dilexi te. Sed vbi vidiſti me domine? vbi noſti me? Potuit reſpondere dominus, ſicut Nathaneli Ioan.j. Cum eſſes ſub ficu noui te. i. cum eſſes in fęce peccati, in radice peccatrice primi parentis. Legitur enim Geñ.iij q̧ derelicto diuino mandato primi parentes currebant ad ficum, & fecerunt inde perizomata ad tegẽdum ſe: quia derelicto diuino bono & vero, ſub vacua ficu mũdialis & carnalis illecebrę & delectationis latitantes quieuerunt. ibi igitur &c. immo in ęternitatis cognitione & amore deus vidit & prędeſtinauit lucem hanc ſcilicet Auguſtinum: quem in tp̄e a tenebris ſegregauit vel ſeparauit. Nam ſecundũ Ap̄lm, deus p̄elegit in ipſo añ mundi cõſtitutionẽ &c. Et notandũ, q̧ aliud eſt eſſe in eius eſſentia, aliud in eius notitia, aliud in eius viſione. Nã eſſe in eius eſſentia, eſt contineri in ea, & eius infinita ſimplicitate, & ſimplici infinitate, ſecundum rationes perfectionales: & hoc ſecundum illum modũ eſſendi in quantũ in deo perfectiones oĩm generum eminẽter & vnitiue p̄exiſtũt, ſicut tota arbor in ſimplici grano. licet diſſimile ſit quo ad hoc q̧ arbor eſt in grano materialiter: & forma grani corrupta tranſit materia in arborem, quod de eo nephas eſt dicere reſpectu creaturæ in quo ſunt creaturæ ſicut in exemplari & virtute productiua non vniuoca & ſimili, ſed ęquiuoca & eminenti. quia ſecundũ Anſelmũ, creatura ĩ deo eſt creatrix eſſentia. addit cum creatura in deo ſecundũ modum intelligẽdi ad creaturam in exemplabilẽ & ꝓductibilem, in quam ꝓductã nõ tranſit diuina eſſentia: q̧a ſecũdũ

auctorem de cauſis: prima cauſa non commiſcetur rebus. Eſſe autem in eius notitia/quę dicitur ſimplex intelligentia/ē eſſe in eius itellectu reflexo ſuper eſſentiam ſuam,& ſuper omnia contenta i illa: quod eſt eē ſecūdū rōnes ideales: & ſecūdū modū intelligēdi. Eſſe autem in eius viſione, eſt eē in intellectu reflexo, vt dictū eſt, addēdo tamen præſentiam creaturæ ſecundum aliquod tempus: quod vtiq; tempus/quodcunq; fuerit, totum eſt pręſens æternitati diuini intuitus. Exemplum de oculo clare ſimul vidente totam paginā: cū oculus lippus vix ſigillatim videat ſyllabam poſt ſyllabam. Et hoc tertio modo creaturæ/quæ aliquo tempore habent eſſe: ſunt in dei viſione propter præſentiam in natura propria. Quæ nūq̄ ſunt, ſed tamen eſſe poſſunt, ſunt in ſimplici notitia, vt dicit ſecundus mod⁹. Dicit ego. Vidit deus/non ſolum nouit hanc lucem: ſcilicet, beatum Auguſtinum, quam in ſua eſſentia æterna præhabuit, intelligentia æterna prænouit: aliquo tempore futuram præuidit. Si obijcitur, ꝙ illa præuiſio non falli poteſt: videtur ꝙ fruſtra matris ei⁹ lachrymę, & interceſſiones interceſſerint pro eo. Dicendum ꝙ non: quia ſicut in educendo a ſe effectiue deus per mediū, & mediante homine ꝑducit hominem: quia Sol & homo generāt hominem: licet eum immediate producere poſſit, & produxerit, vt Adam: & hoc vt dignitatem concauſandi communicet creaturis: ſic in reducendo in ſe, vt in finem reducit per media, vel ſaltem per medium: ſcilicet Chri-
Ioā. xiiij. ſtum, quia ipſe eſt veritas/via & vita: licet immediate reducere poſſit, & etiam reduxit ſecundum Adam, ſcilicet Chriſtum. Et ſicut hanc reductionem per media fieri ab æterno diſpoſuit: ſic in tempore non aliter impleuit: & ſic Auguſtinum lachrymis matris eius ſaluauit. Patet ergo primum, ſcilicet dignitas prædeſtinationis ex mera prędeſtinantis dignitate.

B ¶ Secundum notatur, cum dicit lucem. Erat enim lux mundi, Matthæi. v. Nō vtiq; opaca/& tenebris per-
Augu. eſt lux vera: & de duplici luce. mixta, ſed pura & vera. Ioā. j. Erat lux vera. Sed cum Ioānes Bap. ibidem negetur lux, & ſolus Chriſt⁹ ibi dicatur lux vera: quomodo hoc aſcribere poſſum⁹ Auguſtino/Solutio quædam dicitur lux vera, quia fontalis non ab alia luce cauſata. cuius ſicut non entitas, ſic nec veritas ab alia luce dependet. Exemplum de Sole in corporalibus. Et hæc lux appropriatur filio dei: qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Secundo modo eſt lux vera: qa eſt tenebris extraneis impermixta: licet ſit ab alia luce cauſata. Exēplum de luce lunæ. Et ſic Auguſtinus ē lux vera: quia doctrina eius fuit heretica prauitate impermixta: licet a prima luce cauſata. Sic etiam cum filius dei habeat lucem ab alio acceptam: quia quod habet a patre naſcendo accepit: videtur ꝙ non ſit lux vera primo modo

dicta,imo eſt lux vera,quia licet acceptam habeat non tamẽ mutua
tam,quia non vt extraneam ſed vt ſuam.ſicut enim pater habet vi-
tam in ſemetipſo:ſic dedit & filio vitam &cẽt.Simile eſt de luce vt Ioan.v.
de vita.Tertio modo eſt lux impura a multis obſtaculis impedita
& tñbris pmixta:vt lux aeris obfuſcata & interrupta nubib⁹ & alijs
impedimentis.ſic eſt lux hæreticorũ & doctrina eorũ qui ſemper fal
ſis vera permiſcent.Exemplum de colore leproſi ſecundum Au-
guſtinum homil.de decem leproſis.Vnde de claritate lucis Augu-
ſtini canit eccleſia.Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et licet ibi
dicatur.Quaſi Sol refulgens:hoc non eſt ratione principalis,ſcilicet
vel fontalis luminis quod eſt in Sole:ſic enim ſoli deo conuenit vt
dictum eſt.Auguſtino vero cõuenit lux lunæ.Sed dicitur quaſi Sol
ratione eminentię reſpectu aliorum doctorum ſecundum Paulinũ
qui dicit.Alij ſtellis comparantur.Danie.xij.Qui autẽ docti fuerint
quaſi ſtellę &cę.Auguſtinus autem Soli comparatur:Quaſi Sol re-
fulgens.Auctoritates Paulini ad idem quęre & alias.Sic patet ſecũ-
dum.Tertio commendatur &cæte.Lumen enim ſcientię & doctri-
næ ſiue donorũ charitatis & gratiæ eſt informe & quaſi in materia
ſine forma debita.Sed gratia & charitas quæ idem ſunt ſecundum
aliquos,formalis decor ſunt lucis pdictę:rõne quarũ dicit ꝙ eſſet bo
na.¶Sciendum autem ꝙ eſt quædam formalis bonitas:formans C
non informans,vt diuina forma,Sapientiæ.Ego dominus formans Eſa.xl.
lucem & creans tenebras.Et non informans quia non inhęrens.qđ
enim vere eſt nulli accidit.j.Phyſi.Alia informãs vt gratia informãs
eſſentiam,charitas voluntatem.Tertia eſt non informans nec for-
mans:vt anima,Angelus,& quodlibet ens in ſe:vnde conſideratur
maxime exiſtere potens per ſe.Hac triplici bonitate bona erat lux
iſta.ſ. Auguſtinus,ſcilicet naturæ,gratiæ,& gloriæ. De bonitate lu-
cis nature loquitur de ſe in libro confeſſionum ꝙ libros gentilium p
ſe ſine doctore intellexit.Et lux iſta conuenit homini ſecundum ꝙ
imago dei.& aſſimilatur cognitioni Angelicę veſpertinę:quam eti-
am habuit Lucifer.De bonitate lucis gratiæ loquitur i eodem libro
Radiaſti & ſplenduiſti & fugaſti cæcitatem meam.Et conuenit ho-
mini ſecundum quod ſimilitudo dei.Geñ.j Faciam⁹ hominem ad
imaginem & ſimilitudinem noſtram.De tertia credim⁹ impletum
in eo illud Apoſtoli.Qui adhęret deo vnus ſpiritus eſt.Qđ pcipue
verum eſt in adhęſione viſionis nudę.Qđ ſi verum eſt de illis ſan-
ctis de quibus Greg,in reuelatione dicit.Altior nobis eum continet
locus:quanto enim anima eſt ſanctior,tanto deo vicinior,ſecũdum
Dionyſium.¶Sanctitas enim eſt ex partita vita in vnitam conſur- D
gere & deo vnitum eſſe,quia maxime vnus & ſimpliciſſimus eſt

omnia tamen deſiderabilia & multiplicia in ſua ſimplicitate comp̄hendens, in multiplicitatibus ſimplex, in diuiſionibus indiuiſus. ſicut anima tota eſt in qualibet parte corporis & cætera. Vnde bene dicit hic Hermes de deo ꝙ eſt circulus cuius punctus vbiq;: circūferentia nuſq̄. Circulus quia omnia continet. punctus vbiq; quia ſua ſimplicitas omnia replet. circumferentia nuſq̄, quia diſſentionē & diuiſibilitatem in creaturis non habet. Et quia antiqui vt Plato & Demetricus animam poſuerunt igneam & circularem: licet falſum ſit. tamen ſpiritualiter bonum habet intellectum quia eſt ignea per amorem Circularis per ſui in creaturarum diſcurſum & cognitione & amore circumuolutionem: quam ſic partitam quando per ſanctitatem vnitam collegerit a creaturis in dei amore ſurgendo: tunc circulum ſuum circulo diuino coniungit, qui circulus diuinus ſicut omnium continentiam habet in puncto ſimplicitatis in quem ſuū amorem terminat & perficit vt iam non habeat circulum in vario deſiderio circumferentię in creaturis: ſed in puncto diuinę ſimplicitatis, vbi omnia quæ ſunt in circumferentia creaturarum anima in puncto ſimul vno intuitu amplectitur. Exemplum huius triplicis bonitatis in luna reperitur / ſcilicet in luce propria ſignificatur lux naturalis animæ. ſed in luce recepta a Sole ſignificatur lux gratiæ & charitatis a deo infuſa, quæ eſt in vita contemplatiua vt luna illuminata verſus ſuperiora, tamen eſt propinqua vel coniuncta Soli: & in vita actiua quæ eſt vt luna illuminata verſus terram tamen eſt remota a Sole. Applica. Sed lux gloriæ & vnionis cum deo perfectę ſignatur in luce lunę cum erit ſicut lux Solis in die nouiſſimo.

ℂ In decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ. Sermo primus. Et in numero. CLII.

HErodes miſit ac tenuit Ioannem & vinxit eum in carcerem, Marci ſexto. Verba iſta primo exponentur ad literam de beati Ioannis paſſione, deinde ſpiritualiter de noſtra conſimili perpeſſione. Iuxta primum ſenſum in verbis iſtis paſſio beati Ioannis deſcribitur ad tria. Primo quo ad auctorem qui fieri hoc mandauit. Secundo quo ad ordinem & modum quem tenuit. Tertio quo ad conditionem perſonæ quæ ſuſtinuit. Primum notatur in eo quod præmittitur, Herodes. Secundum in eo quod additur, miſit: tenuit ac vinxit in carcerem: & poſt hæc caput amputari pręcepit. Tertium in eo quod interponitur, Ioannem. ℂ Quantum ad primum ſciendum ꝙ auctor huius ſce-
A leris fuit Herodes. Legimus autem de triplici Herode. Primus occidit pueros innocentes, de quo Matthæi ſecundo. Secundus fuit

iſte qui occidit Ioannem,de quo Marci ſexto. Et iſte non fuit pro-prie rex ſed tetrarcha. Tertius fuit qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio & Petrum incarcerauit.de quo Actuum duodecimo. & hic dicebatur Herodes Agrippa. Sed prætermiſſis alijs duobus de ſecūdo eſt propoſitum noſtrum. Hic vt habetur in hiſtoria ſcholaſtica fuit filius magni Herodis,& vocatus eſt Herodes Antipas. Qui fratri ſuo Philippo viuenti abſtulit vxorem ſuam nomine Herodiadē filiam Arethę regis. De qua re cum ſanctus Ioannes eum dure redargueret indignatus cogitauit cum adultera vxore qua occaſione & verſutia abſq; tumultu populi ipſum occiderent: & excogitauerunt modum qui in præſenti Euangelio continetur. Hic Herodes cum ad inſtinctum Herodiadis cum ipſa pergeret Romā ad Caium Cæſarem vt ſibi honorem regni compararet:ab ipſo Cæſare miſſus ē in exiliū Lugduni & ibi ābo miſerabil' vitam finierunt vt hoc in hiſtoria continetur. Et hoc de primo. ¶Quantum ad ſecundum de modo & ordine ſuę paſſionis ponuntur in verbis prę miſſis quattuor genera pœnarum & quintum ſubijcit in Euāgelio. Primum eſt ꝙ Herodes miſit.ſ.miniſtros ſuos ad capiendum eum & hoc eſt vnum genus pœnalitatis,quia fecit eū capi. Sc̄dm eſt ꝙ tenuit eū.nonnulli eñi capiuntur qui non tenentur ſed ſtatim dimittū tur. Tertiū eſt ꝙ eū vinxit,qd̄ adhuc pœnali' eſt:plures captiui tenē tur abſq; hoc ꝙ vinciant̄. Quartum eſt ꝙ poſuit eū in carcerē & etiā addit pœnam vltra prędictas. Quintum genus pœnarum atrocius & crudelius eſt ꝙ fecit eum decollari. Vnde ſubdit in Euangelio ꝙ miſſo ſpiculatore pręcepit afferri caput eius in diſco,q decollauit eū in carcere. Ecce modus & ordo paſſionis ei' ad litteram. Ex quo patet ꝙ ipſe inter omnes martyres dignior merito cenſetur:eo ꝙ cęteri martires ſolū paſſi ſunt pro fidei veritate. Ioannes non ſolum ꝓ fidei veritate,ſed etiam pro fidei caſtitate paſſus eſt. Item cum ipſe Ioannes fuit vtriuſq; teſtamenti mediator:ipſe paſſus eſt pro vtroq; teſtamento. Pro teſtamento inquam veteri prohibitum eſt:ne quis ducat vxorem fratris ſui viuent's. Pro nouo etiam teſtamento quo hoc idem prohibetur. Vnde nullo modo hoc licebat maxime propter irreuerentiam Chriſti:quem ipſe digito oſtenderat eſſe pręſentem,dicendo. Ecce agnus dei. Vnde ipſe etiam exiſtens in carcere diſcipulos ſuos ad Chriſtum miſit dicens. Tu es qui venturus es & cętera. Quia eñi ipſe ꝑparauit viam domini:non ſuſtinuit zel' ei' feruid' ꝙ tam enorme flagitium publice fieret in pręſentia Chriſti. Et non ſolum Ioannes primatum obtinet inter martyres,imo & inter Apoſtolos. Nam ipſi Apoſtoli miniſtrabāt Chriſto in acqſitiōe. ṗlab: p. in populo ẹ. Ioannes aūt Chriſto miniſtrauit i acqſitiōe Apl'or ẹ:qa ipe tę Apl'os

B

Excellentia Io. ba. inter martyres.

Excellenter

tres ſuos diſcipulos/ſcilicet Andream/Petrum/& Philippum prios ad Chriſtū miſit & eos ſibi adhęrere perſuaſit,vt patet Ioā.j. Licet etiā Apoſtoli viam pparauerunt deo in cordibus humanis per actū prædicatiōis & paſſionis,quia oēs pro fide paſſi ſunt:Ioēs tñ illā viā multo excellentius prępárauit,quia baptizando,prædicādo,moriē do,& aduentum eius inferis nunciando. Item inter meritū oim cō ſeſſorum Ioannes primatum tenet. Nam inter omnes confeſſores null⁹ Ioanne parcior in victu,aſperior in veſtitu,nec ſecretior in ico latu,quę tria viam confeſſorum perfectam reddunt. Nam de eius victu ſcribitur q̄ eſca ſua fuerunt locuſtę & mel ſylueſtre. Sūt aūt lo cuſtę auiculę paruę quę naſcuntur de humoribus maris aliquo qui dem volatu ſed decliuo: quæ oleo coctæ gratum habent ſaporem Mel ſylueſtre folia ſunt quę in illius deſerti arboribus naſcunť: lata q dem ſed fragilia:quę manibus confricata apte comeduntur. De eius veſtitu ſcribitur q̄ erat de pilis camelorum,quæ membra ei⁹ tene ra & virginea confricabant & lędebant. De incolatu aūt ſuæ habita tionis cantať in hymno. Antra deſerti teneri ſub annis ciuium tur mas fugiens petiſti:ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. Hoc enim deſertum quinquennis exiſtens intrauit,& ibi vſq; ad vi gintiquinq; vel vigintiſex annos permanſit. Item inter virgines oēs poſt matrem domini primatum habuit. Nullus eñi eo caſtior: null⁹ flore virginali ſplendidior. Vnde dicit Chryſoſto. Circunſpicite totā ſectam Nazareorum,nullum puriorem,nullum ſplendidiorem Io anne inuenietis,propterquod ratione virginalis puritatis ſolus fuit dignus baptizare Chriſtum,qui ſicut non niſi de virgine dignatus ē naſci,ſic non niſi a virgine voluit baptizari. Hæc & plura alia Ioan nis priuilegia complectitur Chryſoſtomus cum dicit. Claruit Ioan ne multis priuilegijs,quia ab eodem quo domin⁹ Angelo nunciat⁹ in vtero ſanctificatus,& ab eius matre ſanctiſſima viſitat⁹,prophe ta & pluſq̄ propheta anteq̄ natus. De terra manibus virginis leuatus a ſordibus lotus,panniculis inuolutus,patris linguam reſerat,baptiſ mum ordinat,Chriſtum indice demonſtrat,manibus baptizat, qui ipſum præ omnibus laudat,in limbo Chriſtum venturum præ nun ciat. Lamentabile eſt ergo q̄ vir tantorum priuilegiorum tā viliter i teręptus eſt. Vnde de hoc lamentatur Chryſoſto. in ſermone dicēs. Ioannes maior homine,par Angelis,lucerna mundi,pco iudicis,ho die datur iceſtui,traditur adulterę, adijcitur ſaltatrici. Merito ergo confuſa ſunt viſcera,corda tremuerunt & cæte. Et hoc de ſecundo.

Excellit Baptiſta cōfeſſores

Excellit bap. virg's nes poſt dñi ma trem.

E ¶ Quantum ad tertium de conditione perſōę paſſę, qd notatur in eo quod dicitur: Ioannes. notandum q̄ licet conditio perſonę que ad multa priuilegia ei⁹ ſit iam p̄miſſa:nihilomin⁹ tñ in ei⁹ noiatiōe

ſingularia priuilegia relucebãt. Ipſe em̃ a quattuor pſonis quattuor Priuilegia nominibus appellat᷒ ẽ. Nã a Propheta Malachia eſt Angel᷒ appel Ioãnis baptiſtatus. Ab Angelo Ioannes eſt vocatus, & a ſeipſo nomi[n]at᷒ eſt vox pu[ſ]lę. a Chriſto nominatus eſt Helias. Sed appellatus eſt Angelus ꝓpter officij dignitatem. Ioãnes propter gratię immẽſitatem. Vox ꝓpter prædicationis vtilitatem. Helias propter vitę virtuoſitatem. Prio dico ꝙ Ioannes appellatus eſt Angelus a propheta Malachia ibi. Ecce ego mitto Angelum meũ & cę. Hoc dictum eſt de Ioãne ſicut dicit dominus in Matthęo. Dicit᷑ aũt Angelus nõ natura ſed officio erat em̃ verus homo, Ioan.j. Fuit homo miſſus a deo. Angelus dicitur nuncius. Et Ioannes verus erat nuncius dei, qa ipm de᷒ miſerat vt aduentum ſuum hominib᷒ nunciaret: vt homines ad baptiſmũ habilitaret, vt homines deo reconciliaret. Prio fuit miſſus Ioannes, vt Chriſtum hominibus nunciaret, Ioan.j. Hic venit in teſtimoniũ & c. qđ fecit qñ demõſtrato Chriſto dixit. Ecce Agn᷒ dei, ecce q tollit peccata mundi & c. Scdo vt habilitaret hoies ad baptiſmũ Chriſti. quia em̃ Chriſtus volebat inſtituere baptiſmum quo hoies a peccatis mundarent᷑ & hoc inſolitum videbatur miſſus fuit Ioannes vt baptizaret homines in aqua & aſſuefaceret ad baptiſmum Chriſti. vnde dixit. Ego baptizo vos in aqua & cętera. Tertio, miſſus fuit vt homines conuerteret ad deum prædicãdo. Lucæ.j. Ipſe pibit añ illũ & cæt. Bene ergo potuit Angelus appellari qui tam magna negocia nunciauit. Scdo vocatus eſt Ioannes ab Angelo ꝓpter gratię ſuę immẽſitatẽ. Luc. Ecce Helyzabeth & c. vſq; Ioãnes, qđ interptat᷑ i quo eſt gratia. Et hoc ſibi conuenit, quia magnã gratiã habuit: quod probatur tripliciter. Primo per mirabilẽ eius exultatiõem in vtero matris. Nam mater eius dixit ad Mariam. Ecce vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit & cæt. Secundo per amicabilẽ eius conuerſationem a Chriſto cum dixit in Matthæo. Inter natos mulierum & cę. Tertio per laudabilem eius opinionẽ. Tantę em̃ ſanctitatis erat vt populus eum crederet eẽ Chriſtũ, vñ in Luca. Exiſtimãte autem populo. Tertio dictus eſt vox a ſeipſo propter pdicationis vtilitatem. Quando enim q̃rebat᷑ qs eſſet, dixit Ioã.j. Ego vox clamantis & c. Itẽ ipſe clamauit Chriſtum veniſſe primo ad mũdi redemptionem, vnde dixit. Ecce agnus dei & cęt. Qui tũc peccata mũdi tollit, quando ipſum per mortem ſuam redemit. Secundo clamauit tẽpus eſſe ad pœnitentiã agẽdã de peccatis, vñ dixit. Pniam agite. Hęc vox multum vtilis fuit peccatoribus, quia hac voce audita multi pœnituerunt & grãm perceperunt. Nã dicit᷑ in Matthęo. Exibat ad eum ois regio & baptizabantur ab eo confitẽtes peccata ſua. Tertio clamauit ꝙ tempus iudicij inſtaret ad meritorum examina

tionem.vnde dixit.Iam ſecuris ad radicem poſita eſt arboris.Secu
ris dicitur ſeueritas iudicantis.per quam arbor infructuoſa.i.eſt in
utilis homo iudicabitur & ęternaliter damnabitur,& ideo ſubditur
Ois arbor &c.Quarto Ioãnes dict⁹ eſt Helias a Chriſto,vnde Chri
Mat.xvij ſtus dixit de ipſo in Matthæo; Helias iam venit & fecerunt in eo
& Mar.vj quęcunq; voluerunt.Ioãnes dictus eſt Helias quãtum ad virtutem
Et ſic intelligitur verbum Chriſti,non quãtum ad perſonã.Et ſic ne
gauit Ioãnes ſe eſſe Heliam,Ioã.j.Vocaſ autem Helias ,ppter virtu
tes eius.Fuit enim mirę abſtinentię,ſic Ioannes .quęre de cibo am
borum.Item perfectę continentię.ita Ioãnes fugit in deſertum.Itẽ
magnę potentię,vt patet in Euãgelio de Ioãne in eius incarceratio
F ne,vinculatione,& decollatione.¶Secundo hęc verba poſſunt my
ſtice exponi quomodo hæc omnia pœnalitatũ gñanobis miſerabi
liter implenſ.Propter qđ ſciendum ꝙ p Herodem ſignaſ diabolus
Herodes eñ interpretatur pellib⁹ gloriãs.Ideo recte ſignat diabo
Quas pœ lum qui in ſuperbia gloriaſ.Hic peſſimus Herodes oia ſupradicta
nas iſligat pœnalitatum genera homini ſibi cõſentienti infligit.Primo eñ mit
dęmõ pec tit apparitores vt decipiant aias iuſtorum.Vnde legitur prio Re.xix
catori/allu ꝙ Saul miſit lictores ſiue apparitores id ẽ miniſtros qui pręſto ſunt
dendo ad ad occidendum & malefactores,vt apphenderẽt Dauid q interptaſ
Herodẽ. manu fortis.& ſignificat Chriſtianum fortem fide & operatiõe:quẽ
miniſtri diaboli nituntur comprehendere pſuaſione ſeptẽ mortaliũ
peccatorꝝ.Scđo tenet ipſam animã per conſenſum & delectationẽ.
Qñ enim hõ tentatur & inquietatur a diabolo immiſſiõe tentationũ
per Angelos malos:non nocet ei q̃ diu non conſentit & non delecta
tur in eis.Sed mox vt delectari cœperit & conſentire:capiſ & teneſ
manu diaboli.vñ quilibet moneſ,Tob.iiij.Omnib⁹ diebus vitę tuæ
in mente habeto dominum deũ tuũ:& caue ne aliqñ cõſentias pctõ
Tertio diabolus vincit animam & ligat per cõmiſſionẽ peccati.Pec
cata enim ſunt vincula & catena diaboli,quibus quadriformiter vin
Quadri culantur peccatores.Quidam enim ſunt quorum pedes & crura q̃
formis ſi quibuſdã cõpedib⁹ vinciunſ.vt qui i nocte vadũt ad furta vel con
peccatorũ ſequenter ad homicidia & huiuſmodi cõmittẽda,de qb⁹ diciſ Sapiẽ
ligatio. tię Pro.j.Fili mi ſi dixerit tibi peccatores:Veni nobiſcũ,inſidiemur
ſanguini innoxio:omnem ſubſtantiam precioſam rapiemus & imple
bimus domos noſtras ſpolijs:ſortẽ mitte nobiſcũ,marſupiũ ſit vnũ
omnium noſtrum.Fili mi ne ambules cum eis.Pedes eñ illorũ ad
malũ currũt.p̃s.Humiliauerũt.ſ.dæmones in cõpedib⁹ pedes ei⁹.i.
peccatores,& ferrum pertranſiuit aiam eius.Alij ligantur circa ven
trẽ & fœmora peccato gulæ & luxurię.Eſa.lviij.Si abſtuleris de me
dio tui catenam:dabit tibi dominus deus tuus requiem ſemp.Ter

pter magnitudinem contentorum, tum propter magnitudinẽ volu
minis continẽtis. De magnitudine ſcribẽtis patet in Pſal. cxliiij. Ma-
gnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ eſt finis. Ecce
magnitudo ſanctę trinitatis ſcribentis, quæ tam magna eſt, ꝙ incõ-
prehenſibilis eſt cogitatione & loco, vt dicit gloſſa. De magnitudi-
ne contenti, vel ipſius qui ſcriptus eſt in hoc libro, angelus prædixit
virgini, Lucæ primo. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur.
Et bene magnus: quia quem præ ſui magnitudine cœli capere non
poterant, intra volumen huius libri comprehenſus eſt. Vnde Orige
nes. Vide (inquit) magnitudinem ſaluatoris, quomodo in toto orbe
diffuſa ſit. Aſcende ad cœlos, & vide quomodo cœleſtia repleuerit
Deſcende cogitatiõe in abyſſos, & vide eum illuc deſcendiſſe. ſi hic
videris pariter in tenebris opere completum quod dictum eſt, Hic
erit magnus. De magnitudine etiam continẽtis ipſam et fatetur ma
gnificando propter hoc deum. Lucę primo. Quia fecit mihi magna
qui potens eſt. Hic quærit Theophilus, loquens ad Mariam. Quæ
tibi magna fecit? Reſpondet. Credo vt creatura edens creatorem il-
libata conciperes: famula, dominum generares, vt per te mundum
deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret. Ecce
q̃ magna. Quę magna conſiderans Bernardus, exclamat. O venter
capacior cœlis, diffuſior terris, latior elementis, qui illum continere
valuit, quem totus mundus comprehendere non potuit, & qui tri-
bus digitis molem terræ appendit. ¶ Deniq; ꝙ iſte liber ſit gran- C
dis, vt dictum eſt, habet nihilominus plures alias nobiles proprieta
tes, quę colliguntur ex ſcriptura. Eſt enim liber pulcher, liber admi
rabilis, liber delectabilis, liber vtilis. Eſt inquam liber iſte pulcher,
tum quia ſcriptus a diuina ſapientia. Iob. xxxj. Librũ ſcribat ipſe qui
iudicat: nemo enim alius ſciuit ſcribere hunc librum. Tum quia ſcri
ptus cum multa diligentia. Eſaiæ. xxx. Diligenter illud exara in li-
bro. Tum quia ſcriptura eius tota eſt aurea: quia tota plena charitate
Vnde. iij. Regum. vj. dicitur, ꝙ nihil erat in templo quod non tege-
retur auro. Cantico. iiij. Tota pulchra es amica mea. Vnde Origenes
alloquens beatam virginem, ſic ait. Mirabilis laus tua non ex me,
ſed ſuper me, ex eo q diligit te, pulchra es, fide polles, ſpe nites, cha
ritate luces, iuſtitia ſplendes, fortitudine rutilas, prudentia fulges,
temperantia candes, q̃ oia media charitate ꝯſtringit. Cant. iij. vbi dic

Virgo fuit liber pulcher propter m̃ta.

de reclinatorio aureo ferculi Salomōis. Quod reclinatorium aureū eſt vterus virginis totus charitate refulgens.

D

virgo fuit liber admirabilis ex ɔmixtiōe triū ſacramētorum

¶ Eſt etiam liber iſte admirabilis, quia in eo ſcripta ſunt mirabilia: vt creaturā creatorem gignere: virginem concipere & parere. &c. In ipſa etiā cōmixta ſunt mirabiliter ſecūdum Bernardū tria ſacramēta. ſ. nouum, antiquū, & æternū. Nouum. ſ. aīa de nouo creata. antiquum, corpus de natura Adam. & æternū in vnione diuinitatis. Hæc & alia mirabilia in Maria Hieronymus attendens in ſermōe de aſſumptione dicit ſic. Qđ natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet creatura omnis & cœleſtis miratur: hoc totum eſt quod per Gabrielē Mariæ diuinitus nūciatur, & per Chriſtum adimpletur. Quia igitur tot & tanta mirabilia continebantur, congrue dici poteſt liber iſte ſignatus, de quo Eſa. xxix. Erit nobis viſio ſicut verba libri ſignati: quem cum dederis ſcienti literas / dicet non poſſum legere / ſignatus eſt enim. Vnde philoſophi quantūcūq; ſcirent literas, non tamen potuerunt legere ſcripturam huius libri, quia ſignatus eſt & abſconditus intellectui eorum. Propter quod dicebat Apoſt. j. Corin. j. Nonne ſtultā fecit deus ſapientiā huius mundi?

ꝙ delectabilis liber fuit virgo ꝓ mīta delectabilia i eo ſcripta.

Lucæ. j.

Eſt etiam ille liber delectabilis propter multa delectabilia quæ in eo ſcripta ſunt: quia deus homo factus & homo deus. Quid delectabilius homini q̄ hoc cogitare? Item in eo ſcripta eſt plenitudo gratiæ ſecundum Hieronymū. Plena ſiquidē gratia, plena deo, plena virtutum ineffabilitate. Et quia plena gratia / ideo gratiam ſuam habet diffundere in omnes generationes quæ omnes eam beatam dicēt. Vnde Bernā. Maria oībus omnia facta eſt omnibus miſericordię ſuę aperit ſinum / vt de plenitudine eius accipiāt vniuerſi. Captiuus / redemptionem: æger / curationem: triſtis conſolationem: peccator / veniam: iuſtus / gratiam: angelus / lætitiā: deniq; tota trinitas gloriam. Filij perſona / humanæ carnis ſubſtantiam, vt non ſit qui ſe abſcondat a calore eius. O q̄ dulce eſt tantarū ſupereffluentia gratiarū in libro hoc lectitare: & peramplius dulce eſt eas deguſtare: & beatꝰ qui poteſt dicere cum Propheta, illud Eze. iij. Comedi volumen illud / & factum eſt in ore meo tanq̄ mel dulce. Quid dulcius homini q̄ legere in libro hoc / deum hominem factum / vt nos homines faceret deos? Quid delectabilius q̄ in libro tantarum gratiarum nos inſcribi? Dicitur enī Daniel. xij. Saluabitur omnis populus qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Nam omnes qui ſe ſcribunt in beata virgine per deuotionem / & per continuam commendationem / ſaluabūtur.

E

Ꝙ liber vtilis fuit virgo.

¶ Eſt præterea liber iſte vtilis: quia in eo ſcripta eſt omnis ſapientia ſcilicet increata. Increata quidem: quia ipſe filius dei. j Corinthi. j. Prædicamus Chriſtum dei virtutem / & dei ſapiētiam. Et Co

loſſ.ſecundo. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei. Creata vero fuit ipſa ſapiẽtia infuſa virgini, quę in tribus verbis quę dixit in ſua annunciatione apparuit. Primum fuit mentale, quando cogitauit qualis eſſet iſta ſalutatio. Hoc eñi fuit ſapientię, bene cogitare anteq̃ reſponderet. Secundum fuit vocale, quando dixit. Q̃uo fiet iſtud &c. hoc etiam fuit magnæ ſapientiæ/ ꝙ voluit ſcire anteq̃ daret conſenſum. Tertium fuit: Ecce ancilla domini. quod fuit verbum perfecti conſenſus/ & omni ſapientia plenum. In iſto ergo libro de quo diximus, continue eſt nobis legendum. Cum ſit liber grãdis & pulcher, in quo leguntur tot mirabilia: in quo ſcripta ſunt tot delectabilia: & ex quo addiſcitur omnis ſapientia. Vnde Bernar. in ſermone ad beatam virginem. Sicut ad medium/ ſicut ad archã/ ſicut ad rerũ cauſam/ ſicut ad negocium ſeculorum oĩa reſpiciũt, & qui in cœlo ſunt/ & qui in inferno habitant/ & qui nos præceſſerũt/ & q nos ſumus, & qui ſequuntur nati natorum/ & qui naſcentur ab illis. Illi q ſunt in cœlo, vt reſtaurentur: & qui in inferno, vt eripiantur: & q p̃ceſſerunt, vt Prophetę/ fideles inueniantur: & qui ſequuntur, vt glorificentur. Hoc de primo ꝓceſſu, ſeqtur de ſecundo.

¶ Subſermo primus ad idem, & in numero. CLVIII.

ABraam genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob. Mat. vbi ſupra. Verba hæc licet ad literam intelligantur de ortu Chriſti ꝑpali/ myſtice tñ expõi p̃nt de ortu aię ſpũali: quo aĩa ſancta deo naſcit̃ ꝑ virtutũ ſeminaria. ¶ Propter qđ ẽ aduertendũ, ꝙ licet quælibet virtutes perficiant animam, ſiue intellectuales ſiue morales, p̃cipue tamen virtutes theologicę aĩam deo vniunt, & per eas quaſi deo naſcitur, cum ipſe vltimum finem immediate reſpiciant pro obiecto: vt ſit ſenſus verborum prædictorũ ſecundum gloſſam. Fides genuit ſpem, ſpes charitatem. Abraam eñ gerit typum fidei, Iſaac ſpei., Iacob charitatis. Et iſte ortus virtuoſus anthonomatice & ſupereffluenter emicuit in virgine, cuius ortum corporalem hodie recolimus. De fide eius patet. Ipſa enim indubitanter credidit ſe futuram matrem, & virginem permanſuram. Item de ſe naſciturum deum & hominem, quæ ſolito curſu naturę incredibilia ſunt. Propter quod ei dixit ſpũs ſanctus per os Elizabeth Lu. j. Beata q̃ crediđiſti. Vnde dicit Ber. ꝙ ipſa fide attigit inacceſſa, deprehendit ignota, & comprehendit immenſa. Et propter hoc fidei lapſum humani generis reparauit: infernum ſpoliauit: & ruinam angelicam reſtaurauit. De ſpe patet. Nam ſecundum Gregorium ſexto Moralium. Spes in æternitate animum erigit: & ideo nulla quæ exterius tolerat/ ſentit. Eſt enim ſpes quædam prælība

A

Q̃uõ ẽ ſpiritualr̃ itelligendum Abraã genuit Iſaac &c. in btã virgine.

tio cœleſtis gaudij, cui ſecundū Aug. conceſſum eſt intrare hortum paradiſi, & inde afferre flores & aromata. ſ. quibus p̄ſentis aduerſitatis amaritudines dulcorentur. Et ideo ex ſpei ſoliditate ignominioſam mortem filij ſui conſtanter & patienter tulit, ſciens ꝙ ſecūdū ꝓmiſſum ſuum poſt triduum deberet reſurgere, & hominē deperditū ad gaudia cœleſtia reuocare. Vnde qn̄ omnes diſcipuli a Chriſto fugerunt, & in fide dubitauerunt, ipſa ſola per ſpei ſoliditatem & fidei certitudinē/incōcuſſa ꝑmanſit. De charitate etiam ſua patet ꝑ Hieronymum in ſermone de aſſumptione. Puto inquit quicqd cordis ē quicquid mentis, quicquid virtutis humanæ: ſi totum adhibeas/nō ſufficiat vt cogitare valeas/quanto indeſinenter virgo beata cremabatur ardore pij amoris: quantis mouebatur repleta ſpiritu ſancto ſecretoꝝ cœleſtiū incitamentis: quia etſi diligebat Chriſtū ex toto corde & ex tota anima & ex tota virtute, nouis tn̄ quotidie inflāmabatᷓ deſiderioꝝ affectibus: tanto ſiquidem validius, quanto diuinis illuſtrabatur intus viſitationibus: quam totā repleuerat ſpiritus ſancti gratia/totam incanduerat diuinus amor: ita vt in ea nihil eſſet qđ mūdanus violaret affectus, ſed ardor continuus & ebrietas perfuſi amoris. Ecce qūo generatio illorum ſanctoꝝ patrum Abraam/ Iſaac/& Iacob, a quibus beata virgo Maria ꝓceſſerat ſecundū naturalē propagationem: eminentiſſime in ea floruit, ſecundū ſpūalem ſignificationē. Sed qualiter eadem myſtica generatio ſecundū figurā eorūdē patrum in nobis ſpiritualiter pullulare debeat conuenienter eſt videndum. ℭ Primo de Abraam, qui gerit typum fidei. Credidit eñ deo Abraam, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Gen̄. xv. Ad Hebrę. xj. Fide Abraam obediuit exire in locum quem accepturus eſſet in hæreditatem, & exiuit neſciens quo iret. Fide demoratus eſt in terra ꝓmiſſionis tanq̄ alienigena. Fide etiā obtulit filium ſuum Iſaac. Hoc etiam patet ex nois interpretatione. quia ſicut Abraam ē pater multaꝝ gentium, oim. ſ. poſteroꝝ ex quibus per repromiſſionē filiꝰ dei ſecūdū carnem natus eſt: Sic fides eſt principium & quaſi mater oim virtutū, & fundamentū: per quā ſpūaliter deo regeneratᷓ. Vn̄ fides dicitᷓ ſubſtātia reꝝ ſperandaꝝ, ſm Apoſt. Heb. xj. Ad cuius euidentiā eſt ſciendū, ꝙ hęc eſt diſpoſitio credētis, ꝙ determinetᷓ intellectus ad aliqd ꝑ voluntatē. Voluntas aūt nihil facit niſi ſecundū ꝙ eſt mota per ſuū obiectū, quod eſt bonum appetibile & finis, qđ quidē eſt ſufficiens ad mouendū volūtatem/nō ad mouendū intellectū vt cum aliqs mouetur ad credendū dictis alicuius hois, qa videtᷓ decēs & vtilis. Et ſic etiam mouemur ad credendū inquantū nobis reꝑmittitur ſi crediderimꝰ/p̄mium vitę æternæ. Et hoc p̄mio mouetᷓ voluntas ad aſſentiendū his quæ dicuntur, q̄uis intellectus nō mo

B

Qūo in nobis Abraā debet Iſaac gn̄rare.

quid fides & qūo cæteras virtutes ꝑficit.

neatur per aliquam intellectionem. Et ideo dicit Aug. ꝙ cętera põt homo nolens, credere nõ niſi volẽs. Et inde eſt ꝙ intellectus credẽtis dicitur eſſe captiuatus. ij. Corin. x. In captiuitatẽ redigentes oẽm intellectum in obſequiũ Chriſti. qui. ſ. tenet terminis alienis & non proprijs. ¶ Propter quod eſt ſciendũ, ꝙ obiectum voluntatis eſt bonum, vt dictum eſt. Eſt autem duplex hois bonum vltimum, quod primo voluntatem mouet quaſi vltimus finis, quorum vnum eſt proportionatum naturæ humanę: quia ad ipſum obtinendum vires naturales ſufficiunt. Et hæc felicitas eſt, de qua locuti ſunt Philoſophi vel contemplatiua/quæ conſiſtit in ſpeculatione ſapiẽtię: vel practica/quę conſiſtit in actu prudentię, & conuenienter in actibus aliarũ virtutum moralium. Aliud autem eſt bonum hois naturæ humanę proportionem excedens: quia ad ipſum obtinendum vires naturales non ſufficiunt, nec etiam ad cogitandũ vel deſiderãdum: ſed ex ſola diuina libertate homini repromittitur. j. Corin. ij. Quod oculus nõ vidit abſq; te deus. &c. & hæc eſt vita ęterna. Et ex hoc bono voluntas inclinatur ad aſſentiendum his q̃ per fidem tenet. Ioãnis. vj. Qui videt filium/& credit in eum, habet vitam æternam. Nihil eñ poteſt ordinari i aliquem finem, niſi p̃exiſtat in ipſo aliqua proportio ad finem ex qua ꝓueniat in ipſo deſiderio finis. & hoc eſt ſecũdũ ꝙ aliqua inchoatio finis ſit in ipſo: quia nihil appetit ſimilitudinem illius. Et inde eſt, ꝙ in ipſa natura humana eſt quædam inchoatio ipſius boni, quod eſt naturæ proportionatum. Præexiſtunt enim in eo naturaliter principia demõſtrationũ per ſe nota, quę ſunt ſemina q̃dam contemplationis ſapientiæ, & principia q̃dã iuris naturalis, q̃ ſunt ſemina virtutũ moraliũ. Vñ oportet etiã, ꝙ ad hoc ꝙ homo ordinatur in bonum vitę ęternę, ꝙ quędam inchoatio illius fiat in eo cui repromittitur. Vita autẽ ęterna conſiſtit in plena dei cognitione vt patet Ioã. xvij. Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolũ deũ verũ &c. Vñ oportet hmõi cognitiõis ſupnaturalis aliquam inchoationẽ in nobis fieri: & hoc eſt per fidem quæ ea tenet ex infuſo lumine, q̃ naturalem cognitionem excedunt. Sic igitur fides in quantum eſt in nobis inchoatio quædam vitæ ęternę, quam ex diuina repromiſſione ſperamus, eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. In hoc igitur ſemine, ſcilicet fide, benedicentur omnes gẽtes. Fide etiam Abraam tres viros hoſpitio ſuſcepit. Gene. xviij. Tres vidit, & vnum adorauit. Vnde Greg. Sic tribus quaſi vni locutus eſt. Quia etſi in perſonis numerus trinitatis eſt, in natura tamen vnitas diuinitatis. Iſtis tribus viris fidelis anima exemplo Abraæ extra oſtium debet occurrere, Sara poſt oſtium remanente. quia (vt dicit Gregorius, octauo Moralium, cap. xvij.) Vir ac dominus domus ſpiritualis noſtræ

C Duplex hois bonũ vltimum.

ſcilicet intellectus, in cognitione trinitatis clauſtra carnis debet excedere, & quaſi habitationis infimę ianuam exire. Cura autem carnis ſcilicet Sara, vt in fœmina foris non appareat, & videri tactâter erubeſcat: & quaſi poſt tergum viri ſub diſcretione ſpiritus ſolis neceſſariis intenta, nequaq̃ ſciat procaciter detegi, ſed verecunde moderari. Diſcretione ergo magnæ moderationis carnis cura frenanda eſt: vt ſeruiat & minime principetur, ne quaſi domina animam vincat: ſed ſubacta mentis dominio quaſi ancilla famuletur, vt iuſſa aſſit, atq; ad nutum cordis repulſa diſſimuletur: vt vix a tergo ſanctæ cogitationis appareat, & nunq̃ contra faciem recta cogitantis obſiſtat. Vel aliter Abraam tribus viris occurrit: quia fidelis anima trinitatē ſola fide compræhendit. Sara vero inueterata poſt oſtium ſubſiſtit: quia humana inueſtigatio ad eam nullatenus exire ſufficit, ita ꝙ in cognitione trinitatis oportet nos clauſtra & limites humanæ cognitionis per fidem exire. Cognitio autem a ſenſibus accepta ad eam ſe extendere non valet, niſi a longe/ & quaſi poſt oſtium. Applica.

D ¶ Iſte itaq; Abraam genuit Iſaac, id eſt, fides ſpem: quia cum bonū vitæ æternę per fidem anima perceperit, mox ad ipſam adipiſcendam per ſpem erigitur. Motus autem ſpei fertur in duo obiecta, ſcilicet ipſum bonum, puta vitam ęternam quam quis ſperat, & auxilium diuinum a quo ſperat: quia propria virtute adipiſci non poteſt. ſecundum illud Ro. vj. Gratia dei/ vita ęterna. Quorum primū eſt materiale obiectum: ſecundū vero formale. In obiecto autem materiali ſpei, quatuor conſiderantur. Primo quidem ꝙ ſit bonum p quod differt a timore. Secūdo ꝙ ſit boni futuri/ per quod differt a gaudio vel a delectatiōe. Tertio modo ꝙ ſit boni ipſius ardui/ per quod differt a deſiderio. Quarto ꝙ ſit boni poſſibilis haberi/ p quod differt a deſperatione. Tale igitur bonum eſt vita ęterna, qua cognita per fidem ſtatim in eam fertur voluntas per ſpem: & ſic fides generat ſpē ſub typo Iſaac, qui riſus vel gaudium interpretatur. Quia ſecundū Gregoriū vbi ſupra, Dum ſupernę ſpei fiduciam concipit, qd aliud mens noſtra q̃ gaudium parit? Spei enim annexum eſt gaudium: iuxta illud Ro. xij. Spe gaudētes. Huiuſmodi aūt gaudium eſt imperfectum, quia res ſperata eſt abſens, cum ſpes ſit ſolum boni futuri. Sed hmōi gaudium eſt quędam pręguſtatio & anhelatio cū tędioſa expectatione. vñ ſemp eſt permixtū triſtitia: quod ſignaṫ in Rebecca vxore Iſaac. Rebecca eñ patientia interpṫatur, ſicut Iſaac riſus. Riſus aūt eſt ex lętitia: patientia vero de tribulatione, ſm Greg. Sanctę eñ animę in hac vita ſunt ſpe gaudentes, in tribulatione patientes. Ro. xij. Et ſic Iſaac & Rebecca iunguntur, vt & proſpera de contēplatione lętificent, & aſpera in actione virtute patientię nō ꝯtriſtent

Spes ad q̃ tendit: q̃ q; ad eā requiſita.

Perficietur autem cum res ſperata fuerit præſens,& tunc euacuabi
tur ſpes. Non enim eſt ſpes niſi in ſolis viatoribus, ſiue ſint in vita
iſta,ſiue ī purgatorio:quia vtrobiq; apprehendunt bonum vitę ęter
næ vt futurum poſſibile. In beatis autem non eſt ſpes:nec in dam-
natis.Quia ad veram & perfectam beatitudinem requiritur, vt ali-
quis ſit certus de ſuæ gloriæ perpetuitate, alioquin voluntas non
quietatur. Vnde dicit Auguſtinus ſuper Geñ.ad literam. Qꝫ ange-
li perfecte beati eſſe non poterant in primo ſtatu ante confirmatio-
nem/vel ante lapſum,cum non eſſent præſcij ſui euentus. Similiter
etiam cum perpetuitas damnationis pertineat ad pœnam damna-
torum,non haberent vere rationem pœnę/ſi perpetuitatem ſuę dā-
nationis ignorarent:& ideo ad conditionem miſerię damnatorū per
tinet, vt ipſi ſciāt ꝙ nullo modo poſſunt damnationem euadere,&
ad beatitudinem peruenire. Vnde dicitur Iob.xv. Non credit ꝙ re-
uerti poterit de tenebris ad lucem. Vñ patet ꝙ nō poſſunt apprehē
dere beatitudinem vt bonum poſſibile, ſicut nec beati vt bonū futu
rū. ¶ Iſte aūt Iſaac.i.fides,ex Rebecca.i.ex patientia genuit Iacob.i.
charitatē,quæ ſupplantat. Operit enī multitudinem peccatorum.j.
Pe.iiij. Sicut enī aliquis introducitur ad timendum deum ꝑ hoc ꝙ
oēs recedentes ab ipſo/punit,vt dicit Auguſtinus:Sic etiam ſpes in-
troducit ad charitatem,in quantum aliquis ſperans a deo remunera
ri/accenditur ad amandū deum,& ad ſeruandum præcepta eius: &
tunc anima incipit luctari cum angelo in contemplatione exēplo Ia-
cob. Nam ſecundū Greg.ſuper Ezech.xviij.qui certat in luctamine
aliquando ſuperiorē ſe,aliquando vero eū cum quo contenderit/in-
feriorem inuenit. Deſignat enī angelus deum:& Iacob vniuſcuiuſq;
viri perfecti/& in contemplatione poſiti aīam exprimit. Quia vide
licet anima cum contemplari deum nititur/velut in quodam certa
mine poſita,modo quaſi exuperat:quia intelligendo & ſciendo de
incircunſcripto lumine aliquid deguſtat,modo vero ſuccumbit: qa
& deguſtando iterum deficit. quaſi ergo vincitur angel9,qñ intelle-
ctu intimo apprehendit deus. Sed notandum,ꝙ idem victus ange-
lus neruum fœmoris Iacob tenuit,eumq; marceſcere ſtatim fecit,at
q; ab eo Iacob tpe/vno claudicauit pede: quia.ſ.omnipotēs deus cū
iam per deſideriū & intellectū cognoſcitur,omnem i nobis volupta
tem carnis arefacit,& qui prius quaſi duobus pedibus innitentes &
deū videbant quęrere,& ſeculū tenere:poſt agnitionē ſuauitatis dei
vnus in nobis ſanus pes remanet,atq; alius claudicat. qa neceſſe eſt
vt debilitato amore ſeculi ſolus in nobis inualeſcat amor dei &c.

Certitudo ꝑpetuitatꝭ glīæ ꝯplet rōem beatitudis: ſicut certitudo ꝑpetuitatꝭ pœnę rōem dānationis.

E

Perfecta ꝗ deguſtatio ſuauitatis dei, extinguit amorem ſeculi.

¶ Sermo quintus ad idem,
& in numero.CLIX.

A SPonſus & ſponſa dicunt veni,& qui audit/dicat veni Apc ca.xxij. Verba hæc exponi poſſunt ad glorioſæ virginis Mariæ (cuius natiuitatem colimus,cõmendationẽ. ¶ Vbi ſciendũ,ꝙ quia ſecundũ Bern̄ om̄es de plenitudine Marię accipiũt,& inter alia ad ꝓpoſitũ/humana natura in peccatoribus veniã:iuſtus gratiã:angelus lętitiã:tota trinitas gloriã:vt de ea dici poſſet illud, Iudith.xiiij. Tu gloria Hieruſalem,tu lętitia Iſrael,tu honorificentia populi noſtri. Ipſa em̄ eſt gloria Hieruſalem,quę interpretatur viſio pacis,totius .ſ.trinitatis,in qua eſt vere viſio pacis omnem ſenſum exuperans. Phil. iiij. Ipſa etiam eſt lętitia Iſrael.i.videntiũ deũ.ſ.angelorum,qui ſemper vidẽt faciem patris qui in cœlis eſt. Matth.xviij. Ipſa etiam eſt honorificẽtia populi noſtri,ſcilicet generis humani:quia per ipſam non de Holoferne vt Iudith,ſed de ſerpente antiquo triumpham⁹. Huius autem tripertitę intelligibilis naturę hęc eſt ad inuicem comparatio: quia deus eſt ſponſus: humana natura,ſponſa : angeli,amici ſponſi,& ſponſæ/paranymphi:& ab illis omnibus Maria q̄diu deſiderata & expectatata euocatur in mundum,& inuitatur in ortum

Maria vt deſiderata euocata eſt i mũdũ a deo,a natura hũana, ab angelis.

Primo nãq; deus ſponſus euocat in muudũ Mariam quaſi decentẽ ſuis gratioſis nuptijs officinam. Secundo natura humana ſponſa deſiderat naſci Mariam quaſi conuenientem ſuis ęrumnis & miſerijs medicinam. Tertio angelicus cœtus amicus ſpõſi, inuitat Mariam vt reficientem in ipſis defectuoſum numerum & ruinam : vt ſic vere beatã eſſe eam dicant omnes generationes,diuinæ ſcilicet,angelicę,& humanę. Propter primũ & ſecũdum pręmittitur, Sponſus & ſponſa dicũt veni. Propter tertiũ, Et qui audit dicat veni. Et qa duo prima mẽbra in themate ſunt connexa, & etiam iure ſponſi & ſponſę ſunt coniuncta charitatis officia:ideo ꝯiunctim de eis eſt ꝓſequẽdũ. Ad cuius ꝓſecutionẽ aſſumo illud quod ſcribit Hiere.xxxj. Charitate perpetua dilexi te. Et cum ſponſus cœleſtis deus ſponſam naturã humanã perpetua charitate dilexit,ipſam ęterna ſua bonitate p̄deſtinando:ideo eam attraxit multis gratiaꝝ dotibus decorãdo, miſerens ſui de multis miſerijs pręſeruando. Sed a ſponſo fornicata eſt & ideo repudiata. Poſtq̄ em̄ vidit ꝙ p̄uaricata eſt tribus Iſrael.i.angelica natura,& pręuaricatrix ſoror eius Iuda .i. humana natura ſimiliter pręuaricata eſt,dimiſit illã/dato ſibi libello repudij. Hiere. .iij. Sed nunquid ſemper manebit hæc ſponſa repudiata? nunquid in æternum obliuiſcetur miſereri deus? Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquę dñe.q.d.qñ recordaberis fœderis tui,& ſponſaliũ antiquoꝝ Vel certe potuit dicere ſponſus quod ſcribitur Matth. viij. Vulpes foueas habent &c. Vulpes enim id eſt homines mali in terrenis vul

pina fraude reptantes:& volucres cœli.i.dęmones cœlū aereū puo-
lantes corda immūda inueniūt,vbi ſuas delitias celebrāt ¶Sed iſte B
egregius ſpōſus filius hominis futurus nō habuit domicilīū:vbi cū
ſua ſpōſa nuptiale ineat cōſortiū:quouſq; naſcatur Maria digna tam
miſerabilis vulneris & repudiaminis medicina:tāta nitens puritate
qua ſub deo maior nequeat intelligi ſcdm Anſel.In qua deus pater
ſponſi regalē collocet thronū:in qua filius ſponſus nuptialē ſtatuat
thalamū:in qua etiā arra ſpōſi ſpūſſancti purū(in quo requieſcat:)in
ueniat reclinatoriū.De primo poteſt exponi quod ſcribitur.iij.Reg.
x.q rex Salomō fecit ſibi thronū de ebore grandem.Ebur candidū
eſt & refrigidū:& ſignificat beatā virginē puritate mētis candidā:&
caſtitate carnis frigidā.De ſcdo ſcribiſ in ps.xviij.Tanq̄ ſpōſus &c.
Quia filius regis cū natura humana in paradiſo deſpōſata nunc ſibi
copulata exijt de virginis vtero.De tertio,Lucę.j.Spūſſanctus ſup-
ueniet in te.Non enī colūba inuenit vbi requieſceret pes ei⁹:vt ſcri-
bitur,Gen.viij.niſi in ramo virentis oliuę.Quia ſpūſſanctus qui in
ſpecie colūbę apparuit nō inuenit vbi deſcēderet:niſi in iſto ramo vi
rētis oliuę ſcilicet in virginali corpore & pio corde Marię:vt dicat to
ta trinitas de virgine.Hęc requies mea &c.ps.cxxxj.Nō talem iſte
ſpōſus in prima fœmina inuenit officinā:immo adulter ſerpēs pro
ſpōſo ſe ingerēs:naturā corrupit:& totā poſteritatē eius multis for-
nicationibus & dęmonibus pſtituit.Vñ Hiere.ij.Filij quoq; mēphe
os cōſtuprauerunt te vſq;ad verticē &c.Mēpheos interpretatur de
ore iniquitatis:& ſignificat diabolū adulterū:qui ore iniquitatis per
ſuadēdo,Euā:immo totā naturā humanā vſq;ad verticē Chriſtum
cōſtuprauit:quē ſolū ex omibus hoibus maculare nō potuit. Et quō
cōſtuprauit?Certe bona ſpōſi falſa pmittēdo & vera auferēdo:quę p
Euā ſunt pdita:p Mariā recuperata. ¶Hęc autē ad pſens ſunt tria. C
Nā ſcdm Hilariū.vj.de trinitate:ęternitas eſt in patre &c. Et ſcdm
expoſitionē Auguſtini ſpecies ſumitur pro pulchritudine:vſus pro
fruitione.Hęc tria iſte adulter falſe pmiſit,Gen.iij.dicens.Nequaq̄
moriemini:ecce ęternitas quę eſt patris.Eritis ſicut dij:quaſi veſtri
met fruitione beati:ecce vſus muneris qui eſt ſpūſſancti.Sciētes bo-
nū & malū:ecce ſpecies imaginis,ſcilicet pulchritudo ſapientialis:
quę eſt filij.Sed reuera Maria mutat nomē Euę:& omne nomē qui
dē.quia hęc dicitur Eua,id eſt mater viuētium:& vtiq; in miſeria.
Iob.xiij.Homo natus de muliere,ſcilicet Eua:breui viuēs tēpe &c.
Sed Maria dicitur aue:quaſi ſine vęh culpę:facta mater viuētiū in
gratia. Et mutat etiā omē:quia illa ptulit omne dānationis. Vnde Triplex
Hiero.Maledictio Euę in benedictionē mutatur Marię &c. Et ſic malū icut
Eua perſuaſa de ęternitate interemit ſponſam dei mortis neceſſita tit natura

humana te:perſuaſa de pulchritudine percuſſit ignorantię cęcitate: perſuaſa
ex triplici de diuinitatis fruitione:percuſſit miſeriarū perpeſſione. Sed quot il=
facta ad la ſpōſę dei intulit diſcrimina:tot Maria adhibet medicamēta. Ipſa
Euam ſerem peperit illū qui nobis eſt vita, veritas & via. Ioā.xiiij. Via q̄ dirigi
pēlis pro: mur a miſerijs ad fœlicitatē:veritas qua illuminamur cōtra mentis
miſſione. cęcitatē:vita qua viuificamur cōtra mortis neceſſitatē. Vnde ipſa di
cere poſſet de ſe. Venite ad me oēs qui cōcupiſcitis me &c. Eccleſi.
xxiiij. Et qui p Euā p̄dictis gratijs eſtis euacuati, a meis gñationib⁹
ſitis impleti. Et quia tātoꝝ maloꝝ noſtroꝝ Maria eſt ſubleuatrix:&
tantoꝝ bonoꝝ collatrix, dicit de ea Berñ. Acutius intueamur: quā=
to deuotionis affectu Mariā a nobis honorari voluit: qui totius bo=
ni plenitudinē in ea poſuit: vt proinde quicquid in nobis grę: quicqd
ſpei ſit: non niſi a Maria nos nouerimus abundare & redūdare. Et
hoc de primo & ſecūdo. Vbi patet q̄ ſponſus inuitat Mariā: quaſi
ſponſi cœleſtis officinā:& ſpōſę repudiatę & vulneratę medicinam

D ℭ Tertio vt dictū eſt tertia intelligibilis natura/angelica ſcilicet inui
tat in mūdū Mariā vt reficientē ſuū defectuoſum numerū & ruinā.
Vnde ſubdit. Qui audit dicat/veni. Nā vt ſcribitur Ioan.iij. Qui ha
bet ſpōſam, id eſt eccleſiā: ſpōſus eſt: ſcilicet Chriſtus: amic⁹ aūt ſpō
ſi ſtat & audit eū & gaudio gaudet ꝓpter vocē ſpōſi. Iſte ſpōſi ami=
cus angelicus eſt cœtus qui audit ſpōſum ſpōſam inuitantē/Mariam
ſcilicet & dicētē, veni:& ipe qui audit dicit, veni. Vbi ſciendū q̄ ꝑ tri
plicē cauſam angelica reparatur ruina, ſcilicet ꝑ cauſam efficiētē: per
cauſam de cōdigno ꝓmerentē: ꝑ cauſam ꝓhibēs remouentē. Cauſa
efficiēs eſt filij Marię diuinitas. Cauſa de cōdigno ꝓmerēs eſt dono
gratię peccati immunitas. Cauſa remouēs ꝓhibēs eſt verſutias ini
micoꝝ reprimendi vicinitas ſeu viuacitas. Propter primū ſcribitur
Lucę.xv. Nōne dimittit nonaginta nouē in deſerto &c. ꝓpter ſcdm
Apoc.penul. Qꝫ nō introibit in illā cœleſtē Hieruſalē aliquid inqui
natū & immūdū ſed bñ mūdū: ꝓpter tertiū. Cāti.ij. Capite nobis vul
pes paruulas &c. quia nō reparabitur ruina ſupnę vineę niſi capian
tur vulpes pue, id eſt niſi reprimātur verſutię diabolicę & inſidioſę
quę demoliūtur vineas, id eſt fideles in ſupna vinea plātari deſide=
rātes. Propter hanc triplicē cauſam angelic⁹ cœtus deſiderat naſci
Angeli Mariā dicēdo veni. Et primo ꝓpter cauſam efficiētē eoꝝ numerū
Marię or= reparantē, videlicet Chriſtū cuius aduentū ſua natiuitate beata vir=
tū ꝓpter go prenūciauit. Vnde ſicut videmus q̄ auiculę vernales lucē Solis
tria deſi= deſiderātes cū aurorā Soli pręuiā vidēt: ſurſum ſe eleuāt/cātant/ &
derabant. laudāt: ſic multo magis angeli cœleſtes ex natiuitate Marię Chriſtū
ꝓximū cognoſcētes: in ↄ̄tēplationis āmiratione ſe erigūt: & magna
iocūditate cōcinūt. Quę eſt iſta quę ꝓgreditur ſicut aurora &c. Can=

ti.iij.& Apoca.xix.ad gaudiũ ſe mutuo hortãtur dicẽtes. Gaudeamus & exultemus & demus gloriã deo: quia venerunt nuptię agni & vxor eius &c. Et de hoc poteſt expõi illud pſal.lxxx. Sumite pſalmũ & date tympanũ. Et quia aliquis diceret quare hoc? Ecce buccinate in neomenia tuba. Neomenia gręce noua luna latine. Et eſt feſtũ Iudęoꝝ in nouilunio. Dicit ergo, buccinate in neomenia tuba, id eſt in feſto nouilunij, id eſt naſcẽtis Marię. Et nos chariſſimi hãc virginẽ ſimul cũ angelis laudemus. Quia pręuenerũt nos principes, id eſt angeli cõiũcti pſallẽtibus: & hoc i medio iuuẽculaꝝ tympaniſtria rũ. Iuuẽculę ꝑpter nouitatẽ religioſę vitę: tympaniſtrię ꝑpter mortificationẽ carnalis cõcupiſcẽtię. Sicut eñ pellis mortua ꝑcutitur in tympano ad melodiã: ſic carnalis vita eſt mortificanda religioſis ad caſtimoniã. Hoc q̃tum ad cauſam efficientẽ. ¶ Scdo deſiderãt angeli ꝑpter cauſam de cõdigno gloriã angelicã ꝓmerentẽ: quę eſt immunitas culpę & decor gratię: quę vtiq; beata virgo prę om̃ibus ſanctis quaſi exẽplar & ſpeculũ pręferebat: quod & electi imitãtes angeloꝝ numerũ reparaturi erãt. Tota eñ pulchra facta eſt: & macula nõ eſt in ea. Cãti.iiij. Erat etiã pulchra ex grẽ plenitudine, & macula nõ erat i ea ex peccati immunitate. Et vere pulchra: quę deo pulcherrimo plena: & ideo aĩa & corpore pręlucida. De ipſa eñ exponi poteſt illud Ezech.xliij. Gloria dei iſrael ingredietur p viã orientalẽ &c. Via oriẽtalis eſt Maria per quã ſolus ille vir cui eſt nomẽ oriẽs ingreſſurus & egreſſurus erat: a quo terra, id eſt caro Marię ſplendebat: quia ab omni peccato libera fuit. Licet eñ in originali fuerit cõcepta, vt ſingulare priuilegium reſeruaretur filio: non tamen in originali fuit nata. Nam ſecundum quod dicitur, Iob tertio. Expectat lucem & cętera. Originale enim peccatum lucem Chriſtum omnino non videt: & licet conceptum: non tamen ortum vel natiuitatem ſurgentis fœdauit aurorę: ſcilicet virginis glorioſę, quę preceſſit ſicut aurora conſurgens. Propter quod ipſa vexillum ſanctitatis & peccati immunitatis omnibus imitantibus prętulit: quibus merito rie angelica reparatur ruina. Et ideo merito ab angelis: propter cauſam ex condigno promerentem eius natiuitas deſideratur & laudibus extollitur: vnde dicant, veni. ¶ Tertio angelici ſpiritus deſiderant naſci Mariam: propter cauſam prohibens remouentem. Hoc prohibens reparationem angelorum eſt malicia ſpirituum & hominum peruerſorum. Nã inuidia diaboli dicitur mors. Sap.ij. Et imi. p tã ur eum &c. Ipſa enim in ſe, in capite & in membris ſuis malis hominibus fideles ad reparationem ſui calus properantes impedire & p ã ẽ ad prohibere non deſinit. Sed Maria ſuper demones viuacem & terri eos cõterribilem habet auctoritatẽ ad conterrendũ: & ſuper malos hoies miſerendum.

E

Caue lector erro re hoc implicerꝭ.

F

Maria ſu demones habet

ricordiſſimã longanimitatẽ ad conuertendũ:& per cõſequẽs ad om-
ne prohibitiuũ reparationis angelicę remouendũ. Quo ad primum
ſcribitur de ea, Canti.vj. Terribilis vt caſtrorum acies, ſcilicet dęmo-
nibus. & ipſa Eccle.xxiiij.de ſe dicit. Omnium excellentium & ſub
limium colla propria virtute calcaui, id eſt ſuperbiam repreſſi. Nam
diabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. Iob.iiij. De quo etiam
ibidem ſubditur q̄ q̄uis ſit eius magna fortitudo: vt etiam factus ſit
ita vt nullum timeret: tamen in ancillis ſuis capiet eum, ſcilicet dia-
bolum: quarũ ancillarum glorioſa virgo fuit prima & pręcipua, quę
ſua humilitate ſuperbũ cepit & ſtrauit. Reſpexit inquã dominus hu
militatem ancillę ſuę: per quam vtiq; depoſuit potentes de ſede, ſci-
licet dęmones. Ergo habet viuacem auctoritatem ſuper dęmones
G ad conterrendum. ❡Secundo etiam habet miſericordiſſimam lon
ganimitatem ſuper peccatores ad conuertendum. Vnde de ſe dice-
re potuit illud Eccle.xxiiij. Penetrabo omnes inferiores partes ter-
rę & inſpiciam omnes dormientes: & illuminabo omnes ſperantes
in domino. Penetrabo inquit omnes. glo. i. carnalia corda peccatorum
ſcrutabor: & inſpiciam dormientes. glo. ſomno ignorantię: quia om-
nis malus ignorans vt ſcribitur in Ethic. & illuminabo. glo. id eſt ſpe
rare in domino docebo. Eſt enim mater miſericordię: quę etiam ali
quando educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant:
qui habitant in ſepulchris: quia obſtinati nos blaſphemant: & deſpe
ratiſſimos in fortitudine miſericordię ſuę domino reconciliat: & ad
veniam reuocat. Nam obſtinati ſunt vincti blaſphemi: & ſuper hoc
exaſperant: deſperantes autem omnino ſepulti ſunt. Sed breue eſt
omne peccatum reſpectu miſericordię virginis glorioſę. Vnde de
eius miſericordia dicit Bernardus pulchram auctoritatem: in qua
etiam omnia prędicta concluduntur: dicit enim. Beata virgo Maria
quis tuę miſericordię lõgitudinem/latitudinem/ſublimitatem/ pro
funditatem/valeat inueſtigare? Nam longitudo tua vſq; ad nouiſſi-
mum diem te inuocãtibus ſubuenit vniuerſis. Latitudo tua replet
orbem terrarum: vt tua quoq; miſericordia plena ſit omnis terra.
Sublimitas tua ciuitatis ſupernę inuenit reſtaurationem. Profundi-
tas tua ſedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemptio
nem. Concludamus ergo cum Apoſtolo, Hebrę.iiij. Adeamus cũ
fiducia ad thronum gratię: ad Mariam ſcilicet plenam gratia: vt mi-
ſericordiam cõſequamur, & gratiam inueniamus cũ auxilio oppor-
tuno: quod nobis concedat.

Maria ſu- p malos hoies habet longanimitatẽ ad eos cõuertendũ.

Nota de mia Marię Berñ.

❡ Sermo Sextus. Ad idem.
& in numero. CLX.

ORtus eſt Sol. Pſal.ciij. Verba hęc exponi poſſunt ꝑ beatę
Marię virginis cõmẽdatione. Vere eñ ortus eſt ſol:quia
nata eſt pręfulgida virgo quę eſt electa vt Sol. Canti.vj.
¶ Cõparatur autẽ Soli glorioſa virgo q̃tũ ad pręſens ſpe A
ctat triplici ratione. Primo quidẽ ratione inobfuſcabilis claritatis. Se Soli cõpa-
cũdo ratione ſuę generatiuę fœcũditatis. Tertio ratione ſuę exceſſi- tur Maria
uę nobilitatis. Hęc eñ ſpũaliter multo glorioſius ſunt in beata vir- ꝑpter tria
gine q̃ naturaliter ſunt in Sole. Eſt igitur primo inobfuſcabilis clari-
tatis:quia eclipſari nõ poteſt, q̃tũ ad priuationẽ luminis in ſe vt luna
licet eclipſetur quo ad aſpectũ noſtrũ. Vnde magis eclipſatur viſus
Soli q̃ Sol viſui. Poſſent quidẽ interpoſito obſtaculo oĩa alia aſtra
eclipſari:principia autẽ manere oportet: ideo cũ Sol ſit principiũ lu-
cendi:lux eius inobfuſcabilis eſt. Sic & glorioſa virgo lucẽ gratię prę
omnibus ſanctis habuit inobfuſcabilẽ. Vnde cũ de peccatis agimus
nullã de ea facere debemus mẽtionẽ. Et hoc eſt eius ſingulare priui
legiũ ꝙ habet iobfuſcabilẽ lucẽ:quia ſine oĩ peccato actuali, mor-
tali & veniali gratia plena fuit. Vnde Auguſt. Aue ſine vęli peccati.
In originali autẽ licet cõcepta fuerit in vtero: non tamen nata in mũ Error ca-
do:immo vel in inſtanti ſcd̃m quoſdã, vel in breuiſſimo tempore in uendus.
originali permãſit. Nõ eñ ſol iſte corporalis in primo inſtanti crea-
tionis lucẽ ſuã habuit:ſed in quarto die accepit. Vnde prima dies eiꝰ
ſit tẽpus quo fuit in lumbis Adę & Patriarcharũ: ſicut etiã in origi-
nali remoto. Secũda dies tempus quo fuit in ſeminibus Ioachim &
Annę ſicut in immediato effectiuo. Tertia dies tẽpus illud breuiſſi
mũ quo fuit in actualis cõceptionis primordio. Sed iſte tertius dies Immo di-
vertatur in tenebras:nõ requirat eũ deus deſuper:nec illuſtret lumi es ille illu-
ne ſcd̃m vaticiniũ beati Iob. Sed quarto die, ſcilicet cõceptionis ſpi- ſtratus eſt
ritualis flãmeã Solis rotã cõſtituit eã gratia illuſtrando & charitate lumie gr̃ę
inflãmando. Et ſic licet in originali ſit cõcepta: tamen in vtero ſan- Caue itẽ
ctificata:ex vtero tota lucida:tota pręfulgida eſt orta. Bene ergo or- blaſphe-
tus eſt Sol. Vnde de ea exponi pǫteſt illud Iob. Expectet lucẽ & nõ miam.
videat:nec ortũ ſurgentis aurorę. Originale eñ peccatũ lucem Chri Iob.iij.
ſtum nullatenus vidit:quia etiam ex ſpiritu ſancto cõceptus ab om
ni ſemper culpa immunis fuit:nec ortum ſurgentis aurorę, id eſt na
ſcentis virginis glorioſę: cuius etſi viderit conceptionem: nõ tamẽ Hoc dele
ortum & natiuitatem. Ipſam enim quaſi thronum ſuũ in quo erat atur a me-
permanſurus & ſeſſurus fecit verus Salomon de ebore grandem: moria.
& veſtiuit auro fulgido nimis: quia caſtitatis frigiditate ſanctitatis
magnitudine:charitatis fulgore eam in vtero decorauit. Adeamus
ergo ad thronum gratię. Hebręo.iiij. ¶ Secundo commendatur ra
tione generatiuę fœcunditatis. Sol enim in obliquo circulo vel zo-

diaco ſcd̃m acceſſum vel receſſũ cauſa eſt generationis & corruptio-
nis in inferioribus: ſicut patet in de generatione. Sic glorioſa virgo
per acceſſum miſericordię & pietatis ſpiritualis virtutum nos prole
fœcundat, & ſpirituales dei filios generat. Receſſu autem eius nihil
ſpiritualis gratię permanet: ſed peccati corruptela intrat & regnat.
Et merito: quia ipſa illum ſua glorioſa fœcunditate genuit: per quẽ
deus pater omnia fecit. Vnde Anſelmus in laude eius dicit. Deus
omnia creauit: Maria deũ generauit: deus qui omnia fecit: ſe ex Ma
ria fecit. Deus genuit illum ſine quo penitus nihil, Maria ſine qua
nihil omnino bonum. Et quia quod eſt cauſa cauſę eſt & cauſa cau-
ſati. Patet Marię fœcunditas qua deum peperit qui omnia diuina
Ort' virgi- gratia fœcundauit. Et vt dies diei eructet verbum & tempus tem-
nis q̃liter pori correſpondeat: cõſiderare debemus ortum beatę virginis cor-
correſpõ- reſpondere naturali ortui ſolis ad litteram. Sol in hoc menſe oritur
deat ortui in virgine. Pręcedenti nanq; menſe fuit in Leone: nunc eſt in virgi-
Solis. ne: ſequenti erit in libra. Quia myſtice Sol iuſtitię ante aduentũ vir-
ginis in veteri lege fuit in Leone diuinę ſeueritatis & iuſtitię. Sed in
ortu virginis in tempore gratię eſt Sol in virgine totius pietatis &
miſericordię: ſed in menſe reſurrectionis futurę erit in libra remu-
nerationis & retributionis pœnę & glorię. Tunc enim deus ſcd̃m li-
C bram iuſtitię reddet vnicuiq; ſcd̃m opera ſua. ¶ Tertio commen-
datur ratione exceſſiuę nobilitatis. Sol enim inter omnia corpora
ſenſibilia videtur nobilior: quod multiplici via oſtendi poſſet: ſed ꝓ
pter breuitatem omitto: eo ꝙ ſatis notum ſit. Et beata virgo quę
creatura pura eſt exceſſiue eminentior / generoſior / & pulchrior.
Quippe cum ſit gratia plena & inter mulieres: immo inter omnes
creaturas benedicta. Et ſic inter deum & homines: immo inter om
nem creaturam media: per quam ab extremo ad extremum, a deo
ad creaturas fit ſpiritualium influentia gratiarum: & per eam ad de-
um fit aſcenſus intelligibilium vel ſpiritualium creaturarum: ideo
ad eam recurramus, vt ad mediatricem & ſummorum & imorum
recõciliatricem. Et ratione huius mediationis participat aliquid de
extremis. Quicquid enim dignitatis in tota vniuerſitate creatura-
rum reperitur: eminentius eſt in virgine: vnde etiam regina cœlorũ
digna eſt vocari. Nec dubium quin & electorum & omnium creatu
rarum participat etiam de ſuperiori: ſcilicet diuinis perſonis pręro-
gatiuas nulli creaturę communicatis. Participat enim cum deo pa-
tre: vt ſicut pater genuit filium ęternaliter ſecũdum diuinitatem: ſic
ipſa ſecundum humanitatem. Item cum filio obediẽtiam, vt ſicut
ipſe ei & matri: ſic ipſa patri. Item cum ſpiritu ſancto bonitatem &c.

¶ De Exaltatione ſanctę Crucis. Sermo primus. & in numero. CLXI.

Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt. p̃s.xxij. In ſolennitate pręſenti duplex concurrit deuotionis materia: tum ratione virginis: tum ratione crucis: quod totum in pręmiſſa auctoritate exprimitur. ¶ In virga em̃ A
virginis priuilegium: in baculo crucis myſteriũ: in cõſolatione vero vtriuſq; nobis proueniens cõmodũ deſignatur. Et primo accipe de virga quę cõſolatur in quattuor, ſcilicet in origine: in proprietate: in germine: in virtute. Hęc em̃ ſi diligenter cõſiderãtur de virgine magnã conſolationem adducunt. Origo virgę pertinet ad natiuitatem virginis: in qua conſolatur tripliciter. Si cõſideres q̃ ſancta ex generoſa ſanctificatione: q̃ generoſa ex genere: q̃ grata ſiue iocunda ex prudenti deſiderio & expectatione. Prima duo notantur Eſaię. xj. Egredietur virga de radice Ieſſe. iij. Nume. xxiiij. Orietur ſtella ex Iacob &c. & virga &c. Heu mihi quis victurus &c.

Quotupliciter cõſolet̃ nos Maria p cõparatiõnẽ ad virgam.

Proprietas virgę pertinet ad conuerſationem eius, in qua etiam conſolatur tripliciter. Quia recta per charitatem. Canti. j. Quia recti diligũt te. Gracilis per p uupertatem. Flexibilis per pietatem. Hęc tria notãtur, Cãti. iij. Quę eſt iſta quę aſcendit. vbi rectitudo charitatis: quaſi virgula. vbi tenuitas paupertatis: fumi. vbi flexibilitas pietatis: quę ad paruum flatum flectitur: ſic virgo ad cuiuſlibet deſiderium. Germen virgę pertinet ad fœcunditatem: in quo ſimiliter conſolatur tripliciter ſecundum illa tria quę ſignantur, Nume. xvij. Inuenit inquã virgam germinantem &c. vſq; dila. &c. Sic enim germinauit plena gratia in mente florida & intacta in carne, & fœcunda ſiue fructifera in ventre. De his tribus, Lucę. j. Aue gratia: in mente. dominus tecum in ventre. benedicta in carne. Virtus virgę pertinet ad ſuffragium eius quod nobis impendit. Vel etiam quo tripliciter conſolatur nos Nam per ipſam dęmonibus pœna infligitur: peccatoribus venia datur: iuſtis gratia confertur. Hęc enim virga eſt triumphatrix aduerſariorum: quod ſignatum eſt, Numeri. xxiiij. Conſurget inquit virga de Iſrael: & percutiet duces Moab: vaſtabitq; omnes filios Seth & erit Idumea poſſeſſio eius. In Moab diabolꝰ: quod interpretatur ex patre. Ioannis octauo. Vos ex patre & cetera. In Seth mundus: quod interpretatur poculum, Apoca. xvij. Habens poculum aureum &c. In Idumea caro intelligit̃: qđ interpretat̃ ſanguinea. Ipſa em̃ eſt quę pcutit ſupbiã diaboli per ſuã humilitatẽ. Auaritiã mũdi per ſuã paupertatẽ. Laſciuiã carnis p ſuã virginitatẽ. Itẽ eſt recõciliatrix pctõꝝ: qđ ſignat̃ Heſter. iiij. Oẽs ſerui regis norũt: q̃ q nõ vocatus atriũ regis intrauerit/iterficiatur: niſi forte rex aureã virgã tetẽderit

In huius rei ſignū optime in tribus mulieribus ſignatur virgo ſcilicet in Abygail:quę placauit irā Dauid & ꝓhibuit vindictā:de qua.j. Reg.xvj. Itē in muliere Thecuite Sapiēte: q̄ impetrauit veniā Abſalō. De qua.ij.Reg.xiiij. Itē in Heſter.q̄ reuocauit ſententiā Aſſueri: de qua Heſter ꝑ totū. Itē ipſa eſt ſuffragatrix & cōſolatrix iuſtoꝝ:& hoc ſiue ſcdm ſtatū incipientiū dū viā referat: vn̄ virga mare diuidit Exo.xxiiij. Siue ſcdm ſtatū ꝓficiētiū dū Aarō irrigat. vn̄ aquā de petra eduxit. Exo.xvij.& Nume.xxij. Siue ſcdm ſtatū pfectoꝝ dū delicias ſpūales miniſtrat: vn̄ p virgā mella capiūtur:& oculi comedentis illūinātur.j.Reg.xiiij. Et ſic patet quō cōſolatur virga iſta.

¶Subſermo Primus. Ad idem.
& in numero. CLXII.

A ET baculus tuus,vbi ſupra. Hic in baculo deſignatur myſteriū ſanctę Crucis,quę etiā multipliciter nos cōſolatur. ¶Circa qđ ſciēdū ꝙ ſicut ꝑ eſum ligni vetiti natura humana fuit multipliciter deſolata: ſic ꝑ baculū ligni ſanctę Crucis fuit ecōuerſo multipliciter cōſolata. Deſolati nāq; fuimus:quia incideramꝰ mortē peccati: tyrānidē diaboli:diſcrimē pręſentis exilij. Cōtra q̄ tria baculus ſanctę Crucis nos multipliciter cōſolatus eſt. Nā iſte glorioſus baculus eſt nobis ſuſcitamētū quo a morte peccati ſuſcitamur. Eſt nobis inſtrumentū quo cōtra diabolū pręliamur. Eſt nobis ſuſtētamētū quo peregrinātes ab hoc exilio ad patriā ꝓperamus. Et hęc tria correſpōdēt triplici officio baculi materialis qui dormiētes habet excitare: infeſtātes verberare:& itinerātes ſuſtētare. Et hęc tria ſpūaliter efficit baculus ſāctę crucis:vt ſic q̄libet noſtrū vere poſſet deo dicere cū ꝓpheta. Baculꝰ iſte cōſolatus eſt me. Primo igiť ſācta Crux eſt ſuſcitamētū quo a morte peccati ſpūaliter ſuſcitamur. Et hoc cōgrue figuratū eſt.iiij. Re.iiij. vbi Heliſeꝰ ꝑmiſit Giezi cū baculo ſuo ad pueꝝ ſuſcitādū:ſed per hoc ſuſcitatꝰ puer non fuit: venit poſt modū Heliſeꝰ cuiꝰ erat baculus & incuruauit ſe ſup puerū & poſuit os ſuū ſup os pueri:& oculos eiꝰ ſuper oculos eiꝰ & oſcitauit puer ſepties & aperuit oculos eiꝰ. Per Giezi quē Heliſeus ꝑmiſit cū baculo figuratur lex Moſaica: in qua ſub figuris & ęnigmatibus implicite cōtinebatur paſſio Chriſti & Crucis myſteriū. Et quia lex vetus ſolū peccatū oſtēdebat:nō aūt a pctō iuſtificabat:vt dicit Apľs. ideo puer mortuꝰ ꝑ hoc ſuſcitatus nō fuit:donec veniret Heliſeus.i.ipſe Chriſtus cuiꝰ baculꝰ erat ipſa Crux:quę ex eiꝰ paſſiōe ſortita eſt efficaciā nos a morte peccati ſpiritualiť ſuſcitādi. Vēit ergo Heliſeꝰ & icuruauit ſe ſup pueꝝ qn̄ hūiliauit ſemetipſū formā ſerui accipiens:factus ꝓ nobis vt puer. Deinde aſcēdit in crucē: & patrē pro peccatoribus exorauit: & poſuit os ſuū

Tria bōa facit nobis baculus ſanctę crucis iuxta tria officia baculi corporalis.

ſuper os pueri,& manus ſuas ſup man⁹ eius & oculos ſuos ſup oculos eius:& calefacta eſt caro pueri.Tunc enim Chriſtus os ſuum ſuper os noſtrum poſuit:qn̄ inclinato capite ſpiritū ſuum exalauit: & nobis oſculum pacis dedit.Tunc em̄ manus ſuas ſuper manus pueri poſuit:quando pro noſtra viuificatione manus & brachia in cruce extendit.Tunc etiam oculos ſuos ſuper oculos pueri poſuit:quādo per paſſionem nos ſpiritualiter illuminauit & a nobis peccatoꝝ tenebras depulit:& ſic genus humanum a morte peccati ſuſcitauit. Sed eſt notabiliter aduertendum:ꝙ non ſubito ſed gradatim puer ille ſuſcitatus eſt.Nam primo calefacta eſt caro pueri.deinde oſcitauit.poſtremo oculos aperuit,per q̄ tria modus ſuſcitationis ſpūalis congrue exprimitur.Nā primo oportet ꝙ ex memoria paſſionis & virtute deificę crucis inflammetur vis operatiua per compūctionē & peccati deteſtationem.Secūdo ex hoc dilatatur affectiua ex deuotione & inſpiratione gratiæ ſeptiformis.& ſic per oſcitationē & quaſi oris apertiōem laudat diuinam bonitatem ſuper oīb⁹ bonis a deo receptis.Tertio puer oculos aperuit ad videndū,quia mens per gratiam illuminatur ad dei gloriā contemplandam. Mod⁹ ſuſcitationis ſpūalis ex mō quo pueꝝ ſuſcitauit Chriſtus.

¶Secundo iſte glorioſus baculus ſanctę crucis eſt nobis inſtrumentum quo contra diabolum p̄liamur.Q d congrue figuraſ.j.Regū.xvij.vbi dicitur ꝙ cū Dauid vellet congredi cum phyliſteo:tulit baculum quem ſemper habebat in manibus,& elegit quinq; lapides lympidiſſimos de torrente & miſit eos in peram paſtoralem.deinde tulit lapidē & poſuit in funda quam circūducens percuſſit eum in fronte & ſic Phyliſteū deiecit.Per baculum quē Dauid ſemper tenebat in manu: ſignatur memoria paſſionis Chriſti,quam ſemper debemus reuoluere ī cordibus noſtris.Per quinq; lapides electos de torrente ſignificanſ quīq; vulnera Chriſti,quę de omnib⁹ eius pœnis eligere debem⁹:quos tunc in peram paſtoralem mittim⁹:qn̄ acerbitatem ſuę paſſionis deuota mente recolimus.Tunc aūt vnum illoꝝ in funda circūducētes Phyliſteū ꝓſternimus:qn̄ virtute paſſionis Chriſti hoſtis tētationes & eius inſidias ſuperamus Signanter aūt iſti quinq; lapides dicūtur lympidiſſimi,quia in vulneribus paſſionis euidenter legere & concipere poſſumus:vnde omnes hoſtis inſidias ſuperemus.Q d patet. Nam qn̄ hoſtis malignus aliquem temptat de ſupbia:legat in cruce ſummam Chriſti humilitatē,& pœnę opprobrioſę vilitatē,q̄ ſolis latronibus debebaſ.Sed quē tēptat de auaritia,legat in cruce Chriſti pauptatem.Si tēptat de laſciuia,legat in cruce ſummam pœnarum anxietatem.Et iſtis lapidibus Phyliſteus ꝑcutitur in fronte, quia ꝑ hoc primas eius inſidias repellemus a nobis. B

¶Tertio iſte glorioſus baculus benedictę crucis eſt ſuſtentamentum quo peregrinātes ab C

hoc exſilio ad patriam pperamus.Ipſa nãq; crux Chriſti eſt nobis in præſenti baculus & ſuſtentamẽtũ noſtrę peregrinatiõis,cui⁹ virtute perducimur ad gloriam ęternæ retributionis.Q d bene figuratũ eſt Geñ.xxiij.vbi dicit Iacob.In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum & nunc cum duabus turmis regredior,deſignãs per hoc ꝙ ipſe pau per venit in Meſopotamiam ſed nũc diues reuerſus eſt in ſuam patriam.Iacob figurat ipſum Chriſtum,qui pauper venit in mundum & p baculum crucis cum duabus turmis,iudęoꝝ.ſ.& gentiliũ,diues reuertitur in cœlum,inſinuãs nobis p hoc eſſe neceſſariũ baculũ crucis,cuius virtute de peregrinatione huius mũdi ad cœleſtem gloriã tranſeamus.Q ualiter autem virtute crucis ad cœleſtem gloriã trãſeamus ,hoc bene figuraliter exprimiť,Exod.xij.cum diciť. Renes veſtros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus tenẽtes baculos in manibus & comedetis feſtinanter.eſt enim phaſe.i. tranſitus domini.In quo ſpiritualiter edocemur q, ſi velimus ab hac peregrinatione fœliciter pertingere ad regnum glorię,ꝙ oportet nos baculum crucis tenere in manibus,vt ipſi cõformemur in noſtris deſiderijs & operationibus.Q d quidem hoc modo fit vt renes nr̃os accingam⁹.i.oẽm carnalem delectationẽ in nobis reſtringam⁹.Debem⁹ etiam calceamenta habere in pedib⁹.i.vt ſanctoꝝ patrũ exẽpla imitemur in pijs affectionibus & ſanctis orõnibus & opationib⁹.Debemus etiam feſtinanter agnum myſticũ cõedere.i.feruẽter ſanctis & feruidis deſiderijs ad cœleſtẽ patriã pperare.Et ſic patẽt cõſolationes noſtrę p baculũ ſanctę crucis nobis impẽſę.Dicat ergo qlibet fidelis ad ipm deum tã de beata virgine q̃ de ſancta cruce.Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

¶Sermo ſecundus.Et in numero. CLXIII.

A Exaltari oportet filium hominis,Ioannis tertio.Hodierunum Euangeliũ ad ſolennitatẽ ſanctę crucis introducit hoc verbũ,qd tñ ad Chriſtũ ptinet.¶Hoc autẽ ideo ꝙ laus & honor crucis pricipalr refertur ad crucifixũ.Crucem nãq; Chriſti adoramus Chriſto reuerentiam facientes,vt dicit Da.ñ lib.iiij.Sacramentum igitur noſtrę redẽptionis qd p Chriſtũ principaliter crucifixũ:per crucis vero ve:illũ inſtrumẽtaliter ẽ ipletum:in his verbis introduciť vt efficiens ex qualitate ſupplicij:cum diciť,Exaltari.Vt expediens ex neceſſitate remedij cũ addiť,Oportet.Vt ſufficiens ex precioſitate pcij cum ſubditur,Filiũ hoĩs. Acerbitas eñ efficaciam,neceſſitas expediẽtiam,ſed pcioſitas pbat ſufficientiam.Primo igitur exaltatio probat efficaciam.Hoc eñ verbo vſus eſt Chriſtus per Euãgeliſtã:ſignificans p hoc qua morte clari

ficaturus eſſet deũ. Nullus enim alius modus mortis fuit efficacior ad curandum morbum,quia nullus acerbior.ad placandũ deũ,quia nullus humilior.ad vincendum aduerſariũ,quia nullus prudentior ad alliciendum genus humanum,null⁹ deniq; deuotior. Pſalm̃. Exaltatus autem humiliatus ſum. Exaltatus inquam patibulo Crucis: humiliatus ſum in proprijs illuſionibus & flagellis. Secundo neceſſitas probat expedientiam cum additur,Oportet. Neceſſitatem dico noſtram non ſuam niſi voluntariam p verbi aſſumptã naturã:qa hõ per ſe nec mereri nec reſurgere potuit:ideoq; ſibi per Chriſtum ſuccurrere oportuit,Matthæi.viij.Oportet filiũ hominis multa pati & reprobari ſuper terram ad reparandã.ſ.naturam humanam. Tertio precioſitas probat ſufficientiam cum ſubditur. Filiũ hoĩs. Idẽ eñi filius patris & virginis,deus & homo eſt,Chriſtus Ieſus mediator dei & hominum hõ Chriſt⁹.j.Tim̃.ij. Venit igĩ ſaluare fili⁹ hoĩs qđ perierat. Matth.xviij. Propter cuius ſufficientiam deo patri placuit quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare & per eum reconciliari omnia in ipſum pacificans pſanguinẽ crucis eius:ſiue quæ in cœlis ſiue quę in terris ſunt. Col.j. Sufficiens igĩ precium fuit & ſuperſufficiens filius hominis,cui data ẽ omnis poteſtas in cœlo & in terra. Mar.vl. Primũ & tertiũ mẽbrũ ſiĩ reſumamus.ſ.de exaltatiõe filij hoĩs,quia dicit. Oportet exaltari filiũ hoĩs. Deĩn videam⁹ de eius neceſſitate ꝑpter verbũ,Optet. De exaltatione aũt ẽ duplex ꝯſideratio. Vna de exaltatiõe Chriſti crucifixi. Alia de exaltatiõe ipſius ſanctę crucis. ¶ Q uãtũ ad primã ꝯſideratiõnẽ A ſciendũ ꝙ dominus paſſiõem ſuã vocat exaltationẽ ꝑpter tres cauſas. Prio quia ad litterã in paſſione ſua exaltatus eſt, Ioan.xij. Hoc aũt dicebat ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deũ. Secundo quia p paſſionem exaltatus eſt in fide populoꝝ,Phil.ij. Propter qđ de⁹ exaltauit illũ. Tertio qa merito ſuę paſſionis nos exaltauit cum peccatores eſſem⁹. ꝑs. Dextera dñi fecit virtutẽ:dextera dñi exaltauit me. ¶ Voluit autẽ exaltari Chriſtus in cruce ꝑpter.iiij rationes. B Primo vt nos exaltatum euidentius intueamur. Scđo vt pendentẽ feruentius attendam⁹. Tertio vt ad ipſũ efficaci⁹ attrahamur. Quarto vt p ipſum vitam ęternam adipiſcamur. Primo dico ꝙ exaltat⁹ eſt Chriſtus in cruce vt nos eum euidenti⁹ intueamur ac p ipm melius cognoſcamus & cognitum pfectius imitemur. Ad hoc facit qđ dicit,Ioã.viij. Cum exaltaueritis filium hominis tũc cognoſcetis qa ego ſum. Gloſſ. Cum exaltaueritis in cruce quẽ nũc ignoratis i terra poſitum:tunc cognoſcetis in cruce exaltatum:tũc inquã Chriſto moriẽte,Chriſto reſurgẽte,Chriſto aſcẽdẽte ſpũſctõ veniẽte,ꝑdicatiõe euãgelij coruſcãte,qa ego ſũ via q̃ debetis icedere:veritas cui debe

Quadruplex rõ exaltationis Chriſti in cruce.

tis credere: vita quam debetis appetere. Exaltatus aũt Ieſus propo nit tibi ſe ſignum vię, veritatis ſpeculum, vitę librum. Vide igitur ſignum, reſpice ſpeculum, lege librum. Dum em̃ video Chriſtum in cruce exaltatum: tunc intueor quoddam ſignum quo dirigor in viã paupertatis, quia nudus pependit. in viam humilitatis, quia voluntarię ſe obtulit. in viam benignitatis, quia pro crucifixoribus exorauit. in viam innocentię, quia peccatum nõ fecit. in viam obedientię quia patri obtemperauit. in viam patientię, quia paſſus obmutuit. In viam perſeuerantię, quia de cruce deſcendere noluit. Poſit⁹ eſt ergo in ſignũ cui contradicetur vt prędixit Symeon, Luc. ij. Ecce poſitus eſt &c. Contradicunt em̃ auari pauptati, ſuperbi humilitati, inuidi bonitati, luxuriãtes innocentię, contumaces obedientię, iracundi patientię, inpœnitentes perſeuerantię. Dum etiam video crucifixũ intueor ſpeculum veritatis in quo relucet exemplar oĩm perfectionum, iuxta qđ dicit beat⁹ Auguſtin⁹ in de vera reli. Tota vita Chriſti in terris diſciplina morum fuit. Vide igitur omnia & fac ſecũdum exemplar, qđ tibi in monte mõſtratum eſt, Hebrę. viij. Berñ. Quid ex ea inquit loquar/quid retribuam dño. Feciſti mihi dñe de corpore tuo ſpeculum: non tm̃ reſpicio veritatis ſpeculum cum reſpicio Chriſtum: imo etiam librum vitę. ps. In libro tuo omnes ſcribentur glo. qui eſt forma viuendi hominibus. Eſa. xxxiiij. Requirite diligẽ

C ter in libro dñi & legite. ¶Secundo exaltatus eſt Chriſtus vt pendẽtem feruentius attendamus ac per hoc ad eum fiducciali⁹ accedam⁹ Qui enim pro nobis ptulit talem pœnã: qui pro nobis poſuit animã ſuam: qui pro nobis ſemetipſum obtulit hoſtiã, nõ poteſt negare veniam. Vnde patienter expectat vt clementer indulgeat. Eſa. iij. Propterea expectat dñs vt miſereatur, & ideo exaltabitur parcens nobis. Gloſſa. exaltabitur i cruce. Berñ. ſuper Can. ſer. lxj. Peccaui peccatum grande: turbatur conſcientia mea: ſed non conturbatur, quia vulnerum domini recordabor. Qđ aũt aliquando de⁹ nõ parcit ſed punit: hoc eſt, quia non eſt qui miſericordem adeat: nõ eſt qui iraſcẽtem teneat. Indigerent iſtis tẽporib⁹ criminoſa eccleſię altero Moyſe, qui eſſet ſequeſter & medius inter deum & populum. Exo. xxiij. Dimitte me ait dñs Moyſi, vt iraſcatur furor meus ſuper eos & deleam eos de terra. Mirũ valde. Tenebat hõ pcibus deũ nec dimittebat iraſci contra populum. Vellet dñs hodie habere aliquem qui teneret eum nec iraſci permitteret: quęrit conquerendo nec inuenit, Eze. xxij. Quęſiui de eis virum qui interponeret ſe ſepem & ſtaret ex aduerſo contra me ne diſſiparem eos. Quęſiui de eis virum qui interponeret ſe inter me & eos nec inueni, & effudi ſuper eos indi

D gnationẽ meam & in igne irę meę conſumpſi eos. ¶Tertio eſt ex-

altatus vt ad ipſum efficacius attrahamur ac p hoc a terrenoꝝ affe
ctione validius retrahamur. Quãto em̃ ꝑ nobis paſſus eſt atrocius
tanto trahit nos ad ſe efficacius. Ioã. xij. Ego cum exaltatus fuero a
terra, omnia traham ad meipſum. Exaltatus in cruce vt ſim caput
& illi membra. Quę tanta tranſgreſſio, quæ tam ꝓlixa obſtinatio, q̃
tam ꝓfunda deſpatio q̃ ꝙ Chriſti paſſio & mors deuote conſiderata
non trahat hominem & extrahat eũ de lacu miſerię & de luto fæcis: imo de ꝓfundo deſpatiõis? Si charitas eſt vinculum, & maxima
maximum. Ergo ſi maiorem charitatem nemo habet vt animã ſuã
&c. mors Chriſti vt charitas ſumma ſummo vinculo charitatis trahit. Ozee. xj. Traham eos in vinculis charitatis. Dicitañt pluraliter
vinculis, quia ibi virtus meritoꝝ trahit ad ſpẽ reconciliationis: ac⁹
exemplorum ad meritũ pfectionis: dolor tormentoꝝ ad gemitum
compaſſionis, odor vnguentoꝝ ad amplexum deuotionis, quę omnia ſicut dicit Bern̄. effluunt p vulneꝝ Chriſti foramina. Vñ Bern̄.
ſup Can. Q d mihi deeſt vſurpo mihi ex viſceribus Chriſti, qm̃ miſe
ricordia affluunt, nec deſinũt foramina p quæ effluant. Patet arcanũ cordis p foramina corporis: patent viſcera miæ dei n̄ri in quib⁹
viſitauit nos oriens ex alto. In cuius ſignum Chriſt⁹ in cruce caput
dimittit vt recip'at pœnitentes ad pacis oſculum: & extẽdit brachia
vt reuertentes recipiat ad amplexũ. Sed ſunt multi ſic infixi in limo
ꝓfundi: quę renitunt trahi & nitunt trahere Chriſtum & iterũ cruci
figere: cum impudenter nõ ceſſant peccare. Hebrę. vj. Rurſum cru
cifigentes filium. Et oſtentui habentes, gloſſ. In ſe crucifigũt filium
dei: qui gratiam eius vilipendentes in peccatis iacent. Contra tales
Chriſtus clamat in cruce. Thren. iiij. Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem & contradicentem mihi, Prouerbi. ij.
Vocaui & renuiſtis, extendi manus meas & non fuit qui aſpiceret.
¶ Quarto exaltatus eſt Chriſtus vt nos non pæream⁹ ſed ſecum vitam æternam habeamus: ſicut membra cum capite, Ioã. iij. Exalta E
ri oportuit filiũ hois, vt ois qui credit in ipſum nõ pereat ſed habeat
vitam æternã. Naturalis em̃ filios adoptiuos exaltat, vt hęres prici
pales conſtituat cohęredes Aug. de verbo dñi. Multos filios dei fe
cit vnic⁹ filius dei: emit ſibi fratres ſanguine ꝓprio: ꝓbauit reprobos
redemit vẽditos, honorificauit iniuriatos, viuificauit occiſos. Et ſic
patet efficacia paſſionis noie exaltationis quantũ ad primã conſiderationẽ. F ¶ Sequitur videre de alia conſideratione exaltationis. puta Crux in q̃
de exaltatione ſanctę crucis ꝑ reuerentia & deuotione hodiernę ſo- tuor fuit ſolennitatis. Circa qd ſciendum ꝙ crux benedicta in redemptionem hac ſolẽni
noſtrę ſalutis fuit exaltata ex quattuor. Fuit em̃ ſãctificata veſtigijs tate exalclarificata ꝓdigijs, magnificata ſuffragijs, dignificata præconijs. Et tata.

ꝑpter hæc quattuor in cruce fuerũt quattuor gña lignoꝝ vt accedat illud Eccl. xxiiij. Quaſi cedr' exaltata ſum in libano &c. Exaltata qdẽ dicit crux in libano q̃ſi cedrus i mõte Sion, & q̃ſi cypreſſus i cades: quaſi palma i campo, quaſi oliua ſpecioſa. Fuit primo inquam benedicta crux ſanctificata veſtigijs cũ ex tactu corporis & ſãguinis Chriſti quę prius erat contemptibilis vilitate horribilis pœnalitate: nunc honoratur & adoratur. Dam. li. iiij. ca. iij. Venerabile lignum crucis in quo Chriſtus ſe obtulit hoſtiam vt ſanctificatum tactu corporis & ſanguinis Chriſti decẽter eſt adorandũ. Secundo fuit glorificata prodigijs. Hoc enim ſigno cœlitus oſtenſo triumphauit Cõſtãtinus: hoc ſigno vicit Eraclius. Similiter Mauricius: & Martin' qui dixit, Ego ſigno crucis & non clypeo &c. Vt etiam taceamus de cęteris. Hodierno namq; feſto ligno crucis ab Eraclio in Hieruſalẽ cũ honore reducto fuerũt paralytici quattuor ſolidati, leproſi decẽ mũdati, cęci quindeci illuminati, dęmoniaci liberati, & vn' mortuus reſuſcitatus. Tertio fuit magnificata ſuffragijs. Hui' enĩ ſcdm Dam. protoplaſt' eſt reformat', hoſtis ſupat', infern' depdatus, paradiſus referat', ſicut Bern. dicit in ſermone de ſancto Andrea. Crux eſt ſcutum, quo circundamur vt eius quattuor cornua quadrupharia hoſtiũ tela repellant. Hęc aũt cornua ſunt cõtinentia, patiẽtia, prudẽtia humilitas. Primũ cornu pellit timorẽ puſillanimitatis q̃ eſt a timore nocturno. Siniſtrũ cornu pellit timorẽ aduerſitatis quæ ẽ a ſagitta volante in die. Dextrũ cornu pellit fauorem ꝓſperitatis q ẽ a negotio perãbulante in tenebris. Supremũ cornu pellit amorẽ vanitatis, qui eſt a dęmonio meridiano. Vnde dicit beatus Aug. Signũ crucis a nobis expellit exterminatorẽ ſi cor noſtrũ habeat Chriſtũ inhabitatorẽ ſup Ioan. homil. lx. Quarto fuit dignificata p̃conijs. Eſt enĩ triũphus & gloria noĩs Chriſtiani. Vñ Chryſo. in ſermone de ſancta cruce. Crux eſt ſpes vnica Chriſtianoꝝ, reſurrectio mortuoꝝ, dux cęcorũ, vita deſperatoꝝ, bacul' claudoꝝ, cõſolatio pauperũ. Dicit ergo Chriſt'. Exaltaui lignũ humile, Eze xvij. Q đ fuit contẽptibile feci adorabile. Dicat ergo & exp̃ſſi'. Ecce leuabo ad gẽtes manũ meã & exaltabo ad populos ſignũ meũ, Eſa. xlix. Quo ſigno nos ſignat &c

¶ Subſermo primus. Et in numero. CLXIIII.

OPortet exaltari filiũ hominis Ioã. iij. In hoc verbo qđ dicit oportet, innuitur neceſſitas remedij quare oportuit exaltari filiũ hoĩs. Circa qđ duo ſũt declarãda. Prĩo q̃ neceſſitate oportuit exaltari Chriſtum. Secũdo quid oporteat nos facere vt mereamur cum eo exaltari ¶ Quantum ad priA mum ſciendum q' oportuit filium hominis exaltari in cruce quo ad

Tria pro-

tria.Primo ad diuinę offenſę ſatiſfactionem.Secũdo ad diuinę promiſſionis impletionem.Tertio ad diuinæ ſcripturæ conſummationem. propter q̃ Chriſtũ exaltari oportuit in cruce. Primo inquam ad diuinę offenſę ſatiſfactionẽ.Cũ eñ peccatũ primi hominis fuerit infinitũ ex pte dei qui offendebatur &c ex parte boni infiniti qđ p peccatũ perdebať,vt probat Anſel.in libro.Cur deus homo. De offenſa autem infinita pura creatura cum ſit finitę virtutis,ſatiſfacere non poteſt.ergo reliquitur q̃ ille q̃ p pctõ primi hominis ſatiſfacere debuit:eſſet neceſſario deus & homo. De9 quidem qui ſatiſfacere poſſet:homo aũt q ſatiſfacere deberet,vt deducit Anſel.ibidẽ. Et iſtã rationẽ tangit Apl's Hebrę.ix.dicẽs.Nũc autem ne.ſ.peccatum primi hois remaneret impunitũ & indeletũ vt dicit gloſſa.Chriſtus ſemel apparuit p hoſtiã ſuam id eſt p hoſtiã ſemel p nobis oblatam in cruce. Et hęc oblatio facta ẽ in cõſũmatiõe ſeculoꝝ.i.in vltima ętate mundi ad deſtructionem peccati, q̃a nulla alia hoſtia ſufficiebat ad ſatiſfaciendum pro peccato niſi ſola hoſtia Ieſu Chriſti vt dicit gloſſ.q voluntarie ſeipſum pro nobis obtulit in ara crucis. Vnde ad iugẽ memoriã tãti bñficij hortatur Ambro.quẽ libet hoiem dicẽs.O homo noli tãtũ amittere bñficium,propterea eñ Chriſtus damnationi mortis ſe ſubdidit,vt te de dãnatiõe æterna erueret:ille ſuſcepit mortis ſeruitutem,vt tribueret tibi vitę libertatem. ¶Secundo ad diuinę pmiſſionis ipletionem. Ad hoc enim Chriſtus in cruce exaltari voluit vt pactum ſuę pmiſſiõis adipleret. B pmiſerat namq; per pphetas ſe venturũ & pro nobis paſſurum ad nos redimendos & ſaluandos,hoc pactũ pmiſſionis Chriſt9 ſubſcripſerat:per inſtrumenta,vallauerat p iuramẽta,roborauerat ſigillis, & firmauerat teſtibus multis.Scriptura huius pacti exprimitur,Eſa. xlvj.vbi Chriſtus dicit in perſona dei.Ecce ego feci,ego feram ,ego portabo,& ego ſaluabo.q.d.Ego feci primum hominem,ego ferã, id ẽ ſuſtinebo eũ patienter p pœnitentia faciẽda.Sed q̃a hõ p ſeipm non põt deo ſatiſfacere de peccato primi hominis,ideo ego portabo p eo pœnam ſatiſfactoriã ad quam ipſe p ſe non ſufficit. & per hoc ego ſaluabo eũ,quia pro ſua ſalute ĩ cruce offeram memetipm. Iuramentũ hui9 pacti exprimiť,Gen.xxij.Per memetipſum iuraui dicit dñs,q̃ in ſemine tuo bñdicentur omnes gentes. Et Luc.j. Iuſiurandum qđ iurauit ad Abraam patrẽ noſtrũ daturum ſe nobis. Huiuſmodi inſtrumenti ſigilla fuerunt Chriſti quinq; vulnera,in quib9 ſecundum Auguſtinũ legere debemus ſuũ amorẽ & ſuum dolorem. Suum amorem vt p eius amore cuncta delectabilia cõtemnamus. Suum dolorem vt cuncta aduerſa p ei9 amore libenter ſuſtineam9 Teſtes huius pacti fuerunt oẽs pphetę qui concorditer oẽs nobis teſtimonium perhibent accipere remiſſionẽ peccatoꝝ in nomine ei9

C omnes qui credunt in eum vt ſcribiť Act.x. ¶ Tertio ad diuinę ſcri pturę conſummationē. Multa eñ ſunt ſcripta in lege & pphetis de Chriſto q̄ omnino implere oportuit. & ideo ipſemet dicit Luc vlt. Neceſſe eſt adimplere oĩa q̄ ſunt ſcripta in lege, pphetis, & Pſalmis de me. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt & ſic oportebat Chri ſtum pati p ſalute humani generis vt dicit gloſſa. & reſurgere a mor tuis die tertia, & p̄dicari i nomine eius pœnitentiam & remiſſiōem peccatoꝝ in omnes gentes incipientes ab Hieroſolyma. Q d dicit p pter duo. Primo quia Apoſtoli p̄dicauerunt fidem Chriſti apud Iu dęos ppter quos Chriſtus principaliter carnem aſſumpſit. & dein de a Iudęis repulſi ppter eoꝝ incredulitatem ſe cōuerterunt ad gē tes, vt patet Actuum. xiij. Secūdo ſicut dicit Chryſo. primo oportuit reſurrectionem Chriſti pandi apud ipſos crucifixores, vt eoꝝ fide

D credibilior alijs gentibus demonſtrareť. ¶ Quantum ad ſecūdum

Tria faciē da ſunt vt exalte mur cum Chriſto.

p noſtra morali inſtructione vidēdum eſt quid nos oporteat facere vt mereamur cum ipſa exaltari. Et quidem oportet nos regenerari p grām, exercitari p iuſtitiam, & examinari per patientiam. Primo i quam oportet nos regenerari p grām. Cum enim vt dicit Apoſtol⁹ Ephe. ij. Omnes ſumus natura filij iræ: oportet infirmitatem & de formitatem culpę reformari noua natiuitate grāe. Ioan. iij. Oportet nos naſci denuo. Hæc gratia regenerans eſt fides p dilectionē ope rans, quæ eſt primum fundamentum ſpūalis vitę. Hebrę. xj. Sine fi de impoſſibile eſt placere deo. Credere enim oportet accedētem ad deum, quia eſt & inquirentibus remunerator. Hanc ſacramētorum ianuam: hanc virtutum primiceriam: hanc p̄miorū omnium cauſā ſollicite quęrenti de ſua ſalute docuerunt Apoſtoli. Actuū. xvj. Do mine quid oportet me facere vt ſaluus fiam? At illi dixerūt. Credo in dominum Ieſum Chriſtum & ſaluus eris. Merito enim crede. Ne q; enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporte at nos ſaluos fieri. Actuum. iiij. Qui igitur p grām regenerať: opor tet credere in Ieſum fide certa non dubia, fide viua nō mortua, fide vera non ficta. Si pro fide timeas aduerſa, nō eſt firma: ſi a fide ſub trahas opa, non eſt viua: ſi de fide quęras expimenta, non eſt vera. Fides enim (ſecundum Gregorium) non habet meritum cui huma na ratio p̄bet expimentum. Vnde Maximus in ſermone de Marty rib⁹. Magni piculi res eſt, ſi poſt pphetarū oracula, ſi poſt Apoſto lorum teſtimonia, poſt Martyrum vulnera, veterem fidem quaſi no uellam diſcutere p̄ſumas: & poſt tam manifeſtos duces in errore p maneas: & poſt morientium ſudores ocioſa diſputatione contendas Secundo oportet nos excitari p iuſtitiam. In vacuum enim recipit gratiam qui p opa nō pficit in iuſtitia. Vnde ad hoc exercitium hor

tatur Apoſt.j.Theſſ.iiij.Fratres rogamus vos,& obſecramus in do-
mino Ieſu,vt quemadmodum accepiſtis a nobis, quomodo opor-
tet vos ambulare & placere deo : ſic& ambuletis vt abunderis ma-
gis.gloſſa. Ambulate/recte conuerſando. Ambulare eñ eſt per me-
rita proficere.Sicut enim per greſſum corporis expeditur via pedũ
ſic per profectũ operum expeditur via morũ. Tunc eñ ambulamus
ſicut oportet,cum ambulamus recte per intentionem:ſancte/per di
lectionem:caute/per diſcretionem:honeſte/per conuerſationẽ. Tũc
opera noſtra placent deo per omnia.Col.j. Ambuletis digne/deo p
omnia placentes.Operari ergo oportet. Ioan.ix.Cum tempus habe
mus ,operemur bonum ad omnes &c. Gal.iiij. Glo. Tempus ſemi-
nandi eſt pręſens vita,qua currimus.in hac licet nobis operari quod
volumus:cum vero tranſierit,operandi tempus auferetur.Magnũ
damnum amiſſio temporis,ſed non minus amiſſio operis.Quodcũ
q; igitur poteſt manus tua inſtanter operare.Ecles.ix. Tertio opor-
tet examinari per patientiam.Si enim oportuit Chriſtum pati,& ita
intrare in gloriam ſuam.Lu.vlt.quomodo tu potes intrare ſine paſ-
ſionibus gloriam non tuam,diuino non imperio,non etiam condi-
gno merito Roma.viij. Non ſunt condignę paſſiones huius tempo
ris. &c. Quare? Quia paucę numero, paruæ merito, breues ad du-
randum,leues ad portandum.j.Pe.j.In quo exultabitis mo.nunc ſi
oportet cõtriſt.in va.tẽp.vt probatio fidei veſtrę multo p̃cioſior ſit
auro quod per ignem probatur:inue.in laudẽ & gloriã Ieſu Chriſti.
Sicut triticum triticatum in area purgatũ/reponitur in horreo,ſic la
pides quadrati in libano politi/ędificabantur in templo. Act.ix. Per
multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Tribulatio-
nes enim inducunt conſiderationem culpę,reſtitutionẽ gratię,cor-
rectionem emendę,commendationem iuſtitię. Vnde Grego. Si iu-
ſta dño placere ſcimus,pati autem nulla niſi quę dño placuerint poſ
ſumus:iuſta ergo ſunt q̃ patimur. Propter quod vtilitatem p̃ſentiũ
paſſionum Auguſtinus aduertens dicit. Dñe hic vre,hic ſeca,dum-
modo in futuro mihi parcas. Quod & nobis concedat.

¶De.S.Matthęo Apoſtolo,ſermo.j.
& in numero CLXV.

ANimalia ibant & reuertebãtur in ſimilitudinem fulgu-
ris coruſcantis. Eze.j. Verba hæc cõmuniter leguntur
& exponuntur de quatuor Euangeliſtis, quorũ beatus
Matthæus fuit primus. ¶Cuius etiam Euangelium A
tantę dignitatis & auctoritatis extitit, q̃ & alij Ap̃li eo
tanq̃ exemplari vterẽtur. Vnde de ſancto Barptolomæo legitur q̃
ipſe apud Indos exiſtens,Euangeliũ ſecundũ Matthęũ in eorũ lin-

guam conuertit. Et de ſancto Marco dicitur, ꝙ ipſe in ſuo Euangelio abbreuiator Matthæi fuit. Qualiter autem per hęc quatuor ſancta animalia quatuor Euangeliſtæ deſignentur, ſatis ſubtiliter deſcribit beatus Auguſtinus ſuper Ezech. Sed qualiter verba præmiſſa accipi poſſunt de quibuſlibet fidelibus Euangelicæ perfectionis ſectatoribus, præſentis ſpeculationis eſt. Quia enim ſumma totius perfectionis in Euangelio continetur, quinimo (vt dicit Auguſtin' in ſermone dñi in monte.) in illo ſolo ſermone tota Chriſtianæ vitę perfectio explicatur: non mirum, ſi verba quę ipſos Euangeliſtas figurant, de euangelicis viris exponantur. In quibus quidem verbis perfectionis euangelicæ ſectatores deſcribuntur quo ad tria. Primo quo ad vitale principium quo in eſſe gratuito ſubſiſtunt, cum pmittitur, Animalia. Secundo quo ad ſpirituale exercitium, quo cōtinue proficiunt, cum dicit, Ibant & reuertebantur. Tertio quo ad ædificationis incendium, quo proximos accendunt, cum ſubditur, In ſimilitudinis fulguris coruſcantis. Quantū ad primum ſciendum, ꝙ vitale principium quo anima in eſſe gratuito ſubſiſtit, conſiſtit in trib' videlicet in Chriſti ſequela & imitatione: in imaginis ſupernaturali perfectione: & in beatitudinis finali intentione. Hęc tria ſic ſe habēt ad perfectionem euangelicam. Chriſtus enī eſt ſicut efficiens & forma exemplaris: imago animę, ſicut ſubiectum: beatitudo vero ſicut finis. Et ſumūtur hæc tria ſecundum tria quæ in iſtis ſanctis animalibus per Prophetam dicuntur. Nam in iſtis animalibus Propheta vidit ſimilitudinem hominis. Similitudo (inquit) hominis erat ī eis hominis inquam Chriſti: ad cuius ſimilitudinem & imitationē omnis perfectio Euangelica tendit, & hoc quantum ad primum. Hæc etiam aīalia dicuntur habere facies. Quatuor inquit, facies vni. Per faciem intelligitur imago. Vnde imago etiam corporalis magis attēditur penes faciem, q̄ penes alia membra: & hoc quantum ad ſecūdum. Habebant inſuper hæc animalia pennas. Quatuor inquit, pēnæ vni. Per pennas quibus aues in altum eleuantur, intelligo appetitum quo ſancti viri ſemper ad beatitudinem quaſi volantes tendunt: & hoc quantum ad tertium. ¶ Primo igitur vitale principium euangelicę perfectionis conſiſtit in Chriſti ſequela & imitatione: qđ ſignatur per hoc, ꝙ ſimilitudo hominis. ſ. Chriſti erat in animalib'. Et quocunq; ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu ſequebantur animalia pariter & rotę. In hoc enī cognoſcitur ſanctum & euangelicum aīal ſi videlicet Chriſti ſimilitudinem in ſe habet, & ſeqtur eum. Ad quā ſimilitudinem aſſequendam hortatur Apoſto. Ephe. v. Imitatores dei eſtote, ſicut filij chariſſimi. Et Roma. vj. dicitur. Cōplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius. Ad hāc imitationis ſimilitudinē

B Principiū pfectiōis euāgelicę ꝯſiſtit ī ſeq̄la Chri.

dominus vocauit Matthęum dicens. Sequere me:non tm̃ corporis greſſu,ſed mentis affectu. Vbi tria ſunt videnda. Primo quid traxerit Matthæum/ꝙ ſic faciliter ad vnius iuſſionis vocem dominum ſecutus eſt. Secundo an aliquis ſequens Chriſtum/poſſit perfecte cõplantantari ſimilitudini eius,ita vt perfecte ei aſſimiletur. Tertio penes quæ Chriſti ſequela attendatur. Ad primum dicit Porphyrius, & Iulianus,ꝙ hoc fuit ſua ſtultitia:quia vt dicunt/& quemlibet ſe vocantem hominem fuiſſet ſecutus. Sed iſti erant ſicut neſciẽtes q̃ dei ſunt:ideo dicendum eſt ſecundum Hierony. ꝙ fulgor ipſe diuinæ maieſtatis & diuinitatis occultę:quę etiam in facie relucebat humana videntes ad ſe trahere poterat primo aſpectu. Et ponit exemplum. Si eñ in magnete lapide hęc vis eſſe dicitur,vt ferrum trahat quanto magis domin⁹ omnium creaturarum ad ſe trahere poterat quos volebat. Hunc tractum expetijt ſponſa in Canticum dicebat. Trahe me poſt te. Non ergo Matthęũ traxit ſtultitia,ſed dei patris ſapiẽtia:nõ natura,ſed gratia. Illum Scribam traxit natura,qui dicebat,Mat.viij. Magiſter,ſequar te quocunq; ieris. Et ideo dominus ſequelam ſuam nõ acceptauit,vt ibi patet. Volebat enim ſequi propter curioſitatem:vt videret miracula,& propter lucrum tpale. Rephenduntur ergo hic religionem intrantes,vel ſtatum clericalẽ,vel alias nomen ſanctitatis aſſumentes, propter finem alium q̃ propter deum. Reprehendũtur etiã hic in ſequela Matthęi,pigri/tarde diuinos inſtinctus ſequentes:ſimiles illi q̃ dicebat Matth.viij. Domine, dimitte me primum ire & ſepelire patrem meum. Sic iſti inſtictum diuinũ propter occupationes minus vtiles procraſtinantes,vel etiã obmitientes. Sed Ieſus dixit illi. Sequere me,& dimitte mortuos .ſ. infideles/ſepelire mortuos ſuos. Super quo dicit Auguſtinus,in de Verbis domini. Dñs quando parat homines euangelio,nullã excuſationẽ vult interponi carnalis hu⁹/temporaliſq; pietatis. Et ſi hoc nõ vult de opere pietatis,qd eſt de opere vanitatis? Timeãt ergo ſibi qui diuinũ officium occupationibus inutilibus interponunt. Nõ eñ vult dñs maius bonum propter minus negligi,vel trãſferri. Noluit ergo dominus ꝙ iſte iret ad ſepeliendum patrẽ, nõ quaſi iubẽs contẽnere honorem q eſt ad parentes,ſcdm Chry. ſed mõſtrãs qm̃ nihil ꝓ cœleſtibus negocijs nobis neceſſarium eſſe oportet. Et quoniam toto ſtudio his iungi debemus,& neq; parum tarde:etſi valde ineuitabilia & inſtantia fuerint & attrahũt. Quid eñ neceſſarium erat magis q̃ ſepelire patrem? quid ẽ facilius:neq; eñ ips multũ ꝯſumendũ erat,ꝑ hoc eũ dñs a multis malis eripuit,puta luctib⁹ & mœroribus,& ab his abhinc q̃ expectãt. Nã poſt ſepulturã neceſſe erat teſtamẽta ſcrutari,& hęreditatis diuiſionem,& alia hmõi.& ita flu-

ſtuationes fluctuationibus ſuccedentes, a longe poterant eum a ve-
C ritatis ducere portu. Hæc Chryſoſtomus. ¶ Secundo videndum vſ
q; quo quis ſequendo Chriſtum poſſit eius ſimilitudinem vel perfe
ctionem attingere? Ad quod quidam dicunt, ꝙ in tantum quis poſ
ſet proficere, ꝙ per omnia ęquabitur Chriſto: dicentes. Quando
ego venero ad ſtatum perfectionis, tunc pater generat filium ſuum
in me: & ibi ſum ego, vbi idem filius & non alius. Et dicunt ꝙ deus
operatur omnia opera ſua propter hoc vt nos efficiamur vnigenit⁹
filius ſuus. & iſti poſſent pro ſe accipere illud Roma. viij. Quos præ-
ſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Sed hoc di-
ctum totũ eſt erroneum. Impoſſibile em̄ eſt nos fieri filium dei vni-
genitum & naturalem: ſed efficimur filij adoptiui per gratiã, vt oſtẽ-
ſum eſt ſupra in ſermone, Quĩ autem eſtis filij &c. Et ſic intelligitur
verbum illud Apoſtoli. Nos enim conformes efficimur imaginis fi-
lij dei, ſecundum aliqualem ſimilitudinem non totalem. Similitudo
enim per imitationem non eſt perfecta, ſed deficiens: vt dicit Hila-
rius. Ideo ad hoc deſignanter ſimilitudo non ponitur in recto in vi-
ſione Eze. vt dicantur animalia eſſe homini ſimilia: ſed ponitur i ob
liquo & caſuali indirecte. quia dicitur ꝙ ſimilitudo hominis erat in
eis. Apoſtolus etiam non dicit nos conformes fieri filio, ſed imagi-
nis filij. Efficimur ergo conformes imaginis Chriſti, non per identi
talem tra͂ſmutationem, nec per meriti adęquationẽ: ſed per adoptio
nem & imitationem, vt dictum eſt. Et ad hoc deſignandum Apo-
ſtolus, poſtq̃ dixerat nos conformes fieri imaginis filij, ſubiunxit.
Ita tamen vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quod autẽ nul-
lus homo quantſcunq; in perfectione proficiat, poteſt perfecte at-
tingere ſimilitudinem Chriſti, ex hoc eſt: ꝙ Chriſtus plenitudinem
gratiæ habet ex vnione ad verbum: ex qua parte habuit perfectio-
nem infinitam pro quanto videlicet perſona erat dignitatis & perfe
ctionis infinitæ. Item ex alio gratia Chriſti dicitur infinita, quia ha-
buit in ſe gratiam ſecundum omnem plenitudinem & perfectionẽ,
ad quam ſe gratia extendere poteſt, licet tñ ipſa gratia ſit finita ſecũ
D dum eſſentiam. ¶ Sed diceres. Si nullus poteſt attingere gradũ gra
tiæ Chriſti, ergo eſt dare ſtatum in profectu ſpirituali, p̄ſertim cum
gratia Chriſti ſecundum eſſentiam ſit finita, vt dictum eſt. Omne
autem finitum attingitur tandem per continuum incrementum al-
terius: ſed falſum eſt in profectu ſpirituali eſſe ſtatũ, vt patet de ſpiri
tu libertatis, ſermone. iij. ergo &c. Dicẽdum ꝙ non eſt dare ſtatum,
nec tamen gratia Chriſti poteſt attingi per quodcunq; crementum.
Cuius ratio eſt, quando aliqua perfectio eſt in vno ad modum vni-
uerſalis cauſæ & principij influentis: in alijs autem per modum par-

ticularis recipientis, illud per quodcunq; crementum non poteſt ad
æquare perfectionem vniuerſalis influentis. Exemplum de Sole.
Omnis enim lux reperta in inferioribus, non adæquat lucem Solis
a qua lux in iſta inferiora deriuatur. Sed perfectio gratiæ fuit in
Chriſto ad modum vniuerſalis cauſæ & principij gratificantis: ideo
nec omnis perfectio gratuita omnium hominum poteſt adæquare
perfectionem gratiæ ipſius Chriſti. Cuius cauſam aſſignat Auguſti
nus ad Dardanum, dicens. Qꝫ gratia fuit in Chriſto, ſicut ſenſus in
capite: in alijs autem hominibus ſicut in membris. Et ideo ſicut in
alijs m embris corporis eſt ſolum vnus ſenſus, ſcilicet tactus, in capi
te autem omnes ſenſus: Ita in alijs ſanctis gratia eſt tm̄ ſecundum
aliquem modum limitatæ perfectionis: in Chriſto autem fuit ſecun
dum omnem modum ſuæ plenitudinis. Et ideo impoſſibile eſt, ꝙ
aliquis ei æquiparetur in gratia, nedum ipſum excedat. Vel dicen-
dum ad obiectionem, ꝙ finitum aliquod per continuum augmen-
tum poſſet attingere ad quodcunq; finitum, veritatem habet, ſi ac-
cipiatur eadem ratio quantitatis in vtroq; finito: ſicut ſi compare-
mus lineam ad lineam, vel albedinem ad albedinem: non autem ac-
cipiatur alia & alia ratio quantitatis. & hoc patet in quantitate dimē
ſiua. quantumcunq; enim linea augeatur in longum, nunq̄ perue-
niet ad latitudinem ſuperficiei. Et ſimiliter patet in quantitate vir-
tuali vel intenſiua. Quantumcunq; enim cognitio cognoſcētis deū
per ſimilitudinem proficiat, nunq̄ tamen poteſt adæquari cognitio
ni comprehenſoris, qui videt deum per eſſentiam. & ſimiliter cha-
ritas viatoris non poteſt æquari charitati comprehenſoris, cum ta-
men vtraq; ſit finita. Similiter in propoſito, quantumq; creſcat gra
tia alicuius hominis qui gratiam habet ſecundum aliquam particu-
larem participationem, tamen nunq̄ poteſt adæquari gratiæ Chri- E
ſti. ¶ Tertio videndū in quibus debeamus ſimilitudini Chriſti con-
formari. Et dicendum, ꝙ omnia poſſunt reduci ad tria, quę accipiū-
tur ſecundum tria bona quæ habemus: ſcilicet, res exteriores, cor-
pus, & animam: vt hęc omnia relinquam⁹ propter deum. Res relin
quuntur per voluntariam paupertatem. Hāc altiſſime habuit Chri- Chriſtus
ſtus q̄ pauperrimus fuit, quod congruū fuit ꝑpter duo. Primo quia fuit paupꝫ
ſicut p eius mortem, noſtram mortem deſtruxit: ſic per eius paup- rim⁹ pro
tatem, noſtram miſeriam ſanauit, & diuitias ſpirituales tribuit, ſecū- pter duo
dū illud Apo. ij. Corin. viij. Scitis grām dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, q̄m ꝑ-
pter nos egenus factus eſt, vt illius inopia diuites eſſemus. Secundo
vt tanto maior virtus diuinitatis eius oſtenderetur, quanto p paupꝫ
tatē videbatur abiectior. Perfectus ergo Chriſti ſectator, debet relin
q̄re mundū, & oēs res tpales, & nihilomin⁹ terrenorū occupationē,

& ſollicitudinem penitus poſtpōere. Sic Petrus, qui dixit. Ecce nos
reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Corpus relinquitur per carnis
maceratione͂, & coporalis ꝯmodi poſtpoſitione͂. Hoc fecit Chriſtus q
in tota vita ſua nunq̄ legitur commodum corporis quæſiuiſſe. Vn
de dixit Matthæi. viij. Filius hominis non habet vbi caput ſuum re
clinet. Immo arctiſſimam vitam duxit, vt patet per ieiunium in de
ſerto. Et hanc vitam arctam mox in ſua natiuitate inchoauit, quia
poſitus ſuper fœnum in præſepio. Vole͂s igitur ſequi Chriſtum, de
bet corporale commodum poſtponere. Vnde ipſe dicit, Lu. ix. Qui
vult venire poſt me, abneget ſeipſum & tollat crucem ſuam. cruce͂
inquam mortificationis & corporalis afflictionis. Sic fecit ſponſa in
Cant. v. Surrexi poſtponendo, ſcilicet commodum corporis, vt ape
rirem dilecto meo. Anima relinquitur per propriæ voluntatis abdi
cationem. Nihil enim in anima tam liberum eſt q̄ voluntas. Sic fecit
Chriſtus, dum dixit: Non veni facere volu̅tatem meam &c. ſimilia.
Sic etiam facere debet Chriſti imitator quod Chriſtus a nobis requi
rit, cum dicit: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Super
quo dicit Baſilius. Abnegatio ſuiipſius eſt totalis præteritorum ob
liuio, & proceſſus a proprijs voluntatibus. Secundum hæc tria ſunt
tria vota religioſorum. & patet.

¶ Subſermo primus, & in
numero. CLXVI.

QVatuor facies vni. vbi ſupra. Secundo Euangelica perfe
ctio conſiſtit in imaginis ſupernaturali perfectione. quod
notatur in hoc, ꝙ iſta animalia dicuntur habere facies.
Quatuor inquit facies. &c. Per quatuor facies accipio
quatuor repręſentatiua imaginis, quæ ſunt tres potentiæ, & ipſa eſ
A ſentia animæ. ¶ In quibus repręſentatur trinitas perſonarum, &
vnitas eſſentiæ, vt ſic ipſa eſſentia animæ ſit quarta facies. Nec ta
men propter hoc ponemus quaternitatem in diuinis. Hæ facies de
bent eſſe decoratæ nobilibus habitibus & actibus perfectis, qui acci
pi poſſunt ſecundum quatuor proprietates faciei corporalis. Facies
enim corporalis eſt apta ad impreſſionem: non patitur velationem:
habet pulchritudinem & delectationem: dat perſonarum diſcretio
nem. Declara. Secundum hęc quatuor accipio quatuor quibus qua
tuor partes imaginis prędictę nobilitantur & perficiuntur. Primum
eſt diuinę meditationis fortis impreſſio, quod accipitur a prima pro
prietate faciei, & perficit memoriam. Secundum eſt diuinorum ſe
cretoꝝ reuelatio, qđ accipiꝉ a ſecu͂da proprietate, & perficit intellige͂
tiam. Tertium eſt diuini amoris interna delectatio: hoc accipitur a
tertia proprietate faciei, & perficit voluntatem. Quartum eſt ſingu

laris prerogatiue dotatio:quod accipitur a quarta proprietate,& reſpicit eſſentiam ſiue ipſam mentem. De primo dicit Bernardus in libro Meditationum.Repreſentemus imaginem dei in nobis in appetitu pacis.in intuitu veritatis,in amore charitatis.Teneamus eũ in memoria:portemus in conſcientia:preſentem vbiq; veneremur. Sicut nullum momentum eſt,quo homo non fruatur bonitate dei & miſericordia:ſic nullum debet eſſe momentum, quo homo eum non habeat preſentem in memoria. Itaq; cogita de deo, quicquid melius potes: de te,quicquid deterius.Om̃e tempus in quo de deo non cogitas,hoc te computa perdidiſſe.Vaca ergo vbicunq; fueris eſto tuus:noli te rebus tradere,ſed commodare:quocunq; loco conſiſtis,aliquid ſalutare in anima verſa.Et Hugo in de Laude charitatis.dicit ſic. Ad te me conuerto dulcis amor Ieſu,in quo totum bonum anime mee dependet.In quocunq; tu es dulcis amor, ſemper cogitat quando mundum exeat:quando veram pacem inueniat:ſi quando ambulet,ſi quando ſedeat,ſi quãdo quieſcat,ſi quãdo quid agat,vel quicquid in corde geratur,tu a memoria non recedis.Si qñ taceat,de te cogitat:ſi quando loquitur,de te loqui deſiderat:omnibus credit dulce quod de te ſapit.&c.Talis fuit ſponſa,cum dicebat Cantic.iij.Tenui eum,nec dimittam.Sic & Iacob,cum luctaretur cũ angelo dicente.Dimitte me,aurora eſt.Reſpondit.Non dimittã te niſi benedixeris mihi.Moraliza.¶Secunde faciei,ſcilicet intelligentie perfectio eſt reuelatio ſecretorũ dei.Hanc perfectionem habuit ille virgineus vir Ioannes.Vidi(inquit)agnum in medio throni ſtantem tanq̃ occiſum.Hæc autem perfectio non datur niſi ſolitarijs,& a ſtrepitu mundano ſemotis.Vnde dixit dominus Prophetæ,Ozee ſecundo.Ducam te in ſolitudinẽ,& ibi loquar tecum.Propter quod Ioannes habuit reuelationes,cum eſſet in Pathmos inſula,& Paulus raptus eſt cum eſſet non videns. Sciendum autem, q̧ reuelationem quandoq; precedit meditatio,quandoq; non.Præuenit quidem meditatio,quando anima deuota de diuino adiutorio præſumens inueſtigando veritatis ſtudio vehementer inſiſtit:& tunc nonnunq̃ fit,q̧ & illa quæ ex propria induſtria non ſufficit,inter orationum ſuſpiria ex diuina reuelatione cognoſcit.Exemplum de regina Auſtri,que venit audire ſapientiam Salomonis.de qua dicitur.iij.Reg.x.Videns autem regina Sabba omnem ſapientiam Salomonis &c.& ſubditur.Non habebat vltra ſpiritum.Primo quæſiuit,& poſtea pluſq̃ audierat vidit:& tandẽ p̃ admirationis magnitudine ad ſpiritus ſui defectum venit.Hoc ergo ordine ꝓceſſit.Primũ querit & audit,poſtea videt & intelligit,tãdem obſtupeſcit & deficit Primum eſt meditationis.ſecundum eſt contẽplationis.terti ũ extа

ſti. Et ſic patet, quomodo meditatio præuenit contemplationem, ſiue reuelationem. Propter illud tamen quod dicitur: Non habebat vltra ſpiritum. Sciendum ſecundum Richar. v. de Contem. cap. xiij. Spiritum non habere/eſt ex multa admiratione mēte excedere, & a ſemetipſo ſpiritum alienatum eſſe. Item ſpiritum ſine ſpiritu eſſe, ē ſemetipſum extra ſemetipſum/ & ſupra ſeipſum totum effundere: & quæ ſub ipſo/vel in ipſo ſunt, omnino interim ignorare, & in illud diuinitatis arcanum totum intrare. Spiritum autem i ſpiritu eſſe/eſt ſemetipſum intra ſemetipſum totum colligere, & ea quę circa carnē ſeu etiam in carne geruntur/penitus ignorare, & illis ſolis intereſſe per memoriam vel intellectum/quæ in ſpiritu/vel circa ſpiritum agi

C tantur. ¶ Quandoq; vero reuelatio fit abſq; meditatione præuia. Exemplum in Petro, qui dormiens in carcere duabus catenis vinctus, & ab angelo viſitatur/& extra portā ferream ducitur. Duę catenæ ſunt irritamenta voluptatum exteriora & interiora. Nam voluptas ſurgit in nobis modo a foris in carne, modo ab intus in mente: quia modo ſordida titillatione caro inflammatur, modo vero fœda cogitatione animus ſordidatur. His catenis anima irretita/quaſi carcerales tenebras incurrit, quas declinare etiam ſi velit non valet. Huic animæ angelus tunc mittitur, quando ex diuinæ inſpiratiōis gratia, & reuelationis luce/ab oppreſſionis ſuę pondere releuatur: & ſic anima ſequendo angelum diuinum. ſ. inſtinctum / ducitur extra portam ferream: per quam intelligitur humanæ intelligentiæ dura neceſſitas, ꝙ porta noſtrę cognitionis ſic obſeratur quibuſdam impoſſibilitatis noſtræ repagulis, vt nullo modo extra eam exire poſſimus/niſi angelo duce. Adapta ſingula. Patet ergo ꝙ diuina reuelatio, quandoq; meditationis noſtræ ſtudia præuenit, torpentemq; animum excitat, & ſub ſemetipſo delectum etiam ſupra ſemetipſum

D leuat. ¶ Tertiæ faciei, ſcilicet voluntatis perfectio, eſt interna mentis delectatio/quam habet ex diuinæ dulcedinis deguſtatione, quæ ſumitur a tertia proprietate faciei corporalis, ꝙ non eſt pars iocundior/& viſui delectabilior in toto corpore humano ipſa facie tam obiectiue q̄ ſubiectiue. Vnde ſumma delectatio animæ eſt in viſione dei faciali. Quam delectationem expertus fuit Iacob cum dicebat. Geneſis. xxxij. Vidi dominum facie ad faciem. Non enim ſufficit animæ amanti videre faciē amati, niſi & videat facie. Circa hmōi autem ſpiritualem delectationem quam habet anima amoroſa ex diuinæ dulcedinis deguſtatione, tria ſunt videnda. Primū, ex quibus talis delectatio cauſetur. Ad quod dicendum, ꝙ ex operibus electis. Vnde gloſſa ſuper illud Canticoꝝ. octauo. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens? exponit, delitijs, id eſt operi-

bus electis,& ponit ibi cauſam pro effectu. Opera eñi electa cauſãt delitias. Electa autem opera ſunt ex virtutibus & donis elicita: qualia dicuntur beatitudines. Secundo videndũ qualiter huiuſmodi delectatio ad contemplationem/vel reuelationem ſe habeat: an ſit pcedens ipſam/vel ſubſequens? Et dicendum q contemplatio præcedit delectationem: & ſequitur ipſam: imo ſimul cum contemplatione eſt delectatio: ſed aliter & aliter. Præcedit quidem: quia ſemper delectatio eſt conſequens appræhenſionem: propter quod vt quis hanc delectationem habeat in deo: neceſſe eſt præcedere aliquam apprehenſionem de deo. Quæ quidem appræhenſio dicitur contemplatio: & quanto hæc contẽplatio fuerit lympidior: & ſupra humanam mentem eleuatior: tanto delectatio conſequens eſt maior. Sequitur etiam ipſam: quia ſecundum Richar. ij. de contemplatiõe capi. xiiij. Vehemens immenſaq; lętitia dum ſupra humanum modum excreſcit, hominem ſupra hominem attollit, & ſupra humana ſubleuatum in ſublimibus ſuſpendit. Exemplum de animalibus/ quæ in ſuis luſibus ſolent ſaltus quoſdam dare, & ſua corpora quãtõcunq; in aera ſuſpendere. Similiter etiam & piſces dum in aquis ludunt: ſuper aquas exiliunt: & naturalis habitationis ſuæ termios excedunt, dum ſeipſos/vel ad modicum ſuper aquas ſuſpendunt. Sic anima ſancta dum interno quodam tripudij ſui applauſu a ſemetipſa excutitur: dum ſupra ſemetipſam ire mẽtis alienatione vrgetur: naturæ poſſibilitatis terminos ſupgreſſa videtur. Vnde Pſal. Montes exultauerunt vt arietes: & colles ſicut agni ouium.. Expone hic. Itaq; ſaltus ſiue aſcenſus contemplationis conſequens delectationem mentis multo perfectior/& altior eſt q̃ contemplatio prę cedens: quia in hoc aſcenſu præ nimia iocũditatis magnitudine anima quaſi tota delitijs affluens ſupra ſemetipſam mentis alienatione tranſit: vbi conuenienter additur. Innixa ſuper dilectũ. Sicut eñi ſaltans baculo innititur: ſic anima dilecto. Eſt nihilominus ſimul cũ contẽplatione delectatio: tã rõne ipſius actus cõtẽplationis, qui ſecũdum ſe animæ delectabilis eſt, q̃ ratione obiecti, ſcilicet dei quod delectabiliſſimum eſt: dato etiam q imperfecte cognoſcatur. Quia secũdũ Philoſophũ. ij. Meta. ſi modicũ attingamus cognitionem diuinarum ſubſtantiarum, tamen propter honorabilitatem earum cognoſcendi delectabilius aliquid habent, q̃ apud nos omnia. Exemplum in viſione corporali quæ ſecundũ ſe delectabilis eſt, puta ipſũ videre, & etiam ex eo q quis videt obiectum delectabile. Igitur, qa ex omni parte contemplationi coniuncta eſt delectatio, vt viſum ẽ. Vnde dicit Gregorius ſuper Ezechielem: q vita contemplatiua amabilis valde dulcedo eſt: quæ ſupra ſemetipſam animam rapit

cœleſtia aperit: ſpiritualia mentis oculis patefacit. Vnde & bene dicit Pſal. Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Guſtate inquam quantum ad delectationem: & videte quantum ad contemplationem. Hãc delectationem expertus fuit Dauid, cum dicebat. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Et bene magna: quia vt dicit Bernardus. Neſcio an anima, vel ipſam gehennam ad tempus experiri horribilius, pœnaliuſue ducat, q̃ poſt ſpiritualis ſtudij huius guſtatam ſemel ſuauitatem exire, denuo ad illecebras, vel potius ad moleſtias carnis. Et ſubdit. Ab hoc bono, ſcilicet internæ delectationis, ſi quis auertere illam ſanctam animam conaretur: puto haud ſecus accepiſſet, q̃ ſi de paradiſo ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari ſe. ¶ Tertio videndum qualiter huiuſmodi delitioſa mentis iocunditas excitetur. Dicendum q̄ anima ſãcta, ſi eam ſibi vltra ſolitum ſubtrahi ſentit: ad eam reparandam debet proprijs meditationibus impenſa ſibi beneficia ante recordationis ſuæ oculos reuocare: & ex huiuſmodi recordatione ſeipſam ad profundam & deuotam gratiarum actionem inſtigare: & dum ſic intima cordis affectio plena deuotione reſoluitur: tunc mens dilatatur: & ad ſuſcipiendum diuinæ dulcedinis influentiam diſponitur, & aperitur. In cuius figuram Helizeus Propheta, cum ſpiritum prophetiæ ſe ſentiret non habere, fęcit ſibi adducere pſaltem: quo pſallente ſtatim ſpiritum propheticum hauſit, & prophetare cœpit. Et certe naturaliter dulcis harmonia ſolet cor exhilarare & ei gaudia ſua ad memoriam reuocare. Quid autem eſt pſaltem adducere: niſi prouida meditatiõe ex diuinorum beneficiorum, vel promiſſorum recordatione cordis deuotionem excitare: & exultationem internam reparare? Pſaltem autem tunc pſallere facimus: quando ex magno cordis tripudio in diuina præconia iubilamus: & in gratiarum actiones aſſurgentes ex intimis viſceribus diuinas laudes cum magno cordis clamore roboramus. Exemplum in illa excellentiſſima pſaltrice Maria: quæ cum gratiarum actione in maximo cordis tripudio pſalliſſet: Magnificat anima mea dominum. & ſtatim adiunxit. Et exultauit ſpiritus meus. &c. Sic pſallere ſpopondit egregius Pſal. cum dicebat. In pſalterio decachordo pſallã tibi. Pſalterium enĩ quo in gratiarum actione deo laudes pſallimus: decẽ chordas habere debet: per quas intelligo decem genera beneficiorum dei: de quibus ſibi gratias nos referre debemus. Primum eſt beneficium creationis. Secundum regenerationis, ſcilicet in baptiſmo: puta, quia creatus tempore gratiæ, & q̄ inter Chriſtianos. Tertium dignificationis, q̄ ipſe nos in tantũ dignificare & nobilitare dignatus eſt: q̄ noſtram naturam aſſumpſit per ſuam Natiuita-

tem. Quartum reſtaurationis per paſſionem defectuum,quos per peccatum incurrimus. Quintum reſuſcitationis per ſuam mortem Sextum educationis/ꝙ inter tot pericula ſic paterne educauit. Septimum prȩſeruationis a peccatis quantū ad innocentes. Octauum remiſſionis peccatorum perpetratoꝝ quãtum ad conuerſos, Nonum ſingularis donationis in naturalibus,ꝙ.ſ.dedit tibi bonum ſenſum, memoriam,& intellectū. Decimū ſingularis donationis in gratuitis puta/quia non habes pronitatem peccãdi,ſed promptitudinem deuotionis. Tales virtutes/& talia dona diſcurre per ſingula. Has aũt chordas tangendo,iocunditas mentis vt dictum eſt/in nobis reparatur. Sic pſallebat Hugo de arra animæ, ſic dicens. Dulcedo animæ meæ,& lumen oculorum meorum,quid retribuam tibi pro omnibus quȩ retribuiſti mihi? vis vt diligam te? Tu dediſti mihi domine ſenſum vt te agnoſcam,vt prȩ cȩteris multis de ſecretis tuis reuelata intelligam/alios coætaneos meos in tenebris ignorantiæ dereliquiſti:& mihi præ illis lumen ſapientiȩ infudiſti. Tu dediſti mihi ſenſum capacem,intellectum facilem,memoriam tenacem, linguã diſertam,ſermonem gratum,doctrinam ſuaſibilem,efficaciam i ope, grãm in conſummatiōe,profectum in ſtudijs,effectum in inceptis, ſolamen in aduerſis,cautelam in proſperis. Et quocunq; vertebam me,vbiq; gratia,& miſericordia tua prȩceſſit me. Et ſȩpe cum mihi .ſ.ꝯſumptus videbar,ſubito liberaſti:quando errabam,eduxiſti me qñ contriſtabar,conſolatus es me:qñ deſperabã,confortatus es me: qñ ignorabam,docuiſti me:qñ peccabam,corripuiſti me: qñ cecidi, erexiſti me:quando ſteti,tenuiſti me:quando iui,reduxiſti me:quãdo,veni,ſuſcepiſti me. Hæc omnia feciſti mihi domine deus,& multa alia,de quibus mihi dulce erat cogitare,ſemper loqui,ſemper gratias agere,vt te laudem & amem. Et ſubdit. Certe mihi videtur/cū eius miſerationes circa me attendo,ꝙ ſi phas eſt dicere, quodammodo nihil aliud agat deus,niſi vt meæ ſaluti prouideat: & ita totū ad cuſtodiam meam occupatum video, quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli vacare velit:ſemper præſentem ſe exhibet: ſemper paratum ſe offert:quocunq; verto me,non me deſerit:vbicunq; fuero/ nō recedit:quicquid egero/pariter aſſiſtit. Hȩc Hugo. ¶ Quarto viſedendum,qualiter cognoſcatur/ſi reuelatio & ſpiritualis delectatio ſit mera a deo. Et dicendum,ꝙ per tria ſigna. Primum ſi poſt ſentit ſe gnis dep. in amore terrenorum plus tepeſcere & minus incentiuum peccandi. Exemplum in Iacob,qui poſt reuelationem ſibi factam:de qua latio, & ēt dixit: Vidi dominū facie ad faciem. claudicauit pede vno,ſcilicet affectionis temporaliū. Quia ſecundū Grego. conualeſcente amore dei ſpūalis eſſe neceſſe eſt vt debilitet amor ſeculi. Et ideo poſt cognitionem ſuaui a deo. F Tribus ſiheditrenedelectatio

tatis dei vnus in nobis ſolus pes remanet,& alius claudicat. Omnis
em̃ qui vno pede impeditur innititur illi, quē ſanũ habet. Adapta.
Secundum ſignum eſt, ſi in tali reuelatione nil diuino amori repu-
gnans percipiat: vel quod fidei ſynceritati,& vitę puritati non con-
cordet. Exemplum de fratre Eber: qui inter ſuas reuelationes plu-
ra habuit: per quæ ad nimiam pręſumptionem ſuę ſanctitatis dedu
ctus fuit: quia dictum fuit ſibi, ꝙ ipſe eſſet ſpeculum eccleſię, & prę
mium beatę Virginis. &c. talia. Tertium eſt ſignum, ſi mẽs ſpiritua
libus delectationibus impletur, abſq; admixtione cuiuſlibet mœro
ris. Mali em̃ ſpiritus in ſuis apparitionibus ſemper aliquid terroris
& mœroris admiſcent, Secus de bonis. Et hæc tria ſigna notantur
in verbo ſupra allegato. Can. viij. Quæ eſt iſta quæ aſcendit. &c. vſq;
dilectum ſuũ. Illa em̃ aĩa veris delitijs ſpiritualibus affluit, quando
aſcendit de deſerto. Deſertum in anima eſt: quando habet ꝓnitatẽ
ad malum,& difficultatẽ ad bonũ. Et a tali deſerto aſcẽdere reſpicit
primũ ſignũ. Innixũ aũt eſſe ſuper dilectũ: ita. ſ. ꝙ i illa cõtẽplatione
nihil fuerit admixtũ, quod poſſit eẽ dilecto cõtrariũ: ſed aĩa tota quã
tũ ad illũ actũ innitaꝛ dilecto: hoc reſpicit ſecũdũ ſignũ. Qꝫ vero ſit
delitijs affluens abſq; commixtione: hoc reſpicit tertium ſignum.

¶ Quinto videndum eſt, qui ſint comites ſeu effectus huius dele-
G ctationis ſpiritualis ſeu internę dulcedinis: & ſunt quinq; quos tan-
git Hugo in de Arra animæ in fine. Exhilaraꝛ (inqͭ) cõſciẽtia: i obli-
uionẽ venit oĩm ꝑteritorũ dolorũ miſeria: exultat animus: clareſcit i
tellectus: cor deſiderio iocundatur. Hæc quinq; tanguntur, Canti.
vj. Veni in ortum meum, meſſui myrrhã. &c. Adapta. ¶ Quarta fi-
H des attenditur penes quartam proprietatem faciei naturalis, quę. ſ.
eſt cuiuſlibet hominis ſingularis diſtinctio ſeu diſcretio. Et per hãc
proprietatem intelligo ſingularis gratię priuilegiũ: vnicuiq; ſancto
animali: ſecũdum perfectionem euangelij viuenti collatum. Per hoc
ſũt nobilitaꝛ & decoratur eſſentia aĩę: in qua imago exiſtit: ex qua
vnaquęq; anima diſtinguiꝛ ab alia. Circa huius ſingularis gratię pri-
uilegium tria ſunt videnda. Primo an hõ poſſit in ſe cognoſcere qđ
ſit illud priuilegium,& per quid. Secũdo qualiter quiſq; ſiue cogno
ſcat, ſiue non ſe tenere debeat ad huiuſmodi grãæ priuilegium. Ter-
tio videndum de priuilegijs virginum ſpecialiter. Quantum ad pri
mũ ſciendũ, ꝙ gratiarũ vel donorũ dei: q̃dã ſunt cõmunia, puta quę
omnibus iuſtis data ſunt, vt fides, charitas. &c. ſine quibꝰ nemo ſal-
uaꝛ. Quędam ſunt ſpecialia quę non omnibus. ſ. quibuſdã pluribus
data ſunt: vt virginitas,& ſimilia. Et ꝙ virginitas ſpeciale donũ dei
ſit, patet per Aug. xij. Confeſ. Quędã vero ſũt ſingularia puta ea q̃
vnicuiq; propria impertita ſunt, Apoſtolus. j. Cor. xij. Diuiſiones

gratiarũ ſunt,idem autem ſpiritus.Et hęc in quibuſdam ſunt mani
feſta:vt Abraę datum eſt priuilegium fidei:Dauid manſuetudinis:
Iob patientiæ,Salomoni ſapientiæ,Petro priuilegium principatus
Apoſtolorum,Paulo doctoratus gentium,& zelus legis, Ioãni pri
uilegium amoris.In quibuſdam autem latet hoc priuilegium ne fa
ciliter cognoſcitur.Cognoſcitur autem per actus q eliciuntur ab ho
mine virtuoſo.Difficile enim eſt in nobis eſſe nobiles habit⁹, & nos
latere.vt dicit Philo.Ex habitu enim generatur actus. Vnde homo
bonus per exercitium actuum virtuoſorum perpendere poteſt, ꝙ
gratiam hanc habet ſingularem.Nam & ſi quilibet iuſtus in quoli
bet actu cuiuſlibet virtutis ſe exercet,cum virtutes ſint cõnexę:qli
bet tamen in aliquo priuilegio eſt ſingularis. Vñ eccľia de quolibet
cõfeſſore cantat.Nõ ẽ inuentus ſiľis illi.Quid aũt fuerit illud ſingu
lare donũ cuiuſlibet ſancti nõ eſt nobis notũ de quibuſdã.Sed poſſu
mus dicere:ꝙ iſtarũ virginum quęlibet habuit priuilegium.Vrſula
habuit priuilegium virgineę ſocialitatis. Licet eñ ſancta Katarina
in quibuſdã alijs eam excellat:& quædã alię virgines.In hoc tñ ipa
eſt ſingularis:quia nunq̃ aliqua virgo tãto conatu cœtũ virgineum
attraxit ſicut ipſa.Sic etiam hodie quędã ſũt virgines: quidã prõpti
ad contemplandum:quidã i aliqua opera actiuę vitę ꝑcipue faciles.
❡Secundo videndum qualiter quiſq; ſe tenere debeat ad iſtud ſin I
gulare priuilegiũ,ſiue cognoſcat,ſiue nõ:& quid de ſe quilibet exi
ſtimare debet:quantum ad iſtud ſingulare priuilegium.Ad qđ dicẽ
dum,ꝙ homo pro eo habere debet,ac ſi omne donũ dei ſit ſibi ſin
gulare,nõ quidẽ ex inuidia vel pręſumptione ſui. Non eñ faciliter
debet homo ęſtimare aliquod bonum ſibi ſingulare:quia ex hoc le
uiter incideret i ꝑſũptionẽ & ꝓpriã cõplacẽtiã. Exẽplũ de Antonio
ęſtimante ſe primũ ęremitã.Sed hoc debet a deo recognoſcere grai
titudine muneris diuini,Canti.ij.Dilectus meus mihi, & ego illi.
Sic fecit Hugo,qui dicit de Arra animę.Certe(inquit)mihi videtur
cum eius miſerationes circa me attendo:qđ(ſi phas eſt dicere)nihil
aliud agat deus,niſi vt meę ſaluti ꝓuideat.Sed dices:ergo mihi de
bet videri falſum:quia manifeſte video oppoſitum:video enim ꝙ
alijs intendit etiam & prouidet:dicendum ꝙ hæc inſtantia ſimilis
eſt illi quã anima fecit Hugoni de Arra animę:quæ vnice deum dili
gens,cupiebat vnice ab eo diligi.Sed hæc inſtantia eſt noſtri munda
ni amoris,qui non patitur ſocium. amor aũt dei nõ eſt talis:qui id
circo non eſt minor ad ſingulos:quod partitus & diuiſus quodãmo
do videatur in cunctos.Vnde reſpondit Hugo.Nũquid ideo te mi
nus diligit:quia quędã dona ſua tecũ ſimul omnibus conceſſit. Nũ
quid feliciorem te feciſſet:ſi tibi ſoli mũdum dediſſet.&c. Erſtat te

Amor dei nõ eſt minor ad ſingulos: ꝙ cõicat⁹ ſit oibus.

ſponſio in hoc:ꝙ quia omnia tibi ſunt in obſequium:omnia tibi ſin
gulariter data credas:quæ in vſum tibi ſeruientibus ſunt data. Sed
anima hac reſponſione nõ reputat ſibi ſatiſfactũ:quia priuilegium
ſingularis amoris exinde nõ conſtituitur. Nam eadem ratio eſt,de
quolibet alio homine:& fortificat inſtantiam:ſubdens ꝙ in hac ſo
cietate non eam ſolam lędit,amiſſa gloria ſingularitatis: ſed & vili
tas participationis,quia multi mali.Reſpondit Hugo,oſtendens ꝙ
non ſimiliter omnia a deo amantur,quæ participant in vſũ tẽpora
lium:& q̃uo mali & boni ſeruiunt tibi.Et tunc ſubdit, reſpondẽdo di
recte ad mentem primę inſtantię.Sp̃ualis(inquit)amor,tunc melior
cuiq; fit ſingularis:quando oĩbus cõmunis eius fructus vnus, & idẽ
totus in ſingulis reperitur.&c.Quæ ibi ſequũtur. Et quia deus quã
libet animã ſic ſingulariter diligit:ideo dicit de qualibet illud Canti.
vj.Vna eſt columba mea/perfecta mea. Et hæc etiam ſingularitas
priuilegij diuini amoris ad animam figuratur in Aſſuero : qui virgi
nes de omni regno ſuo congregari fecit:vt ex eis vnica eligeretur.
Hanc vnicam quęlibet anima reputat ſe eſſe. Et ſi ſola vna anima
K eſſet ſaluanda:reputat ſe eſſe illam.¶Tertio videndũ quæ ſint ſin
gularia priuilegia virginũ.Et ſunt tria.Primum eſt totius hoĩs ad
deum collectio.Vnde dicit Augu.xij.Confeſ.Per continẽtiã colligi
mur,& redigimur in vnum a quo omnes defluxim⁹.Et ex hoc ẽ,ꝙ
virgines ſũme aſpernantur vitia:quod apparet ex earũ verecundia.
Secũdũ eſt interior cordis lętitia.Pſal. Dilexiſti iuſtitiam,& odiſti ini
quitatem:ꝓpterea vnxit te deus.&c.Declara q̃uo virgines diligunt
iuſtitiam originalem:& q̃uo per lętitiã mentis ad modũ olei oĩbus
rebus mundanis ſupernatãt.Et hoc propter cognitionem angelicã.
Tertium eſt ſecretorum dei reuelatio.Pſal.Propter veritatẽ & man
ſuetudinem & iuſtitiã & deducet te,mirabiliter dextera tua. Dedu
cet inquam cœleſtia reuelanda.Sic deductus fuit beatus Ioãnes euã
geliſta:qui ſuxit de pectore dñi ſecreta cœleſtia in Apoca.multas re
uelationes prę alijs Apoſtolis habuit:ſic etiã beata Vrſula a deo me
ruit de futuris ſuis ſucceſſibus edoceri.

¶Subſer.ij.Ad idem:&
in numero. CLXVII.

QVatuor pennę vni.Tertio perfectio euangelica conſiſtit
in mentis a terrenis affectibus totali abſtractione:qd inui
tur per hoc ꝙ animalia fuerunt pẽnata.Circa qd duo ſũt
A videnda.¶Primũ quę ſint pennę ſanctorũ animalium.
Secundum qualiter & quo eis ſit volandum. Quãtum ad primum
ſciendum,ꝙ de pẽnis iſtorum animalium/Propheta dicit tria.Fue

ſunt enim quatuor. Quatuor inquit pennę vni Item ꝙ fuerunt extentę deſuper. Item ꝙ duę pennę iungebantur, & duæ tegebāt corpora eorum. Per quatuor igitur pennas ſecundum Grego. intelligū tur quatuor virtutes, quibus vnūquodq; ſanctum pennatum anial a terrenis actibus eleuatur, & in ſublimibus ſuſpēditur, ſcilicet amor & ſpes: timor & pnīa. Hę pennę deſuper extenduntur: quia ſup eas ſancta animalia extolluntur. Duæ autem earum iunguntur, ſcilicet amor & ſpes, quia hæ duæ virtutes ad idem obiectum tendunt, ſcilicet deum. Duæ autem alæ tegunt corpora: quia timor & pœnitentia tegunt peccata ab oculis diuinæ maieſtatis. Pſal. Beati quorum tecta ſunt peccata. quod fit per iſtas duas virtutes. Sed ſi diceres ꝙ hoc habet fieri per charitatem. quia dicitur. j. Pe. iiij. Charitas operit multitudinem peccatorum. Dicendum ꝙ timor filialis non excludit charitatem: imo includit. Q: autem primæ duæ virtutes conuenienter dicantur quædam alæ animæ patet ex propria ratione vtriuſq;. Amor enim naturaliter tendit in amatum: & quia amatus vel dilectus animæ eſt ſurſum: ideo &c. Vnde amator comparatur igni, cuius eſt ſurſum aſcendere. Spei etiam proprium obiectum eſt beatitudo æterna quę ſurſum eſt. Vnde dicit Apoſtolus, ꝙ ſpes tendit vſq; ad interiora velaminis. De alijs duabus virtutibus dubium eſt, quomodo conuenire poſſunt alæ animæ. Timor & pnīa tegūt peccata, ſed nō ſine charitate.

B ¶ Et primo dubitatur de timore, quia eius obiectum eſt malū poſſibile: mali autem conſideratio non eleuat animam, ſed magis deprimit. Vnde etiam timens habet animum depreſſum. Reſpondeo ſicut dictum eſt: timor filialis ſimul ſtat cum charitate: & differenter ſe habent ad amatum. Nam amor per ſe directe ducit in amatum. Timor autem ex ſui ratione deducit ab his quæ poſſunt hominem auertere ab amato. Vnde motus timoris eſt quædam fuga mali poſſibilis: quo homo auerteretur a bono amato. Motus autem amoris eſt quidam liber volatus in amatum. Vnde imaginari debemus: ꝙ ſi aliquis haberet oculos ante & retro: ſicut legitur de iſtis animalibꝰ ſanctis: & pomum amatum eſſet in alta arbore, & inferius eſſent beſtię, vel aliqua retrahentia ne liber aſcendere poſſes: anterioribꝰ oculis directe tēderes ad fructum: poſterioribus autem caueres tibi ab retrahentibus: vtriq; tamen oculi deſeruirent ad aſcenſum: licet aliter & aliter. Exemplū ſimile eſt. Neemię. iiij. Vna manu facite opꝰ: altera tenete gladiū.

C ¶ Itē dubitaſ de pnīa qūo poſſit dici ala animę: cum pœnitentia & rememoratio peccatorum facit hominem triſtē, & animū grauē: quod nō cōpetit animę volāti in contemplatione. Etiam pœnitentia eſt incipientium, non autem perfectorū, q p ani malia figurantur. Dicendum ꝙ quantuncunq; homo attigerit gra-

dum perfectionis:multum tamen ei valet rememoratio antiquorū peccatorum. Quod valde pulchre oſtendit Hugo de Arra aię capi. viij. Vbi poſtq̄ dignitatem & nobilitatem animæ ipſi anię cōmemoratus eſt:mox peccata ſua ei obijcit,dicens:Sed vide quid feciſti anima mea.&c.nota vſq; ad.xiiij.ca.vbi ſubdit in fine.O q̄ feliciter cecidi:quia poſt lapſum felicior ſurrexi.&c. Et hoc eſt quod dicit Apl's Roma. viij. Scimus quoniam diligentibus deum,omnia cooperant̄ in bonum.Gloſſa,etiam ipſa peccata. Has quatuor alas habuit illud ſanctiſſimum animal Paul'. Alā em̄ amoris,cum dixit Phil.j. Mihi viuere Chriſtus eſt:& mori lucrū. Alā ſpei,cum dixit Philip.iij. Nr̄a cōuerſatio in cœlis eſt. Alā timoris,cū dicit.j.Cori.ix.Caſtigo corp' meū.&c. Alā pniæ,cū dixit.j.Cori.xv. Ego ſum minimus Apoſtolorū.&c. ¶Secūdo videndū quo & qualiter volandū ſit adintus,& extra. Adintus quidem,ſcilicet ad interiora ſpūs,quod ē quoddā deſertū. Vn̄ Apocal.xiij. Date ſūt mulieri duę alę,vt volaret in deſertū. Adapta. Deſertū eſt aia extra quā oīs creatura ē excluſa:qa ſol' deꝰ eā ihabitat. Hoc tn̄ deſertū non eſt ſterile:ſed valde fructiferum. Vn̄ etiā dicitur ortus:ad quē ſponſus animā inuitat,Canti.v. Veni in ortum meum:meſſui myrrhā cōtritionis/& pniæ cū aromatibꝰ virtutum/& bonorū operū. Comedi fauum cū melle meo. Fauū inquam internę dulcedinis:q̄ in vita iſta non comeditur i totali ſua puritate. Ideo guſtatur hic in melle:quod permixtum ē fauo. Bibi vinū ſpūalis lętitię,cū lacte puritatis & munditię. hęc omnia ꝓpināt aiæ i illo orto q eſt ſponſi:cū ipſe eū plantauerit,& irriget. Sed cū ſācta aia tāto feruore internę iocūditatis ęſtuat:oportet eā volare extra ſe:nec em̄ ſemper permittitur permanere intra ſe. Eſt autem triplex egreſſus quo anima volat extra ſe:aut quia volat īfra ſe,aut prope ſe, aut ſupra ſe. Per primum egreſſum a deo elongamur. Per ſecundum & tertium deo appropinquamur. De primo,exemplum de filio prodigo:ſic anima ſancta non egreditur:quia ſic egredi non eſt volare:ſed cadere:ſcilicet in peccatum. De ſecundo egreſſu dicitur de iſtis ſanctis animalibus. Ibant & reuertebantur,ſcilicet de contemplatione ad actionem,& econuerſo: & hoc eſt egredi & ingredi. De tertio, exemplum de Petro,de quo legitur. Petrus ad ſe reuerſus:ſi eſt reuerſus ad ſe:ergo fuerat extra ſe:quia fuerat raptus ſupra ſe. Et iſto tertio egreſſu volat anima ad contemplanda diuina ſecreta. Exemplum de Abraam qui in feruore meridiei ſedit in oſtio tabernaculi,& ecce tres viri quibus occurrit.&c. Moraliza. pro vt Richard. de contem.libro.v.capitu.viij. Hunc volatum nobis concedat.&c.

¶Ser.ij. Ad idem:&
in numero. CLXVIII.

SEquere me,Mat.xj.Sequela Chriſti attenditur du
pliciter ſecundum duas naturas in Chriſto/ſcilicet di
uinitatem & humanitatem.❡Secundum diuinitatẽ A
in tribus,in quibus etiam ipſum verbum æternum
ſequitur patrem i cõſubſtantialitate,in imaginis veri
tate,in operatiua poteſtate.Dicimus enim de verbo ꝙ eſt cõſubſtã
tiale patri,& ꝙ eſt imago patris,& tertio ꝙ eſt virtus operatiua pa
tris:quę tria comprehendit Apoſtolus Hebrę.j.di. Cũ ſit ſplendor
glorię,quantum ad primum.Et figura ſubſtantię eius:quantũ ad ſe
cundũ:portanſq; omnia verbo virtutis ſuę,quantũ ad tertiũ.Primũ
patet.Nam ſicut ſplendor lucem ſic verbum ſequit̃ patrem.Splen
dor autẽ ſic ſequitur lucem ꝙ ab ea nõ diuiditur:ſed ſemper manet
in ipſa luce.Vnde non eſt reperire lucẽ ſine ſplendore:nec ſplendorẽ
ſine luce.Sic verbũ emanat a patre,ita ꝙ cõſubſtãtialiter manet i ipo
nec tamẽ eſt pſonaliter pater nec ecõuerſo.Sicut lux nõ eſt ſplẽdor
nec ecõuerſo:habent eñ ſe ſicut gignens & genitũ.Secundum patet
Nam verbũ interius conceptum eſt quędã ratio & ſimilitudo rei in
tellectę:quæ quidem ſimilitudo habet rationẽ imaginis,ſi cõparat̃
ad id cuius eſt ſimilitudo ſicut ad principiũ.Et qa deus pater intelli
gendo ſeipſum pducit verbũ:ipſum eſt imago patris.vñ qa hoc ſibi
cõpetit ex modo ſuę emanationis cũ verbũ ſit expreſſa ſimilitudo
dicentis.Hinc eſt ꝙ ſpiritusſanct⁹ non dicitur imago patris & filij li
cet ſit ibi ſimilitudo eſſentialis.Tertium patet.Nam operatio ſequi
tur ſubſtantiam,& quia verbum eſt ars patris ſecundũ Aug cũ i ipo
ſint rõnes oĩm factibiliũ,Ioã.j.Oĩa per ipſum facta ſunt.ideo dicitur
manus & brachium patris.❡Viſo quõ verbum ſequitur patrem,vi
dendum eſt quõ mens rõnalis ſequit̃ verbũ ſcdm diuinitatẽ. Q d q B
dem fit qdammodo ſcdm ſimilitudinẽ eiſdẽ modis quib⁹ verbũ ſe
quit̃ patrẽ.Hoc enim menti fuit indiciũ ab ęterno in emanatiõe ver
bi:in quo & ipſa mens ſcdm eſſe ſuũ ideale pceſſit.Eſt eñ ad pſens
duplex eſſe creaturę.ſ.eſſe ideale in verbo:& eſſe pprium in re extra
Sequit̃ aũt mens rationalis verbũ ęternũ ſcdm illd eſſe ideale quod
ęternaliter habuit in verbo eiſdem cõditionibus quibus verbũ ſeq
tur patrẽ in reali ſubſtãtialitate:in formali rẽpſentabilitate,& in exẽ
plari cooperoſitate.Primũ ſi patet.Nã ſi mẽs ſcdm eſſe ideale ęterna
liter in deo exiſtẽs nõ eſſet idẽ cũ deo reali cõſubſtãtialitate:tũc neceſ
ſario oporteret ꝙ eẽt accidens ipſi:qd nõ põt ſtare cũ diuina ſimpli
citate,qa ſcdm Aug.Quicquid ẽ in deo de⁹ ẽ.Et hoc pprĩũ ẽ deoꝝ
eſt qcqd habet.Eſt ergo realiter idẽ qd de⁹:licet ſcdm eſſe creatum
ſit realiter aliud.Inde eſt ꝙ ſcdm eandem ideam practicam conſer
uatur in eſſe:alias tenderet in nihilum.ſecundum Auguſtinũ.Vnde

adaptari poteſt illud Prouerb.viij. Domin⁹ poſſedit me in initio viarum ſuarum. Poſſedit inquã reali conſubſtatialitate. Secundum patet. Nam ſicut verbum eſt imago patris: ſic & illud eſſe quod vlteri⁹ eſt forma exemplaris creaturę. Vnde ſequitur ibidem. Necdũ erãt abyſſi & ego iam concepta eram: concepta inquã vt imago vel idea in verbo. Tertium patet. Nam ſecundum illud eſſe deus operatur quicquid operatur, imo quodãmodo illud eẽ deo cooperat̃. Et hoc eſt quod dicit Anſel. Creatura in deo eſt creatrix eſſentia. vnde ſubditur ibidẽ. Quando p̃parabat coelos aderã &c. cum eo cuncta com

C ponens. ¶ Similiter eiſdem modis ſecundum quandã ſimilitudinẽ mens rationalis in ꝓprio eſſe ſuę naturę. ſ. vel potius in eſſe gratuito conſtituta: ſequitur verbũ/videlicet in diuinę naturæ cõformitate, in imaginis proprietate, in operatiõis poteſtate. Primũ patet. Nã ꝑ effectũ gratię trahit̃ mens ad diuinę naturę cõformitatem & conformitatis vnitatem: ꝑ qua vnitate vel vnione Chriſtus patri ſupplicabat, Ioan. xvij. Pater rogo ꝓ eis quos dediſti mihi, vt ſicut tu i me & ego in te: ita & ipſi in nobis vnũ ſint. Cui⁹ expõnem habes i opere Ior. ij. diſt. de tractatu de filiatione diuina, ſermone. iij. Huiuſmodi autem vnio attenditur non ſcd̃m vnitatem eſſentialis identitatis ſed ſecundũ vnitatẽ formalis aſſimliationis q̃ fit ꝑ lumen gratię, qđ eſt quędam ſimilitudo deiformis diuinę naturę. vnde inprimit animę quandam deiformitatem & quãdam deiformalẽ aſſimilationẽ ad naturam diuinam. Sicut aer accipit ſimilitudinem formalem claritatis ad ipſum Solẽ, ex eo ꝙ illuminatur lumine Solis: & ſicut ferrum ignitum ꝑticipat naturam ignis, ſic hic. Et hoc fit ex illapſu diuinę eſſentię, in aia. ex quo aĩa quodãmõ deificat̃ ſcd̃m Dam̃. Et ſi hoc fit virtute luminis gr̃ę hic in via: multo ꝑampli⁹ & ꝑfectius virtute luminis glorię in patria. Secundũ patet. Tũc em̃ mẽs & imago creata conformat̃ imagini increatę: qđ cõ ueniẽter fit qñ imago nr̃a ſe cõuertit ꝑ cõtemplationẽ in imaginẽ increatam. vñ pri⁹ effluebat tũc ꝑ influxũ diuini luminis decoratur. iuxta illud p̃s. Ex Sion ſpẽs decoris eius: ac ꝑ hoc in imaginem eius increatam quodãmõ transformatur, vñ Apl's. Nos reuelata facie gloriã dei ſpeculãtes in ean-

ij. Cor. iij dẽ imaginẽ trãſformamur a claritate in claritatẽ. Et talẽ imaginẽ ſic decoratã & trãſformatã delectabiliter inſpicere ſpõſa appetit. Canti. ij. Oñ de mihi faciẽ tuã &c. p̃s. Et concupiſcit rex decorẽ tuũ. Tertiũ patet. Talis em̃ mẽs aſſequitur diuinę virtutis vnitatẽ & ꝑfectã operationis ei⁹ poteſtatẽ. Quia ſcd̃m Anſel. in deo erit oĩpotẽs ꝓ quanto voluntas eſt ꝯformis diuinę volũtati. Vñ ip̃a operat̃ quicqd de⁹ operatur.

D ¶ Viſo qũo quis ſequit̃ Chriſtũ ſecundũ eius diuinitatẽ: nunc videndũ eſt qualiter debeam⁹ ipm ſequi ſcd̃m ei⁹ humanitatẽ. Et hoc

Sequẽd⁹

tribꝰ. In voluntaria pauptate, in pfundiſſima humilitate, in paſſionum toleranda & pœnarum acerbitate. Qualiter Chriſtꝰ in his tribus præceſſerit in tota vita ſua a principio natiuitatis ſuæ patet. Et nos ipſum per eaſdem vias ſequi debemus: ſi ad originalem puritatem naturæ noſtræ redire velimus. Ad quod hortatur nos dñs. Thre.iij. Recordare paupertatis meę, quātum ad primū: & trāſgreſſionis meę id eſt pfundiſſimę humilitatis meæ qua oēm gradū humilitatis tranſgreſſus ſum, quantū ad ſcdm. & abſynthij & fellis, quātum ad tertium. Et ſequitur i perſona iuſti. Memoria memor ero & tabeſcet i me aia mea. Memorādo em̄ & ſequēdo in effectu Chriſti veſtigia: in prędictis tabeſcit & deficit aïa nr̄a: quantū ad vitā naturę corruptę, & renouatur quantū ad vitam originalis iuſtitię, quod fit p ſequelā Chriſti in prędictis tribus. Nā ita p iſta tria reducimur ad conformitatem originalis rectitudinis naturę humanę: ſicut per prima tria reducebamur ad conformitatem naturę diuinæ. Ad hoc em̄ deus factus eſt homo, vt homines deos faceret, quantum ad primum proceſſum. vt naturā humanā corruptā recuperaret, quātum ad ſecundū pceſſum. In illo quidem ſtatu innocētię erāt tria bona. Nā ibi erat relegatio pprietatiſ totalis: ſubiectio ſēſualitatis. & poſſeſſio impaſſibilitatis. Primum patet, quia ibi erant oïno coïa & adhuc iure diuino & naturali ſic eſſe deberet, quia vt dicit Aug. ſup Ioan. Iure diuino domini eſt terra & plenitudo eiꝰ: pauperes & diuites do minus de vno limo fecit & pauperes & diuites vna terra ſupportat Iure ergo humano dicit: Hęc villa mea eſt, hæc domus mea eſt, hic ſeruus meus eſt. Iura aūt humana imperatorū ſunt. Tolle ius imperatoris & quis audet dicere. Hęc villa mea eſt: hęc Aug. Sicut igitur iure naturę omnia ſunt cōmunia omnibus, ita qꝫ nō ſolū hoc incepit in illis de quibus legit. Multitudinis credentiū erat cor vnū &c. ſed & hoc fuit inſtitutū lege naturę in paradiſo. Vñ quidā etiā philoſophi ipſiꝰ naturę corruptę hoc ſenſerunt. Vnde apud Platorē illa ciuitas iuſtiſſime ordinata tradit: in qua quiſqꝫ neſcit effectꝰ pprios & hæc habent. viij. diſt. in Decretis. Scdm patet. Ibi em̄ erat pfecta humilitas vbi ſenſualitas perfecte ſubijciebat rationi. & omnes creaturę homini & homo deo. Tertiū patet. Fuit em̄ hō ibi imortalis & impaſſibilis, quia poterat non mori, & nō pati pœnalitates .ſ. ſitim, eſuriem, frigus, eſtū, laborē, infirmitatē, morrē, &c. Et qm̄ homo recedens a deo p inobedientiam hęc tria bona perdiderat, Deꝰ venit ad hominē aſſumens hominem, vt homo eum ſequēdo pdita recuperaret. Qd fit per ſupradicta tria. Nam per pauptatē voluntariam homo accedit ad primū: quod eſt relegatio pprietatis. Per humilitatem accedit ad ſecundum, quod eſt ſubiectio ſenſualitatis: pro quan

Margin notes: Chriſtus i his pauptate, humilitate & patiētia. — Actuū.iiij

to per humilitatem ita homo quaſi in nihilum redigat ſeipſum: vt ſe totū ſcd̄m omnes vires ſubſternat deo. Per tolerantiam paſſionum accedit ad tertium/ſcilicet ad impaſſibilitatem. Nam tales mē-tes ex ardore diuini amoris quaſi non ſentiunt paſſiones eis illatas ac per hoc quaſi redduntur impaſſibiles, imo pati eſt eis conſolatio & gaudium. Actu.v. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu &c.

ℭSermo.III ad idem. Et in numero CLXIX.

SEquere me, Matthæi.ix. Verbum iſtud dupliciter exponi poteſt. Vno modo naturaliter. Alio modo moraliter.

A ℭPrimo modo exponendo ſciendum ꝙ deus omnem creaturam creando ipſi dicit & indicit, conſulit & pręcipit hoc ipſo ꝙ creat, ſequi & ordinari, reflecti & recurrere in deum tanq̄ in primam cauſam totius ſui eſſe ſecundum illud Eccleſiaſt.j. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Hinc eſt ꝙ creatura ip̄m deum amat naturaliter plꝰ etiam q̄ ſeipſam. Hinc eſt ꝙ damnati vniuerſaliter appetunt eſſe quod immediate habent a deo & per cō-ſequens deum ſicut docet Auguſtinus ſpecialiter de libero arbitrio. libro tertio. Ad huc autem bonum omnia appetunt, primo Ethicorum. Deus autem eſt bonum omnis boni, vt ait Auguſtinus libro octauo de Trinitate. Pręterea principium & finis idem bonum & finis idem. Sicut igitur omne creatum ſequitur & inſequitur finem ſuum: ſic & principium ſuum. Secundo modo verbum pręmiſſum exponendo moraliter pro noſtra inſtructione: in his verbis. Sequere me duo tanguntur. Primo inducitur nobis ſequendi actus cum dicitur, Sequere. Secundo tangitur ſequēdi finis vel obiectum, cum additur, Me.

B ℭCirca primum ſciendum ꝙ aliqui deum ſequuntur vt ſunt perfecti: alij vero vadunt iuxta deum lateraliter vt ſunt imperfecti: quidam vero pręcurrunt deum & hi ſunt mali. Tales quidem in actibꝰ nunq̄ ſibi proponunt, non curant, nec cogitant quid bonum vel malum ſit, deo placitum vel nō placitum. Hoc enim totum poſt tergum proijciunt ſicut vetula oua vel poma corrupta ſed ſolum cogitant qualiter honorem vel diuitias aſſequentur. Iſti ſunt aduerſarij dei ſicut ipſe diabolus aduerſarius dei eſt. vnde dictum ē Petro. Vade poſt me Sathana. Matthæi decimoſexto. poſt me ait non ante me. Sed ſunt alij qui vadunt a latere & iſti ſunt iam non mali: imperfecti tamen, verbi gratia. Aliquis ſuſtinens cōtumelias, paupertatem ac infirmitatem corporalē nollet carere hoc triplici pœnoſo: niſi deus vellet & deo placeret: mallet tamen deū velle ꝙ ipſe eſſet ſanus q̄ infirmus. Iſti non ſequunt̄ deum ſed volunt deū ducere potius q̄ ab eo duci. vellet enī deū velle q̄d ipſe vult. Tales currūt

Nō perfecti ſequūtur Chriſtū, impſecti vadūt a latere. ſed mali p̄currūt & pręcedunt.

pari paſſu & a latere cum deo:volunt quidem qđ de' vult:mallent
tamen ꝙ deus vellet qđ ipſi volunt. Tales non aduertunt ꝙ deus
non habet patrem. Vnde cum ipſo non debet quis currere de pari
et a latere. Inferiora enim naturaliter debēt duci ꝑ ſuperiora,nõ ecõ
uerſo. Mare ſequitur in ſuo fluxu & refluxu motũ lunę in cœlo tam
nocturnum q̄ diurnum:nõ econuerſo & ſic de alijs. ¶Sũt alij tertio C
qui deum non ꝑcurrũt,vt vitioſi:nec ipm̄ comitanť, vt imperfecti
ſed ipm̄ ſequunť,de quib' Matthęi.iiij.diciť. Relictis retibus & pře
ſecuti ſunt eum. Et hoc eſt qđ diciť. Sequere me. Iſti ſũt q nihil poſt
tergum vel extra vel a latere hincinde circũſtantes ſed ſolũ deũ an-
te ſe & ſupra ſe reſpiciunt. Vnde Aug.iiij.li.confeſſ.ſic ait. Optim'
miniſter tuus eſt dñe:qui non magis intuetur hoc a te audire qđ ipſe
voluerit,ſed poti' velle qđ a te audierit. De iſtis Apocaľ.xiiij. Sequũ
tur agnũ quocunq; ierit. Matth.viij. Sequar te quocunq; ieris. Certe
multi ſunt qui ſequuntur Chriſtũ ſi pręcedat & ducat ad ſanitatem
proſperitatem,diuitias vel delicias:ſi vero ꝑcedat & ducat i dolores
in pœnalitates & ſimilia dicũt. Durus eſt hic ſermo,qs ꝑt eũ audire
& abeunt retro, Ioan.vj. Debem' tñ eſſe multũ ſecuri, ex quo agn'
dei deus ipſe nos pręcedit. Ro.viij. Si deus pro nobis,quis cõtra nos.
Et.j.Pet.iij. Quis eſt qui nobis noceat ſi boni ęmulatores fuerim'
vbi ly boni accipitur in ſingulari & ex ꝑte appoſiti potius q̄ ex parte
ſuppoſiti. Si enim ipſum bonũ in ſe obiectiue ęmulamur & ſeqmur
ęquale nobis eſt ꝑ oĩa ſeq quocũq; ierit. Sin autẽ iam non ſequimur
nec ęmulamur ipſum bonũ in ſe & ꝑpter ſe:ſed aliqd adiũctũ illi no
bis vtile aut delectabile, Ioan.vj. Quęritis me,quia ex panib' meis
manducaſtis & ſaturati eſtis. tales non ſequunť deũ ſed aliqd datũ
a deo,non ęmulanť bonũ,ſed hoc aut hoc bonũ vtile aut delectabi-
le. Sed mirabile eſt qũo iſtis ſufficit munus,quib' nõ ſufficit ipſe de'
vt ait Auguſti. Sufficientia noſtra ex deo eſt. Demẽtia eſt amare ſan
ctos & honorare & nõ amare ſanctitatẽ ꝑpter quã amanť ſancti, vt
ait Chryſo.ſup Mat.xiij. Primus gradus pietatis eſt ſanctitatem di-
ligere,deinde ſanctos. Sic primus gradus eſt ęmulari bonum,ſecun-
dus hoc bonum aut hoc:tamen non ametur hoc niſi quia bonum.
¶Secundo tangitur finis vel obiectum ſequendi in eo ꝙ addiť,me. D
Vbi ly me ſubſtantiã merã ſine oĩ accidẽte nudã ſignificat. Ex quo
habetur documentũ:ꝙ in ſequendo deũ nihil extraneũ:nihil acceſ-
ſorium tꝑale intendere debemus:ſed nude ſolum deum q̄ramus,vt
ipm̄ eff cacıter apprehẽdam',ꝑpter qđ non dicit quamlibet creatu
ram:ſed ꝑciſe ait,me.ſ.tanq̄ ſolum finẽ & obiectũ ſeqlę tuę. ¶Circa Sequẽd'
qđ ſciendum ꝙ volẽtes deũ ſequi & apprehẽdere dñt eũ ſeq & app̄ eſt Chriſt'
hẽdere ſine mora cõtinuo. Item ſeq dñt de ꝑpinquo. Itẽ tertio dñt ſine mora

de ppin› ipſū ſequi oīa relinquendo. De prio dicit̃ Mat.iiij.de Apoſtolis.Cō quo & oīa tinuo relictis retibus ſecuti ſunt eū. Nota habens pedē in igne nō cō relinquen ſulit:quin ſtatim extrahit. Sic incarceratus non conſulit carcerarium do. ſuum de exitu ſuo:ſed cum poteſt continuo fugit. Sic de volente ſequi Chriſtum veritatem & ſalutem. Auguſti.confeſſ.li.viij. quaſi in fine ſic ait. Statim quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo iactabā voces miſerabiles q̃ diu cras:quare non mō:quare non hac hora finis turpitudinis meę? Et prius in eodē lib. ſic ait. Mō ecce mō,ſine paululū,ſine mō,& mod' non habebat modū,paululū in longum ibat hoc contra ꝓcraſtinantes. Vn̄ & ipſe Aug.ad huc in eodē libro ait. Deo ſeruire ſtatui,& hoc ex hac hora in hoc loco aggredior te:ſi pigет imitari noli aduerſari. Notādū ꝙ quāto agēs eſt forti' & quāto ſuperi' tanto mouet citi' & ſine mora veloci'. Exemplum eſt in orbibus cœli:qui quāto ſuperiores tanto mouent̃ velocius motu primi orbis: tardius vero motib' ſuis ꝓprijs. Sic mare veloci' tanq̄ dulci' mouet̃ ſurſum motum a luna:q̃ fluat deorſum motu ꝓprio grauiter. Deus igit̃ cum ſit ſup̄mū in omnibus:hō motus a deo ſequi debet continuo ſine mora. Eccl̃.j. Nō tardes conuerti ad dn̄m. Eſt & alia ratio quare ſequentes dn̄m poſſint & debeant ſequi cōtinuo ſine mora velociter quia ſequimur ip̄m ſola volūtate. Mat.xvj. Qui vult venire poſt me. Vult ait,quia volendo deū ſeqmur. Et hoc eſt qđ dicit Aug.cōfeſſ.li.iiij. Non ſolū ire:verū & ꝑuenire ad deū,nihil erat aliud q̃ velle ire:ſed velle fortiter & integre:& nō ſolū ſemiſancius,& infra. Ibi facultas ea quę voluntas & ipſum velle iam facere. Et in eodem libro. Amicus dei ſi voluero ecce nunc fio. Et de Trinitate libro.ix. Auguſti. Qui nouit pfecte quā amat iuſtitiam iuſtus eſt,etiam ſi nulla exiſtit forinſec' p mēbra corporis operādi neceſſitas. Amare eñi & velle iuſtum fieri eſt iuſtum fieri,ibi volūtas facultas,ibi cōceptio parturitio,ibi flos fruct'. Eccl̃.xxiiij. Flores mei fruct'. Sola ratio tarditatis & difficultatis & laboris:quia non ſequimur deū ſolū ſed alia & alia cum ipſo & ipſum propter nos adulteramur verbū dei cōtra Apoſto.ij.Cor.v. Mercenarij ſum',mercatores ſum'. Ioan.v.dicit̃ ꝙ Chriſt' eiecit de tēplo vendētes & nūmularios dicēs. Auferte iſta hinc.nolite facere domū patris mei domū negociationis. Hoc de primo.ſ.quomodo debem' ſequi deum ſine mora continuo. ¶ Secūdo debem' ſeq nō a longe ſed de ꝓpinquo.

E De Petro eñi de quo ſcriptum eſt Mat.xviij.ꝙ ter negauit dominū poſtea dicitur. Petrus aūt ſequebatur eum a longe. & in p̄s. dicitur. Longe a peccatoribus ſalus. Nos igitur ſequamur dominū nō a longe. Non enim longe ab vnoquoq; noſtrum eſt. Actu.xvij.ſed ꝓpe. p̄s. Prope es tu dn̄e. Eſa.lj. Prope eſt iuſtus meus. & ibidē.lvj. Pacē

hiſq ꝓpe. ¶Tertioſequendꝰ eſt deꝰ omniarelinquẽdo.Mat.xix.
Reliquimus omnia & ſecutiſumus te.Et Luc.v.Et relictis omnibꝰ
ſurgẽs ſecutꝰ eſt eũ.Ratio videt̃ quadruplex quare oportet relinq̃-
re omnia ſequendo dominum.Primo quia deus non eſt quid ex oi
bus nec inter omnia.Secundo quia ipſe eſt ſuper oia. Tertio q̃a in
ipſo ſunt oia.Quarto quia deus eſt ſimplex & merũ eſſe.De primo
quia eſt principiũ & finis vniuerſi & non eſt aliquid vniuerſi vt oſtẽ
dit Tho.p.j.q.viij.ar.ij.Ratio eſt q̃a cauſa eſſẽtialis rei ſemper extra
ſpeciẽ & naturã cauſati:maxime aũt prima cauſa.ſ.deꝰ eſt principiũ
& finis oim.Apoca.j.& vlti.Igit̃ oportet relinquere oia volentẽ ſeq
deũ,quia ipſe non eſt nec habitat inter oia.Secũdo oportet relinque
re oia,quia deꝰ ſuper omnia.Aug.libro vij.cõfeſſi.ſic ait.Intraui &
vidi ſuper oculum animę meę:ſupra mẽtem meam:lucem dñi:aliud
valde ab iſtis omnibus ſupra mentem meã,quia fecit me qui nouit
ęternitatem nouit eam.Et hoc eſt,quod in Pſalmo dicit̃.Signatum
eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.Auguſtinꝰ ibidem.Hoc lu-
men eſt totum hominis & verum bonum.Vnde in Pſalmo alio dici
tur.Effudi ſuper me animam meam:ſecundum litteram Auguſti-
nus hoc exponens ibidẽ ait.Quęrens deũ meum in rebꝰ viſibilibꝰ
& non inueniens:quęrens eius ſubſtantiã in meipſo neq; hoc inue-
niens:ſuper animam meam eſſe ſentio deũ meum.ergo vt deũ tan
gerem effudi ſuper me animam meam.Quando anima continge-
ret,q̃d ſup animam meam quęritur:niſi anima mea ſupra ſeipſã ef-
funderetur?Si eñi in ſeipſa remaneret nihil aliud q̃ ſe videret,& cũ
ſe videret:non vtiq; deum videret:effudi ſuper me animam,& iam
non reſtat quid tangam niſi deum meum.Et ſup illo Pſalm̃.Vbi eſt
deus tuus:idem Auguſtinus ſic ait.Domus dei mei ſuper animam
meam:ibi habitat,inde me proſpicit,inde me creauit,ĩde me guber
nat,inde mihi conſulit,inde me excitat,inde me vocat,inde me diri
git,inde me ducit,inde me producit.verba ſunt omnia Auguſtini.
Eſto ibi & videbis:quęre ibi & inuenies.Hoc de ſecundo. ¶Ter- F
tio oportet relinquere omnia volentem ſequi deũ,quia in ipſo ſunt
omnia.Tob.decimo.Omnia in te vno habẽtes.Et Rom̃.vndecio.
Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia.vbi notandum eſt ꝙ vni
uerſaliter ſenſum oportet eſſe abſq; ſenſit iliomnium ad hoc q̃d re-
cipiat omne ſenſibile:ſicut intellectus nihil eſt eorũ q̃ intelligit(vt ait
philoſophꝰ)ad hoc vt intelligat omnia.ſic ergo volens ſequi deum
in quo ſunt omnia oportet ꝙ relinquat oia.Quarto oportet ſequen
tẽ deũ relinquere oia,quia deus eſt ſimplex & merum eſſe.Exo.iij.
Ego ſum qui ſum.Et Boetiꝰ de Trinitate,de ſubſtantia dei loquẽs
dicit.Eſſe ipſum eſt & ex quo eſſe eſt:ipſum vero eſſe nihil aliud p̃ter

ſe habet admixtum vt idem ait libro de hebdomadib⁹. Hoc eſt qđ Auguſt. dicit confeſſionum libro decimo. Ego per auaritiam meam non admittere te volui, ſed volui tecum poſſidere mendacium, itaq; amiſi te & non dignaris cum mendacio poſſideri. Mēdacium vocat omnia ſecundum illud, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Eccleſiaſt. primo. Omnia inquit. Et hoc eſt quod dicit hic. Reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Matthæi. xix. & Eſa. xxviij. dicitur i figura huius.. Pallium breue vtrunq; operire non poteſt, veritatem ſcilicet & mendacium, deum & creaturam, coanguſtatum eſt ſtratum neceſſe eſt vt alter decidat. ¶ Ad clarificationem pręmiſſorum vt pro

G Delectabile eſt ſequi Chriſtū & quare. Philip. ij.

niores ſimus ad ſequendum Chriſtum: conſiderandū q̄ leue & delectabile ſit ſequi deum. Et hoc propter ſex rationes. Prio qdē, quia deus ipſe eſt qui operatur. Ioan. xiiij. Pater in me manens facit opera: & operatur in nobis velle & perficere. Et Eſa. xxvj. Omnia opera noſtra operatus eſt in nobis. Et notandum ꝙ hic tanguntur duæ cauſæ, propter quas omne opus bonum ſit leue operanti illud, tum quia deus illud operatur, tum quia nobiſcum operatur: certe ſic eēt leue hoi ferre mille centenarios ferri vel plumbi & vini: ſi quis alius prępotens viribus & ſarcinam ipſam portaret. Rurſus ſi totum op⁹ & fructus operis inde cederet, ſi in agro aut vinea totum vinū & bladum cederet ſeruo operanti: multum labor ipſi alleuiaret. Vtrūq; aūt iſtorū tāgit Eſa. Oia opa noſtra operat⁹ es nobis. Et Ioā. xv. Fructum afferatis & fructus veſter maneat. Veſter inqt. i. vobis maneat Scdo facit opus leue mercedis magnitudo. ij. Cor. iiij. Id qđ in p̄ſenti momentaneū eſt & leue tribulationis nr̄ę: ſupra modū i ſublimitate ęternū glorię pondus operatur in nobis. Et Gen̄. xv. Merces tua magna nimis. Tertio qa opus bonum amare ex charitate fit, q autē amat nō laborat: & ſi laborat, laborem amat vt Aug. ait. Quarto qa vir iuſtus contēnit omnia per arma iuſtitię a dextris & a ſiniſtris. ij. Cor. vj. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora, Phil. iij. Igitur omnia cōtemnenti omnia ſunt ipſi pro nihilo, nihil autē relinquere nulli graue eſt. Quinto quia iuſto vt iuſtus iuſte agere viuere eſt, quinimo iuſtitia ſua vita eſt. ſuum viuere eſt ſuum eſſe inquātum iuſtus. Omne quod ē extra hoc: eſt amarum oneroſum & graue ē vt ſupra oſtēſum eſt: igitur opus iuſtitiæ leue eſt illi. Eſa. xxxij. Erit opus iuſtitiæ pax. Pax enim dulcis eſt & delectabilis eſt oib⁹, Heſter. xiij. Optata mortalibus pace fruentur. Pſalm̄. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Sexto quia omne quod propter deum relinquitur: copioſius, purius, & plenius redditur. Matthæi. xix. Omnis qui reliquerit & cętera. centuplum accipiat ſicut figuratū eſt Gen̄. xlij. Vbi fratribus Ioſeph repoſita eſt in ſaccis ſuis pecunia quā dederāt ſibi

mercãtes fruméta. Exẽplũ habemus in natura: vbi oẽs formę & accidẽtia diſponẽtia ad formã ſubſtãtialem adepta ipſa forma/abiecta nobiliora reddũt perfecta ꝑ imperfectis. Calor eñ cõſequẽs formã ignis longe perfectior eſt calore pręcedẽte & diſponẽte ad formam Item quia iubetur homo & debet relinquere oĩa corde. Deus eñ intuetur cor: ad Ro.xvj. Relinquere autẽ pecuniã corde: non debet eſſe graue cordi: quinimmo nemo eſt qui vellet pecuniã eſſe in corde ſuo. Pecunia ſiquidẽ ſi in corde eſſet: cor vtiq; moreretur. Vir ergo iuſtus quãto plura relinquit & minus habet: tanto ditior eſt,& plura habet & delectabilius habet. ij.Cor̃.vj. Nihil habẽtes & omnia poſſidẽtes. Vnde.j.Cor̃.iij.dicitur. Omnia noſtra ſunt, iuxta illud. Si exaltatus fuero a terra/terrena ſcilicet relinquẽdo: oĩa trahã ad meipſũ Ioan.xij. Sic eñ videmus in potẽtijs animę. Quãto eñ potentia eſt ſeparatior: tãto pluriũ eſt capacior: lęuius/citius/delectabilius operatur,& in obiectũ quo informatur eo nobilius ordinatur: in tantũ ꝙ intellectus nihil habẽs totũ ens ꝓ obiecto habet: habens idẽ eſſe cũ obiecto quod eſt ens. Ex pręmiſſis patet ꝙ cui graue eſt & oneroſũ opus bonũ & diuinũ: nõdũ habet deũ patrẽ in ſe operantẽ: nõdũ guſtauit quoniã ſuauis eſt dñs: nõdũ reliquit omnia: quia terrena ſapit Vnde Chryſo.ſuꝑ Matth.iij. Terrenis nõ delectatur qui fruitur cœleſtibus.& ſuꝑ Matth.xx.ſic ait. Vere nõ habet ſuper terrã qđ amet qui bonũ cœleſte in veritate guſtauerit. Et Aug. de vera religiõe ſic dicit. Quiſquis verbo dei paſcitur: nõ quęrit in iſto ęremo voluptatem: qui vno deo tm̃ ſubiectus eſt: nõ quęrit in terrena elatione iactãtiã: quiſquis ęterno ſpeculo incõmutabilis veritatis adhęſit: nõ pręcipitatur, vt temporalia & inferiora cognoſcat & cętera.

¶ Sermo Quartus. Ad idem. & numero. CLXX.

IN charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans. Hiere.xxxj. Verba poſſunt eſſe redẽptoris noſtri ipſius amatoris hominis, & ad glorioſũ apoſtolũ & euãgeliſtã Matthęũ quẽ miraculoſe ad ſe traxit: ex infinitę ſuę perpetuę charitatis & miſerationis eius (cuius nõ eſt numerus) bonitate: tamẽ ex ſola vnica vocatione eum ſurgere fecit,& ſequi ſe, oĩbus derelictis. In quibus verbis circa iſtiꝰ glorioſi apoſtoli cõuerſionem tria tãgũtur. Primo dei ęterna charitas mouẽs primordialiter. Secũdo interna vnitas vinciẽs actualiter. Tertio benigna paternitas attrahẽs finaliter. Primũ eñ motiuũ ſuę cõuerſionis fuit diffuſio ꝑpetuę charitatis. Vnde pręmittit̃: in charitate perpetua. Mediũ ſemper ꝓmotiuũ fuit vnio interna vel intima diuinitatis. Ideo additur, Dilexi te. Sed vltimũ cõpletiuũ fuit cõmu-

nio optima pietatis.ꝓpter quod ſubditur. Ideo attraxi te miſerans tui.

Trib⁹ modis de⁹ mouit. b. matthęū ad cōuerſionē.

A ¶Quātū ad primū eſt ſciendū: ꝙ dei ęterna charitas tribus modis fuit motiuū primordiale ſuę cōuerſionis. Mouebat enī cor eius fulgore: mouebat feruore: mouebat dulcore. Per primā motionē fugabat cęcitatē. Per ſecundā frigiditatē. Per tertiam vanitatem. Vnde de iſtis tribus Auguſti. x. confeſſionū. capi. xxviij. loquens ad eū de ſeipſo. Coruſcaſti & ſplenduiſti & fugaſti cęcitatem meam: flagraſti & induxiſti ſpiritū & anhelo tibi: guſtaui & eſurio & ſitio, tetigiſti me & exarſi in pacē meā. Primo ergo perpetua charitas mouet cor huius glorioſi apoſtoli fulgore fugādo cęcitatem. Charitas enim dei eſt ignis non comburens, ſed illuminans: non conſumens, ſed lucēs ſcdm Gregoriū in Homil. Pente. Et ideo ſuo fulgore primo a mente hominis fugat cęcitatem: vt veritatem incipiens cognoſcere declinet a via erroris. Et licet charitas dei ſic lucens haberet potius rationem & nomē veritatis: quia cū amor & charitas eſt ratio omnis diffuſionis dei ad extra ſcdm Dionyſium & Auguſtinum. Ideo talis illuminatio videtur congruentius attribui perpetuę charitati effectiue. Et ideo forte hoc ſignans ſpiritusſanctus, Cantic. iij. dicit ꝙ verus & ęternus ille Salomon reclinatorium aureum, & aſcenſum purpureū media charitate conſtrauit/in ferculo: quod fecit de lignis libani cuius colūnas fecit argenteas. Ferculum iſtud ſpiritualiter poteſt intelligi cor huius glorioſi apoſtoli: quo Chriſtus verus Salomō indeſinenter ferebatur: qđ fuit de lignis libani, id eſt candidationis quando fuit illuminatum fulgore veritatis charitate perpetua mouente: & tūc ſubſiſtentia eius iam nō erat tenebroſa, ſed in luce ſplēdida ſubſiſtere iam cœpit: ꝓpter quod habebat colūnas argēteas & ſplendidas: ad hoc tamen cor Chriſtus ſe ex motiuo charitatis reclinauit. Vnde reclinatorium habebat aureum media charitate cōſtratum: aſcenſum tamen in perfectione vlteriore purpureū fecit: quando ipſum glorioſum Apoſtolum in vltimata perfectione: per martyrium purpurei ſanguinis conſummauit. Sic ergo mouendo cor eius fulgore in charitate perpetua fugabat deus cęcitatem: quę cordi eius inerat ex ſplendore carnalium & temporalium rerum: quarum ſplendor excęcat. Et ideo ſplendore charitatis perpetuę extinguitur & ingens & nouus fulgor coruſcantis luminis accenditur. Et ideo charitas dei bene aſſimilatur fonti, de quo narrat Auguſtinus in libro de trinitate dei. In quo facule accenſę extinguuntur & extinctę accenduntur. Ita corda accēſa fulgore creaturarum in fonte diuinę charitatis extinguuntur: ſed quę extincta fuerunt de fulgore omnium creaturarum: ibidem ingenti lumine & coruſcante accenduntur.

B ¶Secundo perpetua charitas dei mouit cor huius ſan-

ctiſſimi Apoſtoli feruore fugando frigiditatem. Quia enim antea in corde ſuo ſuperabūdauit iniquitas: refrigruit omnino diuina charitas. Matth.xxiiij. Et ideo ad conuerſionem mouit ipſum ignis ille perpetuę charitatis. De quo dicit Auguſtinus primo libro de Moribus eccleſię contra Manicheos. Nihil tam durum atq; ferreum quod non amoris igne vincatur. Et de quo idem Auguſtinus.x.cōfeſſio.capitu.iij.dicit. O amor qui ſemper ardes & nunq̄ extingueris charitas deus meus accende me. Et tam efficaciter eum mouit hęc charitas perpetua ſuo feruore: cuius lampades ignis & flammarum vt poſtea multę aquę tribulationum non poterant extinguere charitatem. Canti.viij. Lampades ignis atq; flammarum: aquę multę, & cętera. & in hoc vera charitas dei comprobatur: quę extingui non poteſt per aquas tribulationum. Omnis autem amor alius, mollicie augmentatur & blandicijs: & aduerſitate & tribulationibus nō augmentatur, ſed faciliter extinguitur. Sed ecōuerſo, amor diuin⁹ mollicie carnali extinguitur: ſed aduerſitate & tribulationibus augmentatur. Vnde de apoſtolis dicitur, Actu.v. Ibant apoſtoli gaudentes &c. Et ideo feruor diuinę charitatis comparari poteſt calcis feruori & calori: quę aqua augmentatur & inardeſcit: oleo extinguitur: cum tamen econuerſo omnis alius calor, ignis, aqua extinguitur: & oleo nutriatur: vt dicit Auguſtinus libro de ciuitate dei. ¶ Tertio dei perpetua charitas mouit cor huius glorioſi apoſtoli & euangeliſtę: dulcore fugando vanitatem. Vnde Bernardus lib. de diligendo deum dicit. O iugum ſancti amoris. q̄ dulciter capis: glorioſe laqueas: ſuauiter premis: delectabiliter oneras. Nec mirum: quia ſecundum Richardum de Sancto Victore, Amor eſt dulcedo ſaporis intimi: & quanto ardentius amat: tanto ſuauius guſtat. Iſte glorioſus qui guſtauit dulcorem huius perpetuę charitatis: in charitate ꝑpetua motus ad ſequendum Chriſtum, bene potuit dicere ad omnes homines chriſtifideles illud verbum Pauli, ad Philippenſes ſecundo. Si qua ergo conſolatio in Chriſto: ſi quod ſolatium charitatis: ſi qua ſocietas ſpiritus: ſi quę viſcera miſerationis: implete gaudium meum vt idem ſapiatis eandem charitatem habentes. Et quomodo. Certe potuit ſubdere huius rationem: per illud Canticorum ſecundo. Sub vmbra illius: quam deſiderabam ſedi: & fructus illius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Vtiq; in cella vinaria propinando mihi dulcorem charitatis. Vnde Auguſtinus decimotertio confeſſionum. Verus amor nō ſentit amaritudines: ſed dulcedinem, quia ſoror amoris dulcedo. Sic ergo deus in perpetua charitate hunc glorioſum Apoſtolum ad

C

conuerſionē mouit fulgore & feruore & dulcore: & iſti ſunt funiculi. Iſta autē ſunt vincula quibus ad ſe trahit fideles lōge exiſtentes a ſe in regione diſſimilitudinis: de quibus poteſt intelligi illud Ozee.xj.

D In funiculis Adā trahā eos & vinculis charitatis. ¶Sed hic oritur dubiū. Si deus eſt eſſentialiter charitas. Porro deus charitas eſt.j.Io an.iiij. Et ſi deus eſt in omnibus rebus per eſſentiā & potētiā & prę ſentiā, ſic dicit Gregorius ſup Canti. Qꝛ deus cōmuni modo eſt in omnibus rebus potētia, pręſentia & ſubſtantia: quare deus (qui vult oēs homines ſaluos fieri ſcdm Apoſtolū.j.ad Timo.ij. immo oia diligit quę ſunt, vt dicitur, Sapiē.xj.) non afficit oēs hoies ęqualiter fulgore: feruore: & dulcore huius perpetuę charitatis. Solutio hui⁹ poteſt dari & aſſignari ratio: quia licet de⁹ aliquib⁹ velit maius bonum ex parte tamen volūtatis diuinæ quæ in amore ſuo nec remittitur, ęqualiter deus omnes hoies diligit: ſed ex parte hominū eſt defect⁹. qui nō ſunt oēs ęqualiter eius dilectionis capaces: quia licet ipſe omnibus hoibus per perpetuā dilectionē inſit. Vñ Dionyſus & Damaſcenus vocāt eū frequēter hominis vel hominū amatorē: tamē non oēs hoies ſunt in hac dilectione: quia ſibi finē aliū pręſtiterunt: ꝑ quē extra hāc dilectionē exciderūt. Vnde Auguſtinus dicit decimo confeſſionū.capi.xxxviij. Sero te amaui: pulchritudo tā antiqua: tā noua. Sero te amaui: & ecce intus eras & ego foris: & ibi te quęrebā: & in iſta formoſa quę feciſti deformis irruebā: mecū eras: & tecum non erā: ea me tenebāt lōge a te: quę ſi in te nō eſſent omnino nō eſſent. Ideoq; nō oēs ęqualiter eius ꝑpetua charitate afficiūtur: quia aliqui ſunt extra hāc charitatē: licet ipſe per charitatē in eis ſit. Vel poteſt dici & eſt idē: ꝙ oēs homies non ſunt ęqualiter eius charitatis capaces, & huius ſimile videtur in naturalibus. Conſtat enim quod Sol lumine ſuo ęqualiter eſt pręſens omnibus naturalibus vel ſaltē multis: & tamen nō omnia quibus ęqualiter eſt pręſens participāt ęqualiter eius fulgorem: eius feruorem: & eius vigorem. Fulgor enim Solis plus lucet in corporibus terſis & politis: vt in auro & argento, & huiuſmodi q̄ in alijs. Feruor Solis plus calet in vallibus q̄ in montibus. Cum tamen Sol propinquior ſit montibus. Vigor etiam Solis plus calet in animatis q̄ in inanimatis. Sic ergo eſt dicendum ꝙ beatus Matthęus ſtatim, vt attractus fuit, perpetua charitate Chriſti totus fulgore: totus exardeſcere: totus ſitire & deſiderare cœpit in eā. Et ideo bene potuit dicere illud Ioan.iiij. In hoc eſt charitas, nō quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.

Defectus & culpa ē hoim: ꝙ nō ęqualiter a deo illuſtrētur & accēdātur.

Nota.

¶Subſermo Primus: Ad idem. & in numero. CLXXI.

Dilexi te vbi ſupra. In hoc verbo notatur interna dei vnitas vinciens actualiter: quia dicit, dilexi te. ¶Quod enim deus diligit nos ſpecialiter hoc intime vnit nobis deum, & vnit nos deo: immo ligat & vincit nos cum deo. Dilexit enim Chriſtus hunc dilectiſſimum Apoſtolum dulciter ipſum ſibi vniendo & copulando. Sapienter ipſum a peccatis preteritis iuſtificando: & fortiter ipſum a peccatis futuris preſeruando. Primo ergo dilexit eum dominus dulciter ipſum ſibi copulando. Vnde Dionyſius quarto de diuinis nominibus. Et diuinum & humanum amorem quandam vnitiuam virtutem eſſe dicit. Et Auguſtinus dicit in libro de Vtilitate credendi. Quid eſt amor niſi quedam vita duo aliqua copulans vel copulare appetens: ſcilicet amantem & quod amatur. Et ideo congrue poteſt de eo dici illud verbum .ij. Reg. xxij. Vocauit nomen eius amabilem domino: eo quod dominus diligeret eum. Dulciter ergo eum diligendo ſibi copulans vocauit amabilem domino: eo quod diligeret eum dominus. Secundo dilexit eum ſapienter ipſum de peccatis preteritis iuſtificando. Hoc nempe fuit ſapienter amare quod in amando culpam eius aboleuit: non veniens vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam, Matthei .ix. & Luce .v. ¶Secundo hic oritur dubitatio. Si in charitate perpetua dilexit eum: & ſi in hoc apparuit charitas dei, quoniam ipſe prior dilexit nos .j. Ioan. iiij. Immo cum adhuc peccator eſſet dilexit eum: ſecundum illud Ro. v. Cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus pro nobis mortuus eſt Chriſtus. Quomodo recte dici poteſt quod Chriſtus ſapienter dilexit eum: cum tamen peccator nullatenus ab eo ſit diligendus ſapienter. Eſt & alia dubitatio circa hoc. Si Chriſtus non venit vocare iuſtos ſed peccatores: & pro peccatoribus mortuus eſt vtrum magis diligat peccatores pœnitentes vel iuſtos maxime innocentes: cum dicitur Luce .xv. Quod gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente quam ſuper nonaginta iuſtis qui non indigent pœnitentia. Ad primam ergo dubitationem poteſt dici quod Chriſtus eum dilexit valde ſapienter: licet diligeret eum cum adhuc eſſet peccator: quia non dilexit eum ad hoc, vt peccator maneret ſed vt iuſtus fieret. Non enim dilexit eum inquantum peccator: ſed inquantum futurus iuſtus. Vel poteſt dici quod ſemper dilexit eum inquantum iuſtus & bonus: quia licet eſſet peccator ſecundum tempus: erat tamen iuſtus ſecundum eternam Chriſti prouidentiam. Vnde ſignanter dicit Apoſtolus. Cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus non autem ſecundum eternam dei prouidentiam qui predeſtinauit nos iuſtos: in charitate ergo perpetua amauit beatum Mattheum, vt iuſtum ſecundum eternam prouidentiam. Ad ſecundam dubitationem dici poteſt quod pœnitentes & innocentes ſe habent, ſicut excedentia & exceſſa. Nam ſiue ſint pœnitentes ſiue innocentes: iſti ſunt Chriſto dilectiores qui magis habent de gratia Gratia tamen equali exiſtente in innocentia dignior eſt & magis Chri-

A

B

Quare dicatur de⁹ pl⁹ gaudere de pœnitente q̄ de innocēte.

ſto dilecta. Dicitur tñ deus plus gaudere de pœnitēte q̄ de innocēte duplici ratione. Primo plerūq; pœnitentes multo humiliores & ferūētiores & capaciores gratię reſurgūt q̄ fuerūt innocētes. Vñ Gregorius dicit ibidē: q͞ dux in prelio militē plus diligit qui poſt fugam cōuerſus fortiter hoſtē premit q̄ eū qui nunq̄ fugit: nec vnq̄ fortiter fecit. Vel alia ratione: quia ęquale donū gratię plus eſt cōparatū pœnitēti qui meruit pœnā. Sicut centū marcas maius donū eſt cōparatiue ſi dētur pauperi, q̄ ſi dētur regi. Dicendū eſt ergo: q͞ Chriſt⁹ eū valde ſapiēter dilexit quē diligēdo a peccatis iuſtificauit: quē diligēdo, vt iuſtū vel vt pœnitētē: odio tamē habuit vt peccantē. Vñ ſapiēter diligens bene potuit dicere Malachię.j. Dilexi Iacob, Eſau autē odio habui. Iacob interpretatur ſupplātās vel ſupplātator: & ſignificare poteſt ſpiritū cōtritū & pœnitentē: vitia ſupplātantem. Eſau interpretatur vanus vel fruſtra: & ſignificat carnē cū vanitate mundi: vitia perpetrātē: vel ſpiritū, vitia carnaliter diligentē: Iacob ergo dilexit dñs, ſpiritū ſcilicet vitia ſupplantātē. Sed Eſau odio habuit vitia perpetrātē: quia in maliuolā animā nō introibit ſapiētia: quia deus eſt amās ſapiēter: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sapientię.j.

C ❡Tertio dilexit eū dñs fortiter: ipſum a peccatis futuris pręſeruādo: vñ potuit dicere illud quod dicit Bernard⁹ de ſeipſo. Quādo ignorabā me inſtruxit: quādo errabā me reduxit: quando peccabā me correxit: quādo ſteti me tenuit: quādo cecidi me erexit: quando iui me duxit: quādo veni ad eū me ſuſcepit: ꝑ omnibus his quid rependā nō habeo: niſi tñ vt diligam. Nō em̄ (inquit) melius & decentius pro dilectione rependi poteſt: q̄ quod per dilectionem datū eſt. Et ideo bene poterat ſibi dominus dicere ſic fortiter diligens eū illud Canticorum octauo. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio, ſcilicet qua te dilexi. Vt ſignaculum ſuper cor tuum: ne vnq̄ erres in cordis cogitatione: vt ſignaculū ſuper brachium tuum: ne vnq̄ pecces operatione: ſigillatus ſignaculo in corde & in opere, & totus dilectioni meę fortiter conſignatus, & configuratus & impreſſus: quę fortis eſt vt mors. Vnde Gregorius Homilia vndecima. Fortis eſt vt mors dilectio. Quia ſicut mors corpus interimit: ſic ab amore rerum temporalium ęternę vitę charitas occidit. Nam quem perfecte abſorbuerit: ad terrena deſideria foris inſenſibilem reddit. Et quia ſic fortiter eum dominus dilexit a peccatis futuris pręſeruādo: poteſt de eo exponi illud ſecundo Paralipomenon nono. Diligit deus Iſrael id eſt Matthęum per ſpeculationem videntem: & vult ſeruare eum in ęternum.

¶Subſermo Secundus. Ad idem. & numero. CLXXII.

IDeo attraxi te miſerans vt ſupra. In hoc verbo circa conuerſionem huius glorioſi Apoſtoli Matthęi notatur paterna dei benignitas attrahens eum finaliter cū dominus ſubdit. Ideo attraxi te miſerans. ¶Tria A
autem ſunt quę naturaliter attrahūt ſcilicet calidum vacuum: & tractus a tota ſpecie: & omnem iſtum triplicem modum tractus circa conuerſionem iſtius glorioſi Apoſtoli inuenimus. Ex calore quidem traxit eum diuina charitas & magnificentia. Ex vacuo diuina bonitas & prouidētia. Ex tota ſpecie diuina pietas & miſericordia. Primo ergo eum traxit diuina charitas & magnificentia quaſi trahens a calido. Sicut enim videri poteſt ſenſibiliter: calor habet naturaliter virtutem trahendi aliqua ſupra ſuam naturam, ſcilicet extra locum proprium, vt calor Solis attrahit vapores ex terra vltra ſuam naturam. Et ſi quis poſuerit in aliquo vaſe vitrio candelam, & os illius vaſis applicauerit aquę: & ita tamen ꝙ ſit obturatū ex calore in ipſa ſuprema parte vaſis videbit attrahi aquam & aſcēdere vſq; ad ſummitatem vitri. Ita recte attrahit calor charitatis & magnificentię: cuius egreſſio a ſummo cœlo & occurſus eius vſq; ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Calor ergo diuinę charitatis compellit quodammodo diuinam liberalitatem & magnificentiam, vt homines ad ſe trahat: non propter aliquam ſui vtilitatem: ſed ſolum propter ſuam magnificentiam & liberalitatē: dūmodo aliquo modo dirigant ad eum corda ſua: iuxta illud quod dicitur Iob. xxxiiij. Si direxerit ad eum cor ſuum: ſpiritum eius & flatum ad ſe trahet. ¶Secundo eum traxit vel attraxit diuina bonitas B
& prouidentia: inquantum eum attraxit ad ea ad quę erat ęternaliter prędeſtinatus. Et iſtius cauſa fuit bonitas & ęquitas diuina & ꝓuidentia. Aequitas quidem inquātum datur vnicuiq; rerum: quod ſibi competit ſecundum ſuam naturam ad ęternam prouidentiam commenſuratam: vel iuxta proportionem vel commenſurationem quam ſua natura habet ad ęternam prouidentiam. Et hic erat tractus quaſi ex vacuo: ſic ne vacuum in aliquo loco fiat: vt quādo per fiſtulam incuruatam educitur liquor de aliquo vaſe: ſequitur totus ille liquor aſcendēdo contra eius naturam: ne vacuum fiat in fiſtula incuruata: vñ expulſus eſt aer per primū liquorē: ſic diuina ęquitas & iuſtitia rationabiliter attrahit omnia quę eius ęterna ꝓuidētia diſpoſuit: ne aliquod vacuū vanū & fruſtra cōtingat in eius ęterna ꝓuidentia remanere. De hoc dicit Chriſtus, Ioannis ſexto. Omne quod

Triplr trahit deus pctōrem: ſcdm triplicē modū tract9 rerū creatarum.

dedit mihi pater ſcd̃m ęternam prouidentiã/ad me veniet:& infra.
Nemo poteſt ad me venire niſi pater me⁹ qui miſit me traxerit eũ
C ſcilicet ſcd̃m ęternã prouidentiã. ¶ Tertio attraxit eũ diuina pietas
Nota de & cleme͂tia ſeu miſericordia inquãtũ traxit eũ ad ſe expelle͂do ab ip-
tractu mi ſo omne͂ defectũ & miſeriã. Hoc em̃ ꝓprie attribuitur miſericordię.
ſericordię Et hic fuit tractus a tota ſpecie ſicut magnes vel adamas trahit fer-
dei. rũ. Sicut em̃ magneti vel adamãti ex tota ꝓprietate ſpeciei & natu-
rę ſuę cõpetit trahere ferrũ: ſic miſericordię diuinę attrahere homi-
ne͂. Et ſicut iſte eſt ex tota ſpecie in adamãte vel in magnete: ſic tra-
ctus iſte ex tota ſpecie in deo qui eſt deus miſericordiaꝝ & toti⁹ con
ſolationis. Nũquid obliuiſcetur miſereri deus: immo ſibi ꝓpriũ eſt
miſereri ſemper & parcere. Et iſte tractus tãtę efficacię eſt: ꝙ qui in
iſto tractu ſapie͂ter & diſcrete cõfidit: nunq̃ dãnabitur. Exe͂plo de ſer
uo ſancti Vdalrici que͂ credebat ille ſanctus eſſe damnãdũ: quod cũ
ſibi cũ ingenti triſtitia diceret: ab ipſo adiuratus ſeruus reſpondit. Si
Verbũ no in bonis operibus inueniar, ſcio tantã dei miſericordiã: ꝙ mihi cœ-
tatu digniſ lũ faciat in inferno. Vñ minimũ inquit bonũ opus facere nõ dimittã
ſimum. etiã ſi ꝓ certo ſciuero me dãnãdũ. Poſtea ſeque͂ti nocte reuelatur ſan-
cto Vdalrico: ꝙ ſecure ſeruo ſuo diceret, ꝙ abſq; omni hęſitatione
eſſet de numero ſaluãdoꝝ. Et ideo qui in tractu diuinę miſericordię
ſapie͂ter cõfidit: ſemp inſiſte͂s bonis operibus ſup miſericordia ſalua
toris: nunq̃ ſe ęſtimet dãnãdũ. Cuius etiã exe͂plũ habemus in Cor-
nelio ce͂turione, Actu. x. Ille aute͂ ſapienter confidit de miſericordia
dei: qui nõ tãtũ confidit, ꝙ licet ſciat deũ infinitę miſerationis: ita ꝙ
nullatenus ſit de ſua miſericordia deſperandũ: nullũ tame͂ delictum
vellet facere ſub ſpe miſericordię, vel nullũ opus bonũ prętermitte-
re: ſed ſtatim: vt tractũ diuinę miſericordię in ſuo corde percepit, ad
dei amore͂ totis viribus ſe cõſtringit, & totaliter cõuertit. Ille autem
inſipie͂ter de miſericordia dei pręſumit: qui ſub ſpecie miſericordię
a bonis operibus, vel a dei amore ſe diuertit vel auertit. Et ideo tra-
ctus miſericordię habet aliã ſimilitudine͂ cũ adamante & magnete.
De quibus dicit Diaſcorides ꝙ ſi verus adamas capiti dormientis
mulieris cautius ſupponatur: ſcire poterit marit⁹ eius an ſit caſta an
infidelis. Nã ſi fuerit caſta & fidelis: dormie͂do amplecti cogitur vi
lapidis ſuũ maritũ: ſi vero fuerit infidelis: ab eo ſubito reſilit & velut
lapidis pręſe͂tia iam indigna: ſubito de lecto cadit. Sic fidelis qui tra-
ctũ diuinę miſericordię in ſe ſentit: vi huius tractus ſubito in ample
xũ, & amore͂ dei totaliter ſe cõuertit: infidelis aute͂ temeraria pręſum
ptione ipſius miſericordię: a deo ſubito ſe auertit. Iſte vero glorioſus
apoſtolus cũ tractũ huiuſmodi a tota ſpecie diuinę naturę ſenſit: ad
dei amplexũ ſubito ſe totaliter cõuertit: quia ſurge͂s ſecutus eſt eum

parans illi magnum conuiuium in domo ſua: quia ſecundū Ambroſium in Homilia. Qui Chriſtū in hoſpitio recipit interno: maximis delectationibus paſcetur exuberantium voluptatum. de hoc tractu ex tota ſpecie dixit Chriſtus Ioannis duodecimo. Ego ſi exaltatus fuero a terra/omnia traham ad meipſum: quia poſtq̄ exaltatus fuit in cruce: omnes homines per miſericordiam veluta tota ſpecie / ad ſe traxit. de hoc igitur triplici tractu & potiſſimum de vltimo dicit hic. Ideo attraxi te miſerans tui. Bene poterat iſte beatiſſimus Apoſtolus reſpondere ꝓniſſimus ad ſequendum. Trahe me poſt te: curremus in odore vnguentorum tuorum, ſcilicet miſericordiæ tuę: effuſum eſt nomen tuum: de cuius odore nos ſatiari concedat.

¶Ser.v. Ad idem: & in numero CLXXII.

TRahe me poſt te. Canticorum.j. Hoc verbum aptari poteſt beato Matthęo, qui tractus fuit in vnico verbo Chriſti dicentis. Sequere me, Nec mirum. Sicut eīm magnes poteſt trahere ferrū, quāto magis virt⁹ diuinitatis de facie Chriſti relucens ſecundum Hieronymum, & habes ſupra in ſermone, Aīalia. ¶Exponendo ergo verba de fideli aīa trahi petenti a ſponſa tria tanguntur, ſcilicet diuini iuuaminis poſtulatio: Trahe. Proprię īfirmitatis cognitio, me. gloſſa: infirmam. æternę remunerationis deſiderium, poſt te. Circa primum dubitatur. Cum enim tractio dicat quandam coactionem. Coacta vero ſeruitia deo non placent: quomodo anima petit trahi? Dicendū ꝙ duplex eſt coactio, Abſoluta, & hac nō trahitur ſponſa. Alia eſt indirecta, & hæc nō eſt omnino contra volūtatem. Bernardus. Non omnis qui trahitur: inuitus trahitur. Nec enim infirmum trahi ad balneum/vel amicum ad prandium piget: licet reum pigeat trahi ad iudicium/vel pœnam. Hoc tractu, ſcilicet idirecto petit ſpōſa trahi. Bernardus. Sati⁹ eſt mihi, vt trahas me: vt ſcilicet vim quālēcūq;, aut terrēdo minis: aut exterrendo flagellis inferas, q̄ parcēs in meo corpore male ſecuram derelinquas. Petit itaq; trahi: ſciēs ꝙ nemo venit ad ſponſum niſi pater traxerit eū. Ioannis. vj. Vbi nota ꝙ tota Trinitas traxit: cum opera ad extra ſint indiuiſa: ſecundum adaptationem tamen aliquid dicitur magis conuenire vni perſonę q̄ alteri. Vnde nota ꝙ tres perſonę trahunt animam triplici tractu. Trahit pater a vacuo omnia in eſſe producendo: etiam alia ſuppoſita in diuinis: vnde ipſe eſt fontana deitas. De hoc tractu Ioannis. vj. Nemo venit ad me: niſi pater meus traxerit eū: quia nihil eſt, quod a patre non ſit: trahit filius a ſpecie tota: quia hoc ſibi competit, tam ſecundum diuinam naturam/qua competit ſibi mitti: q̄ ſecundum

A

Nō de tractu trium perſonarum.

humanam, qua in ſpecie nobiſcum conuenit. De hoc tractu Ioãnl duodecimo. Si exaltatus fuero a terra omnia traham, & cætera. E hic, Trahe me poſt te. Bernardus. Familiarius a filio poſtulat ſe tra hi tanq̃ a ſponſo proprio: quem pater miſit obuiam ei. Trahit ſpiri tusſanctus a calido igne. ipſe enim ignis eſt. De hoc dicit Origenes. Quęror & lateo & iuenior & doleo: trahor & retraho: retraho & nõ pręualeo. Eo enim ſequi neceſſe eſt: quo qui me miſit, trahit: ſpirit⁹ patris amor æternus eſt. Trahunt igitur animam omnes tres perſo nę: ſed hi tractus non inferunt coactionem, vt dictum eſt, niſi indire cte. Et hoc diuerſimode. Pater enim trahit tripliciter, corporaliter affligendo, pœnas comminando, gaudium mercedis committen do. ¶ His enim modis pater terrenus trahit filium ad bonum. Fi lius trahit dupliciter obſequendo, & exempla exhibendo: per hoc enim Chriſtus pręcipue nos traxit. Spiritusſanctus trahit errorem manifeſtando: ac per hoc odium vitiorum, & honeſtatem virtutum pandendo: ipſe enim docet veritatem, Sic traxit Matthæum & Pau

B lum: proſequere vt vis. ¶ Ad declarationem pręmiſſorum propter verbum pręmiſſum, quod ſcribitur Ioannis ſexto. Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum: Notãdum q cum opera Trinita tis ſint indiuiſa quęlibet perſona trahit peccatorem. Vnde pater tra hit ad filium, & econuerſo, & quælibet perſona ad aliam. Sed pater trahit per potentiam, filius per ſapientiam, ſpiritusſanctus per cle

Nota iſta mentiam. Pater inquam trahit per potentiam: quia eſt maioris po tentiæ, ſic hominem recreare peccatorem q̃ mundum creare pro pter liberum arbitrium hominis repugnans. Vnde deus facili⁹ crea ret mille nouos mundos, q̃ traheret ad ſe vnum peccatorem: tam graue eſt peccatum mortale. Nam peccatum mortale eſt defect⁹ na turæ, mors animæ, inquietudo cordis, imbecillitas virium, cęcitas ſenſuum, turbatio animi, mors gratiæ, mors omnis virtutis, mors omnium bonorum operum: afflictio & error ſpiritus, ſocietas dia boli, anathema Chriſtianitatis, carcer animæ, cibus inferni. Declara ſingula. Ab hoc pelago peccati trahit pater peccatorem: mouẽdo li berum arbitrium per gratiam. Quæ quidem gratia ab æterno orie batur in corde paterno, quaſi in fonte, a quo indeſinẽter manat. Vn de Hiere. triceſimoprimo. In charitate perpetua dilexi te. S. ſedum autem, q ante Chriſti incarnationem de⁹ pater traxerat quinq; mi libus annorum, & .cc. annis, & nunq̃ traxit cum ſua potẽtia vnicum hominem ad cœlum. Hoc videns filius dicebat: Traham eos i funi culis Adam. Ozee. xj. q. d. Pater video q tu cum tua potentia nihil proficis: ego trahã eos aſſumendo naturã humanam cum omnibus pœnalitatibus, quas incidit per Adã: & ſic filius deſcẽdit in vterum

virginalem aſſumendo naturam cū omnibus defectibus pœnalib⁹, quibus contexuit quoſdam funiculos de omnibus verbis, operib⁹, paſſionibus:& de omnibus neruis & venis ſuis & traxit ita fortiſſime, ꝙ de omnibus venis ſuis egreſſus eſt ſudor ſanguineus:& cum traxiſſet iam per.xxxiij.ānos perpendit hominem nobilitari, & ad ſequendum ſeipſum habilem facere. vnde dixit. Sic exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum.q.d. Q̄ diu fuero in terra nihil proficio, niſi crucem aſcendero:& ideo feſtinauit ad crucem, vt tractum ſuum conſummaret. Et tantū etiā feſtinauit, ꝙ Pilato interroganti, reſpōdere noluit:& cum eleuari deberet ad crucem, vt omnia impedimenta remoueret:& ad trahendum expeditior eſſet: veſtes ſuas depoſuit & aſſumpſit omnia ea quę ad trahendum iuuare poterant. ¶Sunt autem tria quæ naturaliter trahunt, Primum ē ſimilitudo. Vnde videmus, ꝙ vna auis naturaliter attrahit aliam ꝑpter ſimilitudinem naturæ. Filij autē a patris eſt ſimilis imago: quia ſunt idem in natura, ſicut ipſe dicit. Ego & pater vnum ſumus: ideo inuocauit patrem in cruce, vt ſecum traheret, dicens. Deus deus meus, vt quid dereliquiſti me: quaſi diceret. Adiuua me ad trahendum. Et ſic ſapientia filij traxit cum potentia patris, Item dixit. In man⁹ tuas,& cætera: quaſi diceret. Pro ſalute hominis offero meipſū toto corp⁹ ꝓ hoſtia in ara crucis: ſpiritum vero in manus tuas: rogans vt obliuiſcaris irę tuę ſuper peccatore. Secundum vacuum: exemplum de fiſtula, de qua dum exurgit, aer aqua cōtra naturam aſcēdendo ſubintrat. Sic Chriſtus vt ad trahēdum vigoraretur: euacuatus eſt ſanguine omnibus venis ſuis:& vltimo etiam in ipſo corde. Tertio trahit calidum. Exemplum de vapore qui calore Solis trahitur ad nubes. Et certe Chriſtus in cruce calore amoris totus eſt ignitus:& cor ſuum ita extitit inflammatum: ſicut furn⁹ ex omni parte emittens flammas: ſic Chriſtus vt non eſſet qui ſe abſconderet a calore eius. Vnde licet ſemper,& in omni opere ſuo exarſerit flamma amoris, maxime tamen in cruce amor in eo efferbuit. Videns autē ſpiritus ſanct⁹ ſic virtuoſe filium traxiſſe, ꝙ omnibus via eſſet aperta ad cœlum: ſua bonitate & clementia etiam trahere voluit. vnde dixit. Traham eos in ſagena mea,& congregabo eos in rete meum Abacuch.j. vnde fecit quoddam rete ex ſeptem virtutibus patris, & ex.vij. beatitudinibus filij, & ex ſeptem donis ſuis proprijs vel ſuiipſius. In hoc rete ita nos includit, ꝙ euadere non poſſumus: & ibi ſua dulcedine recreamur: vt ad æternam beatitudinem trāſferamur.

D Trahere ſolēt tria: ſimilitudo, vacuū & calidū.

¶Ser.vj. Ad idem:& in numero. CLXXIIII.

FEcit Leui cõuiuium magnum in domo ſua, Lucæ quin-
to. In verbis iſtis beatus Matthęus ſiue Leui in exem-
plum magnę gratitudinis nobis ꝓponitur, eo ꝙ ſecun-
dum Ambroſium de ſua vacatione non ingratus Chri-
ſto vocanti magnum conuiuium exhibuit apparatũ. ❡ Ad cui⁹ in-
A tellectũ eſt ſciendũ: ꝙ in ſerie pręſentis euangelij ſex documenta no-
ſtrę inſtructioni congrua notabiliter implicantur. Primum eſt beati
Matthæi nimia humilitas: quod ex hoc colligitur, ꝙ ſeipſum ĩ euan
gelio ſuo proprio nomine exprimit publicum peccatorẽ. In quo ap-
paruit, ꝙ ex humilitate ꝓpriũ defectum cõfiteri nõ erubuit: vt in ſe
Christi gratiã peramplius commendaret: & ideo pręmittitur. Vidit
Ieſus hominem ſedentem in teoloneo Matthęum nomine. Secun-
dum eſt ſuę pfe[illegible] obedientię prontitas, q̃ colligitur ex hoc ꝙ ſtatim oĩ-
bus relictis, vocantẽ dominũ ſecutus fuit: nõ tã paſſibus corporis, q̃
affectibus mẽtis ſecũdum Ambroſium: in quo noſtra tarditas repre-
henditur. Et quia tot beneficijs pręuẽti, & multipliciter a deo voca-
ti, ipſum ſequi renuimus. Et etiam noſtra cupiditas exaggeratur: dũ
mens noſtra peruerſa ſecundum Gregoriũ, hoc ſponte dare renuit:
quod quotidie perdit inuita. Et hoc innuitur, cum ſubditur. Qui ſur-
gens ſecutus eſt eum. Tertiũ eſt ipſius Matthæi gratitudo, ſiue pie-
tas: quia de ſua vocatione non ingratus, Chriſto magni conuiuij ex-
hibuit præparatum: & ideo ſequitur. Fecit ei Leui magnum conui-
uium. Quartum Iudęorum, ſiue Phariſęorum inuidia & peruerſi-
tas: quæ notatur in hoc ꝙ de Chriſti pietate murmurabant & ei pro
eo ꝙ cum peccatoribus comederet, mordaciter detrahentes, dice-
bant diſcipulis. Quare cũ publicanis, & peccatorib⁹ mãducat magi-
ſter veſter. Quintum eſt Chriſti ſapientia & eius perſpicacitas: quia
ſtatim cogitationes ſui murmuris recognoſcens, oſtendit eis, dicẽs.
Nõ egent qui ſani ſũt medico: ſed qui male habent. In quo ſecundũ
Chryſoſto. ipſos Phariſęos tacite repręhẽdit: qui ſanos ſe exiſtima-
bant. & ideo reputabant ſe nõ indigere medicina gratię Chriſti: ecõ
tra illi egent, qui ſe peccatores humiliter confitentur. Sextum ẽ ipſi⁹
Chriſti immẽſa benignitas, qua ipſos peccatores ad pœnitẽtiam vo-
care dignatur: & ideo ſubdit. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores
ad pœnitentiam. Non veni vocare illos qui ſeipſos iuſtos reputant:
ſed peccatores: id eſt, illos ſolos voco per gratiam: qui ſe peccatores
humiliter recognoſcũt: ſic ergo ſerie euangelij breuiter decurſa: ver-
bo primo propoſito immoremur: vbi ſub Metaphora conuiuij cor-
poralis nobis innuitur ſecundum Ambroſium, apparatus conuiuij
ſpiritualis in mente Apoſtoli celebrati. Et ideo diligenter aduerte-
re debemus celebritatem huius conuiuij virtualis: quia neceſſario

oportet nos ſimilem celebrare:ſi cœleſte conuiuium volumus de guſtare. ¶ Propter quod tu Chriſtiane attende in conuiuio publica ni modum conuiuadi/& locum conuiuij. Nam ĩ modo apparet pul chritudo gratię exuberantis:in loco fulget rectitudo conſcientię vir tualis diſponentis. Primum oſtendit celebritas conuiuij:cum p̃mitti tur. Fecit leui,& cætera. Secundum prętendit proprietas hoſpitij,cũ ſubditur, in domo ſua. Ad maiorem autem intellectum vtriuſq;: & vt de illo propoſito vberiorem gratiam pro noſtra inſtructione ſpi rituali hauriamus:tria ſunt per ordinem declarãda. Primum eſt, qd per iſtud conuiuium ſpirituale proprie intelligatur:& quæ ſunt illa per quæ virtualiter integratur. Secundum eſt, in quo loco animę de uotę iſtud conuiuium congrue celebretur. Tertium eſt, quibus men tibus/& quando iſtud conuiuium diſpenſatur. Propter primum ſcię dum:ꝙ illud conuiuiũ nihil aliud eſt,q̃ myrrha& indicibilis interna ſuauitas quam mens deguſtat:tum ex diuini amoris influẽtia: tum ex diuinæ bonitatis prę̃ſentia. Cuius quidem guſtus ſuauitas perfici tur ex trib⁹. Primo quidem ex internæ pacis perfecta ſecuritate:ex qua mens deuota ab omni inquietatione rei momẽtaneæ auellitur: & ab omnibus defectionibus mentalibus/& corporalibus ſegregaẽ: & in ſeipſa & in toto regno animę ſecuritatem omnimodam pacis/ & quietis internę delectabiliter contemplatur. Et illud donum ani mæ deuotę ore diuino promittitur, Eſaię vltimo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis:in tabernaculis fiducię:in requie opu lenta. Signanter autem dicit populus meus:ad inſinuandũ, ꝙ illud donum non conceditur a deo,niſi iſtis mentibus quas ſibi ab æter no ad culmẽ tantę perfectionis ſpecialiter elegit:& quas per ſuę gra tię effluentiam ſingulariter illuſtrauit:& quas in tam ſingularis per fectionis culmine per gratiam ſublimauit. Et reuera tales mẽtes cõ grue ſedebunt in pulchritudine pacis,& in tabernaculis fiducię,& in requie opulenta:quia tales mentes in bono diuino adeo firmiter ſo lidantur:ꝙ ab eo per nullam rem tranſitoriam potuerũt auelli: nec in ſeipſis per aliquam affectionem rei momentaneę, nullatenus po tuerunt inquietari:iuxta illud, Firmabiẽ in illo,& non flectetur. Se cundo ex boni diuini immenſa capacibilitate: quia mentis deſideriũ tãtum delatatur:ꝙ ei⁹ capacitas per nihil aliud q̃ per diuinam pœ nitentiam repleri valeat:vt talis mens ex p̃guſtata amœnitate diui næ pñrię cupiẽs diſſolui:mundũ/honores/& vitã ɔtẽnẽs:cœlũ ſuſpi ciẽs, alto ſuſpirio:pꝛofũdo deſiderio ſtat ĩ oſtio tabernaculi ſui, vt A braam Gẽn.xv. Quaſi parat⁹ ad egreſſũ & ſuſpenſus ad dñi aduẽ tũ prorupit in vocẽ ſpõſę, Canticorũ.j. Oſculetur me oſculo oris ſui: quaſi dice. Non contentor:non ſatior p aliculus doni creati influen

Conuiuiũ ſpũale qd ſit.

B

tiam: niſi mihi exhibeas tuæ diuinitatis optatam pœnitentiam.

C ¶Tertio illud conuiuium perficitur, & colligitur ex diuini guſtus ſuauitate. quæ menti deuotę conceditur ex internæ dulcedinis influentia, & diuinæ conſolationis præſentia. Vbi notabiliter eſt aduertendum, ꝙ iſta ſuauitate mens deuota quandoq; tangitur ex diuini luminis influentia: qua menti quædam arcana, & intima reuelā tur: ſiue circa perſonarum diuinarum proprietatem: ſiue circa eſſentiæ vnitatem, ſiue circa perfectionum eſſentialium ſimplicitatem. Quandoq; vero mens illa ſuauitate tangitur ex ſolius diuinæ conſolationis præſentia, abſq; influxu alicuius luminis theartici: in quo ſibi aliqua arcana, & ſupernaturalia reuelētur. Et propter iſtam differentiam, quandoq; contingit: ꝙ mens vno tantum oculo diuinam præſentiam contemplatur: puta cum tantum tangitur influxu diuini luminis, ſiue experientia diuinæ ſuauitatis: vel cum tantum influentia ſuauitatis tangitur: abſq; eo quod ſibi in lumine theartico, aliqua ſupernaturaliter reuelentur. Quandoq; vero vtroq; oculo diuinam præſentiam contemplatur: puta cum mens & lumine diuino perfunditur, & conſolatione diuinæ ſuauitatis potatur.

D ¶Propter ſecundum eſt ſciendum, ꝙ iſtud conuiuium ſolum celebratur in intimo animæ rationalis. Quod pulchre figuratum eſt Heſter primo. vbi rex Aſſuerus fecit magnum conuiuium in veſtibulo orti, qui cultu & manu regia conſitus erat, Aſſuerus interpretatur beatitudo: & ſignificat ipſam diuinam eſſentiam: quæ ſola eſt principale, & purum medium obiectum beatificum. Hic Aſſuerus fecit grande conuiuium in veſtibulo orti: vel in ſecretiori & intimo loco animi diuina imagine inſigniti. Et ſi quis diligenter conſideret intimū animę rationalis: videtur locus multum cōgruus iſti ſupnaturali conuiuio propter duo. Primo quia extrinſecū poſſūt dici potētię organicę affixę quę fundantur in corpore, quātū ad operationes naturales ſenſibiles & aniales. Intimū aūt poſſūt dici potētię abſtractę: in quibus relucet imago animæ rationalis, quantū ad deiformē claritatem. Et quia anima rationalis ſolum eſt capax diuinę ſuauitatis: ex eo ꝙ eſt imago dei. vt patet ꝑ Aug. in libro de Trini. Ideo neceſſario oportet, ꝙ iſtud cōuiuiū ſpirituale compleatur i itimo aniæ rōnalis Secundo hoc idem patet ex naturali ꝓprietate eſſentię diuinę: cui ꝓpriū eſt qđ ſit in intimo cuiuſlibet rei. Qđ patet ex hoc ꝙ ꝑ illapſum in ſuum eſſentialē: & per eius pręſentiā virtualē: quęlibet res conſeruatur in eſſe. Et ſi eius influentia ad momentum ſuſpenderetur a rebus: omnia in nihilum deciderent. vt dicit Aug. & ideo oportet ꝙ eſſentia diuina ſit in intimo animę rationalis. Et quia de⁹ eſt auctor, & cauſa huius cōuiuij: ideo neceſſarium eſt, ꝙ illud conuiuiū

Spūale cōuiuiū dei cōgrue celebratur i itimo animæ rationalis.

in intimo animæ celebretur. Propter quod dicit beatus Augu. in li-
bro Confeſſio. Tu interiorj itimo meo intus eras: & ego foris te quę
rebã. Ex quo verbo ſi quis diligenter aduertit, nobis relucet triplex
informatio gratioſa. Pria eſt, q̀ quilibet homo rationalis debet alta
cõſideratione aduertere, quãtũ mens ſua a deo elongeť, & recedat:
quã io ab itimo cordis ſui exiens p iſta exteriora ſpargitur, & rotať.
Nam ſi deus manet i itimo animę, vt viſũ eſt: certũ eſt, q̀ quãto qs
mente circa exteriora ſpargiť: tanto ampli⁹ a deo elõgatur. Et quia
deus eſt vita animæ ſcdm Augu. ideo certum eſt, q̀ mors anię exin
de incurriť: q̀ qs mẽte iutiliter circa exteriora euagatur. Secũda eſt,
Cum eñi deus ſumme a ppetat quieſcere in corde humano, ſecundũ
illud, Delitiæ meæ. &c. Et cor noſtrum totaliter vendicare. iuxta il-
lud Prouer. xxiij. Fili prębe cor tuũ mihi. &c. ideo quilibet hõ diligẽ
ter aduertat, q̃iã irreuerentiam quiſq; deo exhibeat, quando ipſum
eijcit a corde amoroſo in quo delectabiliter requieſcit: & mente ſua
circa exteriora/ & ſenſibilia euagatur: & conſideret quantum & q̃
modicum locum deo in corde ſuo reliquit: poſtq̃ quælibet res ſenſi-
bilis, circa quam mens vagabunda ſpargitur: ſuam partem de cor
de hominis aſportauit. Et quia diuina immenſitas ſe in tam paruo
loco non patitur coartari: ideo ſequitur diuinam præſentiam a cor
de ſuo ſparſo, & vagabundo totaliter effugari. Tertia eſt, quia hinc
relucet, qualiter homo ſe in diuina præſentia iugiter valeat conſer-
uare, Quod ſic patet. Cum enim deus obtineat intimum cordis/ &
animæ rationalis: vt viſum eſt: conſtat q̀ ille qui iugiter in intimo ſe
ſui cordis continuit: indirupte ſibiipſi diuinam præſentiam conſer-
uat: & per conſequens mentis ſuæ domicilium pro digno loco: præ
parat: vt in eo illud ſpirituale conuiuium celebretur. ¶ Propter ter- E
tium eſt ſciendum, q̀ quæ ſint illę mentes quę congrue ſunt partici
pes iſtius ſpiritualis conuiuij, aperit Eſa. xxviij. cum dicit. Quẽ doce
bit ſapientiam: & quem intelligere faciet auditum, ſcilicet interiorẽ:
quo mens deuota & abſtracta, & furtiue per aurem cordis percipit
ſuſurria eius: vt ſcribitur Iob quarto. Et reſpondet, q̀ prędicta illis
ſolis conceduntur: qui ſunt ablactati a lacte carnalis delectationis: &
auulſi ab vberibus mundanę conſolationis: quaſi diceret. Illi ſoli ad
illud ſpirituale conuiuium admittuntur: qui omnem carnalem de-
lectationem, & omnem tranſitoriam conſolationem voluntarie p-
pter deum abijciunt. Et in huius figura Abraham fecit conuiuium:
poſtq̃ Yſaac filium ſuum ablactauerat Abraam/ qui & pater multa-
rum gentium/ ſignificat ipſum deum: qui magnũ conuiuiũ tũc con
ſtituit, poſtq̃ mẽtem rationalem/ ſibi per gratiã perfecte cõformatã/
& aſſimilatam/ tanq̃ proprium filiũ ab omnibus mũdi delectationib

bus abſtraxit:& eam ſibi perfecta vnione copulauit. Et quia iſta per fectio non conceditur,niſi mentibus in ſublimitate perfectionis cōſtitutis:& diuino lumine deifice illuſtratis:ideo ſponſa in Canticis aſſimilat illud conuiuium in meridie celebrari, dicens Canticorū primo. Indica mihi vbi paſcas:vbi cubes in meridie:id eſt,in ſublimi & alta veritatis contemplatione & ſuauiſſima deitatis perfruitione.

F ¶Vbi conſiderandum,ꝙ hora meridiana aperte iſti conuiuio ſpirituali conſcribitur ratione triplici. Primo,quia illa hora eſt vmbra breuior:quę quidem vmbra nihil aliud eſt,q̄ affectio & inclinatio rationalis appetitus ad iſta ſenſibilia. Talis autem inclinatio ſecundū beatum Auguſtinum:vmbra dicitur:quia puritatem & claritatē imaginis obnubilat & obfuſcat. Hæc vmbra autem tātum debet eſſe abbreuiata in appetitu rationalis animæ: vt mens rationalis nihil plꝰ appetat,q̄ ſtricte ſuæ neceſſitati conueniat:& illud ipſum ſibi debet reputare pœnale:ꝙ propter corporis fragilitatem non poſſit a talibus totaliter abſtinere. Tunc enim perfecte mens diſponitur ad guſtum huius conuiuij ſpiritualis: & hoc donum mentibus perfectis promittitur ore diuino. Eſaię.xxx. Dabo eis panem arctum,& aquā breuē. Quod tunc in nobis completur, quando naturalis inclinatio ad ſtrictum appetitum neceſſariorum reſtringitur. Secūdo quia illa hora eſt Sol calidior:deſignans illud cōuiuiū,tūc ſolū in mente celebrandū,cū mens diuini amoris igne tantum fuerit inflāmata: vt omnem affectionem mundanam & trāſitoriam totaliter obſorbeat:ita vt prę diuini amoris incendio ad nihil valeat inclinari,quod ſit diſſonum rationi,vel diuinę voluntati. Et extunc mēs deuota ad iſtud ſpirituale cōuiuium perfecte diſponitur:& ad ſecretum dei colloquium,tunc libenter admittitur. ¶Tertio q̄ illa hora eſt aura ſerenior:& lux clarior:deſignans tunc ſolum iſtud conuiuium in mente complendum:cum mens diuino lumine fuerit illuſtrata:& ab omni ſcoria mundanæ affectionis fuerit depurata. Tunc enim ad guſtum huius conuiuij mēs rationalis perfecte videtur approbari,circa experientiam ſapientis,cum dicit. Sapientiæ.viij. Intrās ī domū meam conquieſcam cum illa:ſicut lux meridiana clara eſt. In quo innuitur euidenter,ꝙ tunc primū mens luce diuinę claritatis ad plenum perfūditur:cum in ſe fuerit recollecta,& ab omni exteriori affectione & euagatione perfecte fuerit ſegregata.

¶De ſācto Matthęo,& ſctō Mauricio Ser.j & inſero. CLXXV.

IN lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Canticorum tertio. Lectulus iſte Salomonis ē cor/vel mens beati Matthæi,in quo ſapiētia icarnata requieuit. Dr̄ aūt lectulꝰ nō lectꝰ,q̄a vt dicit Bern̄.ſermōe.lxxvj.

¶Non horreo lectulum,qui noui paruulum. Et quia circa infantiã & Christi humanitatem Matthæus plus verſatur, ideo lectulus ap‑ A
pellatur. Si eñ theſaurus deſiderabilis requieſcit in corde cuiuſlibet ſapientis:recte Matthæus dicitur lectulus in quo ſapientia incarnata ſingulariter requieuit. Sexagita vero fortes ſunt iſti glorioſi martyres Mauriti⁹ cum ſocijs ſuis. Legio enim ex decem & ſex aliquotiens ſumptis componitur,qui duo numeri in ſeinuicem ducti ſexaginta reddunt. Eſt eñ ſenſus. En feſtum ſancti Matthęi ambit feſtũ iſtorum martyrum & dominorum. Et ſecundum hoc in verbis iſtis duo deſcribuntur. Primo præmittitur beati Matthæi perfectio gratioſa,ibi/En lectulus Salomonis. Secundo deſcribitur dominorũ noſtrorũ legio generoſa,ibi/Sexaginta fortes. Circa primũ tria ſunt conſideranda. Primo ex qua ratione mens beati Matthæi. & vniuerſaliter mens cuiuſlibet deuoti fidelis dicitur lectulus Salomonis. Secundo qualiter iſte lectulus præparetur. Tertio qualiter in eo qeſcatur. Quantum ad primũ ſciẽdum,ꝙ hoc eſt duplici ratione. tum ratione quietudinis. tum ratione arctitudinis, quę tantę appetibilitatis eſt,ꝙ oẽs eam appetunt. Iuxta illud. In omnibus requiem quęſiui. dupliciter in omnibus rebus ſuis,& in omnibus operibus ſuis,operibus tam intra q̃ extra. Declara. In omnibus rebus etiam creatis, q̃ omnes quietem naturaliter appetunt. Et quia deus operatur in rebus,ideo in eo ꝙ res quietem quærunt, & deus quærere dicitur. q. d. talem naturam indidi rebus,vt omnes requiem quærant. Induc de lapide,qui appetit eſſe deorſum:de igne,qui ſurſum:de corporibus cœleſtibus,quæ circulariter mouentur,vt aſſimilẽtur primo enti. Similiter homo in actibus ſuis/ſiue aduertat,ſiue non,ſemp quietem quærit. Multo fortius autem huiuſmodi quies attenditur inter deum & animam. Licet enim deus ſit in omnibus rebus, de quarũ creatione dicitur Prouerb. viij. Cũ eo eram cuncta componens. Subdit tamen. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Vnde Prouerb. xxiij Fili da mihi cor tuum. Vulpes foueas habent. Et econuerſo anima quærit quietem in deo. Auguſtinus. Feciſti nos domine.&cę. Et hoc eſt animæ ita naturale,ꝙ etiam in creaturis appetit deum. Nihil enim amatur vel appetitur,niſi gerat quodammodo ſimilitudinem dei:& quanto expreſſius,tanto amabilius. Sed licet in creaturis anima quærat deum,propter rationem dictæ ſimilitudinis:ſiſtẽdo tamen in eis,quietem non inuenit. ſicut illa anima Canticorũ. iij. In lectulo meo per noctem. Meo inquit,& noctem:ideo non inuenit requiem & quietem. Non ſic illa anima ſancti Auguſtini. Interrogaui terram. & cætera. Sic Matthæus poſtq̃ quæſierat quietem in temporalibus,& non inueniens/ conuertit ſe ad deum, & ad vni‑

cam vocationem ſecutus eſt eum, & fecit ei cœnam in domo ſua, in qua mutuæ quietis condelectatio intelligitur. Secundo ratione arctitudinis vel ſolitudinis. Eſaiæ. xxviij. Coanguſtatum eſt ſtratum, breue vrumq; operire non poteſt. Auguſtinus. Minus te amat. &c. Canti. vij. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Sic Matthęus derelictis omnibus ſecutus eſt eum.

B

Qualis debet eſſe lectulus cõſciẽtię, vt in eo Chr̃us requieſcat

¶ Quantum ad ſecundum in præparatione ipſius lectuli, quinq; ſunt notabiliter attendenda. Primum eſt, vt lectulus ſit paruus per humilitatem, vnde dicit lectulus diminutiue. Secundo, vt ſit mundus ab inquinamento carnis & ſpiritus. Quia in maliuolam animam non intrabit ſapientia. Tertio, vt ſit altus ab onu terrenorum deſiderio eleuatus, in cuius ſignum Chriſtus diſcipulos ſuos duxit in montem, cum ipſos de contemplatione inſtruere voluit. Quarto vt ſit floridus per omnium virtutum affluentiam. Canti. j. Lectulus noſter floridus. Super quo Bernardus, ſermone. xlvij. O anima ſi vis vt dormiat tecum ſponſus in lectulo vno, primo quidem emundes conſcientiam tuam ab omni inquinamento: deinde circunda tibi flores bonorum actuum, atq; odoramenta virtutum, id eſt quæcunq; ſunt vera, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ. Ad huiuſmodi lectulum cum introduxeris eum, veraciter dicere poteris, quia lectulus noſter floridus redolente nimirum conſcientia pietatem, pacem, manſuetudinem, iuſtitiam, obedientiam, & humilitatem. Quinto, vt ſit bene munitus ꝑ fortis cuſtodiæ diligẽtiã, ſicut hic in themate En lectulũ Salomõis de cuius expoſitione patebit. Quantũ ad tertium ſciendũ, ꝙ tã deo q̃ animæ ſumma delectatio eſt in eodem ipſo lectulo: ſic vt dictum eſt diſpoſito ſimul quieſcere. Deo inquam, iuxta illud Prouerb. viij. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Et Prouerb. xxiij. Fili, præbe mihi cor tuum. Et anima cõgratulando reſpondet illud Pſalm. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quod verbum Auguſtinus ardenter legens & ardentius relegens, præ gaudio exclamabat. O in pace, o in idipſum, quę dixit dormiam & requieſcam: tu es domine idipſum valde qui non mutaris, & in te ſolo requies, Quod ſentiens Matthęus relictis omnibus ſecutus eſt eum.

¶ Subſermo primus ad idem,
& in numero. CLXXVI.

SExaginta fortes ambiunt. vbi ſupra. Hic deſcribitur dominorũ noſtrorũ legio generoſa Legio tunc q̃ppe dicebatur, q̃ ſex millia ſexcentos ſexagintaſex armigeros habebat. Et hic numerus ex ſexagenario multiplicato ꝯſurgit. Sexagenarius eñ ex ſenario ducto in denariũ componitur: qua ductione multiplicata legio cõſurgit, vt

patet calculanti. Per quā legionem per ſexaginta fortes comprehenſam/intelligere poſſumus: nō ſolum iſtos martyres glorioſos dños noſtros: ſed & totam multitudinem omnium perfectorum eccleſiæ tam veteris q̄ noui teſtamenti. Qui recte per hunc numerum legionis ex ſenario in denarium totiens ducto/intelliguntur. Nā ipſi Decalogum legis perfecte impleuerunt, & ſenariū beatæ retributionis, pro perfectione ipſorum operum perceperunt: q etiam oēs lectu lum Salomonis, id eſt quietem ſerenę conſcietię, vel etiam tranquillitatem totius eccleſię ambiūt, eius quietem ſuis exemplis & exhortationibus corroborādo, & ab ipſa tentationum & infeſtationum incurſus contra tyrannos & dæmones fortiter propellendo. Et ideo ſignanter dicitur, q omnes habent gladios eruditiōis. ſ. & defenſionis i manibus. Et ſunt ad bella doctiſſimi, qa ſubtiliter a nobis repellūt inſidias diaboli. Bñ ergo dicūtur fortes ex doctiſſimis Iſrael. Et hoc notat tā fortitudo lacertoꝝ q̄ animoꝝ. de quibus dicit Apoſt. ad Hebrę. xij. Fortes facti ſunt i bello. Vñ cōpetit eis illud. j. Paral. xix Intelligēs Ioab bellum ex aduerſo & poſt tergum fieri, elegit viros fortiſſimos de vniuerſo Iſrael. Ioab vir ſtrenu⁹/princeps militię Iſrael, eſt dei filius: qui per Eſaiā ſcribitur princeps pacis, Eſa. ix. Ipſe eſt q per bella cōtinua pacē finalem acquiſiuit. Vñ poſt futuꝝ ſeculū dicit eum Prophe. pacis principē, nō in pręſenti: vbi ſeruos & amicos ſuos per continuum bellum exercitari oportet. Mat. x. Nolite arbitrari q venerim pacem mittere in terram &c. ¶ Cuiuſmodi aūt ſit iſtud bellū/oſtendit. B. Greg diſtinguens in homine iuſto triplicem ſtatum, & in quolibet ſpeciale bellum: qa in quolibet eſt mœror & lętitia, quę inuicem repugnant: & in quolibet iſtoꝝ ſtatuū eſt quoddā genus martyrij, iuxta illud quod dicit Aug. in ſer. de. S. Laurentio, q vita Chriſtiani hoīs ſi ſecundū Euangelium viuat, crux atq; martyrium eſt. Et ſecundū hoc imitari poterimus iſtos glorioſos dños noſtros, vt & nos ſimus fortes in bello ſpūali in quocunq; ſtatu. Primus ergo ſtatus eſt cōuerſionis ad deum, qñ redit de regione peccati & diſſimilitudinis: ſicut filius prodigus ad patrē: vbi mœrorē cauſant vincula conſuetudinis propter familiaritatem & ſocietatē prius habitam relinquere. Et fit lucta ſiue bellū ſpirituale dū ſpūs vocat, caro reuocat, deſiderium ſpirituale ſurſum trahit, caro retrorſum retrahit. Sed conſolatio dulcis, quia adeſt pius pater qui conſolatur filium reuertētem, vt dicitur Lu xv. per fiduciam venię, per deſiderium gloriæ, per experientiam cuiuſdam delectationis nouę, vt cū Prophe. dicere poſſit. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. &cæ. Ecce primum bellum accedentium ad deum. ¶ Poſt hunc ſtatum ſequitur ſtatus probationis, vbi eſt alius con-

Marginalia: B — vide de tripl ici ſtatu belli ſpiritualis. — C

flictus. Quia em̃ conuerſio ſecuritatẽ parit, & mater negligentię eſt ſecuritas: Ideo Chriſti miles tẽtationibus agitatur: quales nunq̃ habuit in vita ſua: non quia ante conuerſionem deeſſet ei materia tentatiõis, ſed quia non apparebat. Et ponit exemplum Grego. de carduo in via. Carduus inquit in via iacens pedibus tranſeuntiũ ↄculcatur: ita vt non appareat eius radix: cum tamen latet & ſit interius: & ceſſante frequentia tranſitus in publicum prodit, & ſpinas ſuas profert. manifeſte apparet hoc in vijs antiquis derelictis. Sic anim⁹ peccatoris cogitationibus & occupationibus varijs intentus, ſecundum ꝙ ait Auguſti. ix. Confeſſ. Dum ab vno te conuerſus ſum, in multa diuiſus ſum: ideo neſcit quid tolerat, ad modum illius ebrij qui dicit in Prouerb. Verberauerunt me, & non ſenſi. Poſiti ſunt peccatores ad molam cum Sanſone erutis oculis tota die rotantes ab vno vitio in aliud: vnde in nullo malo determinate poſſint affectum figere. Sed poſtq̃ veniunt ad quietem & pacem, facta iam compoſitione inter ipſos & deum, tunc ſentiunt quæ ante non ſenſerũt. Diabolus enim eos tentare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. Vnde Gregorius. Omnes qui ea quę mundi ſunt calcant, & quę dei ſunt plene deſiderãt: Leuiathan contra ſe ſuſcitant, qui eius malitiã ſua conuerſione inflammant. Qui autem eius volũtati ſubiecti ſunt quaſi quieto iure ab eo poſſidentur: ſed dum vias dei videt apprendi, mox ad certamẽ ſuſcitatur. vnde in huius ſignum diabolus poſt baptiſmum ſtatim aggreſſus eſt tẽtare Chriſtum. Ecce mœror. Sed deus non permittit filium tentari vltra id quod poteſt. j. Corinth. x. ſecundum Apoſtolum, ſed conſolatur ipſum ex adoptione victorię ex augmento gratiæ, ex expectatione gloriæ. vnde Gregorius dicit ꝙ fideles Chriſti in inchoatione habent dei blandimenta, ne forti⁹ turbentur q̃ poſſint: in medio autem tentationum certamina: in perfectione autem conuerſionis delectationem. Sic populus eductus de Aegypto prius accepit blandimenta ſignorum, deinde probatus eſt per certamina regum, poſtremo confirmatus ſuper gentes acceſ-

D pit dominium. Ecce ſtatus & bellum ſecundum. ¶ Poſt hõc ſtatum ſequitur ſtatus mortis, vbi diſtrictum iudicium, & ea quæ nunq̃ antea recoluit ei veniunt in animum. In cuius figura Chriſtus appropinquante morte factus eſt in agonia: & factus eſt ſudor eius quaſi guttæ ſanguinis defluentis in terram. Vnde Gregorius exclamauit Quid faciunt tegulæ, ſi tremunt columnæ? aut quomodo virgulta ſtabunt, ſi pauore turbinis cedri quatiuntur? Ecce mœror. Sed poſtq̃ iuſti carne ſpoliantur, clareſcit viſus præparatis gaudijs, & mira lætitia perfruuntur. Ecce bellum ex aduerſo & poſt tergum. Præmiſſum autem triplex bellum pro quolibet ſtatu ſuſtinuerunt illi

glorioſi domini,quorum feſtum celebram⁹:videlicet ſanctus Matthæus Apoſtolus,& Mauritius cum ſocijs ſuis. Et non ſine ratione ſanctus Matthęus in ſolennitate pręſenti iſtis beatis martyribus adiungitur,non ſolum propter dierum concurſum,ſed etiam propter myſterium. Nam iſti ſancti martyres fuerunt de Aethiopia,quæ beato Matthæo in ſortem prædicationis aduenerat. vnde cantatur in Sequentia. Aethiopes horridos Matthæe agnelli vellere. &c. Quia igitur iſti glorioſi domini per prædicationem & exempla ſancti Matthæi fuerunt ad fidem conuerſi, & in ea firmati: ideo tanq̃ veri alumni ipſum tanq̃ patrem fidei ſuę & dignum Apoſtolum digne ſuo feſto præmittunt & ſe ei adiungunt. Nec mirum, quia etiā ipſum in omnibus præmiſſorum trium ſtatuum ſunt ſecuti. ¶ In primo quidem ſtatu,ſcilicet conuerſionis,ipſum beatum Matthęū ſequentes vicerunt mundum. Nam beatus Matthæus vocatus a Chriſto,mox ad vnicum verbum relictis omnibus ſecutus eſt eum. Et certe iſti glorioſi martyres i perſonis progenitorum ſuorum vocati ad fidem,in ea per multorum temporum curricula perſtiterunt etiam vſq; ad martyrium. In ſecūdo etiam ſtatu ſcilicet perturbationis vicerunt diabolum. Nam cum beatus Matthæus Eugeniam filiam regis Aegypti conuertiſſet ſimul cum rege, & eam ſacro velamine conſecraſſet Hirtacus rex ei ,ppter hoc diabolo inſtigante multas minas & perſecutiones intulit,eo ꝙ ipſam virginem ſacram tyranno nubere non permiſit: ſed ipſe conſtanter in ſancto propoſito ſtetit. Sic & iſti glorioſi martyres om̃ia blandimēta,minas,& tormenta Maximiani Imperatoris,quæ eis ſatore diabolo inferre potuit,forti animo vicerunt. In tertio etiam ſtatu ſcilicet mortis,beat⁹ Matthæus conſtans & intrepidus iuxta altare punctu gladij mortē pro Chriſto ſubijt, & ſic de proprio corpore triūphauit. Similiter & iſti glorioſi martyres pro fide Chriſti morti ſe obtulerunt, & ſe mutuo exhortantes, omnes propria corpora vicerunt, exponentes ea carnificibus,non reclamantes ſaltem aut repugnantes,ſed & depoſitis armis ceruices percuſſoribus p̄bentes. vt de eis cōuenienter dici poſſet. Iſti ſunt triumphatores & amici dei,qui contemnentes iuſſa principum meruerunt præmia æterna: modo coronantur & accipiunt palmam. Quam nobis. &c. E

¶ Sermo ſecundus ad idem,
& in numero. CLXXVII.

Videns Ieſus turbas. Matthæi. v. Sicut dicit beatus Auguſtinus in ſermone domini in monte. Si quis pie ſobrie q; conſiderauerit,inueniet in hoc ſermone quantum ad mores optimos pertinet,pfectæ vitæ Chriſtianæ modū

A Pręſens itaq; euangelium continet duas partes. ¶ Primo præmittitur præfatio. Secundo ſubiungitur ſermonis proſecutio, ibi / Beati pauperes. In præfatione ponuntur quinq; præparatoria, tam ex parte prædicatoris q̃ ex parte auditoris. Primo ponitur prædicatoris ad docendum excitatio, Videns Ieſus turbas. Ex conſideratione enim multitudinis populi, delectatur animus prædicatoris, & excitatur ad docendum. Vnde dicit Chryſoſtomus. Omnis artifex ſecũdum profeſſionem ſuam, opportunitatem operis videns gaudet Carpentarius / ſi viderit arborem bonam, concupiſcit eam præcidere ad opus artificij ſui. Et ſacerdos / cum videt eccleſiam plenam populo, gaudet animus eius & delectatur vt doceat. Sic dominus videns magnam congregationem populi, excitatus eſt ad docendum Sciendum autem, ꝙ hunc ſermonem non fecit populo, ſed Apoſtolis: motus tamen ex conſideratione populi quaſi a contrario. vt ſi qs videns multos rudes ex hoc docere excitetur ſubtilia. Profecto ſicut quis bonus ex conſideratione malorum accenditur ad melius faciendum: Sic hic. Vnde exemplo Chriſti prędicator, licet aliquando videat coram ſe populum rudem, conuertit tamen ſe ad prædicandum ſubtilia aliqñ propter pauciores. Secundum eſt mentis ad ſublimiora aſcenſio, Aſcendit in montem. Nemo eñ poteſt in valle ſtare & loqui de mõte. Sic mens terrenis affectibus dedita, de ſublimibus fari non poteſt, ſecundum Chryſoſtomum. Tertium eſt exterioris hominis omnimoda quieratio, ibi / Et cum ſediſſet: vt ſit totus in ſe recollectus. Animalis enim homo profunda dei apprehendere non poterit / necdum loqui. Exemplum de Moyſe, qui cum minaſſet gregem ad interiora deſerti / vidit rubum. Deinde quarto ponit ex parte auditorum congrua diſpoſitio: Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Vbi innuuntur tria, quæ requiruntur ex parte auditoris verbi dei. Primum eſt auiditas ſiue ſtudioſitas ad audiendum. vnde dicit, Acceſſerũt. non a remotis ſteterũt vt deſidioſi, vt habeãt opportunitatem recedendi. Studioſi autem accedunt proprius aure & corde. Pſal. Accedite ad eum & illuminamini. Secundum eſt intentionis ſynceritas ad proficiendum, cum dicit: Ad eum, ſcilicet Chriſtũ. Tali enim intentione audiendum eſt verbum dei, vt Chriſto appropinquemus, non vt inde nos ſcire oſtentemus. Hac intentione Maria Magdalena acceſſit & ſedit ad pedes Ieſu. Tertium eſt capacitas ad intelligẽdum: diſcipuli eius quibus datum eſt noſſe myſteria dei. &c. Apoſtolus. Spiritualibus ſpiritualia comparantes. j. Corinth. ij. Quinto ponitur diuinæ gratiæ inſpiratio, Et aperiens os ſuum. vbi notandum ſecũdum Remigium, ꝙ vbicunq; legitur dominus aperuiſſe os, deſignatur ꝙ magna ſunt quæ ſequuntur. Prædicatoris.

enim eſt tantummodo aperire os:dei autem/inſpirare verbum. Nõ
enim verba humanæ vſurpationis,ſed diuinæ eruditionis / vel ſa-
cræ lectionis debet prædicare. Pſal. Aperi os tuum & ego implebo
illud. ℂSequitur. Beati pauperes ſpiritu. Quadruplex eſt pauper- B
tas voluntaria,rebus,carne,anima,ſpiritu. Quælibet iſtarum eſt tri- De multi-
plex. Et ita ſunt duodecim gradus paupertatis voluntariæ. Prima plici paup
eſt paupertas rerum exteriorum,quæ attenditur ex tribus. Primo tate.
in proprietatis abdicatione. Hic eſt primus gradus Euangelicæ per
fectionis. De quo Mat.xix. Si vis pfectus eſſe vade & vẽde oia.&c.
Hic gradus reponit hoiem in priſtinũ ſtatũ naturę integrę:nã in pri
mo ſtatu naturę humanæ non fuit pprietas rerũ,ſcilicet meũ & tuũ.
Sed poſtea conſtitutiõe principũ hęc introducta ſunt. Primitus autẽ
iure naturali & diuino omnia erant communia. De hac materia ha-
bes.viij.di. Quo iure.&.xij.q. Primo dilectiſſimi. Secundo pauper-
tas rerum attẽditur in tenui vſu/& quodammodo pœnali ſumptio-
ne. Vnde Auguſtinus.x. Confeſſ. quemadmodum ad medicamen-
ta &c.& Iob.iij. Anteq̃ comedam ſuſpiro. Tertio in ſollicitudinis ab
ſtractione. Lucę.iiij. Nolite ſolliciti eſſe. Quod declara. Alia pauper
tas eſt carnalis,quæ ſimiliter attenditur in tribus. Primo in carnalis
concupiſcentiæ vacuatione:hanc non habet homo ſibiipſi relictus,
quia proprietas carnis eſt carnaliter concupiſcere; ſicut proprietas
ignis eſt calere. Ab hac proprietate carnis cum fuerit denudatus ho
mo,vere eſt pauper:quia carnem ſuam reliquit. Hãc paupertatem
aſſecutus eſt Apoſtolus/dicens Ro.vij. Infelix homo.&c.niſi gratia
Chriſti non autem ego. Secundo in carnalis commodi poſtpoſitio-
ne etiam liciti & honeſti/vt tędium ſibi reputet homo oportere dor
mire,& ab aliquo bono opere vacare. Vnde de ſanctis animalib⁹ di
citur, Ezech.j.ꝙ manus hominis erant ſub pennis eius. Applica. Sic
ſponſa Canticoꝝ.v. Ego dormio,& cor meum vigilat. Tertio in a-
moris carnalis exulatione. Auguſtinus. Sordes animæ ſunt &c [vbi
dicit,qualiter diligenda ſit creatura,vt habes alibi. Item eſt alia pau
pertas animæ, quæ ſimiliter attenditur in tribus. Primo in cogi-
tationum in deum directione. Pſalmiſta. Iacta cogitatum tuum in
domino. Sic Hugo,in de Laude charitatis. Ad te me conuerto dul-
cis amor Ieſu.&c. Vnde Pſalmiſta. Beatus vir,qui allidet paruulos
ſuos ad petram. Secundo in deſideriorum in deum fixione. Exem-
plo Chriſti, Ioannis quarto. Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem
patris mei. &c. Pſalmiſta. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Au
guſtinus. Feciſti nos domine ad te. & cætera. Tertio in totius vitæ,
& etiam cum Chriſto conformatione. Sic Paulus Apoſtolus. Viuo
ego,& cætera. Sic beatus Auguſtinus,in libro Confeſſio. Domine

C tota vita mea decurrat in amplexus tuos.&c. Vt igitur anima viuat in Chriſto, abneget ſic ſemetipſam. ℭ Item quarta eſt paupertas ſpiritus, quæ attenditur in tribus, ſecundū tres vires ſpiritus ſiue mentis. Primo in omnium creaturarum omnimoda obliuione, quātum ad memoriam, vt de ſolo bono diuino meditetur. Pſal. Renuit conſolari anima mea. & hoc per aliquam mūdanam occupationem: ſed ſolius dei meditatione. Ideo ſubditur. Memor fui dei, & delectatus ſum. Secundo in diuinæ veritatis aſſidua contemplatione, quātum ad intelligentiam. Pſal. Vacate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Tertio in diuinæ ſuauitatis prælibatoria deguſtatione, quantū ad voluntatem. Pſal. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Sapien. xij. O q̄ bonus & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus.&c. Hæc eſt paupertas altiſſima, quæ hic inchoatur beatitudine ſpei, ſed ibi perficietur beatitudine rei. De hac dicitur hic. Beati pauperes ſpiritu. Vere beata eſt hæc anima paupercula, quę nihil ſui ſibi retinuit, ſed ſe totam a ſe relegauit. & adhærens Chriſto: vnus ſpiritus factus eſt cum eo. De tali anima dicitur Canticoꝝ. viij Quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto. Et bene de deſerto: quia non ſolum ſua, ſed & ſeipſam totam deſeruit. & ideo quia nihil ſui eſt, ideo innixa eſt ſuper dilectum ſuū in ipſum infigens omnes vires ſuas, & ſeipſam totam. Et bene hęc anima dicitur de deſerto iſtius veriſſimæ paupertatis aſcendere, & hoc duodecim gradibus iam præmiſſis. His enim duodecim gradibus aſcenditur ad culmen omnimodæ perfectionis euangelicæ. Hi figurati ſunt per illos duodecim gradus quibus aſcēdebatur ad thronum Salomonis, in quibus duodecim leunculi. Quia mentē in grandi fortitudine ſpiritus & conatus oportet ſcandere iſtos gradus, quibus peruenitur ad propriam hæreditatem pauperum Chriſti, ſcilicet regnum cœlorum, quod per thronum Salomonis ſignificatur. Vnde ipſis regnum cœlorum propriiſſime in præmium repromittitur, cum dicitur: Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et hoc conuenienter, quia enim iſti pauperes omnia regna terrena contempſerunt: tam regnum mundanarum rerum, q̄ regnum ſuæ carnis, q̄ etiam regnum ſuæ animæ, immo regnum ſui proprij ſpiritus: Ideo regnum cœlorum ipſorum erit vbi ipſi aliorum iudices erunt. Matthæi decimonono.

De paupertate ſpūs.

D ℭ Beati mites. Hæc virtus mititatis tanta eſt, q꞉ eius ſcholam terra non capit, ſed cathedram habet in cœlis. Vnde dixit Chriſtus, Matthæi vndecimo. Diſcite a me, quia mitis ſum Mites ſunt qui ita dominantur motibus iræ & rancoris, vt non reddant malum pro malo, ſed vincunt in bono malum, ſecundum gloſſam. Quod poteſt eſſe q̄nq꞉ modis. Vno modo vt quis nō moueatur aliqua paſſione ex torpore & ignauia vel ſtultitia: & ſic eſt vitiū.

q ſint mites, & de .v. modis ſe habēdi circa paſſiones.

& tali homini dicitur illud Apocalypſis.iij. Vtinam calidus eſſes vel frigidus. Et de tali mititate dicit Auguſtinus. Si in hac vita paſſionibus non mouemur, tunc non recte viuimus. Secundo modo, vt quis moueatur quidem paſſione, ſed ratiōe regulata. Tertio modo quando quis paſſionem inſurgentem nō ſolum refrenat/ne inducat in vitium, ſed etiam vertit in contrariam virtutem. Verbi gratia. ſi quis moueatur ſtimulis iræ vel inuidiæ contra aliquē, & tunc ex virtuoſo habitu mititatis ex hoc plus prouocetur ad diligēdum illum & ad bene ſibi faciēdum q̄ prius, & hi duo modi competunt actiuis. Quarto modo quando quis per longum virtutis exercitium in tanta tranquillitate eſt poſitus, ꝙ omnino nulla paſſione mouetur, ſed anima quietatur in ocio ſpirituali. Et hoc pertinet ad cōtemplatiuos Threñ.iij. Sedit ſolitarius, & tacebit. Et ratio huius ſubditur. Quia leuabit ſe ſupra ſe. Sic ſedit Maria Magdalena ad pedes Chriſti. Et hæc mititas neceſſaria eſt contemplatiuis, ſaltem pro actu contemplationis. quia anima turbata paſſionibus non lympide poteſt contemplari. Exemplum de aqua turbida & lympida. Quinto quando quis in prædicta tranquillitate animi poſitus ex victoria paſſionum, in caſu in ſe excitat motus paſſionis pro emendatione ꝓximi vel ſui ipſius reprehēſione, q̄uis hoc eis ſit pœnale & difficile. In quo motu quidem paſſio excitatur ad extra, ſed tamē eadem: immo maior ſerenitas animi eſt ad intra: & in ipſo actu reprehenſionis feruentius diligit quod corripit. Pſal. Iraſcimini & nolite peccare. Sic Caſſiodor⁹ Sæpe minabamur innoxij, & iraſcebamur placati. &c. Et hæc mititas competit perfectis, vt prælatis ex redundantia contemplatiōis ad actiuam. Iſti inquantum mites bene dicuntur beati, quia hęc eſt quaſi inchoatio beatitudinis æternæ. Vnde eius poſſeſſio terræ repromittitur, id eſt quieta poſſeſſio corporis ſui per ſedationem paſſionum inquietantium, vel etiam terræ viuentium. ¶ Beati qui lugent. Auguſtinus. Luctus eſt triſtitia de amiſſione charorum. Et intelligitur hic luctus tripliciter. Vno modo pro omni turbatione quę eſt pro ſucceſſibus temporalium, ſiue in rebus, ſiue in corpore, ſiue in amicis, & huiuſmodi. Vbi cadit quæſtio. Vtrum de talibus triſtari ſit virtutis? Dicendum, aut talia temporalia amiſſa conſiderantur in ſe, aut per comparationem ad bona ſpiritualia ad quæ fuerunt adminicula. ſi primo modo/tunc eſt peccatū. ſi ſecundo modo/ tunc eſt virtus lugere. Sic beatus Auguſtin⁹ luxit matrem ſuam defunctam, nono Cōfeſſionum. Vel poteſt dici, ꝙ etiam luctus primo modo eſt vtilis occaſionaliter, quia eſt occaſio virtutis & beatitudinis. Pſalm. In tribulatione dilataſti mihi. Et ſecundum hoc eſt ſenſus. Beati qui lugent, id eſt, quibus temporalia ſolatia auferuntur: E De multiplici actu.

ex quo communiter homines lugent, & turbantur. Alio modo ē luctus pro peccatis proprijs & alienis. Pſalmiſta. Quaſi lugens, & contriſtatus ſic humiliabar. ſed contra beatitudines ſunt virtutes purgati animi. Et talibus non videtur neceſſe lugere peccata. Dicendum ꝙ immo: ſed aliter, & aliter. vt habes in ſermone: Aue Maria. Tertio modo eſt luctus pro elongatione pręſentis miſeriæ, & dilatione patriæ. Pſalmiſta. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Præmium iſtorum eſt diuina conſolatio. Pſalmiſta. Cum ipſo ſum in tribulatione, & cætera. ¶ Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Hic iuſtitia accipitur large pro ſanctitate / & omni bono opere. Eſuries huiuſmodi iuſtitiæ, eſt vehemens deſiderium boni operandi, quod cum maſticatione ſumitur / & boni operis fruitione, quod exteriori conatu & labore completur. Sitis autem eſt proprie potus q ſubtilis eſt, & abſq; labore traijcitur, ſicut cognitio. De hac eſurie & ſiti dicit Hieronymus. Nunq̃ ſatis eſt velle bonum, niſi & iuſtitiæ habeamus famem: & iuſtus nunq̃ dicit / ſatis eſt, ſed ſemper appetit profectum vlteriorem. Quod eſt cōtra errorem eorum qui ſtatum in progreſſu ſpirituali eſſe poſuerunt. Contra quos habes alibi. Hoc autem feruens deſiderium innaſcitur ex tribus, quo ad actiuos, videlicet ex conſideratione breuitatis temporis, ex ocij noxietate, & ex præmij magnitudine. Item ex tribus alijs, quo ad contemplatiuos, videlicet ex vigore dilectionis, ex vigore attentionis, & ex dulcore affectionis: de quibus proſequere vt vis. ¶ Beati miſericordes. Miſericordia eſt compaſſio ſuper miſeria aliena, quam quis comprehendit vt ſuam. Quæ compaſſio inquantum eſt ratione regulata, eſt virtus moralis: Inquantum vero quis ex feruore charitatis per operationem donorum ſpiritus ſancti ad hoc mouetur: ſic eſt beatitudo. Nam in beatitudine ęterna tanta eſt vnio charitatis: ꝙ quilibet ſanctus gaudium alterius apprehendit vt ſuū Iſtis ꝑmittitur miſericordię conſecutio. Vbi aduertendum, ꝙ iſtis beatitudinibus ſemper reſpondent pręmia per augmentationē. plꝰ em̄ eſt regnū poſſidere q̃ habere. Item plus eſt in regno conſolari, q̃ ipſum poſſidere. Itē plus eſt conſolatione ſatiari, q̃ ſolum conſolari. Itē plus vltra debitū iuſtitię ſaturari. qđ eſt miſericordię / q̃ ſolū ſcđm iuſtitiam ſiue ſecundum menſuram iuſtitię. ¶ Beati mundo corde. Mundicia cordis ē qua clarificatur & mundatur ad videndum deū & ardentiſſime diligendum. Accipitur autem mundicia cordis hic non pro virtute: ſed pro ſtatu quodam qui ē purgati animi, qua ita in ſe concupiſcentias carnis habet edomitas & vitia cordis, ꝙ ex multo amore veri boni omne malum quod naturaliter obhorrent & omnē impuritatem / in ſe deteſtantur & perſequunť, & qđ bonū ē

F

Quid eſuries iuſtitię & qđ ſitis

Quid miſericordia.

Quid mūditia cordis

amplectuntur. iſtis repromittitur viſio dei. Auguſtinus. Sicut lux iſta corporalis videri non poteſt niſi mundis oculis:ita lux quę deus eſt / videri non poteſt, niſi id etiam ſit mundum quo videri debet, ſcilicet mens. ¶Beati pacifici. Hæc eſt pax qua mens ſupra ſemetipſam rapitur:& in illa pace dei quæ omnem creatum ſenſum exuperat, deo vnitur:& adhærens illi per amorem / vnus cum eo ſpirit⁹ efficitur. De quibus dicitur, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabũtur. Nunq̃ enim ad plenam pacem mens peruenit, niſi cum ſupra omnia mundana, & ſupra ſeipſam eleuata, & in abſcondito vultus dei a turbatione hominum abſconditur. Pax enim eſt tranquillitas & prælibatio pacis æternæ. Ioannis decimoquarto. Pacem meam do vobis. & cætera. Omne eñ quod in mundo eſt, inquietudo eſt & turbatio : ideo qui pacem deſiderant ſupra mundum aſcendunt : tales filij dei vocabuntur. quia ſpiritus ſanctus ſpiritui eorum teſtimonium perhibet q̄ filij dei ſunt:quia ſimilitudinem patris induerũt, transformati in eandẽ imaginem quã cõtemplãdo ſpeculãt. &c.

Quid pax vt eſt beatitudo.

¶Subſermo primus ad idem, & in numero.CLXXVIII.

BEati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Matthęi quinto. Verba iſta leguntur in Euangelio hodierno de iſta glorioſa legione martyrum Thebeorum. ¶Circa quę tria ſunt videnda. Primum de huius beatitudinis de qua hic intenditur, ratione: quia dicitur / Beati, Secundum de paſſionis meritoriæ cauſa & qualificatione : quia dicitur / Qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Tertium eſt de patientium præmio & remuneratione:quia dicitur / Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quantum ad primum ſciendum, q̄ ratio beatitudinis ſumitur ſecundum q̄ homo per operationes virtutum & donorum mouetur & appropinquat ad beatitudinem æternam. Et poteſt ſic deſcribi. Beatitudo eſt gratia non cuicunq;, ſed vere ſapienti nota, faciens ad ſuauitatem conſcientiæ, propinqua gloriæ. Vnde Ambroſius. Dico inquam beatam vitam conſiſtere in altitudine ſapientiæ, quantum ad primum: ſuauitate conſcientiæ, quantum ad ſecundum & virtutis ſublimitate, quantum ad tertium. Dicitur autem beatitudo gratia, quia nõ eſt ex noſtris viribus, ſed a deo. Dicitur etiam non cuiq;, ſed vere ſapienti nota. Quia dicit ſanctus Bernardus in quodam ſermone. Quid tam abſconditum, q̃ paupertatem eſſe beatam? Dicitur etiam facere quantum ad ſuauitatem conſcientiæ. Licet enim paupertas, & perſecutio, & certe gratiæ beatitudinales / videantur habere miſeriam vel antecedentem, vel concomitantem, vel eſſe ipſa

A

Quid ſit beatitudo vt hic ſumitur.

miſeria:tamenſecundum veritatem ad ſuauitatem & tranquillita-
tem conſcientię faciunt,quia ſunt perfectiones purgati animi quæ
animum ab his terrenis expeditum:diuinis omnino immerſum te
nent. Dicitur etiam propinqua glorię cum ſit perfecta virtus. Virt⁹
autem perfecta eſt q̄ eſt propinqua ſuo fini. De hac beatitudine per
tractat beatus Auguſtinus in decimotertio libro de Trinitate:& de
vita beata. Cum enim beatus Auguſtinus diffiniſſet beatitudinem
dicens. Beatus eſt qui habet quicqd vult:& nihil mali vult:oſtendit
additionem ſeu particulam vltimam per beatitudinem patrię non
eſſe neceſſariam,quia in beata vita nullus vnq̄ quicq̄ male velle p̄t
ſed huiuſmodi additum locum habet de hac beatitudine quæ ha-
beri poteſt in hac vita,quę nullaten⁹ eſt ſimpliciter beata vt ibi oñ-
B dit. ¶Quantum ad ſecundum ſciendum ꝙ non omne pati eſt me-
ritorium. Quidam enim patiuntur inuoluntarie,& hi non habent
meritum. Quidam voluntarie:ſed non propter cauſam debitã:ſed
propter ſcelera vel propter emolumentum terrenum,vt mercato-
res vel ſtipendiarij.nec hi merentur vt ſic. Cauſa aũt debita eſt pu-
ta propter iuſtitiam vt hic dicitur in themate. Sed notandum ꝙ q-
dam patiuntur propter iuſtitiam:nec tamen meritorie,quia non ꝓ-
pter deum ſed ex pertinacia pretendunt iuſtitiam:plus in hoc intẽ-
dentes ſe q̄ deum ad quem omne pati ordinari debet,quia ſecundũ
Auguſtinum in ſermone, pœna nõ facit martyrem ſed cauſa. Vnde
dominus in eodẽ Euangelio poſt verba aſſumpta mox ſubdit. Bea-
ti eſtis cum maledixerint & cętera.vſq; mentientes propter me. Si-
gnanter dicit mentientes,quia ſecus eſt ſi iuſte hæc patiantur ꝓpter
eorum ſcelera. Item dicit propter me non propter ſe. ¶Notandum
C autem ꝙ multis de cauſis poteſt quis fieri martyr/ſcilicet pro iuſti-
tia,vt Abel:pro lege vt Maccabæi:pro ſalute populi, vt Chriſtus:
pro fide Chriſti,vt Stephanus & iſti glorioſi Martyres Thebęi:pro
Chriſto,vt innocentes:pro libertate eccleſiæ,vt Thomas Cantua-
rienſis:pro aſſertione veritatis,vt Eſaias,Hieremias:pro arguitio-
ne peccati,vt Ioannes Baptiſta. Item notandum ꝙ triplex genus
Martyrum eſt. Quidam patiuntur voluntate & actu,vt iſti Marty-
res. Quidam voluntate non actu,vt Ioannes euãgeliſta. Quidam
non voluntate ſed actu,vt innocentes. In quibus Chriſtus cuius vi-
ce mortui ſunt ſuppleuit ſi quid defuit voluntatis. Vnde ordinan-
tur eorum feſta poſt natiuitatem domini ſecundum maiorem Mar
tyrij dignitatem. primo Stephani,ſecundo Ioannis, tertio innocen
tum. Nam dilectus eccleſiæ Chriſtus candidus in Ioanne,rubicũ-
dus in Stephano,electus ex millibus in innocentibus.

D ¶ Prędictū autem pati voluntariū inducit tres nobiles effectus in anima. Primo imaginem animę deformatā reformat. Quia eñ per peccatū quo imago deformatur cecidit homo in pati inuolūtarie & neceſſario: Ideo ſi imago debet reformari: oportet ꝙ hoc fiat p pati voluntarie. Ad cuius euidentiā ſcīendū ꝙ a principio homo a nulla pati potuit creatura: quia earum omniū dominus cōſtitutus eſt vel fuit, Geneſis primo. Faciamus hominem & cętera. Pſalmiſta. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius &c. Sed poſt peccatum omnis creatura cecidit in tormentū eius: vt patet Sapientię.v. Et hoc digne quia cecidit ab obedientia ſui ſuperioris ſcilicet dei. Ideo a ſua obedientia receſſit omnis creatura: quę etiam armata eſt contra hominem/ per inductionem. Exemplum de tyriaca, quę conficitur ex tyro ſerpente adiūcto aromatico alio: & ſic repellit omne venenum. Sic pati ſi adiunctum fuerit voluntarium in vnione pati Chriſti eſt medela contra pati inuoluntarium. Oportet igitur per pati voluntarium reformari imaginem. Vnde dominus in euangelio Lucę viceſimo primo. In patientia veſtra id eſt in pati voluntarie/ poſſidebitis animas veſtras. Adapta. De vtilitate huiuſmodi pati voluntarie dicit Auguſtinus tredecimo de trinitate. capi.xvj. Proſunt iſta mala quę fideles pie ferunt: vel ad emendanda peccata: vel ad exercendā probandamq; iuſtitiam & ad demonſtrandam vitę huius miſeriam: vt illa vita vbi erit beatitudo vera, deſideretur ardentius & inſtantius inquiratur.

Tres effectus nobiles iducit pati vol̄ūtarie pro Chriſto.

Secundo imaginem creatam imagini increatę cōformat Quod patet ex eo. Nam ſecundum Macrobium/ virtutes purgati animi hominem ſupra humanum modum eleuant pro quanto animum a terrenis abſtractum diuinis inhęrere faciunt: ita ꝙ per hanc beatitudinem quę eſt pati voluntarie: confertur ei diuinitus: vt non ſolum paſſiones vincat: immo ignoret paſſiones: vel etiam gaudeat de paſſionibus. Exemplum de piſce: qui gaudet in aqua. Sciſti in tribulationibus. Si quis igitur ſcire voluerit qui ſint hi qui habent iſtam beatitudinem: Illi ſolum ſunt qui carnem ſuam perfecte ſpiritui ſubdiderunt: & ſeipſos triūphaliter vicerunt. Sicut ſanctus Mauricius.

E ¶ Tertio cœleſti regno animā aſſociat. Vnde ſubditur: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quod eſt tertium principale. Ad idem eſt quod in fine euangelij ſubditur. Gaudete & exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et hęc tria prędicta nomine regni cœlorum intelliguntur. Sciendum igitur ꝙ regnum cœlorum tribus modis ſumi poteſt. Vno modo pro imagine dei quę intra nos eſt: q̄tum ad primum. Secundo pro abſtractione animę ſupra ſe: quando omnia ſibi ſunt quoddam cœlum: & omnia animus receperit pro gloria cœleſti: ſecūdum Hieronymum. Tertio modo

pro ipſa gloria cœleſti quæ nullatenus confertur niſi patientibus ꝑ
Chriſto. Exemplum in Chriſto quem oportuit pati:& ſic itrare glo-
riam ſuam. Item exemplum de omnibus charis & electis Chriſti,
qui omnes per viam paſſionis voluntariȩ venerũt ad regnum cœ-
lorum. Delirant ergo qui ſine pati volunt poſſidere regnum. Sic ſã-
ctus Mauricius &cætera. Tales autem pro Chriſto voluntarie pa-
tientes: ſicut iſti, vere dicuntur domini:& eorum feſtum cõgrue fe-
ſtum dominorum nuncupatur propter prædictos tres effectus. Et
vt dicit Gregorius in Homilia ſuper illo verbo. In patientia veſtra
poſſidebitis animas veſtras. Per patientiam (inquit) poſſidem⁹ ani-
mas noſtras, quia dum nobiſipſis dominari diſcimus: hoc ipſum i-
cipimus poſſidere quod ſumus: Rogemus ergo dominum &c.

¶Sermo. III. ad idem. Et in numero. CLXXIX.

ISti ſunt qui aſſiſtunt dominatori vniuerſȩ terræ, Zacha-
riȩ quarto. Sicut dicit Apoſtolus. j. Cor. viij. Si quidẽ ſunt
domini multi; nobis tamen vnus dominus Ieſus Chriſt⁹
per quẽ omnia & nos per ipſum/ſcilicet ſumus quicqd ſu-
A mus tam in eſſe naturȩ q̃ gratię. ¶Vbi dicit gloſſa, ꝙ licet vnus ſit
deus & dominus creator omnium & conſeruator: multi tamen ſũt
dij & domini per participationem tam in cœlo q̃ in terra. In cœlo
quidem, ſicut ſancti qui iam regnant cum Chriſto. In terra etiam, ſi
cut iuſti qui prȩſunt alijs:& qui ſibiipſis dominantur, carnẽ ſpiritui
ſubijcientes. Et ſecundum hunc ſenſum verba prȩmiſſa ꝓ feſto do-
minorum de iſtis glorioſis martyribus Mauritio & ſocijs eius expo
nendo conuenienter de eis dici poteſt. Iſti ſunt (ſubaudi domini) qui
aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terrȩ. vbi per terram intelligitur am
bitus totius vniuerſi tam cœli q̃ terræ. Sicut ibi. Domini eſt terra &
plenitudo eius. Iſti ergo glorioſi ſancti bene dicuntur domini, quia
ipſi in virtute Chriſti dominati ſunt ſuper carnem, & ſuper vitam
propriam corporalem, imo ſuper totum mundum. Ipſi enim cõtẽ
pſerunt vitam mundi, vt patet in paſſione eorum. & peruenerũt ad
prȩmia regni: vbi cum Chriſto regnant in ȩternum. Ideo bene dicũ
B tur domini. ¶Iſtorum itaq; glorioſorum ſanctorum feſtum (inclu-
dendo ſanctum Matthȩum) vulgariter appellatum eſt, Miſſa domi
norum. Et hoc rationabiliter. Feſta eñ ſanctorum recolimus in di
uinis officijs quæ ſunt plura/videlicet ſeptem horȩ canonicȩ: & fi-
unt proceſſiones, aſperſiones, benedictiones, cantus pſalmœdię, ꝓ
dicationes &cȩtera. quæ omnia ordinantur ad miſſam. Ita ꝙ miſſa

trãſcendit omnia alia diuina officia.& cõtinet in ſe virtutẽ omnium
aliorum officiorum. Et quia denominatio ſemp fienda eſt a dignio-
ri:ideo congrue dicitur, Miſſa dñorum. Vnde ſicut dicit Innocenti⁹ Miſſa q̄re
in libro de miſſa. Miſſa dicta eſt quaſi tranſmiſſio, eo q̄ populus fi- dicta ſit
delis per miniſterium ſacerdotis qui fũgitur vice mediatoris inter ſcd̄z Inno
deũ & hoies, p̄ces & ſupplicatiões & vota trãſmittit altiſſimo. Ipſũ centium.
vero ſacrificiũ & hoſtia, Miſſa vocat̃, q̄ſi trãſmiſſa. Primõ nob; a pa
tre, vt eẽt nobiſcũ. Poſtea pr̃i a nobis, vt intercedat p̄ nobis ad ipm̃.
Hęc ẽ eñ ſola & ſufficiẽs & idonea miſſio ſeu legatio ad ſoluẽdas in
ter deum & homines inimicitias & offenſas. Hęc Innocen. Ad hoc
facit quod ſacerdos dicit in Canone. Supplices te rogamus omnipo
tens deus: iube hæc perferri per man⁹ ſancti Angeli tui in ſublime
altare tuum, in conſpectu diuinę maieſtatis & cætera. Vnde ſubdit
Innocentius ibidem. Cum ergo diaconus ait, Ite miſſa eſt: idem eſt
ac ſi diceret. Recedite ad propria, quia oblata eſt hoſtia ſalutaris. Ex
pręmiſſis patent duo. Primo quare feſtum præſens dictum eſt fe-
ſtum dominorum, quia videlicet iſti glorioſi Martyres tam magni
principes & domini aſſiſtunt dominatori cœli & terræ: pro quo for-
titer pugnauerunt & glorioſe triumphauerunt. Exemplum de pri
cipibus aſſiſtentibus imperatori. Secundo iſtud dictum eſt, Miſſa
dominorum: eo q̄ videlicet vota & ſupplicationes fidelium p̄ ob-
lationem hoſtię ſalutaris i miſſa meritis iſtorum ſanctorum ſalubri
us ad deum patrem trãſmittunt̃. Qua etiã ratione nonnulla alia fe-
ſta a miſſa vulgariter nominantur, vt feſtum purificationis, aſſum-
ptionis &c. Circa pręſens ergo feſtum Miſſę dominorum in verbis
propoſitis duo debemus conſiderare. ¶ Primum eſt vnde prodie C
rit iſtorum ſanctorum glorioſa dominatio, quia dicitur. Iſti ſunt ſci
licet domini. Secundum eſt huiuſmodi dominationis determina-
tio, quia dicitur. Qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ. Quan-
tum ad primum vnde prodierit iſtorum ſãctorum dominatio: ſim-
pliciter loquendo dicere poſſumus q̄ prodijt ab ipſo deo: qui eſt do
minus dominãtium. Omnis enim poteſtas a deo eſt, Romanorum
tredecimo. Vnde i perſona cuiuſlibet eorum, imo cuiuſlibet animæ
rationalis dicit Sapiẽs Eccleſiaſtici viceſimoquarto. ¶ Ego ex ore
altiſſimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. quod verbũ
conuenit dicere cuilibet animę rationali ſecũdum eſſe ideale, quod
ab ęterno habuit in verbo diuino, in quo vna cum ipſo verbo diui-
no p̄dijt in ęterna ḡnatiõe a pr̃e. & ſcd̃m hoc i verbo allegato: Ego
ex ore &c. tangit̃ duplex habitudo aĩę rõnalis in illo eſſe ideali. Vna
ad naturã diuinam a qua ęternaliter p̄dijt. Vnde dicit: Ego ex ore.

altiſſimi prodij. Secunda habitudo eſt qua ſe habet ad omnes crea-
turas quas originaliter anteceſſit. Vnde dicit, primogenita ante om
nem creaturam. Et ratione huius duplicis habitudinis quā habue-
D runt iſti glorioſi ſancti: bene ſunt magni domini. ¶ Quantum ad
primam habitudinem eſt ſciendum, ꝙ iſti glorioſi ſancti in illo eſſe
ideali habuerunt in verbo tres perfectiones nobiliſſimas cum ver-
bo: videlicet, Realem conſubſtantialitatem: fontalem ſuauitatem: &
formalem actiuitatem. Primo dico ꝙ iſti domini glorioſi in illo eſſe
ideali in verbo Chriſto habuerunt cum ipſo verbo realem conſub-
ſtantialitatem. Quod patet. Nam ſecundum Auguſtinum. Hoc ꝓ-
prium eſt diuinę ſimplicitati: ꝙ quicquid eſt in eo ſit deus: alias enī
in deo eſſet accidens: quod eſt impoſſibile: & ideo oportet ꝙ omnes
ideę & ſpecies creaturarum vt ſunt in mente diuina: ſint idem eſſen
tialiter cum eſſentia diuina. Vnde Ioānis primo. Quod factum eſt
in ipſo vita erat. Vita inquam quę eſſentialiter deus eſt: licet ſecun-
dum eſſe creatum quod habet creatura in ſeipſa: ſit aliud realiter a
deo: quia eſt quoddam eſſe creatum quod cauſaliter & realiter flu-
xit ſecundum eius ideam practicam: ſecundum quam & realiter a
deo dependet: ita ꝙ ſi ſuę virtutis influxum ad momentum ſubtra
heret: omnia in nihilum tenderent: vt dicit Auguſt. Secundo habue
runt cum verbo fontalem ſuauitatem. Nam propter realem idētita
tem eſſentię anima rationalis in tali eſſe deguſtat ſuauitatem diuinā
ex eodem fonte diuinę bonitatis cum ipſo verbo: de quo anima glo
riatur, Prouer. viij. dicēs. Delectabar per ſingulos dies, ſcilicet eter-
nitatis ludens coram eo omni tempore, id eſt lętitiam & gaudiū ſu-
mens in cōtemplatione & fruitione diuinę ſuauitatis. Tertio iſti do
mini habuerunt in verbo ſimul cum verbo formalē actiuitatē: cum
enim creatura in deo ſit creatrix eſſentia: vt dicit Anſel. poteſt dici
ꝙ anima exiſtens in verbo creauit cœlum & terram. Vnde ipſa glo
riando vbi ſupra dixit. Quando pręparauit cœlos aderam & cętera
Quando appendebat fundamenta terrę cum eo eram cuncta com-
ponens. Ecce q̄ magna dominatio iſtorum ſanctorum quātum ad
ſuę dominationis originem. Vnde cuilibet eorum dici poteſt illud
E Pſalmi. Dominatio tua in omni generatione & generationē. ¶ Sed
ſciendum ꝙ licet hęc etiam veritatem habeant de quibuſlibet crea
turis ſuo modo: ſpecialiter tamē de anima rationali: quę in ſuo egreſ
ſu a verbo in propriam naturam ſecum tulit imaginem dei ſibi im-
preſſam: in ſignū dñij ſup alias creaturas. Exēplū de vexillis dñoꝝ.
Vñ ps. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eiꝰ &c. qđ ſingulariter & maxime
patet in illis mētibꝰ ſublimibꝰ: quas deus p̄uidit cū ſingulari merito
tū pręconio ad ipſum reuerſuras: quales ipſe in ęternitate cum ſum-

ma iocunditate concepit:& in tempore earum gratiarum ſuarũ pri-
uilegijs iſigniuit. Exempli gratia de glorioſa virgie Maria ,cui⁹ ideā
& ſpeciem deus in ęternitate concepit,& ipſam matrem dei & ſpon
ſam totius trinitatis futuram pręuidit. Vnde de ea legitur in Eccle
ſia totum illud qđ ſcribitur Prouerb.viij. Dñs poſſedit me &c. Simi
liter de ideis & ſpeciebus iſtorũ glorioſorũ Martyrum Mauricij, &
ſociorum eius:quos ipſe deus pręuidit ad ſe cum tam glorioſo trium
pho martyrij reuerſuros. Talem eñi quemlibet tota trinitas deſide-
ranter vt ad ſe reuertatur iuitat. Can.vj. Reuertere reuertere ſunami
tis,reuertere reuertere,vt intueamur te. Sunamitis interpretaꝛ ca-
ptiua,& ſignificat aīam ī carcere corporis captiuatam:quā ſolutam
a corpore tota trinitas intueri delectatur. Vnde dicit reuertere &cæ.
vt intueamur te. Super quo verbo dicit Origeñ. Delicioſus intuitus
memorię confortatę per patrē,intelligentię illuminatę per filiũ, vo-
lũtatis expeditę per ſpiritum ſanctũ. Conuertere ergo anima mea i
requiem tuam.i.in deũ:vt in te tanq̄ in ſpeculo ſuam expreſſiue re-
prę ſentantē imaginē,ineffabiliter delecteꝛ,tibi familiariter cōgratu
leꝛ,te eleuet inouādo,te inouet decorādo,te decoret amādo,te amet
inhabitā lo. Expone ſingula ad ꝓpoſitũ. ¶ Viſo qũo p̄dicta tria ha- F
buit & hēt aīa,put ipſa hēt eē ideale ī deo: Vidēdũ eſt nũc ꝓ nr̄a ędi-
ficatiōe ſpũali qũo aīa ī eē actualis exiſtētię ꝓducta ad eadē tria pro-
portionabiliꝛ redire poſſit:put de⁹ eſt in ipſa ꝑ gratiam. Hęc eſt vera
viciſſitudo amoris:vt anima quæ ab ęterno fuit in deo vt dictum eſt
nunc deum conetur habere in ſe,vt pro hoc a ſe redeat in illũ a quo
effluxit. In hoc eñi ſuprema perfectio cuiuſlibet rei cōſiſtit:ꝙ vniaꝛ
cum ſuo principio. Quia ſecundũ Proclum. Quęlibet res creata no
bilius habet eſſe in ſua cauſa. Qualiter aũt anima in deũ redire poſ-
ſit,eſt ſciendum ꝙ cum creaturæ in eſſe actualis exiſtētię ꝓductę re
pugnet vniri cũ verbo reali cōſubſtantialitate,quia tunc in deo eſſet
tranſmutatio. Debet tñ per deſiderium tendere in deum mō poſſibi
li. Eſt aũt triplex deſideriũ quo mens ad redeundũ in ſuũ principiũ
afficiꝛ,correſpondenter illis tribus perfectionib⁹ quas habuit ī ver-
bo. Primũ eſt deſiderium vnionis amoroſę,quo ad primũ. Secũdũ
eſt deſiderium deguſtationis dulcedinis diuinæ,quantũ ad ſecũdũ.
Tertium eſt deſideriũ operationis deificę,quantum ad tertium. Pri
mum deſideriũ eſt cordis vulneratiuum. Secundũ languefactiuum
Tertium eſt cordis defectiuũ. Primum ergo deſiderium eſt vniōis
amoroſę,quod deſiderium ineſt animę ex conſideratione primæ ꝑ
fectionis ſuę in verbo quæ erat realis cōſubſtātialitas. Quia eñi ani
ma non poteſt vniri cum verbo reali tranſmutatiōe,deſideret ergo
ei vniri amoris transformatiōe,inquātũ ꝑ actũ amoris amās fit vnũ

De tripli-
ci deſide-
rio aię ſuſ-
pirātis ad
deum.

cum re amata. Eſt enim amor ſecundum Dionyſiũ, extaſim faciẽs
quia tranſformat amantem in amatum. Pro hac vnione animæ cũ
verbo rogauit ipſummet verbum ęternum, Ioan. xvij. Pater (inqt)
rogo vt ſicut tu in me & ego in te: ita & ipſi in nobis vnũ ſint. Per q̃
verba ſecundum Auguſtinum non petit pro vnione conſubſtantia
li: ſed pro vnione nobis poſſibili per gratiam & amorem. Vñ non di
cit, vnum ſint cum nobis: ſed in nobis, quia vnum cum eis eſſe non
poſſumus: ſcilicet per gratiam & charitatem. Iſtud deſideriũ ẽ cor-
dis vulneratiuum, pro quanto cor ſagitta amoris diuini ita tranſfigi
tur, ꝙ amor omnium aliarum rerum de corde expellitur: & ſolus di
lectus ad intima cordis ita intrabit, vt ſolus ametur, vt dicat illud Cã-
ticorum ſecundo. Dilectus meus mihi & ego illi. Iſtud autem ſuaue
vulnus (ſecundum Bernardum in tractatu de charitate) de intus cu-
rari oportet, nullo proinde ſolatio humano mitigatur amantis mœ
ror: cum ſublato internę dulcedinis guſtu nil proſit exterius conſo-
lari. Sic vulneratum fuit illud cor nobile beati Auguſtini cum dixit
nono confeſſionum. Sagittaueras tu cor meum charitate tua. Et ef
fectum iſtius ſagittę tangit ibidem dicẽs. Q̃ ſuaue mihi ſubito fctm̃
eſt carere ſuauitatibus nugarum, eijciebas eas a me & intrabas tu ꝓ
eis omnium dulcior voluptate deliciarũ. Nec mireris: ſi anima ſic
vulneretur a verbo æterno, cum & ipſum prius vulneratũ fuerit ab
anima ab æterno. Vnde dicitur Hieremię trigeſimoprimo. In cha
ritate perpetua dilexi te: ideo attraxi te. de hac vulneratione gloria
tur ſponſus, Canticorum quarto. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſpõ
G ſa. ¶ Secundum eſt deſiderium deguſtatiõis dulcedinis diuinæ, qđ
reſpondet ſecundę perfectioni eius in verbo. Nam & ſi nõ poſſit in
hac vita haurire imediate de ip̃o fõte diuinę ſuauitatis: deſiderat ta
men ad hoc peruenire in vita beata, iuxta quod ait illa ſancta anima
p̃s. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum & cæte. Et in hac ſiti
feruidi deſiderij deriuatur hic animę ſaltem aliqua gutta pręlibato
ria diuinæ ſuauitatis: ex cuius guſtu omnia creata reddũtur animæ
inſipida & pœnalia, iuxta illud Gregorij. Guſtato ſpiritu deſipit oĩs
caro, ad modum languentis, cui omnis cibus eſt inſipidus. Vnde il-
lud dicitur deſiderium languefactiuum: quo cor poſt vulnus amo-
ris ſuſceptum fit ita languidum: ꝙ neſcit niſi ſuſpirare ad dilectum
in tantũ ꝙ non poteſt ab eo oculum ſui deſiderij auertere ad mo-
mentum. Exemplum de Maria Magdalena: quæ non potuit a
monumento recedere ad momentum, nec volebat conſolatiõem
recipere ab aliqua creatura. Vnde Origenes in perſona ſua dicit
Oneroſi ſunt mihi inquam omnes, conſolatores grauãt me & nõ
conſolantur me. Ego quęro creatorem, & grauis eſt mihi ad vi-

dendum omnis creatura. Tali languore ęſtuabat ſponſa cum diceret Canticorum quinto. Nūciate dilecto meo quia amore langueo. Tertium eſt deſiderium operationis deificę: quod reſpondet tertię perfectioni animi in verbo ęterno. Nam hoc deſiderio cor ita dilatatur ꝙ homo a ſeipſo deficit & nihil penitus operatur, ſecundū illud Pſal. Memor fui dei & delectatus ſum, & exercitatus ſū & defecit ſpiritus meus. Exemplum in regina Saba, quę vidēs ſapientiam & magnificentiam Salomonis, nō habebat vltra ſpiritum. Vnde tale deſiderium dicitur defectiuum, pro quāto facit deficere in homine oē quod deus non eſt. In qua defectiōe deus operatur in anima omnia opera ſua iuxta illud Eſa. viceſimoſexto. Omīa opa noſtra operat᷒ es domine. Hoc triplici deſiderio ęſtuabāt iſti ſancti martyres. declara ex paſſione eorum. ℭ Sequitur de ſecunda habitudine, qua idea iſtorū ſanctorum dominorum ſe habuit ad creaturas. Vnde dicitur, Primo genita ante omnem creaturam & cętera. Quia enim omnes creaturę factę ſūt in tēpore: ideę vero i verbo fuerūt genitę i ęternitate: Ideo de quolibet iſtorum ſanctorum bene dicitur ꝙ ſecundum eſſe ideale ꝓceſſit omnem creaturam. Sed dicet aliquis. quę ex hoc eſt comēdatio iſtorum ſanctorum, cum hoc idem dici poſſit de qualibet idea cuiuſlibet creaturæ. ita de muſca ſicut de angelo. Ad hoc dicendum ꝙ ideę illę poſſunt conſiderari dupliciter. Vno modo in habitudine ad ipſam diuinam eſſentiam in qua ſubſiſtunt, & ſic ſunt omnes ęque nobiles: quia ſunt ipſa eſſentia diuina. Alio modo in habitudine ad creaturas quas repręſentāt. et hoc modo ideę non ſunt eiuſdem nobilitatis. non quidem in eſſendo, ſed in repręſentando. quia idea repſentans in deo eſſentiā angeli eſt multo nobilior ea quæ repręſentat eſſentiam muſcæ. ſicut etiam eſſentia angeli eſt nobilior q̄ eſſentia muſcę. Sic etiam eſſentia animę Chriſti multo nobilior erat idea cuiuſlibet alterius animæ. Quia ſecundum hanc ideam deus præuidit in æternitate, ꝙ anima illa in tempore erat vnienda verbo in vnitate ſuppoſiti. ſimiliter eſt de ſanctis dominis, quos deus pręuidit tam glorioſo martyrio triūphaturos. Et ideo q̄tum ad illum reſpectum in conſpectu dei priores erant multis alijs anima b᷒ non ſolum prioritate originis eo modo quo dictum eſt, ſed etiam prioritate dignitatis. Vnde de eis dici poteſt illud Sapientię tertio. Et in tempore erit reſpectus eorum. Licet enim in reſpectu ęternitatis in eſſentia diuina omnes ideæ ſint ęquales, in reſpectu tamen ad tempus actualis exiſtentię iſti ſancti multos ꝓcellūt. ℭ Ex pręmiſſis poſſumus accipere documētum morale: ꝙ quilibet homo circa ſpei fiduciam pro eo habere debeat: ꝙ deus aliquid boni in ęterna ſua prædeſtinatione de eo præuiderit: & conari ad hoc, quantum

poſſit,vt illud boni de eo p̄uiſum ſuum ſortiatur effectū: p̄deſtinatio em̄ rebus non infert neceſſitatem:ſed ea exigit cooperationem liberi arbitrij. Nam ſicut deus aliquem ſaluandū p̄uidit: ſic & modum quo ſaluari debeat. Et ſecūdū hunc ſenſū dicūt ſancti ꝙ p̄deſtinatio orationibus adiuuat̄:non ꝙ orationes mutent prędeſtinationē:ſed quantum ad effectum prędeſtinationis,iuuat ipſa oratio: & ſic liberum arbitrium cooperat̄ in prędeſtinationem,iuxta quod dicit Auguſtinus. Si non es prędeſtinat⁹:fac vt prędeſtineris. Quod ſic intelligendum eſt non ꝙ ipſum temporale cauſet ęternum:ſed qđ æternum coexigit temporale/ſcilicet cooperationē liberi arbitrij. Et ē ſenſus fac vt prędeſtineris.i. vt prędeſtinatio in te ſortiat̄ effectum, qđ non fiet ſine te. Et ſic fuit de iſtis glorioſis martyribus dominis noſtris,qui prædeſtinati ab ęterno fuerunt ad magnam gloriam in cœlo poſſidendam. Et per glorioſum martyrium,qđ de⁹ pręuidit eos ꝓ fide Chriſti in tempore paſſuros. Quo tēpore adueniente & Maximiani inſania contra Chriſtum ęſtuante:ipſi libera voluntate elegerunt magis mori pro Chriſto q̄ noxij viuere. Et ſic eorum libero arbitrio cooperante & gratia dei & gloria concomitante,prædeſtinatio eorum habuit effectū:vt ꝑuenirēt ad gloriā,vbi aſſiſtunt dn̄atori vniuerſę terrę. Ad quam gloriam nos perducat &c.

¶ De Angelis. Sermo. I. Et in numero CLXXX.

QVi aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ vbi ſupra. Verba iſta dupliciter poſſunt aſſumi. Vno modo continuando ea materię pręmiſſę de ſanctis martyribus Mauricio & ſocijs ſuis:vt dicamus ꝙ in his verbis notat̄ modi do

A minationis eorum determinatio. ¶ Vnde ſi quęratur. Quis eſt modus dominationis eorum? Reſpondetur ꝙ aſſiſtunt dominatori vniuerſę terræ. Et hic eſt etiam modus dominationis Angelorum quia ſeruire deo regnare eſt. Et in illa aſſiſtentia conſiſtit tota felicitas & gloria tam Angelorum q̄ hominum beatorum. Qualiter ſūt iſti ſancti Martyres aſſiſtunt domino,an in ſpeciali ordine ſuo,an ſimul cum Angelis in ordinibus Angelorum: Sciendum ꝙ homines ſancti non facient ſpecialem ordinem vel chorum diſtinctum ab ordinibus Angelorum. Sed ſecundnm Gregorium,homines aſſumēdi ſunt ad ordines Angelorum:quorum aliqui aſſumunt̄ in ordine ſuperiorum.ſ. Seraphin,qui videlicet magis ardent charitate. Alii in ordine inferiorum,qui ſcilicet min⁹ perfecti ſunt. Iſtos ergo ſanctos Martyres non eſt dubium omnes aſſumptos ad choros Angeloꝝ quemlibet ſecundum gradum ſuæ perfectionis. Licet etiam dici poſſet eos aſſumptos ad ordinem dominationū,vt ex hoc etiā ma

gls conuenienter domini nuncupentur. Sed hæc eorum diſtributio
ſiue in vno ordine ſiue in pluribus diuinę diſpoſitioni relinquatur.
Cum tamen certum ſit eos omnes & ſingulos vultui conditoris cū
Angelis aſſiſtere, & cum coronis & aureolis martyrij quibꝰ corona
uit eos dominus cum Chriſto gaudēt in ęternum. Vnde bene de eis
cantatur: Gaudent in cœlis animæ ſanctorum &c. Alio modo hæc
verba referri poſſunt ad Angelos q vere dñi ſūt, qa aſſiſtūt iugiter
dominatori cœli & terræ. Vnde etiam conuenienter eorum feſtiui
tas concurrit infra feſtū dñorum. De hac igitur aſſiſtentia Angelorū
corā dño tria cōſideranda occurrunt. Primū qualiter Angeli ſcdm
diſtinctionem hierarchiarū & ordinū deo aſſiſtant. Scdm q̄ ſit ꝓprie
tas & cōditio cuiuſlibet ordinis in ſua hierarchia. Tertium qualiter
anima rationalis cuiq; ordini conformetur. ¶Quantum ad primū B
ſciendum ꝙ ſicut habetur ex traditione ſancti Dionyſij recepta ab
Apoſtolo Paulo, Angeli diſtincti ſunt per três hierarchias. Quarū
vna dicitur ſuprema, ſecūda media, tertia infima. Et quęlibet earū
continet tres ordines / videlicet ſuperiorem, medium & infimum.
Nam ſuperior hierarchia cōtinet Seraphin / Cherubin / & Thronos
Quorū primi conſiderant dei bonitatē, ſecundi veritatē, tertij ęqui
tatem. Media hierarchia continet dñationes, principatus, & pote-
ſtates: quorum primi regunt officia Angelorꝫ, ſecundi pręſunt capi
tibus populorū, tertij coercent poteſtatem dęmonum. Inferior hie-
rarchia continet Virtutes, Archangelos, & Angelos. Ad primos ꝑ
tinet miraculorꝫ operatio. Ad ſecundos magnorum negociorū de
nunciatio. Ad tertios humanę cuſtodię cura & occupatio. ¶Quan
tum ad ſecundū eſt ſciendum ꝙ ꝓprietas & conditio primi ordinis C
primę hierarchię eſt in amore dei fortiter ardere, & alios in amore Cuiuſli-
diuino accendere. Vnde Seraphin ardens interpretatur. In cuius ſi betordinis
gnum Seraphin tetigit labia Eſaię prophetę calculo ignito, vt patet Angelorꝫ
Eſa. vj. Secundus ordo dicitur Cherubin q interpretatur plenitudo ꝓprietas
ſcientię, quia in ipſis pręcęteris relucet clarius radiꝰ diuini luminis declarat.
ex eo ꝙ intimius diuinę veritati iungitur. Horum proprietas ē di-
uinam ſapientiam copioſius ſuſcipere, & ſtudioſius alijs communi
care. Huius exemplū habemus Dañ. viij. Vbi Angelo inferiori / ſci-
licet Gabrieli per ſuperiorem dicitur. Gabriel / inquit Angelꝰ ſupe-
rior / fac eum / ſcilicet Danielem intelligere viſionem. Ex quo patet
ꝙ oēs illuminationes ordinate a ſuperioribus ꝑ medios deſcendūt
ad infimos, quia ſecundum Dionyſium libro cœleſtis hierarchiæ,
immobili lege diuinę prouidentię ſancitum eſt infima per media re
ducere in ſuprema. Tertius ordo dicitur thronorum, qui ideo
throni dicunt̄ eo ꝙ in eis deus ſedeat: & ſua iudicia decernat. In qui

bus precipue relucet rectitudo diuini iudicij. Horum aũt proprietas patere poteſt ex ratione luminis. Throni eñi materiales ad litteram ſunt ſedes regnantiũ & iudicantiũ, Qui etiam ſunt ſitu ſublimes: factura fortes: & ſtatu immobiles: & figurant iſtos beatos ſpũs q throni appellanẽ. Quos etiam Dio. dicit ſedes altas propter dignitatis excellentiã quã ſuper alios acceperũt: cõpactas propter veritatis ſoliditatem qua prę alijs diſcernunt. Et firmiter collatas ꝓpter ęquitatis immutabilitatem, quia ſententiam diuini iudicij immutabiliter recipiunt & ad inferiores tranſfundunt. ¶ Sequitur de ſecunda hierarchia: in qua ſunt tres ordines, videlicet Dñatiões, Principatus, & Poteſtates. Dominationes ſcdm Greg. dicunẽ illa agmina Angelorum: q̃ mira potentia cęteris p̄eminent qui eis ad obediendũ ſubiecti ſunt. Horum officiũ eſt in bello ſpũali homines inſtruere qualiter oporteat prelationis officiũ ſup alios exercere: & qualiter hõ ſubijciendo paſſiones, ſibiipſi debeat dñari, & timore ſeruili depoſito libere in deum moueri. Principatus dicuntur q alijs ſibi ſubditis principantur Angelis: eoſq; ad diuinum myſteriũ explendum diſponũt Ad hos ptinet docere homines exhibere reuerentiam vnicuiq; ſecundũ gradum ſuum. Horum etiã eſt promouere homines, vt non propter vtilitatem propriam ſed propter ſolius dei amorem & honorem faciant iuſtiam. Poteſtates ſecundum Greg. dicunẽ illi qui hoc potentius cęteris in ſuo ordine acceperunt: vt eoꝝ ditioni virtutes aduerſę. ſ. diabolicę ſubiectę ſint, ne mundo tantũ noceãt q̃tum vellent. Horum officium eſt illos q ſpirituali certamine deſudant confortare & defẽdere. ¶ Sequitur de tertia hierarchia in q̃ ſimilr ſunt tres ordines, ſcilicet Virtutes, Archangeli, & Angeli. Virtutes vocanẽ illi p quos ſigna & miracula frequenti⁹ fiũt & virtus faciẽdi miracula hoĩbus perfectis conceditur. Ad hos ptinet reddere homines infatigabiles ad executionem faciẽdorum, & robuſtos ad patiẽtiam patiendoꝝ. Archangeli ſummi nuncij vocantur, eo ꝙ eorum eſt nunciare maiora, vt patet in Gabriele: qui Chriſti natiuitatẽ nunciauit ſupernaturaliter, qui ſcilicet virtute ſpiritusſancti fuit cõcept⁹ & nat⁹. Similr natiuitatẽ beati Ioannis baptiſte, q fuit etiam ſupnaturalr de ſenib⁹ & ſterilib⁹ cõceptus. Sic etiã Michael & Raphael q ſunt de eodẽ ordine Archangelorm ad magna miſſi legunẽ. Iſti illuminatiões quas a ſuperioribus ſuſcipiunt, inferioribus annunciant & p eoſdẽ nobis Angeli, qui ſũt in cœleſti diſpõne vltimi: & hoĩbus magis ꝓpinqui. Iſti minora nunciãt, & hoĩes ad diuinam cognitionem ducunt. & vt iuſte viuant, inſtruũt. Ex quo ordine credibile eſt Angelos nobis ꝓ cuſtodia deputatos. Nam vt dicit Hier. ſup Mat. Magna dignitas aĩarum vt vnaqueq; ab ortu natiuitatis habeat ad

cuſtodiam ſui Angelum deputatũ. Et Origeñ.ſup Homl. Nume. lxvj.dicit ſic. Adeſt vnicuiq; noſtrũ & minimis q̃ ſũt in eccleſia dei Angelus bonꝰ q regat, qui moueat, q gubernet, q ꝓ actibꝰ noſtris corrigendis & miſerationibus expoſcendis quotidie videat faciem patris qui in cœlis ẽ. ¶ Sciendum tamẽ ſecundum Greg. ꝙ Angeli cum ad nos veniunt, ſic exterius implent miniſterium: vt tamen nũquã deſint interiꝰ deo ꝑ contẽplationẽ, & mittunť igiť & aſſiſtũt quia quolibet miſſi veniant, intra ipſum deũ currũt. Talis itaq; Angelus homini ad cuſtodiam deputatꝰ tenet hominẽ ſtantẽ, ne cadat & cadentem adiuuat vt reſurgat: nec vñq̃ hominem deſerit, etiam peccantem, quin ſemp ſit paratus auxiliari: ſi homo velit. Hęc de ꝓprietatibus & officijs ſingulorum ordinum Angeloꝝ dicta ſufficiãt Sed ſicut ait Gregorius Homiľ.xxiiij. Quid prodeſt nos de Angelicis ſpiritibus multa perſtringere: ſi non ſtudeamus hæc etiã ad noſtros profectus cõgrua cõſideratione deriuari, quia eñ ſuperna ciuitas conſtat ex Angelis & hoĩbus. Ad quã tãtũ credimus hoim genꝰ aſcendere quantos illic contigit electos Angelos remãſiſſe ſicut ſcriptum eſt. Statuit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ Iſrael, ſcilicet Angelorum. Debemus ergo nos aliquid ex illis diſtinctionibꝰ ſupernoꝝ ciuiũ ad vſum noſtrę cõuerſationis trahere: noſq; ipſos ad incrementa virtutum bonis ſtudijs inflãmare. Hæc Greg. Et ad hoc eſt tertium principale. Vt aũt ab inferioribus tanq̃ nobis magis ꝓpinquis incipiamꝰ. ¶ Prio debemꝰ trahere & ꝯformare ꝓ modulo noſtro quantũ poſſmus ad ſimilitudinẽ Angeloꝝ. Q̃d fit ſi memores ꝓñtię Angeli nobis deputati in ꝯſpectu eiꝰ peccare erubeſcamus: & eiꝰ inſtinctibꝰ libenter acqeſcamꝰ. Et ſi q̃cunq; etiã parua ad ſalutẽ ꝑtinentia capimus: ea pie annũciare fratribꝰ nõ omittamꝰ. Orõnibꝰ etiã & obſequijs ꝓximis noſtris miniſtrare curemꝰ. Archangelis cõformamur, qñ ad magna myſteria capienda ꝑ grãm ſubleuamur, & ea fratribꝰ ꝓ loco & tpe ꝓ eorũ inſtruct.õe nunciamꝰ. Virtutibꝰ cõformamur: ſi diuina virtute ſuffulti ſignis & miraculis ꝯclarere meruimus. Vel etiã ſi aliqua magna & ſtupenda coẽm modũ humanũ excedẽtia vt virtuoſis actibꝰ opamur. Ac etiã ſi fratrũ ĩbecillitati cõpatiendo, ipſos quantũ poſſumus confortamus & releuamus. Poteſtatibus conformamur: qñ diabolicis infeſtationibꝰ & tentatiõibus viriliter reluctamur. Ad qđ hortať Apoſtolus.j.Pe.v. Reſiſtite diabolo & fugiet a vobis. Reſiſtamus ergo ei confidenter, quia vt dicit Ambroſius. Deus ipſe cum omni Angelorum militia certamẽ tuum expectat: tibiq; contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronã. Exẽplũ in beato Antonio, quẽ diabolus multipliciter infeſtauit, & varias plagas vulnerũ ſibi intulit: ſed beatus Antoniꝰ triũ-

D

E

Qui ſint cõformes Angelis & cęteris ordinibꝰ.

phauit. Item exemplum de ſancto Benedicto: quem diabolus i ſpe cie merulę circũuoluẽs ad tantam concupiſcentiam inflammauit: ꝙ ſe nudum inter ſpinas & vepres/tã diu volutauit: quouſq; feruor concupiſcentiæ totaliter refrigeratus eſt. Et non ſolum in nobis dia bolo reluctari debemus: ſed etiam alios ſpirituali certamine deſudã tes corroborare,& defendere ad inſtar poteſtatum. Principatib⁹ cõ formamur ſecũdum Grego. quando bonis meliores effecti, electis quoq; fratribus virtutum merito principamur. Item ad principatus pertinet: ꝙ maioribus noſtris vnicuiq; ſecundum gradum ſuum re uerentiam exhibeamus. Et ꝙ i operibus iuſtitię noſtrę ſolius dei ho norem intendamus: ꝙ & mundanas perſecutiones tranquilla men te portemus: & in virtute Chriſti eis principemur. iuxta illud qđ ipſe prædixit diſcipulis, Ioã. xvj. In mundo p̄ſſuram habebitis: i me au tem pacem. Sed confidite, quia ego vici mundum. Licet enim ſãcti graues patiantur moleſtias & perſecutiones in Chriſto, tamen men te pacem retinent per internas conſolationes: quibus eos angelico miniſterio conſolatur. Dominationibus conformamur: quãdo mẽs noſtra per diuinam gratiam confortata/carnem ita tenet ſubiugatã: ꝙ cunctis vitijs & concupiſcentijs potenter dominatur: ac p hoc ſpi ritus noſter libere in deũ fertur. Quod bene figuratũ eſt Gen. xxxij. Vbi angelus qui luctabatur cum Iacob neruum fœmoris eius per cuſſit,& emarcuit. Quod fit: quando diuina gratia ęſtũ carnalis de lectationis in nobis extinguit: & extunc libere deum contẽplamur. Vnde angelus ei nomen Iſrael impoſuit: quod idem eſt, ꝙ videns deum. Thronis conformamur, quando mẽs inſpecta ſerenitate di uini iudicij/quaſi auctoritate regia ſeipſam diiudicans: intima ſuę cõ ſcientię veraciter penetrat,& diligenter cuſtodiens: ne aliquid in ea remaneat, quod oculos diuinę maieſtatis offendat. In tali perfecta mente ſecũdum Grego./velut in throno ſuo dñs præſidens aliorũ facta examinat. Vnde etiam tales hoc iſo munere virtutis accipiũt, vt iudicare recte,& alios poſſint. Cherubin conformamur: quando mens diuino lumine ſic perfunditur, vt aliquam veritatem ſupna turalem lympide contempletur. vt dicat illud Iob. xxix. Quis mihi det vt ſim iuxta dies priſtinos: quando lucebat lucerna eius ſup ca put meum: & ad lumen eius ambulabam i tenebris. Hac enim luce anima irradiata rapitur in cognitione diuinorum ſecretorum, vt di cat illud Eſa. vj. Vidi dominum ſedẽtem ſuper ſolium excelſum/& eleuatum. &c. Quia ẽm anima iuſti eſt ſedes ſapientię, ideo ipſa po teſt dici ſolium excelſum propter eminẽtiam/& perfectionem iuſti tiæ. Hoc autem ſolium dicitur eleuatum per ſerenitatem contem plationis: quia in illo lumine diuino animę deuotæ mira & ineffabi

ſta reuelantur.Seraphin conformamur.quando exceſſiuo ardore in
amore dei incendimur:de quibus Grego.Sunt inquit,nonnulli,qui
ſupernæ contemplationis amore & feruore accenſi,in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelant,nil iam in hoc mundo cupiunt, ſolo æternitatis amore paſcuntur:terrena quoq; abijciunt: cuncta temporalia
mente tranſcendūt:amant & ardent,atq; in ipſo ſuo ardore requieſcunt amando/ardent loquendo & alios accendunt:& quos verbo tā
gunt,ardere protinus in dei amore faciunt.Quid ergo iſtos niſi Seraphin dixerimus,quorum cor in igne reuerſum/lucet & vrit: & ga
mentium oculos ad ſuperna illuminant,& pungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant.Qui ergo ita ad amorem ſui conditoris
inflammati ſunt,vbi/niſi inter Seraphin ſortem ſuæ vocationis accipiunt.Hęc Gregorius.Sic Auguſtinus ad ſimilitudinem Seraphin
nonnunq̄ ſe captum fatetur.x.Confeſſi. vbi dicit.Aliquando intromittis me in affectum multum inuſitatum introrſus ad neſcio quā
dulcedinem,quę ſi perficiatur in me/neſcio quid erit,ꝙ vita iſta nō
erit.Huic ordini ſeraphico nos in præſenti vita cōformare,& in cœleſti hierarchia ſociare dignetur.&c.

¶Sermo ſecundus ad idem, & in numero.CLXXXI.

ANgelis ſuis deus mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.Pſal. ¶Iſta verba tractans beatus Bern. A
ſic dicit.Mira dignatio & vere magna dilectio charitatis
quis,quibus,de quo,& quid mandauit. Siquidem deus
mandauit angelis ſuis,& de te homine mandauit/vt cuſtodiant te in
omnibus vijs tuis mandauit.Ex quibus verbis colligitur,ꝙ in illo q
mandauit/oſtenditur charitas magna:in angelis,magna humilitas:
In homine dignitas,& i miniſterio magna vtilitas.Charitas dei oſtē
ditur.ꝙ tales & tantos cuſtodes homini deputauit.Humilitas angeli in hoc,ꝙ hoc humile miniſterium ſubire non recuſauit . Dignitas
hominis in hoc,ꝙ deus tantum ipſum reputauit.Vtilitas miniſterij
in hoc,ꝙ hominem in omnibus vijs ſuis deus per angelum ſecurū
reddit.De charitate aūt dei/circa hoc dicit Bern.ſic. Quid eſt hō ga
innotuiſti ei,aut filius hominis quia reputas eū.Mittis enim vnigenitum tuum:mittis ſpiritum tuum: promittis etiam vultum tuum:
&(ne quid vacet in cœleſtibus ab operibus ſollicitudinis)illos etiam
beatos ſpūs propter nos mittis in miniſteriū noſtrū.¶Secūdo in an B
gelo oſtenditur magna humilitas,quia tam humile ſeruitiū ſiue officium non recuſat:ſed hominem tam diligenter cuſtodit & ſibi miniſtrat:Ideo homo ſibi magnam reuerentiam debet exhibere,qui ſibi dignaſ miniſtrare.In quouis diuerſorio,in quouis angulo,reuerē

tiam exhibe angelo tuo, nec audeas illo præſente quod me præſente non auderes. Item loquens de hoc verbo, Angelis ſuis mandauit de te, Quantam inquit, debet tibi hoc verbum reuerentiam inferre conferre deuotionem, afferre fiduciam. Reuerētiam, pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. Semper aſſit

C angeli hominem cuſtodiunt: nam ſtantes tenent ne cadant. ¶ Tertio in homine oſtenditur magna dignitas in hoc q̃ ab angelis meruit cuſtodiri. Hierony. Magna dignitas animarum, vt vnaquęq; anima ab ortu natiuitatis ſuæ angelum habeat ad ſui cuſtodiam deputatum. Deputatus eſt autem angelus pro cuſtodia homini, ratione angeli, & ratione ipſius hominis. Ratione angeli quidem, tum propter ſuæ ruinæ reparationem: quia homines ſaluandi intrabunt locum cadentium angelorum. tum propter accidentalis pręmij cumulationem, quod vſq; in diem iudicij in angelis augetur. Nam quot homines per eorum miniſterium conuertūtur, tot in eis gaudia cumulantur. Lucæ. xv. Gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente magis, q̃ ſuper. &c. Ratione etiam hominis, & hoc propter hominis neceſſitatem, & dignitatem. Neceſſitas etiam hominis hoc requirit: quia ſæpe diabolus rationem ſeducit, voluntatem allicit, virtutem opprimit: Ideo neceſſe eſt, vt bonus angelus rationem erudiat per ſuam ſapientiam: volūtatem inflammet per charitatem ignitam: & virtutem corroboret per exhortationem internam. Dignitas etiam hominis hoc requirit. Aſſociata eſt enim natura diuina humanæ naturæ in eadem perſona nunq̃ ab ea ſeparanda. Et ideo angeli non dedignantur ſeruire homini, cuius fratrē id eſt Chriſtum & ſororem, id eſt virginem beatam ſuperexaltatos

D conſpiciunt. ¶ Quarto ponitur magna vtilitas quam homo conſequitur ex cuſtodia angelica, cum dicitur, Vt cuſtodiant te in omnib⁹ vijs tuis. i. in in vita, in morte, & poſt mortem. In vita quidem cuſtodit bonos, malos, & tepidos, de q̄bus dicitur Apocal. iij. Vtinam frigidus eſſes quo ad malos, aut calidus quo ad bonos: ſed quia tepidus es quo ad tepidos. Bonos quidem cuſtodit a tentatione diabolica conſeruando, faciens eos in bonum gratiæ proficere, & ipſorum opera diuinæ miſericordiæ præſentando. Præſeruat quidem eos a diabolica tētatione. Cum enim diabolus habeat malitiam qua vult incendere, aſtutiam qua ſubtiliter vult animas interire, & potētiam qua vult opprimere. Angelus contra malitiam ſuccēdentem opponit cœleſte refrigeriū, qđ ſignificatū eſt, Dan. iij. In angelo q i fornacē cū Daniele & ſocijs eius deſcendit & refrigeriū magnū fecit, cōtra aſtutiā latēter ſubintrantē opponit dn̄icæ paſſionis ſignaculū, quod ſignatum eſt Apocalyp. vij. vbi dicitur, Nolite nocere terræ & mari,

neq; arboribus,quouſq; ſignemus ſeruos dei in frontibus eorũ. &c. Ezec.ix. Signa tau in frõtibus eorum &c. Sed tau litera Gerſum ad modum crucis facta eſt. Contra potentiam opprimentem opponit frenum,quod ſignatum eſt Apocalyp.xx. In angelo qui dęmonem ligauit & in abyſſum miſit. Ipſos etiam bonos proficere facit in bonũ gratiæ,id eſt gratiæ præuenientis,proficientis,& perfectæ. Iudith.xiij. Viuit deus qui cuſtodit me. & angelus eius hinc euntem, quo ad gratiam prętuenientem:per quam homo exit de peccato. Et ibi commorantem per gratiam proficientem:& inde huc reuertentem:per gratiam perficientem. Angelus etiam deo bona opera hominis repræſentat, ſcilicet orationes,ieiunia,eleemoſynas,qualiter hæc omnia angelus deo repræſentat:dicitur Tob.xij. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna:magis q̃ theſauros auri cõdere. Quãdo orabas cum lachrymis,& mortuos ſepeliebas,& derelinquebas prandium,ego obtuli orationem tuam domino. ¶ Secundo angelus cuſtodit malos,contra quos multa bona operatur. Nam ipſum de peccato præterito reprehendit. quod ſignatum eſt Iudicum.ij. Vbi angelus domini de præuaricatione filios Iſrael reprehendit,dicens. Ego eduxi vos de Aegypto &c. A præſenti peccato ſæpe educit quod ſignatum eſt Gene.xix. In violenti eductione Loth de Sodomis,id eſt de peccati conſuetudine. A futuro etiam peccato ſæpe impedit quod ſignatum eſt in Nume.xxij. Vbi angelus domini impediuit Balaam,ne iret ad maledicendum. Ipſum etiam peccatorẽ mouet ad contritionem. quod ſignatum eſt Iudicum.vj. Angelus domini eduxit ignem de petra. Quia ſæpe hominibus duris angelus educit ignem contritionis. Purgat labia ad confeſſionem. hoc ſignatum eſt.j. Paraſ.xxj. In angelo percutienti populum qui dixit Gad Prophetæ,vt diceret Dauid,q; in montem aſcenderet:& deo ſacrificaret. Tertio angelus cuſtodit tepidos:quia eos excitat,fortificat,& confortat. Excitat,vt operentur feruenter. hoc ſignatum eſt Actuum.xiij. in Petro dormiente, quem excitauit angelus dicens. Surge velociter. Fortificat vt operentur perſeueranter. hoc ſignatũ eſt in Helia.iij Reg.xix. In Helia feſſo & iacente,quem angelus excitauit,cibo confortauit:quia.xl.diebus,&.xl.noctibus,id eſt per totum tempus huius vitæ ambulauit,& vſq; ad montem dei Oreb peruenit. Oreb autem interpretatur mẽſa,quia tali miniſterio angelico de reſtauratione gratiæ puenit ad reſtaurationẽ cœleſtis menſæ. Cõfortat vt operentur libenter. Sic confortauit Tobiam,dicẽs. Tob.v. Fortia io eſto,in pximo eſt,vt a deo cureris. Vñ & Daniel ab angelo ꝯfortatus ait. Dañ.x. Loquere dñe qa confortaſti me. ¶ Secũdo angelus cuſtodit hoiem in morte q̃ magna incõmoda patit. Vñ ẽ,q;

E

F

Angel'cuſtodit ꝯtra

incōmoda mortis, q̄ pluria ſunt

timor mortis ipſum affligit. Aliud eſt q̄ deus ratione͂ requirit. Ter
tium eſt q̄ diabolus animam rapere inte͂dit. Quartum eſt quia pec
catorum multitudo terret & ſollicitum reddit. Contra primum incō
modum angelus in morte ſæpe viris ſanctis ſuam ſaluationem re
uelat, & ſic timorem mortis excludit, & ipſam mortem iocundam
facit. Eſa.lx. In lætitia egrediemini, in pace deducemini. Contra ſe
cundum incommodum angelus dominum ſibi reconciliat, vt ſic ſe
cure rationem reddat. Iob.xxxiij. Si fuerit angelus pro eo loquens
vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitate͂, miſerebitur eius
&c. Zacha.j. Reſpondit angelus domini & dixit. Domine exercituū
quouſq; non miſereberis Hieruſalem & vrbium Iuda, quibus irat⁹
es. Bernardus ſuper Cant. Diſcurrit angelus medius inter dilectum
& dilectam vota offerens, refere͂s dona, excitat ipſam, placat illum.
Contra tertium incommodum diabolum fugat. hoc ſignatū eſt Ge
ne.xxxij. vbi dicitur q̄ cum Iacob Eſau valde timeret, habuit ange
los ſibi obuios ipſum adiuuare paratos: quos cum vidiſſet ait. Caſtra
dei ſunt hęc. Contra quartum incommodum angelus peccata dimiſ
ſa ſępe releuat: quod ſignatum eſt Dañ.x. vbi dicitur q̄ Gabriel Da
nieli dixit. Ab exordio precum tuarū egreſſus eſt ſermo. Gloſſ. Om
nia a deo eſſe dimiſſa, ego autem veni vt indicare͂ tibi peccata a deo

G eſſe dimiſſa, quia vir deſideriorum es. ¶ Tertio cuſtodit hominem

De cuſtodia angeli poſt mortem hoīs.

in omnibus vijs ſuis poſt mortem. Tres eñi poſt mortem vię ſunt.
Vna eſt quæ ducit ad infernum. Alia ad purgatorium. Tertia ad cœ
lum. In prima via angelus hominem cuſtodit, ne per ipſam incedat,
& a dæmonibus rapiatur. Vnde talis anima regratiatur deo, dicens
Niſi quia dominus adiuuit me, ſcilicet per angelum ſuum, paulomi
nus habitaſſet in inferno anima mea. Anima mea ſicut paſſer ere
pta eſt ſuper terram a laqueo venantiū. In ſecūda via angelus ipſam
cuſtodit, quia vt purgetur ipſam in purgatorium ducit, poſtmodū
purgatam ipſam lætanter educit: & in cœlum introducit. Vnde po
teſt ei cōuenire illud Tob.v. dixit angelus. Ego ſanum ducam filiū
tuum, ſcilicet ad purgatorium vt purgetur: & ſanum reducam in cœ
lum vt glorificetur. In tertia via quę ducit ad cœlum, animam cuſto
dit: quia ab omnibus laqueis eam defendit & in cœlum introducit.
Exo.xxiiij. Ecce mitto angelum meum, qui te cuſtodiat in via, & in
ducat in terram quam promiſi patribus tuis.

¶ Sermo tertius ad idem, & in nūero. CLXXXII.

ANgelus dñi ſtetit iuxta illos, & claritas dei circumfulſit
A illos Lucæ.ij. ¶ Quia vt ait Gregorius, Quotiens ali
quid miræ virtutis agitur, Michael mitti perhibetur: vt
ex ipſo actu & noie detur intelligi, q̄a null⁹ facere p̄t q̄d

facere præualet deus. Michael enim interpretatur, quis vt deus. Id
circo hæc verba ad ꝯmendationem beatiſſimi Michaelis archange
li cõgrue ſunt aſſumpta. Qui vero poſtq̃ factus fuit princeps eccl'iæ
ſicut olim princeps fuerat ſynagogæ: vt patet Dañ.xij. Et poſtq̃ ſui
memoriam in terris peragẽdam multipliciter reuelauit, aſtitit iuxta
illos, ſcilicet Chriſti famulos &c. In quibus verbis ad protectionẽ hu
manæ infirmitatis, & explicationem humanę dignitatis, inuenim⁹
miram dignationem diuinę benignitatis: qui humanam infirmita
tem conſeruare dignatur per angelicam dignitatem & circũamicire
p deificam claritatem. Et ideo in eis duo innuuntur, ſcilicet circa hu
manam gubernationem & defenſionem angelica charitas: cum prę
mittitur, Angel⁹ domini ſtetit iuxta illos. Circa diuinam dignitatẽ &
defenſionẽ deifica claritas: cum ſubditur, Et claritas dei circumful
ſit illos. ¶ Circa primum deſcribitur nobis angelica charitas vt bo B
na per excellentiam, quia angelus domini: prona ad bñuolentiam,
quia ſtetit: & propinqua per aſſiſtentiam, quia iuxta illos. Primo er
go deſcribitur angelica charitas, vt bona per excellentiam. Non eñi
dicitur angelus nuncius fuiſſe, niſi eius qui ſummũ bonum eſt. An
gelus eñi nuncius interpretatur. Et ſecundũ Grego. eſt nomen offi
cij non naturæ. Neceſſe eſt ergo, ꝙ nũcius ſummi boni charitatem
habeat per excellentiam bonam. Quia ſecundũ Diony. in libro de
diuinis nominibus, cap.vj. Angelus eſt imago dei, manifeſtatio oc
culti luminis, ſpeculum purum, ſplendidiſſimum, immaculatum, in Nota diffi
contaminatum, incoinquinatum, recipiens totam (ſi phas eſt dice nitionẽ an
re) ſpecioſitatem bene formatæ deiformitatis & puræ declaratiõis geli, & ex
ſicut poſſibile eſt bonitatem quæ eſt i abditis. Hæc Dionyſius. Vbi cellẽtiã na
tria tangit, quæ euidenter probant excellentiam angelicę charitatis turæ eius.
Eſt enim præcipua imago diuinæ claritatis manifeſtiua: perſpicua
lympitudo, veritatis repſentatiua. Vnde addit, ꝙ eſt imago dei, ma
nifeſtatio occulti luminis. vnde addit, exemplum purũ &c. vſq; dei
formitatis, proficua pulchritudo, declaratiua bonitatis diuinæ. vn
de ſubdit, Et purę declarationis ſicut poſſibile. &c. Eſt ergo angelus
imago diuinæ claritatis manifeſtatiua & præcipua imago: quia tan
to perfectius in angelo relucet imago dei, quanto naturam intelle
ctualem habet perfectiorem q̃ homo. In natura enim intellectuali
ratio imaginis per ſe attẽditur. Et ideo homo dicitur eſſe ad dei ima
ginem & ſimilitudinem: vt patet Geñ j. Angelus autem dicitur ſi
gnaculum ſimilitudinis, vt patet Eze.xxviij. Tu ſignaculum ſimili
tudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore. Sicut enim ſignaculũ
formæ ſigilli perfectius & præcipue reprę ſentat figuram: ſic ange
li natura intellectualis dei imaginem: quia angelus intelligit ſine diſ

curſu, ſine ſpeciebus phantaſticis, per ſpecies pure intellectuales, & per hoc ꝙ ſit præcipua imago dei/eſt manifeſtatio quædam occulti luminis, qui diuinitatis lumen (quod in ſe incomprehenſibile eſt/ & occultum) per influentiam præcipuam percipiendo & ad alios tranſfundendo/inferioribus manifeſtat: vt quod in ſe eſt incomprehenſibile & occultum, in medio participante/quoquomodo fiat comprehenſibile: & ex hoc etiam eſt manifeſtatio occulti luminis, quia rationem imaginis quam homo cum multis participat obſcuritate, angelus cum excellenti claritate participat. Ex quibus colligitur excellētia angelicæ charitatis, quæ eſt præcipua imago eius quæ eſt charitas per eſſentiam. Deus inquit Ioānes, charitas eſt, ex qua charitate diuina nobis communicat & manifeſtat.

C ¶ Eſt etiam angelus perſpicua lympitudo/veritatis repręſentatiua: quia eſt ſpeculum in quo re lucent omnium rerum ſpecies & figuræ. Et ideo in ipſo poteſt omnis veritas repręſentari. Vnde etiam contingit, ꝙ omnia in iſto ſpeculo ab intellectu ab hoc diſpoſito videri valeant. Vnde dicit Dam. lib. ij. Q ꝫ angeli auribus non indigent, ſed ſine ſermone & ſine voce ſuas intelligētias & ſuas voluntates ſibi inuicē tradunt. Vñ patet, ꝙ angelus iſte ſpeculū eſt purū propter naturalē ſuę ſubſtātiæ puritatē īmaculatum omni macula corporali, incontaminatum omni cogitatione infectibili, incoinquinatum omni coinquinatiōe ſpirituali. Primum refertur ad maculam culpę originalis. Secūdum/ad contagionem peccati mortalis. Tertium/ad coinquinationem peccati venialis. Ex quo etiam ſequitur, ꝙ eſt recipiens quodammodo totā ſpecioſitatem beneformatæ deiformitatis, quantū phas eſt dicere. Ex quibus etiam probatur excellentia angelicæ charitatis, quia quanto purior & mundior, tanto amorem & affectionem excellentiorem & ardentiorem habet: propter quem ardorem & charitatis excellētiam/igni comparatur i Pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem.

D ¶ Eſt etiam angelus proficua pulchritudo/diuinę bonitatis declaratiua. Vnde addit Dionyſius. Et purę declarationis, ſicut poſſibile eſt bonitatem quæ eſt in abditis. Nam qđ contemplando & deguſtando diuinitus angelus percipit, inferioribus communicat: & tranſfundit pura quædam & impermixta declaratione. Quod tunc contingit in nobis quādo per aliqua miniſteria angelorum/diuinam dulcedinem prægustamus in tali dulcore, qualem nunꝗ percepimus in hac vita, in qua nobis declaratur bonitus quæ eſt infinita ſuauitate in quibuſdam, ꝗtum eſt poſſibile. Et licet has conditiones habeant angeli omnes, & perfectius angeli ſuperiorū ordinū: ſingulariter tñ eas habet beatiſſimus Archangelus Michael inter angelos & archangelos/qui eſt princeps militię angeloꝝ.

¶Sermo quartus ad idem, & in numero.CLXXXIII.

Vidi alterum angelum deſcendentem de cœlo. Apocaly. x. Verba propoſita de beatiſſimo Michaele Archangelo congrue intelligi poſſunt & exponi. In verbis igitur præmiſſis beatiſſimus Archãgelus ex duabus conditionibus mirabiliter commendatur, quæ in Chriſtifidelib⁹ operatur. ¶Deſcribitur enĩ primo, vt magnificus per potentiã: qa fortis, Vidi inquit alium angelum fortem. Secundo, vt munificus p aſſiſtentiam deſcendentem de cœlo. Quãtum ad primum ergo deſcribitur vt magnificus per potentiam, quando dicitur, Vidi angelũ dei fortem. Potens eſt enim contra aduerſitatem & contra omnem impugnationem hominum totius eccleſiæ: cuius eſt princeps, ſicut olim ſynagogæ fuit, vt patet Dan. xij. Per diuinam gratiam, quæ ſibi potentiam dedit omnem virtutem diabolicam ſuperandi. Vnde in hac potentia draconem & angelos eius de cœlo eiecit eccleſię militantis, ita vt locus eius non inueniretur amplius in cœlo. Apocal. xij. Et ligauit eũ in abyſſum per annos mille. Apocal. xx. Poſt quos elapſos ſoluetur tempore modico in aduẽtu Antichriſti. ¶Sed hic eſt quæſtio, quæ animum pulſat. Quomodo verum eſt ꝙ poſt annos mille ſoluetur ſathanas, cum iam a tempore quo Ioannes hæc ſcripſit, elapſi ſint plus q̃ mille trecenti anni? Ad quod dicẽdum eſt, ꝙ millenarius numerus accipitur ibi ꝓ numero multi temporis indeterminati: nec accipitur ꝓ ſpecifica determinatione, ſicut patet infra in eodem capitulo: vbi Ioannes vidit animas decollatorum, quæ vixerunt & regnauerunt cũ Chriſto mille annis, i. multo & indiffinito tempore. Vel poteſt dici ꝙ poſt mille annos ab illo tempore numeratos ſathanas quodammodo ſolutus eſt: quia iam partem magnam eccleſiæ per cultum idololatrię ſibi ſubiugauit: & minor pars mundi remanſit catholica: & idipſum quod remanſit catholicum, iam in tanta debilitate fidei & virtutum ſubſiſtit, ꝙ centeſimus vix homo per viam ſalutis incedere videatur. Et forſan niſi verſutia ſathanæ per ſanctum Michaelem angelum fortem eccleſiæ principẽ arceretur, multo ſeduceret amplius: vtpote qui iam tantum abominari fecit virtutem caſtitatis, nomen religionis, & omnia opera virtutum, vt qui hoc profiteantur in eccleſia, iam perſecutionem præ cæteris ſuſtineant ampliorem. Sed tamen (vt vtar verbis Senecæ) Nunq̃ eſt vacua manus a munere, Ideo ſperare debent animæ ſanctorum, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitę: ꝙ vere ad manutenſionem earum iſte ſanctus Ioannes in Apocalypſi, vidit iſtum ſanctum angelum Michaelem. Vidi inquit, alium angelum fortem.

A

B

Alium quidem quantũ ad ſingularem dignitatem præſidendi. Sed
angelum quo ad pluralẽ poteſtatem triumphandi. Sed fortem quã-
tum ad triumphalem pronitatẽ defendendi: vt de his tribus ſimul
exponatur illud Dañ.xij. In tempore autem illo conſurget Michael
princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui. Princeps dico quantũ
ad dignitatem prælationis: magnus, quantũ ad multiplicitatem po-
teſtatis & corroborationis. Qui ſtat pro filijs populi tui, quo ad pro-
C nitatem defenſionis. ¶ Secundo ergo deſcribitur ſanctus Michael
vt munificus in aſſiſtentia, cum additur, Deſcendẽtem de cœlo: vti-
q; ad muniendum fideles Chriſti ſeruos per ſuam aſſiſtentiam, qui-
bus aſſiſtit, ne per errorem deſcendant a fidei vnitate, nec per tenta-
tionem recedant a vitæ veritate, nec per deſperationem excidant a
Chriſti charitate. De primo habetur hiſtoria Geñ. xxj. Vbi Agar er-
rans in ſolitudine Berſabeę, conſumpta aqua quæ erat in vtre, pro-
iecit puerum Iſmael procul a ſe, ne videret eum morientem: ab an-
gelo fuit vocatus, & ei puteus aquæ oſtenſus. Agar interpretatur ad-
uena vel conuertens. & ſignificat quamlibet animam a gentilitate
quo ad originem natam. Et ideo tanq̃ aduenam & peregrinam con-
uertentem ſe ad fidei vnitatẽ, quæ erat in ſolitudine Berſabeę, quæ
interpretatur fons ſeptimus vel fons iuramẽti, vel puteus ſaturita-
tis. Et ſignificat fidei vnitatem, qui eſt fons ſeptimus: quia deriua-
tur in ſeptenos articulos circa Chriſti diuinitatẽ, & in ſeptenos circa
Chriſti humanitatem. Et ideo eſt fons iuramenti & iuriſiurandi te-
ſtamenti æterni, quod Chriſtus patribus repromiſit, & eſt ſolitudo:
quia ſolum in fide eccleſiæ eſt ſalus. In iſta errat Agar, quando quę-
libet anima Chriſtiana circa credenda errare vel hæſitare incipit: &
tunc deficit aqua ſapientiæ ſalutaris in vtre cordis congregata: &
ideo ſcilicet moritur puer Iſmael ſiti. Iſmael interpretatur vir auditio-
nem domini aſſumens, & ſignificat fœtum ſpiritualem a qualibet
tali anima in fœcunditate gratiæ generatum iuxta timorem filialem
domini. De quo Abac. iij. Domine audiui auditum tuum, & timui.
Et hęc perit ſiti & ariditate, quãdo receditur a fidei vnitate. Sed ſan-
ctus Michael Archangelus tanq̃ munificus & muniens fideles per
D ſuã aſſiſtentiam iterum oſtendit puteum ſaturitatis. ¶ Aſſiſtit & fi-
delibus, ne per tentationem recedant a vitæ veritate. Et hoc ſigna-
tur Apocal. xiiij. vbi dicitur. Et ſuſtulit vnus angelus fortem lapidẽ
quaſi molarem magnum, & miſit eum in mari, dicens. Hoc impe-
tu mittetur Babylon. Babylon interpretatur confuſio, & ſignificat
tentationem fidelium per timorem male humiliantẽ vel amorẽ ma-
le inflammantẽ plurimos cõfundentẽ. & ideo talibus eſt lapis offen-
ſionis & petra ſcandali, Conſtantibus tamen eſt lapis molaris: quia

In eis ſeparat nucleum de cortice furfuris. Iſtam confuſionem/ iſte ſanctus Archangelus elongabit:ſi ab eis fideliter inuocetur: & mittet in mare,vt amplius ei occaſionem ruinę non miniſtret. ¶ Aſſiſtit etiam fidelibus ſanctus Michael:ne per deſperationem excidãt a Chriſti charitate. Et hoc ſignatum eſt Dañ.vij. vbi angelus a domino miſſus ad lacum leonum:concluſit ora leonum/ ne nocerent Danieli. Diaboli leones ſunt:quia tanq̃ leo rugiens.&c. Et habent duo ora:vnum aperitur,quando nimis conſideratur dei ſeueritas, & iuſtitia/abſq; miſericordia. Aliud quãdo nimis conſideratur multiplicitas/abſq; ſpe venię:ſed vtrũq; illud os concludit iſte ſanctiſſimus angelus domini ſi fideliter inuocetur. Et propter hoc forte de iſto ſanctiſſimo archangelo a multis deuotio geritur:ad hoc vt eos circa finem,& vitæ exitum conſoletur ne deſperent. Non approbo tamen ꝙ quidam ſibi ieiunant,vt eis reuelet diem mortis:quia ſuperſtitioſum eſt nimis curioſe explorare tempora/vel momenta, quæ pater iſua ſola poſuit poteſtate. Actu.ij. Et ideo recte ex deſperatione redeuntibus,dicit dominus illud Eſaię.lxiij. Verũtamen popul⁹ meus eſt filij non negantes:& factus eſt eis Saluator in omni tribulatione eorum,& angelus faciei eius ſaluauit eos. Et de omnib⁹ tribus ſimul poteſt quilibet fidelis eius conſolatione,& aſſiſtentia percepta dicere illud Dañ x. Et ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum. Eſt autem Michael vnus qui aſſiſtit fidelibus ne errent a fidei vnitate. Sed de principibus primis:quãdo adeſt ne decidant a vitę veritate:quia princeps eſt cuſtos iuſti.v. Ethicorum. Sed venit in adiutorium:quando tenet quempiam ne per deſperationem excidat a Chriſti charitate. Et in omnibus iſtis deſcendit de cœlo:id eſt,de ſublimitate ſuę ſpeculationis ad aſſiſtẽdum nobis:vt de hoc exponatur illud Ioã.v. Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam,& mouebat aquam gratiæ per applicationem miniſterij angelici commouẽtis corda noſtra ad contritionem & pœnitentiam:per quæ aqua diuinæ gratiæ/ & miſericordiæ commouetur. & qui prior deſcendebat in piſcinam ſanus fiebat a quacũq; detinebatur & infirmabatur infirmitate:ſiue quo ad errorem a fidei vnitate:ſiue deuiãtibus a vitæ veritate: ſiue deſperatione a Chriſti charitate.&c. Nota.

¶ De ſancto Hieronymo Ser.vnic⁹:& ĩ nũero.CLXXXIIII.

Mihi mundus crucifixus eſt:& ego mundo. Gala.vj. Verba iſta optime conueniũt beato Hieronymo: qui verus imitator ſãcti Pauli Apoſtoli fuit ꝑcipue ĩ duobus ſcilicet ĩ mundanorum deſpectione,& in diuino ſtũ intẽtione. Tot⁹ eñi fuit a fuit a mundo auerſus,&

A Chriſto intentus:& hæc duo notant̃ in verbis p̃miſſis.¶Primo mũdanorum deſpectio:in eo q dicitur,Mihi mundus crucifixus eſt. Glo. vt me iam mundus nõ teneat,Et eſt ſenſus. Per crucẽ Chriſti mundi concupiſcentię non habent in me dominium.Secundo notauit diuinorum intentio:vt ſcilicet homo totus ſit diuinus/ & diuinis intẽtus. Et hoc notatur in eo quod additur. Et ego mundo. Plerũq; enim(ſecundũ Grego.)contingit,vt homo mundum mente nõ teneat:quod eſt primũ:ſed tamen mundus eum in ſuis occupationibus aſtringit:& tunc tali mundus quidem crucifixus eſt:ſed non ipſe mundo. Mundo enim crucifixus eſt:qui ſe non occupat mundanis: ſed totus intentus eſt diuinis. Qualis fuit ſanctus Hieronymus ſecutor ſancti Pauli. Primo ergo beato Hieronymo crucifixus fuit mundus:& hoc per contemptum mundanorum. Anima enim quæ ſuam nobilitatem attendit,omnia tranſitoria delectabiliter contemnit Cuius ratio eſt:quia in ea contra ſuam naturam inclinatur,quod patet.Cum enim vnũquodq; inclinetur naturaliter in ſibi ſimile:& anima rationalis ſimile non habeat,niſi ſummum bonum:ad cuius imaginem & ſimilitudinem facta eſt:conſtat,q contra eius naturã/ & generoſitatem eſt ad hæc vilia inclinari. Vnde propter vilitatẽ cõparantur ab Apoſtolo fimo vel ſtercori. Et hoc propter tria: quia fimus congregatus,eſt calidus,vermibus plenus, & fœtidus. Declarata.

B ¶Huiuſmodi autem contemptus habet triplicem gradum. In primo ſunt,qui ſolum neceſſarijs bene contentantur. Tales nanq; iocolatus ſui miſeriam deplangentes,& ſe peregrinos cognoſcentes: ſolo victu contenti:alijs:id eſt,ſuperflu s onerari nolunt:& talibus ſuperflua ſunt onerosa:ſecundum Gregoriũ. In hoc gradu fuit ſanctus Hieronymus:quando omnium mundanarum ſtudium literarum adeptus,probatiſſimorum monachorum habitum, actuſq; imitat⁹ eſt:vt legitur in legenda ſua. In ſecundo gradu ſunt,qui nec in neceſſarijs delectantur:& iſti totaliter ab actibus terrenis alieni exiſtunt, & quaſi mundo & mundialibus mortui:de quibus Apoſtol⁹. Mortui eſtis:& vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto. Mortuo ſi quid defuerit,non ſentit. Sic anima in ſuis effectibus mortificata laudem & opprobrium:pecuniam & defectum ęqualiter accipit. Et quia non viuit in ſe:neceſſe eſt vt viuat in Chriſto. Vnde poteſt dicere. Viuo ego iam nõ ego &c.ac ſi dicat. Ad omnia quidem alia mortuus ſũ, & non ſentio,nec attendo:ſed ſi quę ſunt Chriſti:hæc viuunt in me: illa diligo/& cõcupiſco. In iſto gradu fuit ſanctus Hieronymus: quã do ipſe ob cœlorum regna domum,parẽtes,cognatos,Romã egreſſus dereliquit:ad deſerta loca accedens: vbi vt ipſemet in epiſtola ad Euſtachiũ refert. In iſta vaſta ſolitudine q̃ exuſta Solis ardoribus.

Triplex eſt grad⁹ cõtẽnentium mũdum.

horridum monachis pręſtabat habitaculũ:ſedebã ſolus:quia amari
tudine plenus eram: horrebant ſacco membra deforis/ & ſqualida
cutis ſitũ ęthiopicę carnis obduxerat,quotidie lachrymę, quotidie
gemitus:& ſi quando repugnantem ſomnus iminens oppreſſiſſet:
nuda humo vix oſſa cohęrentia collidebã.de cibo & potu taceo: cũ
languentes monachi aqua frigida vtãtur,& coctum aliquid accepiſ-
ſe luxuria ſit. ℭ In tertio gradu ſunt,qui etiam vſu neceſſariorum af C
fliguntur,& cruciantur. Tales cum Apoſtolo vſq; ad tertium cœlũ
rapti & cœleſti nectare inebriati:dicere poſſũt cum Apoſtolo Mihi
mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Tales enim non ſolum mun
do ſunt mortui:quia mundana non ſentiunt:ſed etiam mundo cru-
cifixi:quia omnia velut ſtercora arbitrantur. In hoc gradu fuit ſctũs
Hieronymus,quando in ęremo plęrunq; cellulam deſerens ſolus
deſerta penetrabat:& poſt multas lachrymas nonnũq̃ videbatur ſi-
bi intereſſe agminibus angelorum. Secundo etiam beat⁹ Hierony-
mus fuit crucifixus mũdo pro quãto mundanis occupari ſibi crux
fuit:quia ſolis diuinis intentus erat. Nam in ſcripturis diuinis exer
batur die ac nocte,tot⁹ in dilectione,totus in libris:& non die,neq;
nocte requieuit,aut legit aliquid,aut ſcripſit. Vnde plurima opa ad
ędificationem catholica pietate compoſuit. Mundanis autẽ nequaq̃
occupari voluit:quia mundo crucifixus fuit. &c.

ℭ De Tranſlatione ſancti Auguſti. Ser.
vnicus,& in numero. CLXXXV.

SOl refulſit,qui prius erat i nubilo.ij.Maccabæorum.i.Si-
cut dicit beatus Auguſtinus de doctrina Chriſtiana. Res
per ſimilitudinem cognoſcuntur:& quanto cum maiori
difficultate quęruntur:inuẽtę ardentius diligunt. ℭ Et
ideo hæc verba pro laude beati Auguſtini,ſub duplici ſenſu accipi A
poſſunt. Sub vno ſenſu/de eius Conuerſione. Sub ſecundo,de eius
Tranſlatione. Sub primo ſenſu ſic accipi poſſunt hæc verba. Sol:ſci-
licet ſanctus Auguſtinus:qui prius fuit ſub nubilo erroris,& incre-
dulitatis:poſtea refulſit luce veritatis catholicę. iuxta illud .viij.Con
feſſio. Statim quaſi infuſa luce ſecuritatis:omnes dubietatis tenebrę
diffugerunt.& quantum ad hunc ſenſum de beato Auguſtino tan-
guntur hic duo. Primum eſt ſui priſtini erroris nubiloſitas:quæ no
tatur in eo, quod dicitur: Qui prius fuit in nubilo. Secundum eſt
ſuæ vitæ & doctrinæ ſubſequens luminoſitas: quod notatur in eo
quod præmittitur,Sol refulſit. Circa primum notandum, ꝙ per
nubilum/ vel nebulas recte intelligitur errorum circa finem nubi-
loſitas. Nam nebula occultat inſidiantes: grauat infirman-
tes: deuiat remeantes,naufragat nauigantes. Nam ſecundum

Bedam. Dum totam maris ſuperficiē nubilus occupat:quo guber-
nator debeat diuertere,ambigit & ignorat. Sic hęreſis oberrat falſis
ſenſibus:fraudat pulchris ſermonibus:grauat prauis operibus: ſuf-
focat carnis affectibus:& ſic omnes virtutes deformat,ſophiſticat &
obnubilat,& priuat obiectis debitis & ordinatis. Nam primo ſophi
ſticat interpretatiuā.ſecundo obnubilat imperatiuam.tertio depra-
uat intellectiuam.quarto delirat affectiuam. Et ideo de hęreticis di
citur Ezech.viij. Dixit dominus ad me. Fili hominis ingredere, vt
videas abominationes peſſimas,quas iſti faciunt ſibi. Et ingreſſus
vidi. Et ecce omnis ſimilitudo reptilium,& animalium abominatio:
& vniuerſa idola depicta in pariete,& ſeptuaginta viri de ſenioribus
domus Iſrael ſtabant i medio eorum:& vnuſquiſq; habebat turibu-
B lum in manu ſua: & vapor nebulæ de turibulo conſurgebat. ¶ De
ſecundo:ſcilicet luminoſitate ſuę vitę & doctrinę, ſequitur ſecundo
ſenſu. In ſecundo proceſſu verba pręmiſſa accipiendo de Trāſlatio-
ne ſancti patris noſtri Auguſtini,talis eſt ſenſus verborum. Sol qui
prius erat in nubilo obliuionis & occultationis:id eſt,beatus Augu-
ſtinus:refulſit quo ad mundum,vel deſpectionis quo ad ſuū ſepul-
crum:refulſit hodie in ſua Tranſlatione p indicia gloriæ quo ad oſtē
ſionem ſignorum:& per ſigna potētiæ quo ad curationem infirmo
rum. Poſſumus autem dicere,q in verbis ppoſitis tria denotantur
ad laudem ſancti Auguſtini. Primum eſt eius vitę & doctrinę lumi
noſitas. Secundum eſt ei9 ſepulcri abiectio ſeu humilitas. Tertium
eſt hodiernę Tranſlationis glorioſa feſtiuitas. Primū notatur ibi,Sol
ſecundum ibi,Qui prius erat in nubilo tertium ibi, refulſit. Primo
ergo notatur vitæ & doctrinæ luminoſitas:cum dicitur,Sol. Et be-
ne beatus Auguſtinus,per Solem intelligitur propter tria. Sol nanq;
habet puritatem in eſſentia:claritatem in refulgentia:& caliditatem
in influentia:quia ſuo calore omnibus terrę naſcentib9 vitā influit.
Sic glorioſus pater Auguſtinus habuit in eſſētia vitæ puritatem: ha
buit in refulgentia doctrinæ claritatem:habuit in influentia ardentē
charitatem. Primo dico,q beatus Auguſtin9 ad inſtar Solis, habuit
in eſſentia vitæ puritatem. Nam ſicut cœlum dicitur purum: quia
alienę naturæ impermixtum:nec vllam peregrinam impreſſionem
recepit,a qua maculetur,vel obfuſcetur. Sic cōſcientia dici poteſt pu
ra:quando nec aliqua re tranſitoria:& per conſequens ſuæ naturæ
aliena,permiſcetur:nec inordinata affectione ſordidatur. Eſt eñ ani
ma ſpecularis naturæ,& omnem rem quam concipit,& diligit:eius
ſimilitudinem i ſe gerit. Quare cum ſit ſpeculum puriſſimum,& ad
exemplar ſummæ Trinitatis exemplata: multum debet deteſtari,
ne aliqua re viliori maculetur. Talem puritatem habuit beatus Au

guſtinus. Vnde bene poterat dicere illud Iob. xxvij. Non reprehe dit me cor meũ in tota vita mea. Sed ex quo cõuerſus ſum ad fid- d
veritatem: & renatus per baptiſmi ſanctitatem: & per puritatem cõ
ſcientiæ fui amabilis in oculis diuinæ maieſtatis, Eccle. xlj. Dulce lu men & delectabile eſt oculis ad videndum ipſum Solem. Et quia di lectus libenter inter lilia puritatis, & mundiciẹ paſcitur: ideo ſoli mũ do corde debent eum videre: & cum ipſis ſolum dignatur manſio nem facere: amat enim florigerã terrã flos de radice Ieſſe: & nõ niſi inter lilia paſcitur flos campi, vt dicit Bernar. Pſal. In Sole poſui ta bernaculum ſuum: id eſt, in puritate incontaminabili mundæ con ſcientiæ beati Auguſtini: ipſe deus poſuit tabernaculum ſuũ: & iſtud tabernaculum puriſſimum dominus, vt ſibi præpararet, excitauit multo clamore: illuſtrauit ſplendore, recreauit odore, ſatiauit dulco re: vt patet per Auguſtinum in confeſſionibus ſuis dicentem. Voca ſti me, & clamaſti me, & rupiſti ſurditatẽ meã. & bene dicit clamaſti: quia longe aberat in regione diſſimilitudinis: coruſcaſti, ſplenduiſti, & fugaſti cẹcitatem meam: flagraſti, & duxi ſpiritum, & anhelo: gu ſtaui, & eſurio: tetigiſti, & exardeo in pacem tuam. ¶ Secundo dico, c
ꝙ beatus Auguſtinus habuit in refulgentia doctrinæ claritatem. Nam ſicut Sol eſt fontale principium luminis ipſam lunam & ſtellas illuſtrans, & ad omnem partem ſuos radios diffundens: ſic beatus Auguſtinus lumen ſuæ ſapientiẹ in omnes alios diffundens: quia re uera hodie omnes doctores palpitarent in tenebris ignorantiẹ: niſi haurirent de fonte ſuæ ſapientiẹ. Et ideo ei competit, quod ſcribitur Iob. xxxvij. Lumẽ illius ſuper terminos terræ. Et ideo dicit Remi gius, ꝙ alij doctores comparantur ſtellis, Auguſtinus autem Soli: Quia ſicut Sol illuminat totum mundum: ſic Auguſtinus totam ec cleſiam perfudit lumine ſuæ ſapientiẹ & doctrinẹ, Eccleſiaſti. vice ſimo quarto. In diebus ipſius emanauerũt, putei aquarum: id eſt, pro funditas ſcripturarum, ad communem aliorum intelligentiam per ſuam expoſitionem eſt deducta: et quaſi mare adimpleti ſunt ſu pra modum. Merito autem claritati ſapientiæ præmittitur puritas conſcientiæ. Quia ſicut videmus, ꝙ pictores primo omnium albũ colorem ſupponunt: et poſtea diuerſitatem aliorũ colorum ſuper ducunt: Sic oportet mẽtis oculum depurari: anteꝗ̃ ſapientia implea tur. Nec mirum. Cum enim ſapientia diuina ſit candor lucis æter næ: & ſpeculum ſine macula. vt patet Sapientiæ ſeptimo: non niſi in loco puriſſimo, tam precioſus theſaurus reponi debet: & quia ne minem diligit deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat: patet quãtum deus beatum Auguſtinum dilexit in quem tantum pelagus ſapien tiæ effudit. Vnde de hac effuſione gloriatur ipſa ſapientia, Eccle-

D ſiaſti. viceſimoquarto, dicens. Ego ſapientia effudi flumina. ¶ Ter-
tio dico, ꝙ beatus Auguſtinus habuit in influentia ardentem chari-
tatem. Et hoc influendo nobis vitam ſpiritualem ſua ardenti chari
tate, tam per exempla ſanctæ vitæ, q̄ per verba ſanctæ doctrinæ.
Vnde de eo apte dictum eſt Eccleſiaſti. xlix. Verbum eius quaſi fa
cula ardebat: quia totum mundum ſuis libris & verbis ardentibus
inflammabat: in quibus non niſi charitas exuberabat. & ideo dicit
Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana: ꝙ a doctore catholico
ſic exponenda eſt ſacra ſcriptura, ꝙ ſemper in omni expoſitione ſo
net charitas. Nec mirum: quia enim ex abundantia cordis os loqui-
tur: ipſe qui charitate plenus fuit, non niſi quæ charitatis ſciebat lo-
qui. Vnde de eo legitur, ꝙ charitas Chriſti vulnerauit cor eius: &
geſtabat verba eius in viſceribus quaſi ſagittas acutas. Sagittę nam-
q; ignitę charitatis tantum cordi ſuo fuerunt infixę: ꝙ non ſatie-
batur illis diebus dulcedine miraculi conſiderare altitudinem conſi
E lij diuini ſuper ſalutem generis humani. ¶ Secundo notatur eius
ſepulturæ indecentia ſeu humilitas, cum ſubditur: Qui prius erat
in nubilo. Vere beatus Auguſtinus fuit ſub nubilo: quando velut
gemma ſub terra erat occultatꝰ. Et hoc eſt, quod fuit prophetatum
per Ezechie. xxij. Solem nube tegam. Fuit autē iſte glorioſus Sol
ſanctus Auguſtinus tectus tripliciter nubilo. Primo nubilo abſcon
ſionis & latentiæ. Cum enim ciuitas Hipponenſis a Barbaris ob-
ſeſſa eſſet, & ſub hac tribulatione beatus Auguſtinus obdormiuiſ-
ſet in pace: a ſanctis coepiſcopis, qui præſentes aderant, & fratribus
ſuis: ibidem cum luctu & mœrore ſepultus eſt. Non enim aude-
bant ſibi decentem fabricare ſepulturam: propter metum Pagano-
rum, quos ciuitatem capturos: omni die metuebant: propter quod
corpus ſanctum abſconſe recondebant. Et ſub illo abſconſionis
nubilo corpus illud ſacrum multis annis iacebat. Fuit ſecundo te-
ctus ſub nubilo deſpectionis & ignominiæ. Nam poſtmodum inua
leſcente Paganorum perfidia cum eadem ciuitas Hipponenſis ite-
rum obſeſſa capta deſolata & deuaſtata eſſet: locus in quo venera-
bile corpus beati Auguſtini reconditum fuerat: nephando gentili-
tatis & idolatriæ ritu prophanatus fuit: & tunc vere corpus illud be
nedictum ſub nubilo deſpectionis & ignominiæ tectum fuit. Ter-
tio tectus fuit iſte Sol ſub nubilo indeuotionis & irreuerentiæ. Nam
ciuitate Hipponenſi a Paganis, vt dictum eſt, deuaſtata: ducen-
tiuiginti Epiſcopi de Affrica in Sardiniam a Barbaris exiliati ſunt.
Et tunc diuino diſponente conſilio: arte & ingenio quorundam
fidelium corpus ſanctiſſimi doctoris Auguſtini ſublatum, & in
Sardiniam eſt tranſlatum: vbi licet honorifice fuit ſepultum, non

tamen in deuotione/& reuerentia debita extitit veneratum. cum-
q; illud ſanctiſſimum corpus plurimis annis quieuiſſet: tandem ea-
dem quoq; ciuitas a Sarracenis capitur,& deuaſtatur,& locus ſepul
turę ſanctiſſimi corporis Auguſtini,barbarico ritu inhoneſtatur.
Ecce tertia obnubilatio tanti glorioſi Solis. ¶Sequitur tertium P
principale de hodiernæ tranſlationis glorioſa feſtiuitate, quæ nota-
tur in eo quod dicitur, refulſit. Audiens ſiquidem deuotus rex
Liutbrandus, q barbarica impietas Sardiniam depopularetur: &
locus in quo beatus Auguſtinus quieuit, contemptui haberetur:
deuotione pulſatus non modica/intendebat cum dei adiutorio hu-
iuſmodi nubilum remouere:& vt Sol ipſe Auguſtinus clarius fulge
ret efficere:miſſis legatis precio/& precibus auxiliante domino ob-
tinuit:q corpus illud ſacroſanctum Auguſtini in Papiam eſt tranſ-
latum:ſicut in legenda expreſſius continetur. In qua quidem tranſ-
latione quam hodie peragimus, ipſe Sol,ſcilicet Auguſtinus: qui
prius erat in nubilo/ ſicut habitum eſt,refulſit clare:vt ſequitur. Re-
fulſit enim tripliciter contra triplicem nubilum prædictum. Pri-
mo refulſit in miraculorum coruſcatione. Cum enim fideles & ſo-
lemnes nuncij regi voti compotes cum corpore Auguſtini vſq; ad
portum Ianuenſem veniſſent:Rex deuotus hoc audiens cum ma-
gno deſiderio vſq; ad prædictam ciuitatem eidem obuiauit, & reue
renter excepit. Cum autem mane corpus deducere vellet: nullo
modo corpus de loco moueri potuit:donec rex votum emiſit,q ſi
deduci ſe inde permitteret:ibidem in ſuo nomine eccleſiam fabrica-
ret.Quo voto facto,ſtatim ſine omni difficultate inde deductum ē:
Rex autē quod vouerat/adimpleuit:& ibidē i honore ſancti Augu-
ſtini eccleſiam fabricauit.idem miraculum die ſequenti in quadam
villa regia Epiſcopatus Terdonen.contigit:eodem modo ibidem
in honore ſancti Auguſtini eccleſiam conſtruxit:& inſuper villam
cum omnibus ſuis appendentijs conceſſit ſeruientibus eccleſiæ ſā-
cti Auguſtini perpetuo poſſidendam.Et qm̄ rex vidit ſācto place-
re, vt in ſuo nomine fieret eccleſia vbicunq; manſiſſet:omni loco
vbi de nocte hoſpitabatur cum corpore:in honorem ipſius eccleſi-
am fabricabat.Sicq; cum magno gaudio in Papiam deducitur:& in
eccleſia ſācti Petri/ quæ Cœlum aureum dicitur,honorifice colloca
tur.& quantis ibi miraculis claruit,patet ex paſſionali. Et hæc con-
tra nubilum abſconſionis & latentię.Secundo refulſit in multorum
honorum exhibitione contra nubilum deſpectionis & ignominiæ.
Ex tunc enim cœpit fama ſancti Auguſtini crebreſcere:& multitu-
do languentiū ad eius tumulū aduentare:qui oēs ſanitatis bñficia

reportantes ſuę ſalutis pignora relinquebant:in tanta multitudine/ ꝙ inde tota eccleſia ſancti Auguſtini,& porticus plena eſſent. Tertio refulſit in populorum deuotione cõtra nubilum indeuotionis & irreuerentię. Nam tantæ deuotionis effectus eſt loc⁹ ille ſancti Auguſtini,vt vndiq; terrarum populi illuc concurſum haberent: & non ſolum ſanitatis corporalis beneficia: ſed & ſpūalia remedia impetrarent. Exemplum de.xl.viris de Germania & Gallia:quia ad ſepulcrum ſuum clamantes & orantes ſanitatem integram acceperunt.

G ¶Vel iſtam refulgentiam referendo ad corp⁹ ſacrum beati Auguſtini,cuius Tranſlationem hodie peragim⁹ dicere poſſumus: ꝙ corpus illud ſacroſanctum in glorificatione refulgebat,ſicut Sol.iuxta illud Sapien.iij. Fulgebũt iuſti ſicut Sol. Et licet hoc generaliter dicatur de omnibus iuſtis:ſpecialiter tamen dici poteſt de beato Auguſtino,qui ſingulariter prę omnibus doctoribus comparatus ē Soli. Sol enim per radium ſuum eſt ſumme luminoſus: in quo intelligitur corporis claritas. Item ſubtiliter vitrum penetrat: in quo intelligitur corporis ſubtilitas. Item ī inſtanti noſtrum hemiſperium illuminando pertranſit:in quo intelligitur corporis agilitas. Itē Sol vel eius radius armis non lęditur:in quo itelligitur corporis impaſſibilitas. Et ſic iſte glorioſus doctor,& pater noſter Auguſtinus,tam in corpore,ꝙ̄ in anima fulgebit,ſicut Sol in conſpectu dei. Cuius fulgoris nos particeps.&c.

¶De ſancto Luca Ser.j.&
in numero. CLXXXVI.

SAlutat vos Lucas medicus. Coloſ.iiij. Cum vnũquodq; ſuā naturaliter appetit perfectionē:quilibet artifex pręcipue appetere debet ſuam vltimam perfectionē. ¶Vltima vero operantis perfectio:eſt eius propria operatio:cũ

A ſit ſecundus & vltim⁹ actus:& ideo quilibet artifex appetere debet ſuam propriam operationem. Propria autem operatio ipſius medici eſt mederi & ſanare:ſicut propia operatio ipſi⁹ ędificatoris ē ędificare. Licet enim medicus per accidens ſanetur:quia nō inquantũ medicus,ſed inquantum infirmus.v.Phyſicorum. Cũ medicus nō inquantum infirmus:nec inquantum cupidus:ſed inquantum medicus ſanat. Et ideo quilibet medicus debet optare mederi & ſanare. Beatus autem Lucas erat medicus,non ſolum corporum egregius:ſed etiam animarum euangelicus: Dicente beato Hieronymo in Prologo ſuper actus Apłorũ. Lucas enim cuius laus in euangelio canitur:erat apud Antiochiā medicinę artis egregius:quē ita dñica ſubſecuta eſt gratia: vt non ſolum corporibus,ſed etiam animabus eius proficeret medicina. Et ideo beatus Lucas optat noſtram ſalu-

tem ſiue ſanationem tanq̄ eius propriam actionem ſiue perfe‑ctionem: prout de eo ſcribit Apoſtolus Paulus, cuius erat diſci‑pulus & comes indiuiduus. Salutat inquit, vos, id eſt ſalutem optat Lucas Medicus. Medicus autem corporalis redditur commēdabi‑lis, ſi erga ſuum patientem habet beneuolentiam in compatiendo, ſcientiam in dirigendo, & experientiā in exequendo. Quia ſecundū Phūm .v. Ethi. ca.x. Ad bene operandum ſecundū artem & virtutē requiritur ſcire, velle, & firmiter ſeu experimētaliter operari. In me dico autē noſtro, ſcilicet in beato Luca, tria conſimilia reperiuntur, q̄ in verbis p̄miſſis ſubtiliter innuuntur. ſ. feruor mentalis deſiderij, ſplendor ſapientialis radij, & vigor ſalutaris remedij. Habuit nanq; .B. Lucas mentale deſideriū, ne tepeſceret in diligendis: ſapientialē radium, ne erraret in cognoſcēdis: ſalutare remedium, ne deficeret in agendis. Feruorem mētalis deſiderij, probat familiaris ſalutatio: ſplendorem ſapientialis radij, perſonalis nominatio: vigorem ſaluta‑ris remedij, medicinalis operatio. ¶ Primo ergo in beato Luca erat feruor mentalis deſiderij, quod probat familiaris ſalutatio. vnde ſa‑lutatio beati Lucæ ſignum erat charitatis & amicitię. Nam ſecūdū Chryſoſtomum ſuper Matthæum. Sicut corporali ædificio lapis ad lapidem connectitur, cęmento interueniente cōſtringitur: ſic etiam in ſpirituali ædificio lapis ad lapidem connectitur. ſ. eccleſiæ, Chri‑ſtianus ad Chriſtianam media charitate connectitur. Et quia voces ſunt notæ earum q̄ ſunt in anima paſſionum: vt in beato Luca mani‑feſta fieret charitas affectionis, eam exprimit verbo ſalutationis. Sa‑lutat ergo vos non in deriſionis obprobrium, ſicut Pilati milites irri‑dentes & illudentes Chriſto, cœperunt ſalutare eum, Aue rabbi rex Iudæorum. Mar.xv. Quorum imitatores ſunt deriſores aliorū. Ne‑q; ſalutat vos in proditionis flagitium, quomodo Iudas proditor ſa‑lutabat Chriſtum, Aue rabbi. Matth.xxvj. Cuiꝰ imitatores ſunt in‑nocentium proditores, & ſimplicium deceptores: qui alios ore ſalu‑tant, dum corde proditionem tractant. Neq; etiā ſalutat vos in adu‑lationis vitium, quomodo adulatores ſalutant elatos & vanglorios qui amāt ſalutationes in foro Lucę.xj.&.xx. Huiuſmodi autem ſa‑lutationes dominus deteſtatur, dicente beato Luca, capitulo.x. Ne‑minem per viam ſalutaueritis. Hoc eſt, nullum viatorem de ſalute ſua certificaueritis. Nullus enī eſt laudandus, cuius incertus eſt ex‑itus. Illo nanq; tempore, ait Ambroſius, merita ſanctitatis extollas, qn̄ nec laudantē adulatio notet, nec laudatum tentet elatio. Non er‑go beatus Lucas ſalutat vos in deriſionis obprobrium, nec in pro‑ditionis flagitium, nec in adulationis vitium: Sed ſalutat vos animo pacifico, contra ſalutationem proditionis: verbo veridico, contra ſa‑

Nota tria reqſita ad bn̄ operā‑dū, tā cor‑poraliter q̄ ſpūalr.

B

lutationem adulationis:& ſcripto Euãgelico ſeu auctentico contra
ſalutationem deriſionis. Quæ ſalutationes procedũt ex incẽdio di-
lectionis, & abſynthio cõpaſſionis. Sic aũt beatus Paulus ſalutabat
eos in epiſtolis ſuis ad quos ſcribebat. Saluto inquit vos in domino.
Roma.vltimo. Ille enim alium ſalutat in domino, qui ſibi ſalutem
C optat in vinculo pacis.. ¶ Secundo in beato Luca erat ſapientialis
ſplendor radij, quem probat expreſſio nois proprij. Lucas eñ a luce
dicitur. Ideo eñ coniunctus erat illi luci, quæ illuminat oẽm homi-
nem venientem in hunc mũdũ. ꝙ Lucas factus eſt totus lucid⁹, nõ
mirũ. Pura eñ veritas non niſi a puro corde videtur. beatus Lucas
erat puriſſimus & ab ineunte pueritia caſtiſſim⁹: dicente beato Hie-
ronymo ſuper Actus Apoſtoloꝝ. Lucas(inquit)ſine crimine in vir-
ginitate permanẽs maluit deo ſeruire: qui ſeptuaginta quattuor an-
nos habẽs obijt in Bithynia plenus ſpiritu ſancto. totus ergo pur⁹ &
lucidus erat. Bene ergo de beato Luca dicitur, Tob.xv. Luce ſplẽdi
da fulgebis. Fulgebat nanq; triplici radio ſapientiali. Nã ſcdm Am-
bro. in prologo ſuper Lucam, Tria ſunt quę philoſophi huius mun-
di pcellentiſſima putauerunt: triplicem ſcilicet eſſe ſapientiã: ꝙ aut
moralis ſit, aut naturalis, aut rationalis. Et vocat ſcientiam natura-
lem, omnem ſcientiam realem, quę eſt de natura: prout natura diſtĩ
guitur contra mores. Beatus autem Lucas fulgebat ſciẽtia naturali
qua tranſitoriũ a perpetuo diſtinguebat. Sciẽtia morali qua bonum
malo prępponebat. Sciẽtia rationali qua verũ a falſo diſcernebat. Qꝫ
aũt Beatus Lucas iſto triplici radio ſapientiali in ſuo euangelio reful-
ſerit, declarat ſanctus Ambroſius, vbi ſupra. Omnes(inquit)ſapien-
tię virtutes euangelij beati Lucę complectitur hiſtoria. Docet enim
naturalia, cum docet virtutes cœlorum moueri, dominum ſolum eſ
ſe vnigenitum filium dei: in cuius paſſione tenebrę p diẽ factę ſunt
terra obſcurata eſt: ſol refugit. Docet & moralia in eodem libro: cũ
me in illis beatitudinib⁹ docet mores, quemadmodũ amare debeã
inimicum, quemadmodũ non repercutere verberantem, quemad-
modum benefacere: mutuum dare: cum deſperatione recuperatio-
nis & cũ retributione mercedis. Docet etiam rationalia cũ lego, quo-
niam qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt. Vbi ſcdm ar-
tem logicę & rationalis ſcientię arguit logice p locum a minori affir
matiue: ſcdm quã artẽ loc⁹ a minori tenet affirmatie, ſicut loc⁹ a ma
iore negatiue. Fruct⁹ eñ lucis eſt in oĩ bonitate & iuſtitia & veritate
Epheſ.v. In omni inquam bonitate, ꝗtum ad ſcientiam monoſti-
cam: & in ſcientia, ꝗtum ad ſcientiam Economicam & politicam,
quæ reſpiciunt bonum ad alterum: quæ tria diuidunt ſcientiam
moralem, & veritatem ꝗtum ad ſcientiam naturalem & rationa-

lem. Quoniam ſicut rationalis ſcientia reſpicit veritatem in conceptu: ſic naturalis veritatem in affectu. Merito ergo dicit beatus Paulus de beato Luca, ꝙ laus eius eſt in euangelio. Miſimus inquit, fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. ij. Corin. viij. Miſimus fratrem, ſecundũ gloſſam, Lucam: qui miſſus fuerat ad ſalutem ꝓcurandam omnium ſaluandorum: cuius inquit laus ē i euãgelio per omnes eccleſias. Cum enim euãgelium beati Lucæ (vt ꝓbatum eſt) omnem ſapientiam complectatur: laus eius merito p̄ oẽs eccleſias prędicatur. ¶ Tertio in beato Luca fuit vigor ſalutaris remedij: quod ꝓbat ipſa profeſſio medici. Medicus enim ex ſuæ artis profeſſione potens eſt ęgrotantibus ſalutare remedium exhibere. Quia ſecũdũ Chryſo. ſuper Matthęum. Medicus qui non confert remedia ſanitatis curare neſcit: & per conſequens nomẽ medici eua neſcit. Beatus autem Lucas habuit vigorem exhibendi ſalutare remedium: contra infirmitatem animarum languentiũ. Nã ſicut beatus Lucas, cum eſſet medicus corporalis ad infirmitatem expellendam: & ſanitatem inducendam triplici vtebatur remedio: ſiue medicina. Purgatiua, vt morbus expellatur. Curatiua ſiue confortatiua: vt virtus reſumatur. Pręſeruatiua, vt recidiuatio caueatur. Nã medici corporales purgant laxatorijs: confortant electuarijs: & præſeruant bonis cibarijs. Sic beatus Lucas, cum eſſet medicus ſpiritualis ſecundum animam ægrotantes purgabat per ſapientiæ prædicationem. Purgatos curabat per gratiæ impetrationem: curatos p̄ſeruabat per gloriæ ꝓmiſſionem. Et per hãc triplicẽ medicinã a triplici infirmitate curabat. Nam infirmitas hominis lapſi eſt ignorantia veritatis i itellectu: malicia iniquitatis i affectu: miſeria pœnalitatis in præſenti ſtatu. Sed a beato Luca, ignorantia veritatis fugatur, per ſapientiæ prędicationem: malicia iniquitatis expellitur, per gratiæ impetrationem: miſeria pœnalitatis conſumitur, per glorię adeptionem. Primo igitur beat⁹ Lucas infirmos ſpiritualiter purgabat per medicinam ſalutaris prędicationis. Sicut enim medicina laxatiua purgat & expellit humores groſſos etiam ſuperfluos: ſic prędicatio beati Lucę expellebat a cordibus immundis mores corruptos & infectos. Sicut corrumpũt bonos mores colloquia praua: ſic expellũt malos colloquia bona. Talia autem colloquia fuerunt verba prædicationis beati Lucæ: dicente beato Hieronymo in prologo ſuper actus Apoſtolorum. Si inquit nouerimus Lucam medicum: pariter aduertimus omnia verba illius eſſe medicinam languẽtis. Vnde vere potuit dicere illud Eſaiæ. lxiij. Spiritus domini ſuper me: eo ꝙ vnxerit me: ad annunciandũ manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde. ¶ In qua auctoritate tria tãguntur, quę requiruntur

D

Triplex medicina ſpũalis ad ſãtudinẽ triplicis medicinæ corporalis.

Cori. xv.

E

Tria req; ſita ad fructū ex pdicatiōe conſequendū

ad hoc vt prędicatio cuiuſlibet prædicatoris: ſiue medicina ſpiritua
lis: vtilitatem & fructum ſortiatur. Nam in medico prædicante re-
quiritur ſanctitas conuerſationis, auctoritas legatiōis, & in infirmo
audiente requiritur idoneitas diſpoſitionis. Primo requiritur ſan-
ctitas conuerſationis, vt ſcilicet habeat ſpiritum domini & vnga-
tur gratia dei. Alioquin eius prædicatio non placebit: ſed ad con-
temptum potius prouocabit, dicente beato Auguſtino quarto de
doctrina Chriſtiana. capit. viij. Qui ſapienter & eloquenter dicit: ne-
quiter autem viuit: auditores ad dicendum prouocat, qd nobis prę
cipis cur ipſe non facis? Sic itaq; fit vt eum non libenter audiant qui
ſeipſum non audit, & verbum dei quod illis prædicat ſimul cum p-
dicatore contemnant. Sed non ſic prædicatio. B. Lucæ erat contē-
nenda, quia habuit ſanctitatem conuerſationis, quia plenus ſpiritu
ſancto. Requieſcit enim ſpiritus domini ſuper eum. Eſaię vndeci-
mo. Et vnctus fuit gratia dei. Pſal. Vnxit te deus deus tuus oleo lę
titiæ. Secundo requiritur auctoritas legationis: vt ſcilicet ſit miſſus
non a ſpū maligno neq; a faſtu proprio: ſed a ſpiritu ſancto: ſicut miſ
ſus fuit beatus Lucas, qui vere potuit dicere illud Eſaię. xxxviij.
Et nunc dn̄s deus miſit me & ſpirit⁹ ei⁹. Tertio requiritur in audiē
te idoneitas diſpoſitionis, quia actus actiuorum ſunt in patiente p-
diſpoſito. Oportet enim q͂ dupliciter ſint diſpoſiti: quos debet ſa-
nare actus vel ſermo prędicatoris. Debent enim eſſe verbo ſalutis
obedientes: & pro peccatis commiſſis pœnitentes. Debēt etiā audi
tores verbi dei eſſe mā̄ſueti & obediētes: non elati verbū ſalutis cō
temnentes. E ideo beatus Lucas miſſus fuit ad annūciandū, nō qui
buſcūq;, ſed manſuetis. Illi eñ ſolum verbum dei vtiliter audiunt,
qui illud humiliter in manſuetudine ſuſcipiūt. Eccleſiaſtici quinto.
Eſto manſuetus ad audiendum verbum. Abijcientes ergo omnem
immundiciam & abundantiam malicię, in manſuetudine ſuſcipite
inſitum verbum qd poteſt ſaluare animas veſtras. Iacobi. j. Debēt
nihilominus auditores verbi dei eſſe contriti & pœnitētes. Ad reci-
piendum eñ medicinam pdicationis non ſolum neceſſaria eſt mā-
ſuetudo audiendi verbum ſalutis: ſed etiam requiritur cōtritio pro
peccatis cōmiſſis. Et ideo beatus Lucas miſſus fuit ad medendum
non quoſcunq;: ſed contritos corde. Sic eñ ſolū diſpoſitos medeť
qui ſanat contritos corde, & alligat ↄtritiones eoꝝ. ps. Sed timendū
eſt q͂ ſicut materiam corporalem duram, rudem, & non tractabilē
vix vnq̄ ad ſuſceptionem formę poteſt artifex diſponere: ne ſic ſint
aliqui tam diu non contriti peccatis inueterati: q͂ vix vnq̄ medici-
nam prædicatores circa eos vtiliter exercere poſſint: qui poſtq̄ gra
uiter & enormiter peccauerit: ptinaciter inhærēt & de pctō gaudēt

poſtq̃ prauitatem perpetratam erecto collo ambulant:& peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicant. Et licet in omnibus talibus ſit medendi difficultas generalis: in clericis tamen viris eccleſiaſticis eſt difficultas ſpecialis. Cuius rationem aſſignat Chryſoſtomus ſuper Matthęum. Secularis (inquit) poſt peccatum faciliter ad pœnitentiam venit: occupatus enim ſolicitudine ſeculari dum ſcripturis non ſatis attendit: ſemper enim quę in ſcrip turis poſita ſunt noua videntur & cum aliquid vel de gloria ſãctorũ: vel de pœna dãnatorum audierit, expalleſcit & compunctus ad pœnitentiam currit. Clericus vero qui quotidie meditatur ſcripturas ſi ſemel cœperit contemnere: nunq̃ excitatur in illis, vt timeat. & ſubdit. Quis aliquando vidit clerum cito pœnitentiam agentem? & ſi aliquando depræhenſus ſe humiliauerit: non ideo dolet q̃ peccauit: ſed confunditur, quia gloriam ſuam perdidit. q̃uis autem huiuſmodi clericorum infirmitas cum difficultate ſanetur, eorum tamen ſanitas ſine impoſſibilitate verbo prędicationis a domino obtinetur: quia ſicut dicitur Sapien.xvi. Neq; hærba neq; malagma (quod eſt quoddam medicamentum, quod molendo teritur) ſanauit eos: ſed ſermo tu⁹ domine, qui ſanat omnia ſcilicet peccatorum genera. De iſto medico Saluator, Lucę quinto. Non egent, qui ſani ſunt medico, ſed qui male hñt. Non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam, per prędicatoris ſapiẽtiam. ¶ Hęc aũt ſapiẽtia p̃dicationis ſiue prędicationis medicina eſt contra cęcitatem i intellectu: quemadmodum collyrium contra morbum oculorum corporalium. Collyrium enim ſecundum Iſidorum, Etymo. quarto. vbi agit de medicaminibus. Eſt medicamentum quo vitia oculorum terguntur: & ſignificat euãgelium a beato Luca prędicatum: quo vitia oculorum mentalium purgantur. Iſto collyrio inũge oculos tuos, vt videas. Apoca. tertio. Hoc autem collyrium confectum eſt ex veritate ſignorum & pluralitate prodigiorum. Dicitur enim, Geneſis vltimo. Pręcepit Moyſes ſeruis ſuis: vt cum aromatibus condirent patrẽ. Ioſeph enim Saluator noſter, pręcepit ſeruis ſuis medicis: id eſt, euãgeliſtis & viris Apoſtolicis, quos cõſtituit medicos animarum, vt cum aromatibus ſignorum & prodigiorum condirent. Quos ipſe ſicut pater generauit. Tunc enim Apoſtoli & euangeliſtæ Chriſti, euangeliũ cum aromatibus condierũt: quãdo ipſum ne vileſceret ſignis & prodigijs concomitantibus prędicauerunt. Vnde Ricardus, primo de Trinitate, capitulo ſecũdo oſtendens certitudinem credendorum: quæ nobis euangelica prędicatione tradita ſunt: ait ſic. Vtimur in eorũ atteſtatione ſignis, p argumentis: prodigijs pro experimentis. vtinam attenderent Iudęi. vtinam attenderent Pagani cum quanta conſcientię ſecuritate. pro E

hac parte ad diuinum iudicium poterimus accedere. Nonne cum
omni fiducia deo dicere poterimus: Domine ſi error eſt, a te decepti
ſumus. Nam iſta in nobis tātis ſignis & prodigijs confirmata ſunt &
talibus, quæ non niſi per te fieri poſſūt: certe a ſummis ſanctis viris
ſunt nobis tradita & cum ſumma & auctentica atteſtatione probata
teipſo cooperante: & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis
¶ Secundo beatus Lucas purgatos curabat per gratię impetratio-
G nem. Agens enim inſtrumentale non agit niſi in virtute agentis
principalis. Medicus autem a quo infirmitates noſtrę principaliter
curantur: deus ē. Ipſe enim eſt qui propiciatur omnibus iniquitatib⁹
noſtris &cę. Beat⁹ autē Lucas & cęteri rectores eccleſię non ſunt pri
cipales medici: ſed quaſi inſtrumentales, quia non ſunt gratiæ ſani-
tatis creatores, ſed multiformis gratię dei diſpenſatores. Et ideo vul
nera peccatorum non ſanant gratiam infundendo: ſed eam ſuis meri
tis impetrando. Honora ergo medicum propter neceſſitatem: crea
uit etenī illum altiſſim⁹. a deo eſt enī oīs medela. Eccl. xxxviij. vbi
tria tangunt necessaria ad hoc qđ alicui infirmo gr̄a ſanitatis a ſpūali
medico ipetret. Requiritur enī ab infirmo ſpūali reuerentia viſcero
ſa. In medico inſtrumentali influentia gratioſa. In medico principali
efficacia copioſa. Primo requiritur a ſpirituali infirmo, reuerentia
viſceroſa & deuota. Et ideo præcipit ſibi Sapiēs. Honora medicum
propter neceſſitatem .i. propter curandam infirmitatem. Sicut enim
medicus corporalis propter ſanitatem corporalem procurandam ē
muneribus honorandus: ſic medicus ſpiritualis propter ſanitatem
ſpiritualē deuotis precibus venerandus. Et ideo dicit Eccle. xxxviij
Fili in tua infirmitate ne deſpicias teipſum: medicinam contemnen
do, vel de ſalute deſperando: ſed ora dn̄m tanq̄ medicū & ipſe ſana
bit. Da ergo locū medico. ipſum. ſ. honorando. etenim illum creauit
deus ꝓ ſalutis remedio. vbi prius. Secundo ad impetrādum gratiā
alicui ſpiritualiter infirmo, requirit gratioſa influentia i medico iſtru
mentali. Huiuſmodi autem medicus eſt curator eccleſiaſticus, dicē
te Gregorio de cura Paſtorali. capitulo octauo. Cum curam populi
aliquis ſuſcipit: quaſi ad ęgrotum medicus accedit. Huiuſmodi au-
tem medicus debet habere gratiam ſibi influxam & creatam. Ideo
dicit Sapiens, ꝙ illum creauit altiſſimus. ſ. ſecundum gratiam
quę eſt medicina quam creauit altiſſimus: vt dicitur Eccleſiaſt. vice
ſimooctauo. Medicus enim inſtrumentalis & ſpiritualis ad hoc
ꝙ gratiam alij intercedendo impetret, gratiam ſibi influxam per
meritum vitæ habere debet: Alioquin principalem medicum ad
remedium ſanitatis non inclinabit: ſed ipſum ad deteriora am-
plius prouocabit. Sicut docet exemplariter beatus Gregorius in

libro Paſtora.cap.x.Si fortaſſe aliquis ad nos veniat:vt pro ſe ad in-
tercedendum apud pote ntem virum quempiam/qui ſibi eſt irat⁹:
nobis autem incognitus/nos ducat:protinus reſpo ndebimus:ad in
tercedendum venire non poſſumus:quia familiaritatis eius notitiā
non habemus.Si ergo homo apud hominem,de quo minime prę-
ſumit,itercessor fieri erubeſcit:qua mente apud dñm interceſſiōis
locū ꝓ populo arripit:qui ſe familiarē eſſe eius gratiæ per vitę meri
tū neſcit:aut qño alij a deo veniam poſtulat ,qui vtrū ſibi ſit placat⁹
penitus ignorat:qua em̄ prę ſūptione percuſſō mederi properat, qui
vulnus in facie portat?Caueat igitur dicit Grego.ne is quem crimē
deprauat ꝓprium,interceſſor fieri appetat ꝓ culpis aliorum. Cūcti
liquide nouimus:quia ſi is qui diſplicet ad intercedendū mitti͛:irati
anim⁹ ad deteriora ꝓuocatur.Tali autem medico ait dñs,Lucę.iiij.
Medice cura teipſum.Prius enim debet medicus eccleſiaſticus cu
rare ſeipſum:anteq̄ fiat curator aliorū.Tertio ad collationē ſiue im-
petrationē gratiæ & ſanitatis ſpiritualis,requiritur efficacia copioſa.
Medicus principalis qui deus eſt:& ideo dicit Sapiēs, Q: ab ipſo eſt
omnis medela.Nam ab ipſo tanq̄ a principali medico eſt omnis ſa-
nitas,tam corporalis/q̄ ſpiritualis.Vnde Chryſo.ſuper Matthęum.
Si in ſolam confectionem non erubeſcit ſibi imponere nomen me-
dici:quanto magis Saluator noſter medicus dicitur:qui pecuniā non
quęrit : quia diues eſt: cui cura nulla impoſſibilis: quia omnipo-
tens eſt:cui nullus morbus abominabilis:quia mitis eſt & hūilis cor
de.De iſto medico dici͛ Eccle.xxxviij.Qui delinquit in conſpectu
illius qui fecit illum:incidet i manus medici.ſ.Chriſti:per cuius ſo-
lius gratiam poterit curari.Hæc autem gratia a Chriſto eſt medici-
na contra malū:ſicut amor patris cōpatiētis ad remiſſionē ꝓdigi re-
deuntis.de quo Lucæ.xv.Cum em̄ quęritur Threno.xv.Magna ē
vel de mare contritio tua,quis medebi͛ tui:Reſpōdebi͛ Ioā.j Gr̄a
& veritas p Ieſū Chriſtū facta ē.Ipſe em̄ ē verus medic⁹ nr̄,qui por-
tabat pyxidem noſtrę humanitatis,i qua erāt duo medicamina.ſ.ſā
guis noſtrę redēptionis:& aqua nr̄æ ablutionis.Vnde Aug.Magn⁹
in mundum venit medicus:quia magnus vbiq; iacebat ęgrotus.
¶Tertio & vltimo beatus Lucas curatos ꝓ̄ſeruabat p glorię ꝓmiſ
ſionē.Sicut em̄ p pœnę cōminationē a malis actib⁹ retrahimur: ta p
glorię firmā ꝓmiſſionem in bonis operib⁹ conſeruamur. quia ſicut
dici͛ ad Ro.ij.Gl̄ia & honor/& pax erit oī operāti bonū:q:m̄.ſ.medi-
ci ſuſcitabūt,& cōfitebū͛ tibi.ſ.deo q eſt medic⁹ ſūm⁹:gloria autem
æternitatis eſt medicina contra miſeriam pœnalitatis. Sicut enim
perfecta ſanitas/omnem excludit ifirmitatem miſerię:q a ſcdm Boe
tium.iij.de conſolatione.Beatitudo eſt ſtat⁹ omniū bonorum aggre

Nota cō
tra ma-
los prę a-
tos.

H

gatione perfectus. Et de iſta medicina qua ſic deus ſaluabit nos in futura gloria, poteſt exponi illđ Iob.v. Dñs vulnerat & medetur: in ſex tribulationibus liberabit te: & in ſeptima non tanget te malum. Dñs eñi vulnerat in præſenti dolorem iſligendo, & medetur in futuro, conſolationem infundendo. quia ſecũdum multitudinem dolorum in corde meo conſolationes tuę lętificauerunt animam meã. In ſex vero tribulationibus in quibus conſiſtit cõmunis miſeria p̃ſentis vitę liberabit te: quę ſunt fames & ſitis quo ad victum: frig⁹ & calor, quo ad veſtitum: laſſitudo & infirmitas, quo ad operatiõem & motum. Sed in ſeptima tribulatione quę eſt mors, quando in futura beatitudine poſſidebitis omne bonum: non tanget te malum, quia tunc deus liberabit ſanctos ſuos ab omni malo. Vnde Aug.v. de ciuitate dei. cap. vi. In illa (inquit) felicitate & vera gloria nullum erit malum, nullum latebit bonum, vbi ipſe qui eſt finis deſideriorum ſine fine videbitur: & ſine faſtidio amabitur: ſine fatigatione laudabitur: vbi erit iocunditas ſine dolore, ſecuritas ſine timore, libertas ſine coactione, vbertas ſine defectione, formoſitas ammirabilis & æternitas interminabilis. Quo nos perducat.

¶ Sermo ſecundus ad clerum in ſynodo. Et in numero.

CLXXXVII.

SAlutat vos Lucas medic⁹ chariſſim⁹. Verba iſta ſũt ſancti Pauli Apoſtoli i epiſtola ad Coloſſeñ. iiij. Et licet Apoſtol⁹ ea verba ad litteram loqueretur de ſancto Luca Euangeliſta, quia tamen a luce dictus eſt.
A ¶ Et omnes ſacerdotes luci comparãtur. Matthæi v. Vos eſtis lux mundi, luceat lux veſtra &cę. Quia etiam hodie in cathedralibus ſeu maioribus eccleſijs ſolet ſynodus ſacerdotum celebrari: in qua ſermones ad clerum fieri conſueuerunt: Idcirco ſuppoſita commendatione ſancti Lucæ in ſermone præcedenti, eadẽ quoq; verba extendi poſſunt ad commendationem omnium ſacerdotum. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum q̃ dicit Hugo de Sacramentis. li. primo. Tria ſunt quæ ab initio & ante aduentum Chriſti & poſt: ad ſalutem obtinendam neceſſaria fuerunt. ſ. fides, ſacramẽta, & bona opera: quæ tria ita cohęrent, vt ſalutis effectum habere non poſſint: ſi ſimul non fuerint. & quia hęc tria per ſacerdotes deriuantur in populum, dicente Chryſoſto. tertio libro de dignitate ſacerdotum. Per ipſos (inquit) ſacerdotes Chriſtum induimus per fidei agnitiõem, q̃tum ad primum. Per ipſos dei filio cõiungimur: p ſacramentorum communiõem, q̃tum ad ſecundum. Per ipſos mẽbra ipſius capitis efficiuntur, per bonorum operum cõfirmationẽ.

Fides, ſacramenta & bona opera ſemper neceſſaria fuerũt ad ſalutem obtinendam.

Idcirco proprium eſt ſacerdotibus ratione officij ſalutare/id eſt ſalu
tem tranſfundere & optare. Vnde de quolibet ſacerdote dirigendo
ſermonem ad ſubditos appropriate dici poteſt verbum aſſumptū:
Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. In quibus verbis duo pri
cipaliter innuuntur. Primum eſt ſacerdotalis officij congrua appro
priata ſalutatio, ſalutat vos. Secundum eſt ſalutantis idonea diſpoſi
tio vel conditio, Lucas medic⁹. ¶ De primo breuiter eſt illud Mat B
thæi.x. Vbi dominus docuit diſcipulos ſuos formam ſe habendi, in
ter cætera dicens. In quācunq; domum intraueritis, ſalutate eam.
Qđ figuratum eſt.ij.Paralip.xv. vbi legitur ꝙ ſacerdos Azarias fa
cto in ſe ſpiritu dei ſalutauit Aza regem & populum dicens. Domi
n⁹ vobiſcum. Eiſdem verbis Booz ſalutauit meſſores ſuos. Ruth.
ij. Ex quo ſūpta eſt ſalutatio ſolennis ſacerdotib⁹ per eccleſiam ap-
propriata, qua ſoli ipſi habent populum ſalutare, dicendo. Domin⁹
vobiſcum. & ſubaudi/ſit. qđ nō exprimitur more ſalutatiōis rheto-
ricę qua ſemper verbum ſubticetur: ad deſignādum maiorem eſſe
ſalutantis affectum: quaſi non exprimere queat verbum. & eſt ſen-
ſus. Dominus ſit vobiſcum/id eſt deus vobiſcū maneat in præſenti
per gratiam: & in futuro per gloriam. Hic quęritur an propter plu-
ralem locutionem neceſſe ſit plures eſſe miniſtros præſentes? Et
videtur ꝙ ſic ſaltem duo. vt de conſe. diſt. prima. Hoc quoq; ſtatu-
tum. Sed contra videtur ꝙ hodie ſufficiat vn⁹: de filijs preſby. Pro-
poſuit. in cuius pſona ſacerdos loquitur eccleſię. & ſic obtinuit con-
ſuetudo: ſed decretū p contrariū loquit̃ de cōgruo nō de neceſſario
Reſpondet autem populus. Et cum ſpiritu tuo, quaſi diceret. Tu' ꝑ
nobis habes orare & p̄ces noſtras deo offerre. Et qa illas p̄ces de⁹ tā
tū approbat & exaudit: quæ in ſpiritu & veritate fiunt: nos oramus
deum vt ipſe ſit in ſpiritu tuo/id eſt det tibi orare ſpiritu. Orat enim
ore tm̄ nō ſpiritu, qui verbo ꝓfert & intellectum ſenſualem ad deū
non refert. Qui autem ſpiritum ad deū dirigit & erigit & intelligen
tiam verboꝝ mente attendit: hic orat non ſolum ore ſed & ſpū. ſicut
Apoſtolus dicit. Orabo ſpū: orabo & mente. i. Coꝝ. xiiij. Et eſt ſum
pta hæc reſponſio ex epiſtola Pauli .ij. ad Timo. vltimo. vbi dicit̃.
Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum ſpū tuo. ¶ Sed notandum ꝙ
epiſcopus cum in miſſa primo ſalutat populū dicit, Pax vobis. Hęc C
em̄ fuit vox Chriſti qua ſalutare conſueuit diſcipulos. Vn̄ vt epiſco
pus oſtendit ſe eſſe Chriſti vicariū, pria voce ī miſſa conuertēs ſe ad
populū dicit: Pax vobis. ſed poſtea vt ſe vnum de numero ſacerdo-
tum oſtendat, dicit: Dn̄s vobiſcum. ſed ſacerdos dicit tm̄ ſemel, Pax
domini. Cuius ratio eſt. Nā in eo actu quo tenet ptem hoſtię in ma-
nu mittendā in calicē, repręſentat̃ reſurrectio Chriſti, & qa hæc fuit

prima vox Chriſti ad diſcipulos poſt reſurrectiōem: ideo ad hoc de ſignandū dicit, pax dñi: & non dñs vobiſcum. & hoc de prio principali.

D

De tribus requiſitis in ſacerdote.

¶ Sequit̃ de ſecundo in quo notatur ſalutantis idonea diſpoſitio: Lucas medicus chariſſimus. vbi implicantur tria in quolibet ſacerdote requiſita. Debent em̄ habere luculētiam in intellectu, experientiam in effectu: & beniuolentiā in affectu. Ratione primi debet eſſe ſalutari ſapientia luminoſus, vt vere Lucas a luce dicat̃. Ratiōe ſecundi debet eſſe medicinali experientia operoſus, vt cōgrue medicus cenſeatur. Ratione tertij debet eſſe affectuali beniuolētia gratioſus: vt omnibus chariſſimus habeatur. Igitur Lucas medic⁹ chariſſimus ſalutat vos. de primo dicit̃ Mat. v. Vos eſtis lux mūdi. qđ verbū ꝓprie dictum eſt ſacerdotibus. vt. xciij. di. Sacerdotes ſcđm philoſophos. Lux eſt qualitas corporis cœleſtis: q̄tū ad ſubſtantiam actus corporis lucidi q̄tū ad tranſparentiam: & hypoſtaſis oīm colorum q̄tum ad ſubſtātiam vel obiectalē pñtiā. Sic reuera ſacerdotes debent eſſe cœlici per mentalē cōuerſationē. Actualitate lucidi/per doctrinalem eruditionem. Actiuitate pręcipui/per ſingularē vitę ꝑfectionem. Prio dico ꝙ ſacerdotes debēt &c. Et hoc merito cū ipſi dij & Angeli nuncupentur. xj. q. j. ſacerdotes. Vñ dicit Chryſo. vbi ſupra. Sacerdotij aſpice dignitatem, agitur in terris: ſed officium cœleſtibus myſterijs continet̃. Sicut aūt ſūt cœlici officij dignitate: ſic & eſſe debent conuerſationis dignitate, vt dicere poſſint cū Apoſtolo Phil. iij. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Sed heu quidā vident̃ habere qualitatem cœleſtem, & ſic non eſt. Qui aſſimilantur ſtellis cadētibus, quę aliquando videntur in aere quaſi ſint ſtellę cœleſtes: & in veritate non ſunt ſtellę ſed igniculi a flatu ventoꝝ: ab ęthere in aerē tracti: & mox in madido aere extincti: vt dicit Iſidorus. iiij. Etymo. Sic iſti videntur quidem eſſe ſtellę cœleſtes ſtatus cōſideratiōe: ſed ſūt igniculi a flatu vētoꝝ. i. paſſionū acceſſi carnali delectatiōe: quos deſcribit Hugo de duodecim abuſionib⁹. Sunt quidā ſacerdotes q̄ neſciunt neq; diſcunt, vacantes ocio/comeſſationib⁹ & ebrietatib⁹ ſtudēt: terrenis inhiant: terrena ſapiunt: aſſidui in plateis: in eccleſia rari: tardi ad inueſtigandū culpam pecoris: parati ad quęrendum veſtigia leporis: velociores ad congregandos canes, q̄ ad vocandū pauperes: libentius porrigunt panem cani q̄ pauperi: plures ſeruiūt eis ad menſam q̄ ad miſſam &c. Ecce q̄ obſcuratū eſt aurum. Debent ſecundo eſſe actualitate lucidi &c. Dañ. xij. Qui docti fueri: fulgebūt ſicut ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam multos erudiunt: quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Sicut em̄ ſtellę officiū eſt ſup terrā lucere. Geñ. j. Poſuit deus ſtellas in firmamēto cœli: vt luceāt ſuper terrā. ſic officiū eſt ſacerdotis illuminare ſubditos & docere. ꝓpter

qđ eis dicit Sapiē.vj. Diligite lumen ſapientię omnes qui præeſtis populis. Et hoc eſt quod dicit Hierony. ſup epiſtolā ad Ephe. Qui paſtor eſt: eſſe debet & magiſter. Nec in eccleſia quis ſanctus ſit / paſtoris ſibi nomen debet aſſumere: niſi poſſit docere quos regit. Qui autem ſcientiam non habent & tamen populos docent, cæci ſunt & duces cęcorum. & ideo ambo in foueam cadunt. Labia eñ ſacerdotis &c. Mal.ij. ¶ Sed diceret aliquis, quantam ſciētiam debet habere ſacerdos. Ad hoc dicendum eſt ꝙ ſufficit habere ſcientiam cōpetentem & ſi non eminentem: extra de electiōe. Cum nobis olim Et ſi dices, quam appellas ſcientiam competentem. Dicendum ꝙ ſcientia competens vocatur: quæ neceſſaria eſt ad executionem ordinis cuiuſcunq;. Et ſecundum hoc ſacerdos cōſideratur quadrupliciter. Vno modo inquantum deputatus eſt ad celebrandum diuinū officium. Et ſic tenetur ſcire tātū de grammatica ꝙ ſciat verba congrue proferre & accentuare, & ꝙ intelligat quę legit. Alio modo in quantum eſt miniſter ſacramentorum. Et ſic tenetur ſcire quæ ſit materia debita: & quæ ſit debita forma cuiuſlibet ſacramēti: & modum rite diſpenſandi ſacramenta. Tertio modo inquātum doctor Et ſic tenetur ſcire explicite / ſaltem rudimenta fidei, quæ conſiſtūt in articulis fidei per dilectionem operantis. Quarto modo inquātū iudex in foro conſcientię. Et ſic tenetur ſcire diſtinguere inter leprā & lepram. hæc Hoſt. in ſumma. c. de tempori. or. t. iij. De his require plura in Summa Ioānis. Debent tertio eſſe actiuitate pręcipui p exemplarem vitæ perfectionem, vt dicit Berñ. Cum enim ſint ipſi velut lucernæ in domo domini ſuper candelabrum poſitę: ſummo opere prouidere debent: vt cunctū populum cui pręſident conuerſatione præeant: quia vehementer eccleſiam dei deſtruit, meliores eſſe laicos q̄ clericos. vt. viij. q. j. Qualis. Sicut eñ magna peruerſitas eſſet in natura, eſſe calorem in actu & lucem nō eſſe in actu: eo ꝙ calor non ſit actu niſi per lucē. In actu dico imitationis viſus: licet in ſuę eſſentię actualitate ſit calor etiā in tenebris: vt dicit Cōmētator. Iſta eſt magna abſurditas in eccleſia, laicos eſſe in actu ſanctitatis & deuotionis: & clericos inueniri in actu leuitatis & diſſolutionis. Et hoc ē qđ dicit Canon. lxj. di. Miramur. Toti⁹ familię dñi ſtatus & ordo nutabit, ſi qđ inuenitur in corpore non inuenitur in capite. Et ſicut docet auctor pſpectiue libro. j. ca. vi. Lux exigit ad viſionem coloꝝ alteraduarum cauſarū. Aut quia ſine luce nō extēdunt formę coloꝝ in aere. Aut quia ſi tūc extēdunt (qđ tñ nos latet) non operantur in viſum niſi per lucē. Sic bona q̄ faciunt laici abſq; influxu ſacerdotalis miniſterij, aut non valent in facie eccleſię, aut ſi valent aliqđ: hoc eſt in rōne meriti priuati. Sacerdos aūt q̄ gerit perſonam

E

publicam:cum ſit miniſter totius eccleſię,elicit bona opera in ratio‑ne meriti vniuerſalis eccleſię/abſq; cooperatiõe laicorum: ſicut lux ad ſui immutationem non indiget colore.ſed ecõuerſo. Abacuh.iij. In luce ſagittarum tuarum. Et ideo ſacerdotibus competit orare ꝓ populo,quod non competit laicis,dicente Hierony.x.q.j. Quia ſa‑cerdotes pro omnibus orare debent:qua fronte ꝑſumunt laici obla‑tiones/quas Chriſtiani pro peccatis ſuis offerunt,vel ipſi comede‑re,vel aliјs concedere:cum ipſi nõ debeant pro populo orare? ¶Et

F inde cadit corollarium quare licitum eſt ſacerdoti omni die celebra re:& non permittitur laicis omni die communicare: quia videlicet ſacerdoti/cum ſit miniſter totius eccleſię/ſibi ſuffragatur meritum vniuerſalis eccleſiæ:& ſi in ſeipſo non ſemper actualiter diſpoſitus inueniatur:hoc per vniuerſalis eccleſiæ meritũ:cuius miniſter ẽ/re‑ſtauratur:dum mõ alias ſit ſine peccato mortali/& in bono propoſi to:ſecus de perſona priuata. Vnde dicit Canon.j.q.j.Si qui Epiſcopi. Cætera ſacramenta vnicuiq; propter ſe dantur:& vnicuiq; talia ſiũt quali corde/vel conſcientia accipiuntur. Sacramentũ autem ordinis ſacerdotalis/non propter ſe ſolum,ſed ꝓpter alios datur: quare ſibi meritum commune ſuffragatur. Videat autem ſibi ne ſit,ſicut fax accenſa/quæ aliјs lucet,q̃uis ſibi noceat,xv.q.vlti.ca.vlti. Viliſſim⁹ eſt itaq; computandus:niſi ꝓcellat ſcientia & ſãctitate:qui eſt hono‑re pręſtantior. Igitur concludendo de primo principali: Sacerdotes qui ſunt ſic cœlici cõuerſatione:lucidi eruditioue,& ꝓcipui meriti ꝑ‑fectione:his ſolis conuenit nomen Lucas,a luce veridica interpreta tione,& euangelici miniſterij exhibitiõe. De tali quolibet dicit Apo

G ſtolus.ij.ad Theſſalo.iiij. Lucas eſt mecum ſolus. ¶Secundo etiam medicus. Sacerdos enĩ & maxime curatus/eſt quidam medicus ſpi‑ritualis.v.q.v.Non vos, Et octogeſimaſexta diſtinctione, Inferio rum. Qui primo ſemetipſum curare ſtudeat,ne ſibi dicatur ſimilitu do illa,Lucæ.iiij.Medice cura te ipſum. Vnde Gregorius in Paſto‑rali. Improb⁹ & imperitus eſt medicus,qui alienum mederi appe‑tit,& ipſe vuln⁹ q̃d patitur neſcit. Sicut enĩ peritus medicus nõ om‑nium oculos vno collyrio ſanat:ſic ſacerdos diuerſos peccatoꝝ mor bos diuerſis antidotis medetur.ij.q.vj.neceſſe. Propter q̃d ſciẽdum ꝙ ſecũdum phyſicos omnes morbi naſcuntur ex diſtemperantia calidi & humidi. Nam dicit Iſido.iiij. Etymo. Sanitas eſt temperan tia naturę ex humido & calido. Ergo per oppoſitum morbus eſt di ſtemperãtia ex calido & humido. Sic in propoſito oĩs morb⁹ ſpũa‑lis veiẽ ex calido carnalis concupiſcentię & voluptatis,vel ex humi do mundialis inconſtantię & lubricitatis vel fluxibilitatis. Vñ Aug. ſuper illud ꝑs. Incenſa igni & ſuffoſſa dicit. Quod omnia peccata vel

ſunt ex amore male inflammāte, vel ex timore male humiliante, q̄
duo intelligit per peccata incenſa & ſuffoſſa. Incenſa inquam igne in
ordinati amoris: ſuffoſſa metu humanę defectionis. Peccata incen-
ſa faciunt hominem grauiter febricitare. Suffoſſa faciūt eum deflue
re & varijs ſynthomatib' laborare. ❡ Primum patet. Nam omnis H
inordinata paſſio feruens igne maligno: febris eſt animæ. Ideo de Vide de
peccatorib' dicit Eſa.lvij. Cor impij quaſi mare feruet. Et ex tali fer ſeptem fe
uore generantur ſeptem febres animę. Prima eſt ephemera, quæ ē brib' aiæ
ſubita paſſio febrilis & raro vltra vnius diei terminum ſe extendit, ɔparatiue
vt dicit Iſaac in libro febrium. per quā intelligo ſubitum motum in ad febres
ordinatę concupiſcentię, qualis fuit concupiſcentia Dauid viſa mu corporis.
liere ſe lauante.ij.Reg.xj. Qualis fuit timor Petri Chriſtū negantis
Secunda febris eſt tertiana, quę vno die intercipitur: iſti ſunt qui cū
peccauerint dolent. & ſic habent vnum diem pœnitentię, qui eſt cō
tritio: ſed non perueniunt ad ſecundum diem confeſſionis, ideo ſta-
tim in idem redeunt. Tertia febris eſt quartana. vbi duo dies abſq;
acceſſione ſunt. Quidam enim poſt acceſſionem peccati duos dies
pœnitentię aſſumunt, contritionem ſcilicet & cōfeſſionē. Sed quia
iuxta ſacerdotis arbitrium non perueniunt ad diem tertium ſatiſfa-
ctiōis: ideo rurſus accedit peccati paſſio. Quarta febris eſt quotidia
na, eorum videlicet qui abſq; contritione aliqua mala frequentant
q ad litterā omni die aut inebriātur, aut mentiunt̄, aut alia mala cō
mittūt: ſic hācſequitur, Quinta febris / ſcilicet continuitas, quia fre
quentationē ſequitur continuitas: ſic febricitant luxurioſi & inuidi.
Sexta febris eſt iam generatæ conſuetudiuis quę per ethicam intel
ligitur: quia in morem eſt deducta. Ethis enī mos eſt. Septima fe-
bris eſt acuta quę eſt defenſio conſuetę iam nequitię, cum quis nō
erubeſcit nec timet: nec paueſcit facere q̄ conſueuit: de illius ſalute
valde timendum eſt, quia in tali febre deſperant medici. Hieremię.
iiij. Peſſima plaga tua, inſanabilis cura tua. ❡ Pro declaratione ſecū- I
di de peccatis / ſcilicet ſuffoſſis adaptari poſſent varia genera morbo
rum, quæ generantur ex fluxu p̄ter naturam: ſed gratia breuitatis
ſufficiat vna auctoritas Grego.xij. Moral. ſuper illud Iob. xxxj. Si
expaui ad multitudinem nimiam. ſi ad terrena adipiſcenda cor in-
hiat: ſecurum & tranquillum eſſe nullatenus poteſt: quia aut nō ha-
bita concupiſcit vt habeat: aut adepta metuit ne amittat: & dum in
aduerſis ſperat proſpera: i proſperis formidat aduerſa: huc illuc qua
ſi quibuſdam fluctibus voluitur: ac per mot' varios rerum alternā-
tium mutabilitate verſatur. His omnib' morbis ſacerdos debet pru
denter conſulere. & dignus erit honore, Eccl. xxxviij. Honora me-
dicū ꝓpter neceſſitatē. Hoc de ſcđo pricipali. Tertio &c. chariſſim'.

Sit autem ſacerdos populo charus propter verbalem exhortationē charior propter exemplarem inſtructiōem,ſed chariſſim⁹ ꝑpter ſacramentalē cōmunionē.Sic fuit ille chariſſimus ꝑlatus eccleſię,Ioānes:qui in epiſtola ſua alloquens fideles ſemp dicit charisſimi.Chariſſimi(inquit)diligamus inuicem.j.Ioannis tertio.& fere per totam epiſtolam.Rogemus.

¶De.XI.millibus Virginum.Sermo.I.
Et in numero.CLXXXVIII.

Egredimini filię Sion & videte regem Salomonē.Cāti.iij.Verba iſta exponēdo de his glorioſis virginib⁹ dicere poſſumus:ꝙ hæ virgines bene dicuntur filiæ Sion.qđ interpretatur ſpecula:& ſignificat virgines ſacras ſpeculatrices,aduentum ſponſi veri Salomonis vigilanter expectantes,& ei cū lampadibus obuiā exeuntes.

A ¶Iſtę itaq; filię Sion vt digne poſſint exire obuiā ſponſo vero Salomoni debent eſſe triplici nobili conditiōe decoratę.Prima ꝙ ſint virgines.Secunda ꝙ ſint pulchrę.Tertia ꝙ ſint prudentes.& ſi aliqua iſtarum conditionum deſit:non poterit videre regem Salomonem:nec cum eo intrare ad nuptias.Primo ergo requirit̄ ꝙ ſint virgines.Vbi conſiderandum ꝙ inter virgines multiplex eſt diſtinctio

Multiplex differētia virginum

Quædam enim ſunt virgines carne ſed non mente.quales ſunt habentes propoſitum nubendi qn̄ occurrerit.Et hanc vocat Grego. virginitatem dependentię,qua aliqua continet donec occurrat eligibile.Et talis ꝯtinet ab omni & ſemper,ſi non occurrat qđ diligere libeat.Et tales quidem virgines ſunt & laudandę,eo ꝙ ꝑter thorum coniugij virginitatem ſuā nullo mō violari proponūt:ſed ad perfectū virginitatis ſtatum nullatenus puenerunt.Alię ſūt virgines mēte ſed non carne.Et hæ ſunt in quadruplici gn̄e.Primum genus eſt earū quę ſunt violentatę pręter omnē ſuum conſenſum.De quibus dixit ſancta Lucia.Nō inquinatur corpus meū ſine cōſenſu mētis. Nā ſi me inuitam violari feceris:caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.Aliud eſt genus viduatarum,quę etiā ſi bene continēt ſuo mō dici poſſunt virgines vel virginum collegę.Vn̄ Hierony.in ſermone de Aſſumptione loquēs ad virgines ſic dicit.Beatę eſtis filię:ſed etiam beatę viduę quę cœlibem vobiſcū in Chriſto ducunt vitam. Q̄m ſcdm Apoſtolū,Beatior erit ſi ſic permāſerit,liberata ſcilicet a lege viri.ꝙ ſi vtraq; beata,vtraq; iam in Chriſto beatior.cum quæcunq; iam ſoluta eſt & cœleſtia cogitat atq; ſectatur.Ideo viduę ſēper bene virginibus copulantur:vt ait idem Apoſtolus.Mulier innupta & virgo cogitat quæ ſunt domini:vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.Et talis cōtinet ab omni & ſemper in perpetuo propoſito poſt

mortem mariti vel etiam viuente eo de conſenſu ſuo. Exemplum de ſancta Monica, & de matre ſancti Nicolai. Tertium gen⁹ eſt cõiugatarũ & coniugatorũ. Hi continent ab omni ſed nõ a ſua vel ſuo cõtinent etiã a ſuo tempore determinato. Ideo bene matrimoniũ dicitur ſtatus cõtinẽtię & virginitatis in gñe ſuo. Vñ Aug. in ſermone de Virginibus. Non ſolet dici virginitas in cõiugatis: cũ ibi eſt etiam fidei virginitas quę exhibet pudicitiã coniugalẽ. Quartum gen⁹ eſt pœnitentium earum, ſcilicet quę non violentatę ſed ſpontaneo cõſenſu extra legem coniugij virginitatem pdiderunt: & poſtea digne pœnitentiæ fruct⁹ facientes, ſe in caſtitatis ꝓpoſito firmauerũt. Et licet hi inferiorẽ gradũ cõtinentię inter pdictos obtineãt, nõ tñ omniquaq; a virginum cõſortio excludunt. Quia enĩ (vt dictũ ẽ) nullę quę virgines nõ ſunt ſponſę Chriſto obuiã venire poſſunt: nolumus pœnitentes a cœleſtibus nuptijs excludere. Sed ſicut dicit Ambro. Volumus ſi fieri poteſt ſaluare oẽs. Dico ergo ꝙ & hi & hæ pœnitẽtes coram deo in ſuo gñe virgines reputantur. Tales ſanctę virgines fuerũt Maria Magdalena, Auguſt. &c. Et ne hoc videar dicere de meo: adduco auctoritates Auguſt. qui in ſermone de virginibus ſic dicit. Nouerit ſanctitas veſtra non iportune ſcdm aiam & ſcdm integritatẽ fidei vnũquęq; vel vnamquãq; aiam virginem dici. Tota eccleſia quę conſtat ex virginibus & pueris & maritatis fœminis & vxoratis viris vno noie virgo eſt appellata, iuxta illud Apoſtoli. Deſpondi vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto. & ſubdit Aug. In corpore pauci virginitatem habent: in corde oẽs habere debent. Et iterũ. Virgines ſunt oẽs aię Chriſtianorũ: nõ aũt qualeſcũq; aię: ſed tales animę q̃ habẽt catholicam fidẽ & habẽt bona opera in eccleſia dei. De iſta etiam virginitate mentali idem Aug. ſuper ps. xvij. ſic ait. Quę eſt virginitas mentis? integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. hęc Aug. ¶ Sed forte dicet aliquis vel aliqua ex virginibus. Si tam bonum forum eſt de virginitate ad quid cum tanto labore & caſtimonia, virginitatem meam illibatã conſeruare cõtẽdo. Audi ad huc aliud gen⁹ virginũ ꝑexcellens omnia prædicta. Dictũ quidem eſt qũo quędam ſunt virgines carne nõ mente: & quædam mente, non carne. Reſtat nunc dicere de tertio gñe ſupeminẽti qño quædam virgines ſunt carne ſimul & mente cũ voto perpetuę continentię. Hanc vocat Origenes virginitatem perfectam, quæ continet ab omni & ſemper: non propter impulſum neceſſitatis: nec ꝓpter fortunã in ſpem expectationis: ſed ꝓpter deſiderium apphẽdẽdi viam perfectionis ſecundum ſtatum. De illis intelligit verbum domini, Matthæi. xix. Sunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cœlorũ: qui pt capere, capiat. De tali virginitate dicit Am

ij. Cor. xj.

B

bro.in libro de viduis. Supergreditur virginitas conditionē huma-
nę naturæ, per quā homines Angelis comparantur: maior tamē vi
ctoria virginum q̄ Angelorum. Angeli enī ſine carne viuūt: virgines
vero in carne triumphant. Et quia tantæ ſuperexcellētię ſunt virgi
nes iſtæ prædictę: ideo bene cōſuluit eis Apoca.iij. Tene qđ habes,
vt nemo accipiat coronam tuā. Hæ namq; virgines ſingularē coro
nam habent in cœlo eis p̄paratam/ſcilicet aureolam: quam cęterę p̄
miſſę virgines nequaq̄ habebunt. Bene autē adijcitur. Vt nemo ac-
cipiat coronam tuam, quia ſcđm gloſſam, Certus numer⁹ electorū
determinatus eſt: ſimiliter & virginum. Vnde cū vna virgo a virgi-
nitate ceciderit: aureolam ſuam altera obtinebit. De iſto gn̄e virgi-
num ſuperexcellēti fuit beata Vrſula cum ſuis collegis electis, inter
quas fuerunt plures de alio genere virginum: tam viduarum q̄ con
iugatarum: q̄ etiam pœnitentium vtriuſq; ſexus, vt patet ex legen-
da. De omnibus his virginibus eſt illud p̄s. Adducentur regi virgi-
nes poſt eam proximę eius offeruntur tibi, vt virgines intelligātur
de perfectis. Proximę vero intelliguntur virgines ſola mente, quæ
magis ſunt virgini proximę & collegę. ¶ Secūdo iſte filię Sion de-
bent eſſe pulchrę. Non enī ſunt placibiles virgines quę nō ſunt pul
chrę. Sūt aūt tria quæ pulchrificant virginitatem. Primū eſt humili
tas. Origeñ. Non poteſt eſſe pulchrum: qđ cū oſtentatiōe fit. Quia
qđ fit ex ſuperbia: prodit ex laſciuia: pulchrior ſeges ſemper creſcit
in valle. Vnde Aug. ſuper p̄s.xcix. Quid poteſt integra caro: men-
te corrupta? Melius eſt humile cōiugiū q̄ ſuperba virginitas. Hinc
eſt q̄ beata virgo pl⁹ gloriabatur de humilitate q̄ de virginitate, di-
cens. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę. Secūdum eſt operum
2 fructuoſitas. Origenes. Dum inter vera opera inimica pulchritudi-
ni cedit deſidia: eo acceditur ad ſordes quo ceſſatur a pulchro. Vn-
de Hiero. in epiſtola ad Demetriadem virginem. Ornetur morum
ſanctitate virginitas: & perfectū gradum perfectio ſubſequatur. Exē-
plum in Euangelio de ſanctis virginibus: quæ ornatis lampadibus
ſumpſerunt oleum ſecum. per qđ bona opera ſignificantur ſecun-
dum Auguſti. Vnde ſuper illud Canti.vij. Q̄ pulchra es & decora
chariſſima. Origenes dicit ſic. O fœliciſſima quæ nullo vicio diſpli-
ces ſponſo tuo, fide polles, ſpe nites, charitate luces, iuſtitia ſplen-
des, pulchritudine rutilas, prudentia fulges, temperātia candes. Ha
rum virtutum opera pulchrificant animam. De tali pulchritudine
dicitur in p̄s.xliiij. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato,
id eſt operibus virtuoſis ex charitate factis: circūdata varietate/ ſcili
3. cet virtutum. Tertium plurificans virginitatem eſt amor. Bernar.
ſuper Canti. ſerm.lxxxvj. Vbi amor, ibi labor non eſt: ſed ſapor. qm̄

C
Pulchrifi-
cāt virgini
tatē humi
litas, fœcū
ditas ope-
rū & amor

amanti nihil difficile eſt. Vnde Geñ.xxix.de Iacob. Videbantur ei dies pauci præ magnitudine amoris illius:ſcilicet Rachelis. Vnde Auguſtinus.xiij.Confeſſionum. Verus amor non ſentit amaritudinem,ſed dulcedinem:quia ſoror amoris dulcedo. Sicut ergo amor difficile/facile,& amarum dulce:ſic & deforme facit pulchrum i oculis amãtis. Anima igitur eoipſo,q' deum amat:nihil pulchrum pręter eum æſtimat. Vnde Origenes. Cor diuino amore accenſum,ſolũ in bono diuino per amorem quieſcit. Et quia ſolum deum creatorem diligit: ideo omnis creatura ſibi grauis eſt ad videndum. Exẽplum de Maria Magdalena. Talem autem animam amãtem deũ/ ipſe deus amat econuerſo.iuxta illud Prouerbio.viij. Ego diligẽtes me diligo:ac per hoc dei amor ad animam quicquid alias fœdum: & deforme eſt in anima/reddit pulchrum. Vnde Chryſo.ſuper illud Ioan.iij. Sic deus dilexit mundum:dicit ſic. Nemo amatorum carnalium,& ſi ſit ſupra modum inſaniẽs:ita exardeſcere poteſt i amorem dilectę ſuę:quemadmodum deus effunditur in amore aniarũ: & per hoc anię ſunt pulchrę in oculis dei. Vnde Ambro.i lib.de Virginitate. Pulchritudinem quis poteſt maiorẽ ęſtimare decore Virginis/ quę amaẽ a rege,ꝓbaẽ a iudice,dedicatur dño,conſecratur deo?

¶Tertio iſtę virgines debent eſſe prudentes. Fatuę enim virgines a ſponſo nõ recipiuntur,ſed excluduntur. vt dicit Matthęi.xxv. Huiuſmodi autem prudentia attenditur in tribus:ad quorum ſpeculationem prudentes virgines in triplici ſpecula ſtare debent. Prio debent ſtare in ſpecula contemplationis quo ad deum:vt eius volũtatem in omnibus ſtudeant adimplere. Et in hoc eſt vera prudẽtia virgines quam deſcribit Iſido.in lib.Etymo.ſic di. Prudentia eſt ratio docta a gratia:ſtudens vitare omnia quæ ſunt contraria diuinæ iuſtitiæ. D In triplici ſpecula ſtare debent. 1 prudẽtes.

Secundo debent ſtare in ſpecula circũſpectionis quo ad ſeipſas: vt omnes actus/& cogitatus ſuos ſolicite diſcutiant:& diuino beneplacito conforment. Et ſecundum doctrinam Senecæ. quolibet veſpere cogitare debet homo/quantum in amore dei illa die profecerit: & in quales negligentias inciderit.&c. 2.

Tertio debent ſtare in ſpecula prouiſionis quo ad proximos,cauendo ne oculorum nutu verbo/ vel facto ad ſui amorem inducant,vel alias ſcandalizent,ſed in omnibus bona exempla prębeant.iuxta illud Apoſtoli. Prouidemus eñ bona/non ſolum coram deo:ſed etiam coram omnibus hominib'. Vnde Auguſtinus. Dominica Virgo ab omni verecundo ſermone/ vel riſu debet ſe penitus abſtrahere:nec oculis erectis/aut lętis: ſed vultu demiſſo procedere:& cum ſilentio & diſciplina omnem vitã ſuam ordinare:nec in ſe viles ducat amores:& ſi nõ pereat,alijs perditionis cauſa non exiſtat. Taliter autem ſe in conuerſatione exhi- 3.

beat:vt omnes inſpicientes eam ad amorem dei alliciat. Quod no-
bis.&c.

¶Ser.ij.ad idem:&
in numer o.CLXXXIX.

ADducentur regi virgines.&c. Hic tria tanguntur. Prio
quales adducentur:quia virgines & proximę. Secũdo
qualiter:quia in lętitia & exultatione. Tertio ad quid vł
A quo:quia i templum regis. ¶In hoc autem, q dicitur.
Adducentur:notatur voluntas,ſed mota ab alio: ſcili-
cet deo per gratiam:quia nemo venit ad me,niſi pater meus traxe-
rit eum. Ioan.vj. Regi,ſcilicet Chriſto. Ipſe enim ſingulariter diligit
virgines,& in ipſis delectatur. Tum propter virginitatem/quæ per-
fecte conformatur Chriſto:ſecundum puritatem animæ & corporis
Tum quia ipſe elegit naſci de virgine. Vnde & ipſę ſemper ſequũ-
tur agnum quocunq; ierit:virgines enim ſunt. Apocalip. decioquar
to. Ipſę enim ſunt ſorores angelorum,vt dicit Ciprianus. Proximę
ſunt:quæ licet non ſint virgines:familiariter tamen adhęrent virgi-
nibus per caſtitatem, quarum erant plures de ſocietate harum vir-
ginum:vt Geraſma regina Ceciliæ,& regina Angliæ,& plures alię
B ibidem repertę. ¶Iſtę autem afferentur,non dicit adducẽtur:quia
adduci eſt eorum qui ſeipſos aliquid iuuant: cum adiutorio tamen
alterius. Afferri vero & portari/eſt eorum qui totaliter virtute alteri
us ſuſtentãtur:vnde maiorem difficultatem arguit. Tales enim qui
carnis voluptatem/& incentiua ſunt experti/magis difficulter reſi-
ſtunt,q̃ virgines. Vnde Hieronymus in epiſtola ad Gemiſiani. Vir-
ginitas eo facilior eſt,quo carnis incentiua non nouit: & viduitas eo
inſolentior,quo præteritas recolit voluptates. Exemplũ de peponi
bus Aegypti. Beda. Expertis vitiorum illecebris difficilius q̃ icogni
tis caremus:& minoris laboris eſt icognitam carnis cauere volupta
tem:q̃ reijcere iam cognitam. Item dicit Gregori⁹ duodecimo Mo-
ralium. Bonum eſt coniugium:ſed mala ſunt,quæ circa illud ex hu-
ius mundi cura ſuccreſcunt. Dum ergo tenetur quod non nocet: ex
rebus iuxta poſitis,committitur plerũq; quod nocet:ſicut ſæpe per
mundum iter peragimus:& tamen ortis iuxta viam vepribus per
veſtimenta retinemur. In via quidem mundano non offendimus: ſed
a latere naſcitur,quo pungamur. Virgines ergo expeditiores ſunt,
quia non tantũ inclinatę ad carnalia:ideo ſolum adducuntur:alij au-
tem feruntur/& portantur. In lętitia. Hic notatur qualiter adducun-
tur. Lętitia dei dicitur eſſe interior:exultatio vero exterior. Et ſic
habuerunt iſtę virgines lętitiam/tam interius/q̃ exterius:in opere &
geſtibus:quod patet in ludis earum. Require in legenda. ¶In tem-

plum regis. Hic notatur ad quid. In hoc autem q̄ dicitur/templum C
notatur eius pręmium. Vbi notandum/q̄ tria pręcipue fiũt in tem Diſtiguũt
plo. Vnum eſt commune omnibus:ſcilicet oratio. Et ſecundum hoc aureolę ſe
deſignatur per templum pręmium eſſentiale:quod omnibus eſt cõ- cundũ ea/
mune. Secundum autem eſt oblatio:& hoc ſuiipſius,quod fit dupli- q̃ fiunt in
citer. Vno modo dum offertur corpus noſtrum deo:non quidẽ ſim- templo.
pliciter:ſed quo ad renunciationem vſus/vel actus:ſicut in vouenti-
bus virginitatem. Alio modo,hoc fit cum aliquis offert ſimpliciter
corpus ſuum:& hoc fit in patientibus martyrium. Tertium autem
quod fit in templo/eſt prędicatio fidei/& inſtructio fidelium. Vnde
dominus. Quotidię apud vos eram in templo docens.&c. Et hoc
competit doctoribus. Sic igitur vltra pręmium eſſentiale/eſt triplex
pręmium accidentale:quod debetur triplici ſtatui:ſcilicet virginib⁹,
martyribus,& doctorib⁹:quorũ aureolę deſignãt in tẽplo p̄ illa duo
q̃ i templo fiunt:pręter id quod eſt oĩbus commune:q̃ ſunt oblatio,
quę duplex ẽ/& prædicatio. Inter has autem virgines & proximas,
quędam fuerunt quę habent omnes tres aureolas:vt Vrſula,quę ra-
tione virginitatis habuit aureolam virginum: ratione martyrij au-
reolam martyrum:ſed ratione doctrinę:quia ſcilicet tot virgines cõ-
uertit/habet aureolam doctorum. Aliquæ autem habent duas: ali-
quę vero vnam ſecundum cuiuſlibet ſtatum. De iſtis etiam pręcla-
ris virginibus ſunt duo alij ſermones infra de Communi Virginũ.
Quinq; prudentes virgines.

¶ De ſanctis Simone & Iuda Apoſtolis
Ser.j.& in numero. CXC.

ECce q̃ bonum/& q̃ iocundum habitare fratres in vnũ.
Pſal.cxxxij. Verba iſta conuenienter aſſumi poſſunt
ad commendationem glorioſorum Apoſtolorum Si-
monis & Iudæ:qui fratres erant, non ſolum ſpiritu:
ſed etiam ſecundum carnẽ. ¶ Habebant autem ter- A
tium fratrem inter Apoſtolos:ſcilicet Iacobum mino-
rem:qui omnes erant filij Alphei/& Mariæ Cleophę,ſororis Ma-
riæ ſemper Virginis/ex parte matris:ſcilicet Annæ:& dicta eſt Ma-
ria Cleophæ ex patre. Quibus trib⁹ fratribus & coapoſtolis adhuc
erat quartus frater:ſcilicet Ioſeph iuſtus:qui ſi nõ ẽ Apoſtolus,erat
tamen electus Chriſti diſcipulus. Hi itaq; duo fratres Simon & Iu-
das,quorum feſtũ hodie celebramus ĩ diuiſione Apoſtolorũ, diuiſi
fuerunt,ſicut & cæteri Apoſtoli per diuerſas prouĩcias. Nam Simõ
prędicauit in Aegypto, Iudas vero in Meſopotamia, & in Ponto,
quas terras cum ad fidem conuertiſſent, ambo nutu diuino in Per-
ſidem venerunt: vbi duos Magos/quos Matthæus de Aethio-

pla fugauerat/inuenerunt:quos etiam manifeſtis rationibus/ & eui dentibus miraculis conuicerunt:& populum illum cum rege ipſorũ ad fidem Chriſti conuerterunt:& ſuo precioſo ſanguine ibidem ec cleſias fundauerunt. Quia ergo iſti duo fratres iter omnes Apoſto los/qui etiam fuerunt fratres:hoc ſingulare priuilegium habuerũt: ꝙ ſimul vno/eodemq; tempore/& loco coronam martyrij meruerunt:Ideo appropriate de eis dicitur verbum propoſitum. Ecce q̃ bonum/& q̃ iocundum.&c. In quibus quidem verbis ad commen dationem iſtorum glorioſorum Apoſtolorum/tria innuũtur. Primũ eſt ſuauitas mentalis conſolationis, cum dicitur. Ecce q̃ bonum / & q̃ iocundum. Secundum eſt ſynceritas fraternalis affectionis, cum dicitur, Fratres. Tertium eſt ſanctitas ſpiritualis conuerſationis, cũ
B dicitur:habitare in vnum. ¶Quantum ad primum eſt ſciendum, ꝙ eſt quoddam, nec bonum, nec iocundum: vt eſt miſeria damna torum:quam auertat deus a propoſito noſtro. Aliud eſt iocundum/ & non bonum: vt eſt iocunditas mundanorum: qui lætantur cum male fecerint:& exultant in rebus peſſimis. Prouerbio.ij. nec hæc iocunditas conuenit ſanctis. Itẽ eſt aliud quod eſt bonũ/& non iocũ dum:vt pœnitentia & contritio de peccatis:quę bona eſt, ſed valde amara:& quanto amarior/tanto melior. Vnde animę bene pœniten ti, dicitur Threno.ij. Magna velut mare contritio tua. Et bene cõue nit ſanctis in primitiuo ſtatu conuerſionis eorũ:& etiam patuit i tol lerantia paſſionis eorum. Nam vt dicit Hieronymus ſuper eodem verbo. Bonum eſt martyrium, ſed non iocundum:habet enim ſup plicium & pœnas: & ſemper in cruciatibus dolor, & vtiq; in dolore non eſt iocunditas. Hæc Hieronymus. Et licet de quibuſdam ſan ctis legatur, ꝙ iocundabantur in paſſione ſua/ſicut de ſancto Lau rentio, qui dixit. Carbones hi refrigerium mihi præſtant. Et de beato Tiburcio qui dicebat. Videtur mihi, ꝙ ſuper roſeos flores incedam:hoc fuit ex redundantia gaudij interioris hominis in ho minem exteriorem: veraciter tamen corpus comburebatur: licet in aliquibus ſanctis virtus ignis ſuſpenderetur miraculoſe:ſicut i tri bus pueris. Dañ.quarto. Sic etiam mors ſanctorum bona eſt, quia precioſa:non tamen iocunda: quia terribiliſſimum omnium mors eſt:licet temperetur in ſanctis propter ſpem vitæ æternæ. Item eſt aliud quod eſt bonum ſimul & iocundum:ſed ex parte, ſicut ẽ vita contẽplatiua, quæ bona eſt:imo melior. Vnde dicitur ꝙ Maria me liorẽ partẽ elegit. Eſt etiã iocũda, quia ſicut dicit Grego. ſup Ezech. Vita cõtẽplatiua amabilis valde dulcedo ẽ:q̃ ſuper ſemetipſã animã rapit:cœleſtia aperit/& ſpiritualia mentis oculis dulciter patefacit. De hac etiam iocunditate dicit Berñ. ſuper Cantica. Neſcio an ani

ma,vel ipſam gehennam ad tempus experiri horribilius/poenalis
uſue ducat:q̃ poſt ſpiritualis ſtudij guſtatam ſemel dulcedinem exi
re,& denuo ad illecebras & moleſtias carnis redire. Quã dulcedinẽ
hos glorioſos Apoſtolos non eſt dubium ſæpe guſtaſſe.Sed propter
officium prædicationis eis creditum oportuit eos ſaluti aliorũ fre
quenter intendere:& ſtudium contemplationis interrumpere. Quia
igitur hæc iocunditas contemplationis/non diu manet, ſed frequẽ
ter interrumpitur: ideo bene dictum eſt,ꝙ iocunditas eſt ex parte.
Vnde ſicut ſecundum Apoſtolum,i pręſenti vita ex parte cognoſci
mus, & ex parte prophetamus: ita etiam ex parte iocundamur.
Iſtud etiam bonum & iocundum expertũtur boni religioſi. De qui
bus hic dicitur. Ecce q̃ bonum/& q̃ iocundum. &c. Et bene dicit,
Ecce:quia ſecundum Caſſiodo. Ecce oſtendentis eſt potius q̃ loquẽ
tis:qd ſolet magna magꝭ mẽtis intent'õe protenta manu q̃ ſermoni
bus explicari. Item eſt quoddam quod eſt bonum pariter & iocun
dum:non ex parte,ſed plene & perfecte qualis eſt vita cœleſtis:vbi j.Cori.xiij
euacuabitur õme quod ex parte eſt: cum venerit,quod perfectum
eſt. Et hoc bonum & iocundum pleniſſime poſſident:ſcilicet iſti glo
rioſi Apoſtoli:vt eorum quilibet dicere poſſit illud Eccleſiaſtici vice
ſimoquarto. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Tam ma
gnum eſt enim hoc bonum & iocundum : quia ſecundum Bernar
dum,in ſermone,Omnis iocunditas ei comparata/mœror eſt. om
nis ſuauitas dolor eſt.omne dulce/amarum eſt.omne decorum/fœ
dum eſt.omne quod delectari poteſt/moleſtum eſt . ¶Quantum C
ad ſecũdum de ſynceritate carnalis affectionis, cum dicitur fratres.
Sciendum ꝙ deus pater multum volens exaltare,miſit filium ſuũ,
vt ſit primogenitus in multis fratribus:quia ſecundum illud quod
primogenitus eſt,appellare dignatus eſt,fratres omnes/ qui per eiꝰ
primatum in gratia renaſcuntur. Et nota ꝙ quatuor ſunt integran
tia ſynceritatem fraternalis affectionis.Primum eſt diligendi ſingu
laritas. Fratrum enim eſt ſingulariter ſe diligere. Vnde primo Ioã. Quatuor
quarto,dicitur: Hoc mandatum habemꝰ a deo:vt qui diligit deum integrant
diligat & fratrem ſuum. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem ſyncerita
videt:deum quem non videt/quomodo poteſt diligere? Similiter tẽ amoris
Apoſtolus ad Hebręos.xiij. hortatur nos dicens. Charitas fraterni fraterni.
tatis in vobis maneat. Auguſtinus. Omnes homines ſunt fratres ex
vno patre Adam,& vna matre Eua. Sic omnes credentes ſunt filij
dei,& eccleſiæ,& fratres in Chriſto. Vnde ipſe dixit. Omnes autem
fratres eſtis:vnus eſt enim pater veſter. Diligamus ergo omnes in
uicem: quoniam ipſe Chriſtus frater noſter prior dilexit nos. Et hãc
formam dilectionis Chriſtus dedit nobis,dicens. Ioan.xv. Hoc eſt

præceptum meum/vt diligatis inuicem/ ſicut dilexi vos. Qualiter autem Chriſtus dilexerit:& quomodo nos debeamus inuicem diligere,habes in ſermone ſequenti. Secundum eſt adiuuandi fidelitas. Fratrum eſt enim mutuo ſe fideliter adiuuare. Prouerbiorum decimooctauo. Frater qui adiuuatur a fratre/ quaſi ciuitas firma. Ciuitas enim dicitur quaſi ciuium vnitas: vt fratres ſe inuicem fideliter adiuuent. ſecundum illud Eſaiæ. Vnuſquiſq; proximo auxiliabitur,quaſi fratri ſuo. Tertium eſt/largiendi liberalitas. Fratrũ enim eſt ſibi inuicem neceſſaria largiri. j. Ioannis tertio. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi,& viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere:& clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Attende quid frater tuus Chriſtus tibi dederit: vt & tu fratri tuo manum aperias, Deuterono. quindecimo. Ego præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno & pauperi. Sed heu econtra in plęriſq; largitatem eradicat tenacitas: ita vt fratres ſæpe contendant. j. Corinthio. vj. Frater cum fratre in iudicio contendit. Ita etiam vt ſe plærunq; alterutrum diuidant. Geneſis decimotertio. Diuiſi ſunt alterutrum a fratre ſuo. Quartum eſt commanendi iocunditas. vnde hic, Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fratres in vnum. De hoc ſequitur. De comparatione autem fraternitatis ſpiritualis ad carnalem, vide ſupra. xcxxvij.

D ¶Quantum ad tertium principale, cum dicitur, habitare in vnum: Sciendum/ ꝙ habitatio ē quintuplex. Prima eſt hominum terrenorum: & hi cum vermibus habitant in terra. Et iſtud eſt plenum timore. Eſaiæ triceſimoquarto. Formido/& fouea/& laqueus ſuper te/ qui habitator es terrę. Formido mundi: fouea peccati: & laque⁹ diaboli. Apocalyp. vndecimo. Vęh/væh/væh habitantibus in terra. Væh naſcenti, væh viuenti, vęh morienti. Secunda habitatio eſt dãnatorum: hi habitant cũ dæmonibus ſub terra: & hoc eſt plenum dolore. Eſaię triceſimotertio. Quis de vobis habitare poteſt cum igne deuorante. Pſal. Niſi quia dominus adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea. quod ſignatum eſt Geneſis decimonono. Pluit dominus ſuper Sodomã & Gomorram/ſulphur & ignem. Applica. &c. Sed has duas habitationes auertat dominus a nobis. Tertia habitatio, eſt omniũ Chriſtianorum. quia vt dicit Auguſtinus: hoc quod eſt habitare in vnum/omnibus Chriſtianis competit: quia in vnum debent habitare mente & fide. Et hoc plenum eſt fiducia. De quibus intelligi poteſt illud Numeri. xxiij. Populus ſolus habitabit: & inter gentes non reputabitᷣ. Populus eñ Chriſtian⁹ ſolus habitat: quia ſecũdũ gloſſã, non ē ꝑmixt⁹ cæteris hoĩbus. ſ. infidelibus: nec inter cæteras gẽtes reputatus: q̃a certis nobilitatus priuilegijs: quia in fide euãgelij/ & ſa

De quintuplici habitatione.

cramẽtorum renati ſũt ĩ libertatẽ filiorum dei. Et hi habitant ſuper terram. Matthęi.viij.dicitur:ꝙ Ieſus ꝑcepit turbę diſcũbere ſuper terram:& illi de turba erant credentes:quia venerãt vt audirent eũ: & vt ſanarentur ab eo. Debent enim Chriſtiani in omni vita ſua cõuerſari ſuper terram/terrena pedibus affectionis conculcantes:non ĩ terra cũ vermibus & beſtijs cõmorantes. ¶Q uarta habitatio ẽ religioſorũ.quia vt dicit Auguſtin⁹: Licet hoc verbum habitare ĩ vnũ conueniat cõmuniter Chriſtianis,vt dictum eſt:proprie tamen conuenit monaſterijs/& fratribus ibidem in vnum cohabitantibus:non ſolum corde,ſed & corpore. Et ſubditur ille verſus: Vt turba ſpiritus ſancti toto orbe diuiſos corpore cõgregauit in vnum/& monaſteria plurima peperit:a quibus tamen benedictio ad cęteros deſcendit. E

Q ui ſi non corpore:in vnum tamen habitant corde. Et nota ꝙ habitare in vnum corpore parum/vel nihil prodeſſet clauſtralibus: ſi non cohabitarent in vnum corde. Q uia vt dicitur in collationibus Patrum/collatione Ioſeph:iſte verſus, Ecce q̃ bonum/& q̃ iocũdũ. &c.non localiter,ſed mentaliter debet intelligi. Nihil eñ prodeſt,ſi morib⁹/ac ꝓpoſito diſſidentes vna habitatione iũgamur:quia apud deum ſolum coniungit morum cohabitatio:nõ autem vna manſio locorum: Nec poteſt pacis itegritas cuſtodiri:vbi diuerſitas volũtatum inuenitur. Sed vbicunq; vtrunq; ſimul concurrit:videlicet,tam mentalis,q̃ localis cohabitatio,ſicut in iſtis glorioſis Apoſtolis/multum prodeſt ad ſanctitatis perfectionem. De hoc habes latius in Vitaſpatrum:parte prima ca.v.di.xxvj. Hi habitãt ſuper terram/quaſi cum auib⁹ eleuati:ita vt quilibet eorum poſſit dicere illud Eccle.lj. Domine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam. Et hoc plenum eſt ſpirituali iocũditate.& de his ꝓprie dicitur illud Ecce q̃ bonum/& q̃ iocundum.&c. Iſti figurati ſunt in Beniamin:de quo dicitur Deutero.xxxiij. Beniamin amantiſſimus domini habitabit confidẽter:in eo quaſi thalamo tota die demorabitur:ſcilicet deus,ſcd̃m gloſſã:qui ſpũali cõnubio mira oblectatione perfruens/& virtutum prole fœcundans,nullius vitij inquietudine ſecretũ ſacratiſſimi pectoris derelinquit.ad hoc facit illud Apoca.xxj.Ecce tabernaculum dei cum hominibus. ¶Q uinta habitatio/ ẽ beatorum cum beatis ſpiritibus ſuper cœlũ.de hac eñ illud Pſal. Beati qui habitant ĩ domo tua domine. Hæc habitatio abundat lętitia.iuxta illd̃ Pſal. Sicut lętantium omniũ habitatio eſt ĩ te. In iſtis tribus vltimis habitationibus habitauerunt iſti glorioſi Apoſtoli. Fuerunt eñ veri Chriſtiani a deo ſpecialiter electi:& principes Chriſtianorum conſtituti:quãtũ ad tertiã habitationem. Fuerũt etiã ĩ illa ſctĩſſima cohabitatione diſcipulorum cũ Chriſto ante ſuam paſſionem:& poſt habi F

tauerunt in illa venerabili congregatione, de qua legitur Actuū. iiij. ꝙ erant omnes vnanimiter perſeuerantes in oratione. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſq̄ eorū quę poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Ab hac ſiqdem ſancta Apoſtolorum cohabitatione i nouo teſtamento ſumpſit initiū vita religioſorum i monaſterijs: vt habes in Vitaſpatrum: parte prima ca. ij. Et hoc quo ad quartam habitationem. In quinta enim cohabitatione quæ eſt beatorum in regno coelorum iſti glorioſi Apoſtoli habitant cum ſingulari gloria: vbi principes populorum congregati ſunt cum deo Abraam. Ad quam congregationem &c.

¶Ser. ij. ad idem: & in numero. CXCI.

HOc eſt p̄ceptum meū, vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Ioānis quīdecimo. Iſtud p̄ceptum iſti duo Apoſtoli: ſcilicet Simon & Iudas perfecte obſeruauerūt: quia ſicut Chriſtus eos dilexit pro eis patiendo: ſic & ipſi Chriſtū
A dilexerunt pro eo moriendo. ¶Circa quod pro noſtra morali inſtructione conſideranda ſunt duo. Primo qualiter Chriſtus dilexit nos: quia dicit, ſicut dilexi vos. Secundo qualiter debeamus nos inuicem diligere: quia pręmittit: hoc eſt pręceptum meum, vt diligatis inuicem. Et rationabiliter ordo verborum mutatur i propoſito noſtro: quia dilectio Chriſti ad nos prior eſt. Et eſt forma dilectionis noſtræ ad inuicem: vt patet in verbis aſſumptis. Sed de vtroq; ſimul proſequendo ſciendum eſt, ꝙ dilectio Chriſti ad nos attenditur in ſex. Dilexit enim nos Chriſtus amore gratuito, amore recto, amore diſcreto, amore vtili, amore vehementi: & amore perſeueranti. Sic & nos debemus nos inuicem diligere. Primo inquā dilexit nos amore gratuito: quia nullis pręcedentibus meritis. j. Ioannis quarto. In hoc ē charitas dei, non quaſi nos dileximus eum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Similiter & nos debemus diligere proximos: vt diligamus etiam nos non diligentes. Quia ſicut dicitur Matthei. v. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis: nōne ethnici hoc faciunt. Secundo Chriſtus dilexit nos amore recto: quia non habendo reſpectum ad ſuam vtilitatem: ſed noſtram. Iſto amore recto debemus nos diligere deum: proximos, & noſipſos. Canti. prio Recti diligunt te. Sed multi ſunt qui diligunt amore obliquo, volētes diligere deum ſimul & mundum: quod quidem fieri non poteſt: Sicut Auguſtinus oſtendit triplici exemplo: ſcilicet vaſis, ſinꝰ, & manus. Vaſis quidem: quia ſi quis vult vas plenum aceto implere balſamo, debet ipſum aceto euacuare. vnde dicit. Si habitet in

Modiq: bꝰ nos dilexit Chriſtus: ad inſtar quoꝶ debemus nos inuicē diligere.

Triplici exēplo declaraꝶ nō

te amor mundi,non eſt vas quo intret amor dei. Exemplo ſinus: qa poſſe ſimꝰ
ſi quis habeat ſinum plenum luto, nō poteſt recipere donum niſi ſi diligere
num aperiat,& lutum dimittat. Vnde dicit: In ſinu cordis tui indul deū & mū
gentiã paratus erat dare: claudis ſinum, includis pctũ, excludis me dum.
dicinam peccati. Exemplo manus: quia ſi quis habet in manu plũ
bum, nō poteſt recipere aurum, niſi prius abijciat plumbum. Vnde
dicitur ſuper Ioan. Nō poteſt quis amare quod æternum eſt, niſi de
ſtiterit amare quod temporale eſt. Amor hominis eſt quaſi manus
animæ: ſi aliquid tenet, tenere aliud non poteſt: vt autē tenere poſſit
quod datur, dimittat quod tenet. Dicit illi deꝰ. Tene quod do. Qui
non vult dimittere quod tenebat, non poteſt accipere quod offertur
Iſto etiam amore recto debemus diligere proximū, ſcilicet non pro
pter ſua, ſed propter ſe. Nam in epulis amicus qui vtilitatis cauſa aſ
ſumptus eſt, tam diu placebit q̃ diu vtilis erit. Ad Macedonium di
cit Auguſtinus. Vera amicitia non eſt penſanda temporalibus com
modis, ſed gratuito amore portanda. Iſto etiam amore recto debe
mus diligere noſipſos, vt ſcilicet non diligamus nos carnaliter, ſed
ſpiritualiter: non amore priuato, ſed diuino: non ad mundanam glo
riam, ſed ad ſalutem æternam. Econtra dicit Apoſtolus. ij. Timot.
iij. Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos aman
tes. ¶ Tertio dilexit nos amore diſcreto. Amor diſcretus eſt, quan B
do quis in homine diligit naturam, & odit culpam. Bernardus. Chri
ſtus naturam noſtram aſſumpſit, & culpam vitauit: Chriſtus in car
nis aſſumptione nobis condeſcendit, in culpę vitatione conſuluit ſi
bi. Iſto amore debemus diligere proximum, nos, & deum. Ipſa em̄
charitas habet zelum, mortem, & alas. Vnde dicit Ambroſius in li
bro de Iſaac. Zelum habet charitas, quoniam per zelum quem ha
bet non ſuis parcit. Et habet mortem charitas: quia ſicut mors pec
catorum eſt finis, ita & charitas. Vnde Chriſtus diligens Moyſen, in
igne ſibi apparuit. In quibus verbis apparet, ꝙ illi qui habent chari
tatem, debent habere ad proximū zelum vitia arguēdo. Ad ſeipſos
mortem, omnem amorem mundi in ſe mortificādo. Ad deum alas
ignitas, per amorem in ipſum tendendo. Quarto dilexit nos amore
vtili: quia tanto tempore quo nobiſcum fuit noſtram ſemper vtilita
tem procurauit. Actuum. iiij. Qui pertranſijt benefaciendo & ſanan
do omnes oppreſſos a diabolo. Iſto amore vtili debemus diligere
deum & proximum: deum non tm̄ ore vel corde: ſed & opere diliga
mus. Matth. vij. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit
in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœ
lis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Acſi dicat. Qui mihi ſemel
dicit domine, diligendo me tm̄ corde, non intrabit, & ore, non intra

bit:ſed qui dicit ter,corde,ore,& operefaciendo,ſcilicet voluntatem
patris mei,ipſe intrabit. Iſto etiã amore vtili debemus diligere pro-
ximum.j Ioannis.iij. Non diligamus verbo neq; lingua,ſcilicet tm̃,
hoc quo ad amorem oris:ſed opere,hoc quo ad amorem operis: &
veritate,hoc quo ad amorem cordis. Gregorius in Moralibus. Di-
lectio mea ſemper exhibenda eſt, & veneratione ſermonis, & mini-
C ſterio largitionis. ℭ Quinto dilexit nos amore vehementi. Vnde
ipſe dicit, Ioannis.xv. Maiorem dilectionem nemo habet, vt ani-
mam ſuam quis ponat &c.Similiter & nos debemus diligere deum
amore vehementi,vt ipſum ſcilicet toto corde diligamus. Matthęi
xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& in tota ani
ma tua,& in tota mente tua. Amore vehementi etiam debemus di
ligere proximum,vt pro eius amore res & animas exponamus.j.Io
annis.iij. Chriſtus animam ſuam pro fratrib' poſuit, & nos debem'
animas pro fratribus ponere.Sexto dilexit nos amore perſeueran-
ti. Dilexit enim nos ĩ principio,medio,& fine.In principio quidem
nobiſcum parentelam contrahendo. Hieremiæ.xxxj. In charitate
perpetua dilexi te,ideo attraxi te miſerans tui. In medio nobiſcum
familiariter conuerſando. Baruch tertio. Poſt hæc in terra viſus, &
cum hominibus conuerſatus eſt. Societas autem huiuſmodi amici
vtilis nobis fuit magis, q̃ ſocietas patris noſtri. Prouerbioꝝ. xviij.
Vir amicabilis ad ſocietatem magis erit q̃ frater. In fine autem pro
nobis moriendo. Ioannis.xiij.Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mũ-
do,in finem dilexit eos. Iſto amore perſeueranti debemus diligere
deum & proximum. Deum,vt diligamus ipſum in principio, me-
dio,& fine, id eſt in pueritia,adoleſcentia, iuuentute, & ſenectute.
Proximum vero,vt diligam' ipſum in proſperitate,& aduerſitate.
Gregorius.Cum quis poſitus in proſperitate diligitur,incertum eſt
an ipſe,vel proſperitas diligatur. Amiſſio enim felicitatis,interrogat
vim amoris.Qui enim in aduerſitate proximum deſerit,aperte cõ-
uincitur:ꝙ hunc in proſperis non amauit. Ambroſius. Conſtans de
bet eſſe amicitia & perſeuerare in affectu: nec puerili more,amicus
ſe mutare. Eccleſi.ſexto. Non derelinquas amicum antiquum,no-
uus enim non erit ſimilis illi.Secundum omnes iſtos ſex modos hi
glorioſi Apoſtoli dilexerunt Chriſtum,& ſe inuicem,& omnes pro
ximos,quos Chriſto lucrari ſatagebant:vt patuit ex eorum prædica
tione, miraculorum oſtenſione, & eorum glorioſa paſſione. Vnde
ipſi perfectiſſime hoc præceptũ dilectionis adimpleuerunt. Quod
nobis concedat,qui ſine fine viuit & regnat.

ℭ De omnibus Sanctis ſermo primus,
& in numero.CXCII.

Fecit deus duo luminaria magna, luminare maius & luminare minus,& ſtellas. Geneſis.j. ¶ Finis totius humanæ vitæ eſt beatitudo : & quia finis dirigit in agibilibus ſicut principia in ſpeculabilibus,ideo cuilibet homini vtputa ordinato ad finem,neceſſaria eſt præcognitio huius finis,aliás ipſum non appeteret,nec intenſe deſideraret. Quia ſecundum Auguſtinũ,Inuiſa poſſumus diligere,incognita nequaq̃ Q̃diu ſumus i hoc mortali corpore/ illam cœleſtem beatitudinem quam poſſident ſancti in cœlo empyrio,non poſſumus ad plenũ cernere. Quia ſicut dicitur Sapiẽ.ix. Corpus quod corrumpitur,aggrauat animã & deprimit ſenſum. Ideo dominus imbecillitati noſtri intellectus volens cõdeſcendere,in cœlo inferiori ſidereo,velut in pgameno quodam permaximo & extẽſo:ſecundũ illd Pſal. Extẽdẽs cœlum ſicut pellem,deſcripſit eam artificio mirabili & depinxit. Vñ ſecundũ Grego. Ex his quę nouit animus,ſurgat ad incognita quę non nouit:& exemplo viſibilium ad inuiſibilia ſe extendat. Et hoc eſt quod dicit gloſſa quędam ſuper Gẽ. Voluit deus in noſtro orbe id eſt ſenſibili/ſimilitudinem cœleſtis patriæ habere. Et inde eſt,q̃ verba primo propoſita,de principio Gẽ.ſumpta,licet ſecundũ ſenſum hiſtoricum intelligantur de ſideribus quintæ eſſentiæ,ſecundũ vero ſenſum tropologicũ de viribus & potentijs animæ:ſecundũ vero allegoricum de prælatis & miniſtris eccleſiæ: ſecundũ tñ ſenſum anagogicum/ de ciuibus cœleſtis patriæ non incongrue intelligũtur. Q̃m ſicut cœlũ ſidereum ornatũ eſt ſtellis materialibꝰ,ita cælũ empyreũm inſignitum eſt beatis ſpiritibus : vt poſſit de vtroq; exponi illud Eccľ.xliij. Species cœli/gloria ſtellarum,mundũ illuminans in excelſis deus. Secundũ hoc ergo in verbis propoſitis, anagogice intellectis,deſcribitur nobis vel quaſi depigitur diſpoſitio & gloria totius cœleſtis curiæ,quantũ ad tria. Primo quantum ad gradũ differẽtem,quo diſtinguũť:ſecundo quantũ ad ſtatũ eminentẽ,quo pſerũtur:tertio quo ad fructũ cõſequentẽ,quem nobis largiuntur. Primũ notať in differenti luminariũ nuncupatione:quia luminaris maioris & minoris & cõis. Vñ Apoſt.ad Corin.xv. Differt inquit ſtella a ſtella in claritate:quia alia claritas Solis,alia ſtellarum,alia Lunæ: & ſic reſurrectio mortuorum. Secundũ notatur in ſtabili ſeu firma collocatione:quia poſuit ipſe,ſcilicet qui condidit in firmamẽto cœli. Vnde non potuerunt cadere ſicut ille Lucifer,& angeli eius:de quo dicitur Eſa.ix. Quomodo de cœlo cecidiſti Lucifer, q̃ mane oriebaris. Tertium notatur in prædictorum luminarium finali ordinatiõe q̃ vt lucerent ſuper terrã,& p̃eſſent diei ac nocti,& diuiderent lucẽ a tenebris. Oĩa em̃ propter electos facta ſunt, ſcdm Apoſt.j.ad vtilita A

B tem noſtram ordinata & vſum. ¶ Primo igitur deſcribitur nobis diſ
poſitio & gloria totius curię cœleſtis, quantum ad gradũ differentẽ
ſub differentia triplicis luminaris: cum dicitur, Luminare maius &
luminare minus, & ſtellas. In quibus gradus cœleſtis curiæ iuxta ſi
militudinem eorum quæ in humanis hic inueniuntur/deſignantur.
Quorum primus & ſupremus eſt regis præſidentis, ſcilicet Chriſti
hominis. Quem gradum deſcribit ſub metaphora luminaris ma-
ioris. ſ. Solis. luminare inquit, maius. Secũdus & medius eſt reginæ
conſedẽtis, ſcilicet beatæ virginis. Quem gradum deſcribit ſub me
taphora luminaris minoris, id eſt Lunæ/luminare minus. Tertius
eſt militiæ obſequẽtis, id eſt totius reſiduæ cœleſtis ſocietatis. Quẽ
gradum deſcribit ſub metaphora communis, id eſt ſtellarum. vn-
C de dicit, & ſtellas. ¶ Quantum ad primum nota, ꝙ Chriſtus com-
paratur lumini maiori, id eſt Soli, propter tria. Primo ratione ſingu
laris excellentiæ, qua emimet cunctis cœli ſideribus. Secundo ratio
ne vniuerſalis influentiæ, qua præſidet cunctis iſtis inferiorib⁹. Ter
tio ratione figuralis intelligentiæ, qua refulget miniſterijs. Primo di
co, ꝙ Chriſtus comparatur Soli materiali ratione ſingularis excellẽ-
tiæ, quæ conſiſtit in tribus, ſecũdum ꝙ colligitur ex quadam gloſſa
ſuper Geneſim, ſuper illo loco: In quantitate corporis. ratione cui⁹
ſecundum gloſſam, dicitur luminare maius, in claritate luminis: ra-
tione cuius ſecundũ Iſido. vocatur Sol/quaſi ſolus lucens: in immẽ-
ſitate virtutis, ratione cuius dicitur ſecundũ Sapientem, pater plan-
tarum: quia virtute eius actiua terra quaſi mater plantarum/fœcũ-
datur. Similiter & Chriſtus ſecundũ humanitatẽ aſſumptã/ oẽs ſan-
ctos cœli excellit in tribus, illis tribus correſpondentibus. Primo in
quantitate pfectionis. Sicut eñ dicit Augu. vj de trinitate. In his q̃
mole magna non ſunt, hoc eſt maius eſſe qđ eſt melius eſſe. Vñ quã
titas molis in Sole, quantitatem bonitatis & perfectionis ſignificat
in Chriſto noſtro rege. Vñ Diony. de diuinis noibus dicit, ꝙ Sol iſte
magnus viſibilis/diuinę bonitatis eſt imago ſignatiua. & ideo poteſt
exponi de Chriſto illud Eccl'. xxvij Homo ſanctus in ſapientia ma-
net ſicut Sol. Homo ſanctus, id eſt Chriſtus, qui dicitur ſanctus an-
tonomatice: ſanctus iſte manet in bonitate ſicut Sol magnus & per
fectus. Hac autem bonitatis perfectione fuit Chriſtus maior omni-
bus ſanctis, quod patet ex elongatione a contrario. Dicit eñi Sapiẽs
ꝙ illud eſt albius quod eſt nigro impermixtius. Peſſimum aũt in re
bus eſt malũ culpę, quod ſeparat ab optimo ſcilicet deo. Nam pecca
tum eſt auerſio a bono incõmutabili. Et quia Chriſtus maxime elõ
gatus fuit a malo: quia nec peccatũ contraxit, nec pctm̃ cõmiſit: ideo
plus habuit oibus de iſta bonitate. Ioã. iij. Nõ eñi datus eſt ei ſpũs ad

Quare Chriſtus Soli cõparatur.

menſuram. Vñ.j.Pe.ij. Qui peccatũ non fecit. Ideo dicitur Iob.xix.
Luna non ſplendet,& ſtellæ non ſunt mundæ in ↄſpectu eius. Quã
to magis homo putridus, & filius hominis vermis. Si igitur volu-
mus eſſe de curia iſtius regis, neceſſe habemus nos elongare a pec-
catis, quia nihil inquinatum intrabit in illam. Vnde Apocal. vlt. Fo-
ris, ſcilicet illam ciuitatem, canes &, venefici,& impudici,& homici
dæ. Quia certe qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Eccl.
.ix. ¶ Secundo in claritate cognitionis. Dicit enim Apoſto. Hebræ. D
.v. Omne quod manifeſtatur lumen eſt. vnde omnis cognitio lumi-
ne perficitur. Vbi igitur plus eſt de lumine, ibi neceſſario etiam plus
erit de cognitione/cæteris paribus. Chriſtus autem ſecundum homi
nẽ plus habuit de lumine gratiæ & gloriæ, q̃ aliquis ſanctus: & ideo
habuit plus de cognitione. Vnde a principio ſuæ conceptionis con-
templabatur in ſpeculo æternitatis,& ideo nihil latebat eius notitiã
Vnde dicitur Eccl. xiij. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt So-
le/circũſpicientes omnes vias hoim, etiam profundum abyſſi. Sicut
eñ Sol plus habet de lumine intenſiue & extenſiue, ita & Chriſtus
plus habuit de cognitione, & extenſiue quo ad numerũ cognitorũ,
& intenſiue quo ad cognitionis modũ. Vñ Apoſt. dicit de vtroq; ad
Hebrę.iiij. Oñia nuda & aperta ſunt oculis eius. Qui igitur ſtudent
acqrere ſapiẽtiam, curã debent habere de iſto lumine. Gratia eñ nõ
deſtruit naturam/ſed perficit. Sicut aũt ſcribitur Sapiẽ.j. In maliuo
lam aiam nõ introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito pec
catis. Accedite ergo ad eum & illuminamini,& facies veſtræ nõ cõ
fundentur. ¶ Tertio in poteſtate operationis, vnde diſcipuli eũtes E
in Emaus/loquẽtes de Ieſu Nazareno, Lu.vlt. dixerunt, ꝙ erat vir
propheta/potens in opere & ſermone coram deo & hoibus. Mani-
feſtatur eñ poteſtas ſiue virtus Solis ſuper alias ſtellas in tribus. Pri
mo in dieꝝ artificialium inchoatione. Nulla eñ ſtella poteſt diẽ na-
turalem inchoare. vnde dicit Pſal. Solem in poteſtatẽ diei. Quia di-
es eſt latio Solis ſuper terram. Secundo in terræ naſcẽtium renoua-
tiõe. Vnde dicit Diony. ꝙ Sol purgat & renouat inferiora. Vnde in
vere aſcendente Sole in zodiaco/oia renouãtur. Tertio in vaporis &
nubium eleuatiõe, vt dicit gloſſa in Geñ Vnde dicit Ambro. i Hex-
ameron, ꝙ Sol virtute radiorum eleuat a mari vaporem ſubtilem,
ex quo fit nubes: Ita & Sol noſter Chriſtus relucet in dieꝝ ſpñalium
inchoatione. Sicut eñ Sol materialis ꝑ aſcenſum ſuũ ad orientẽ cau
ſat diẽ in noſtro hemiſphærio,& ꝑ ſuũ receſſum/noctẽ: ita & Sol iu-
ſtitiæ Chriſtus deus noſter/ꝑ aduentũ ſuũ in nos cauſat diẽ gratię in
aio noſtro. De quo dicit̃ Hiere. xiij. Hæc dicit dñs, q dat Solẽ in lu-
mẽ diei. Eratis (inqt Apo. ad Ephe. vj.) aliqñ tenebrę, nũc aũt lux in

dño. Dulce igitur & delectabile eſt oculis videre hũc Solem .i. Chri-
ſtum, hic per fidem, in patria per rem, quando in lumine ſuo videbi-
mus lumen. Sed ſecundũ Augu. Oculis ægris amara eſt lux, q̃ puris
eſt amabilis: & ideo tales lippi fugiunt lucem. Sed ſcitis, quantũcũq;
quis in mane oriente Sole/Solẽ fugeret, niſi viã cõuerteret, in veſpe
re haberet ante faciem ſuam eum' cum ardore: Ita certe homo quã-
tumcũq; in mane iuuentutis ſuæ Solẽ Chriſtũ fugiat, niſi in die gra-
tiæ ad ſeipſum cõuertat, in veſpere mundi cum ardore vindictæ ha
bebit eum ante faciem ſuam. Tunc em̃ non erit/qui ſe poſſit abſcon-
dere a calore eius: qñ ſcilicet in fine erunt ſigna indignationis in Sole
Tunc em̃ videbunt in quem pupugerunt. & ſicut dicitur, Apoca. vj.
Tunc dicent montibus, cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſe
F dentis ſuper thronũ, & ab ira agni. ¶ Secundo in mentium ſeu cor-
dium renouatione. Sicut em̃ Sol per acceſſum ſuum ad nos/renouat
omnia vegetabilia quæ horrida hyems mortificauerat: Ita Sol Chri
ſtus noſter veniens in mentes noſtras per inhabitantem gratiam, re
nouat & reparat omnia q̃ per pctũ fuerant mortificata. Pſal. Reno-
uabitur vt aquilæ iuuentus tua. Quæ quidẽ renouatio, vt dicit gloſ
ſa, fit mediante lumine ſolari & aqua fontis. Aquila em̃ plumis anti
quis grauata/aſcendit ad radios Solis, vbi calefacta deſcendit in fon
tem, ibiq; ſe immergit: & ſic plumas veteres deponens/ renouatur,
ſic anima peccatis grauata, vt dicit Propheta, Q m̃ iniqtates meę ſu
pergreſſę ſunt caput meum &c. debet per deſiderium aſcendere ad
Solem iuſtitiæ, & ibi amore eius accenſa/deſcendere debet p humi-
litatem ad fontem pœnitentiæ, ibiq; immerſa cadentibus veteribus
id eſt antiquis peccatis, renouatur vt aquila. Ad hanc renouationem
inuitat Apoſt. ad Ephe. iiij. Renouamini ſpũ mentis veſtræ, & indui
te nouum hominẽ qui ſecundũ deum creatus eſt in iuſtitia & ſancti-
tate veritatis. Sed ſicut videtis ꝙ in renouatione tã auiũ q̃ vegetabi
lium, q̃ fit virtute Solis, deus habet coopatores, ſic & in hmõi. qa
G ſecundũ Aug. Qui creauit te ſine te &c. ¶ Tertio in viroꝝ cõtẽplã
tium eleuatiõe. Sicut em̃ Sol virtute ſui caloris eleuat de mari vapo
res q reſoluũtur in pluuias ad irrigationẽ inferioꝝ: ita Sol Chriſtus,
virtute ſua de mundo iſto (q eſt mare magnũ & ſpatioſum) viros cõ
templatiuos velut quaſdã nubes eleuat. De qbus Eſa. lx. Qui ſunt
hi qui vt nubes volant, reſoluti in pluuias p̃dicationis, irrigãtes vni-
H uerſam ſuperficiẽ terrę .i. eccleſię militantis. ¶ Secũdo ꝯparat̃ Chri
ſtus Soli, ratione vniuerſalis influentiæ, qua p̃ſidet cunctis iſtis infe-
rioribus. Vnde iſte Sol materialis tria influit in iſta inferiora p̃ oĩbus
alijs ſtellis. Primo fulgorem claritatis, ad tenebrarum noctis expul-
ſionem. ij. Reg. xxiij. Sicut lux auroræ mane oriente Sole abſq; nu-

bibus rutilat. Vnde in ortu Solis tenebræ noctis expelluntur. Secũdo calorem æſtatis ad nebularum aeris reſolutionem. Vnde dicitur Sapiẽ.ij. Vita noſtra ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt a radijs & calore illius aggrauata. Tertio vigorẽ poteſtatis ad vegetabilium propagationem, & fructuũ autumnalium multiplicationẽ, & terræ naſcẽtium vegetationem & pullulationem & fructificationem. Vñ dicit Dionyſius de diuinis nominibus, ꝙ Sol ad generationem confert ſenſibiliũ, & ad vitam mouet/nutrit/& auget. Similiter & Sol verus iuſtitiæ tria præ omnibus vniuerſaliter influit in totũ corpus eccleſiæ. Primo fulgorem claritatis ad illuminandũ intellectum in cognitione veri: de quo Macha.vj. Refulſit Sol in clypeos aureos. Per clypeos homines ſancti priores/quos deꝰ ordinauit propugnatores turris Dauiticæ.i.fidei catholicæ eccleſiæ. De qua Cant. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. In hos Christus verus Sol refulſit primo radios intelligentiæ, & reſplenduerunt ab eis mõtes.i.fideles eleuati a terra ſplendorem veritatis receperunt. Qꝫ aũt Sole radiãte multi remanẽt excæcati, certe nõ eſt defectus ex parte ſui/ſed noſtri. Vñ tria hanc Solis influentiã impediunt, ſicut videmꝰ in Sole materiali: videlicet, nubis denſæ appoſitio: fornacis accenſæ fumalis euaporatio: & terræ fętulentæ interpoſitio. Per nubẽ aũt q̃ ſine aqua vẽto circũfertur in altũ, ſecundũ Iaco.j. in Canonica, intelligitur ſuperbia, cui ꝯtradicit Dauid, dicens. Dñe nõ eſt exaltatũ cor meum. Per fumum qui ex igne ꝓcedit fornacis incenſę, intelligitur ꝯcupiſcentia qua voluptuoſi obſcurantur: ſicut ſignatũ eſt Geñ.xix. Abraam intuitus eſt Zodomã & Gomorram, & vidit aſcẽdentẽ fauillam tanq̃ fumũ fornacis. Per fauillã intelligitur concupiſcẽtia carnis, q̃ aſcendit velut fumus fornacis qñ progredit̃ in opus. Per terrã fœtulentã intelligit̃ auaritia, qua excęcãtur cupidi & auari, q ſtatuũt oculos ſuos declinare ĩ terrã: qđ figuratũ eſt Tob.ij. q p fimũ hirũdinis amiſit beneficiũ luminis. ¶ Secundo influit feruorẽ charitatis ad inflammandũ affectũ in dilectione boni. De quo.ij. Mach.j. Tempꝰ affuit quo Sol refulſit, q fuit prius in nubilo. Iſtud eſt tempus gratię in quo Sol verus iuſtitiæ (q̃ prius diu latuerat in vmbris figurarꝫ & velamine legis) apparuit in veritate carnis aſſumptæ, & refulſit miraculis in oſtenſione deitatis, ex q̃bus accẽſus eſt ignis charitatis in cordibus fideliũ. Lu.xij. Ignẽ inquit, veni mittere in terram. Sed hodie Sol iſte nõ videtur multum influere in cordibus hoim, raro videbimus ibi caloris effectũ. Sicut eñi calor Solis ęſtiualis tria efficit in hũanis.ſ. decolorationẽ carnis: depoſitionẽ veſtis: reſolutionẽ hũoris. Sic & feruor dilectiõis dei hæc tria facit. Primo decolorationem exterioris hominis p aſſumptionẽ pœnitẽtię. Vñ Cant.j. Nolite me

Tria facit verus Sol iuſtitię circa corpus eccleſiæ.

Tria ipediũt influẽtiã Solis iuſtitię: ſupbia, luxuria, auaritia.

I

cõſiderare q̄ fuſca ſim,q̄a decolorauit me Sol.ſ.labore cilicij & pœnitentiæ,quē aſſumpſi amore Solis iuſtitiæ.Secūdo exuitionē ſecularis conuerſationis p inchoationem nouæ vitæ.ſ.regularis,& clauſtralis.Vnde ſicut æſtus Solis materialis facit hominē exuere ſuperiores veſtes ponderoſas,& quærere vmbram arboris,ita & feruor diuini amoris facit hominē exuere ponderoſitatem ſecularis cōuerſationis.Vnde Cāt.v.Expoliaui me tunica mea,qōo iterum induā illam? q.d.difficile eſſet.Tertio reſolutionem præcordialis deuotionis p deſiderium & affectū ſupernæ gloriæ. Anima,eñi dei amore accenſa,reſoluitur calore cōpunctionis & deuotionis.Vnde ſponſa Cant.v. Anima mea liq̄facta eſt.Hoc ſignatum eſt Exo.xv.vbi dicitur.Cum Sol incaluiſſet/liquefiebat manna.id eſt,cū Sol iuſtitiæ incaleſcit in corde,liqueſcit anima præ deuotione.Tertio influit vigorem poteſtatis ad perficiendum coniunctum in operatione boni.ſ.meritoria:q̄a ſine eo nihil poſſumus facere,vt dicitur Ioeſ.xv.Vnde ortus eſt Sol & cōgregati ſunt.& ſequitur.Exibit homo ad opus ſuum.Tertio Chriſtus cōparatur Soli ratione figuralis intelligētiæ, qua refulget in ſcripturarū myſterijs. Legimus eñi in ſcripturis tria prodigia in Sole materiali diuinitus oſtenſa. Primū eſt eclipſatiōis in Lunę oppoſitione.Cum eñi Luna naturaliter in circulo ſuo eſſet oppoſita Soli,eſt miraculoſe eclipſatus,& obſcuratus.vnde dicitur Lu.xxiij.Obſcuratus eſt Sol,& tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terram.Secundum eſt ſtationis in ſua proceſſione. Cum eñi Sol ſuū curſum faceret,ſtetit contra ſolitum curſum & naturalem.Vnde Ioſue.iiij. Stetit itaq; Sol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.Tertium fuit retrogradationis in ſua declinatione, cum iam tenderet ad occaſum,reuerſus eſt in horologio Achab per decem lineas: Ita ſpiritualiter Chriſtus eclipſatus eſt in ſua paſſione qñ Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus: vt dicitur in Apoca.vj. Hoc autem fuit quando tertia pars Solis percuſſa eſt.i.caro :ſed aīa cum diuina natura non eſt vulnerata.Item ſtetit in ſua reſurrectiōe, qui enim prius ceciderat infirmitate humanitatis,ſtetit poſtea virtute diuinitatis:ſed reuerſus eſt in aſcenſione per decem lineas. Decē lineæ ſunt decem ordines angelorū,quos Chriſtus veniendo in mūdū pertranſiuit:quia nuſq̄ angelos apprehendit ſed ſemen Abrahę quod pertinet ad decimum gradum ſiue ordinem qui eſt hominum Omnes autem iſtos in ſua aſcenſione tranſcendit ad patris dextrā ſublimatus.Vnde dicitur Ephe.iiij. Qui deſcendit ipſe eſt,qui aſcēdit ſuper omnes cœlos,vt adimpleret omnia.

Nota de trib⁹ p̄di gijs Solis, q̄ ſpūalr i Chriſto inuēta fuere

¶Subſermo primus ad idem,
& in numero.CXCIII.

LVminare minus. Hic ſecundo deſcribitur nobis diſpoſi-
tio cœleſtis curiæ, quantum ad reginam conſedentem:
quam deſcribit ſub metaphora luminaris minoris, id eſt
Lunæ. ¶ Comparatur aūt virgo Maria Lunæ propter
A Virgo Maria cur Luna comparetur.
tria virgini appropriata. Primo ratione nois, qđ habet ex īpoſitiōe.
Secūdo ratione pulchritudinis, quā habet ex Solis irradiatiōe. Ter-
tio ratione virtutis, quā exhibet in recepti luminis diffuſione. De
primo appellatur triplici noie. Dicitur em̄ luminare minus, vt hic
Eccle.xliij. Luminare minus quod minuitur. Item regina cœli. Hie
re xvij. Sacrificemus reginæ cœli. Item vas caſtrorum. Eccle.xliij.
loquēs de Luna, dicit. Vas caſtrorum in excelſis in firmamento re-
ſplendens. In primo nomine deſignatur meritum perfectæ humili
tatis. Sicut enim Luna eſt minor corpore oībus ſtellis cœli, excepta
illa ſola q̄ eſt cōiuncta Soli. ſ. Mercurio, ita virgo Maria humilior eſt
oībus ſanctis, excepta natura vnita ſoli deitati in Chriſto: ideo quan-
to plus habuit de humilitate in terris poſt Chriſtū, tanto plus habet
de felicitate in cœlis poſt eū. Vñ dicitur in Euāgelio. Reſpexit humi
litatē ancillæ ſuæ, ecce em̄ ex hoc. i. ex merito huius, beatam me di
cent oēs generationes. Qui em̄ ſe humiliat, exaltabit. Propter hoc
dicitur Eccl.xliij. Luminare minus, quod minuitur p humilitatē, in
conſummatione, qua eſt creſcens mirabiliter. Quia ſicut ſingularis
in humilitate, ita ſingularis in felicitate. In ſecundo nomine inſinua
tur p̄conium reginæ dignitatis. Sicut em̄ Luna poſt Solē tenet prin
cipatū in cœlo ęthereo, ita & virgo beata ī cœlo empyreo poſt Chri
ſtum poſſidet dominatum. Vnde & regina cœlorū vocari digna eſt.
& ſicut in cœlo ſenſibili non eſt niſi vnus Sol & vna Luna, multa ta-
men ſidera: ita & in cœlo empyreo non eſt niſi vnus rex & vna regi
na, multa tamē ſanctorū millia. Vnde iſta figurata eſt in Heſter, cui
rex cōceſſit medietatem regni ſui. Regnum in duobus conſiſtit, ſci-
licet in iuſtitia, & miſericordia. Iuſtitiā ſibi reſeruauit. Ideo dicit Deu
tero.xxxij. Mihi vindictam, & ego retribuam. Sed miſericordiā ma
tri ſuæ conceſſit diſpenſandā: quia nihil nos habere voluit deus, qđ
per manus Mariæ non tranſiret. Sacrificemus ergo reginæ cœli ſa-
crificium laudis, & dicam⁹. Salue regina, mater miſericordiæ. In ter
tio nomine inſinuatur officium ſedulæ pietatis. Luna enim cum no
ctis tenebras illuminat, deſeruit exiſtentibus in caſtris, vt ſe valeant
cuſtodire, & defendere ab impugnationibus aduerſariorum: Sic &
virgo beata exiſtentibus in caſtris dei in certamine vitiorum contra
diabolum, præſtat illuminationis beneficium & protectionis auxi-
lium. Ideo dicitur in Canti.vj. Pulchra vt Luna, electa vt Sol, terri-
bilis vt caſtrorum acies ordinata, Ideo ſecundum Bernardum, in pe

B ticulis,in anguſtijs,in rebus dubijs.&c.¶Secundo comparatur lu-
minari minori.ratiõe ſuę pulchritudinis/quā habet ex varia Solis ir
radiatione. Recipit enī luna materialis a Sole ſub triplici gradu pul
chritudinem. ſiquidem pulchra eſt in principio/quãdo eſt noua:pul
chrior in medio/quando eſt plena:pulcherrima/quando eſt Soli con
iuncta:licet nobis non appareat: tunc enī maiori perfunditur luce,q̄
ante:vt probatur i alijs literis.Sic Virgo beata triplicem gradum ha-
Tolle blaſphemiā. buit pulchritudinis a Sole iuſtitiæ.Fuit enī pulchra in ingreſſu: ve-
lut noua luna per donum gratiæ ſanctificantis,quæ ipſam munda-
uit a macula originali. Vnde Cantí.vį. Quæ eſt iſta quæ progredi-
tur/quaſi aurora cõſurgens. Aurora dicitur ratione temporis/i quo
naſcitur:quia in confinio noctis culpæ, & diei gratiæ ſanctificantis.
Electa vt Sol,ratione perfectę ſanctificationis:in qua alijs ſanctifica
tis præponitur.vt dicit Bernardus.Puto(inquit)copioſior ſanctifica
tionis gratia.&c.quod nemini alteri mulierum i natis creditur eſſe
donatum.Pulchrior in progreſſu velut luna plena per donum gra-
tiæ fœcundantis: tunc enim fuit mundata a fomite carnali. Sicut
enim luna eſt pulchrior in plenilunio,q̄ in nouilunio/quando ex
nulla parte eſt vacua:Sic & Virgo beata in Conceptione filij ſui pul-
chrior fuit:quia in nulla ſui parte vacua,ſed plena diuinitate. Nam
quæ ante in ſanctificatione ſua habuit deum ſolum in mẽte per gra-
tiam:in Cõceptione habuit eū in ventre p carnis aſſumptę pñtiam.
vñ dictum eſt ei. Aue gratia plena.Sed pulcherrima in egreſſu velut
Soli coniuncta per donū glorię eleuãtis.Sicut enim luna i cõiunctio-
ne ſui cū Sole eſt clariſſima:vt pote radijs ſolaribus magis illuſtrata:
licet nobis nõ appareat:quia tunc lucem inhabitat iacceſſibilē:ita &
Virgo beata/quando i Aſſumptione ſua fuit eleuata: & Soli iuſtitiæ
aſſociata/pulcherrima fuit:licet pulchritudinē nõ pcipiam'.Tũc enī
fuit liberata,nõ ſolum a macula originali,& a fomite carnali:ſed etiā
ab omni pœna temporali.vnde dicitur Eſa.xxx.Erit lux lunę ſicut
lux Solis ſeptempliciter.Hoc autem factum eſt in Aſſūptione/quā-
do Sol & luna:id eſt,Chriſt' & mater ſua ſteterũt in habitaculo ſuo:
C id eſt,ſupra i cœlo empyreo,vt dicitur Abacuch.iij.¶Tertio cõpa-
Tria facit virgo hoibus/ſcdm tres lunę opationes ratur luminari minori/ratiõe virtutis,quā exhibet in ſui luminis dif
fuſione.Luna enī lumine ſuo tria facit ſecūdū Philoſophos in iſta i-
ferioria.replet enī cõchilia humidū augmentãdo.attrahit Maria hu
morem fœtidum de ꝓfundo extrahendo. temperat de nocte aera
ardorem Solis reprimẽdo. Hæc enī tria valde erant neceſſaria habi
tantibus in regione vmbrę mortis:quibus ad ſolatium eſt conceſſa.
ſiquidem peccatores erant vacui gratia:& ideo indigebant gratiæ re
pletione. ponderoſi culpa: & ideo indigebant attractione.rei offen-

ſa,& ideo indigebant ardoris diuini temperatione & propiciatione. Hæc tria facit beata virgo in nobis lumine & beneficio ſuæ gratiæ. Primo enim replet conchilia id eſt corda noſtra gratiam impetrãdo. & ideo comparatur aquęductul, Eccl.xxiiij. Ego quaſi aquæductus exiui. & in Canti.iiij. Fons hortorum &c. ꝑpter quod dicit, Tranſite ad me oẽs &c. Secundo eleuat & attrahit Maria vaporem fœtidum id eſt culpam attrahendo. Canticorũ.j. Trahe me poſt te. Ipſa enĩ eſt per quam deus deſcendit ad homines & homines aſcenderunt ad deum. & ideo dicitur ſcala peccatorum. hæc eſt ſcala quã in ſomnis vidit Iacob: cuius ſummitas cœlos tangebat vel cœlum & dominus erat innixus ſcalę, vt legitur Gen.xviij. Tertio reconciliat ab offenſa: vnde ſicut luna eſt mediatrix inter cœleſtia & terreſtria: vt dicit quidam philoſophus: ſic & virgo beata mediatrix eſt inter offenſum deum & hominem reum. Vnde Anſel. O fœmina mirabiliter & ſingulariter mirabilis: ꝑ quã inferna remediant: hoies ſaluãtur: & Angeli reintegrãtur. hęc eſt illa mulier q̃ placauit & ſpauit iram regis Dauid.ij.Reg.xxvj. Adeamus ergo thronum gratię eius cum fiducia.

¶ Subſermo.II.ad idem. Et in numero. CXCIIII.

ET ſtellas. Hic tertio in verbis ꝑpoſitis innuitur diſpoſitio curię cœleſtis quo ad gradũ militię obſequẽtis: ſub metaphora luminaris cõis.ſ.ſtellarũ cũ dicitur. Et ſtellas. ¶ Cõparantur enĩ ſancti ſtellis ꝑpter tria. Prio rõne numeroſitatis incõprehenſibilis ꝑ multitudine: ita & numer⁹ ſãctorum. Gen.xv. Suſcipe cœlum & numera ſtellas ſi potes. dicitur Abrahę: ſic erit ſemen tuũ. Semẽ Abrahę ſunt oẽs ſancti, q inumerabiles ſunt prę multitudine. Vnde Apocal.vj. Vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat. Deutero.j. Dominus deus multiplicauit vos & eſtis hodie plurimi ſicut ſtellę cœli. q̃uis autẽ nobis numerus iſte ſit ignotus, deo tamẽ cert⁹ eſt & notus ꝑs Qui numerat multitudinem ſtellarum &c. Secũdo ratione varietatis delectabilis. Sicut enim ſtella differt a ſtella in claritate: ſic & ſanctus a ſancto in fœlicitate. Vnde dicitur Ioã.xiiij. In domo patris mei mãſiones multę ſunt. qd exponit Aug. de diuerſis dignitatib⁹ ꝑmiorum quia ſcdm Apl̃m, vnuſquiſq; accipiet mercedem ſecundum ſuũ laborem. ¶ Tertio ratione ſeptiformis proprietatis. Habent enĩ ſtellę ſeptem proprietates in quibus ſeptem ordines beatorũ deſignantur. Habẽt enĩ ſituationẽ excellentiſſimã. qd competit ſpiritib⁹ Angelicis: qui non ſolum munere gratię ſed etiam ordine naturæ poſt deũ ſũt ſublimiores alijs creaturis, Iob.xiij. An cogitas q᷑ de⁹ excel

A Quare ſancti ſtellis comparãtur.

.j. Cor. iij B

ſlor ſit cœlo:& ſuper ſtellarũ verticem ſublimetur,quaſi dI.Quãtũ cunq; ſintſublimes, diuinę tamen ſublimitati coęquari non poſſũt. Irradiationẽ nocturnam:qđ competit patriarchis:qui in nocte culpę bo[n]is exemplis irradiauerunt in mũdo anteq̃ dies gratię illuceſceret. Sapiẽ.iiij.Eduxit illos per viam rectam:& fuit illis in velamento diei,& in luce ſtellarum nocte. Lux fuit velamen diei: ſed patriarchę ſtellę noctis:vt exponit.B.Greg.qui luce fidei i nocte irradiauerunt. Significationẽ p̃noſticam: quod cõpetit prophetis.ſicut enĩ p ſtellas homines p̃noſticantur de futuris naturalibus.ita & p prophetas ſcientiam accepimus de ſpũalib⁹.ij.Pet.j.Habem⁹ firmiorẽ propheticũ ſermonẽ.vnde dicit in Gen.Fecit deus duo luminaria magna & ſtellas,vt ſint in ſigna & tempora & dies & annos. Diffuſionẽ lucidam:quod cõpetit Apoſtolis.Dan.xij.Qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplendor firmamẽti:& q ad iuſtitiã erudiunt multos,erũt quaſi ſtellę in perpetuas æternitates. Iſti ſunt Apoſtoli qui totũ mũdum illuminauerunt.ad Ephe.ij.Iã nõ eſtis hoſpites & aduenę &c. Firmitatem continuã,quia in ſuis ordinib⁹ firmiter ſtabiliunt. Vnde & ſtellę dicunt a ſtando qđ competit Martyrib⁹,qa fortes in certamine fidei perſtiterũt.p̃s.Videbo cœlos opera digitoꝝ tuoꝝ.Motionem rectã & fixam,quia licet aliquo mõ moueãtur:nõ tñ niſi p impreſſionẽ ſui motoris & p̃fixionem hoc competit cõfeſſorib⁹,Baruch.iij Stellę dederunt lumen in cuſtodijs ſuis:vocatę ſunt & dixerunt,aſſumus. Hi ſunt confeſſores qui in omnibus deo obedientes voluntatẽ ſuã voluntati diuinę conformauerunt. Incorruptionẽ perpetuam:& hoc competit virginib⁹. Eſt enĩ virginitas ſecundũ Aug. In carne corruptibili incorruptiõis perpetuæ meditatio. De his ſtellis poteſt intelligi illud p̃s. Laudate eum omnes ſtellę & lumen .ſequitur.ſtatuit ea in ęternum. Iſtę ſunt ſeptem ſtellæ quas habebat ſimilis filio hominis in dextera ſua, Apocalypſis primo.id eſt in gloria ſua. Ad quam nos &c.

¶Sermo.II.ad idem. Et in numero. CXCV.

SPecies cœli gloria ſtellarum:illuminans mũdum in excelſis dominus,Eccle.xliij.Ex præſenti auctoritate duo p̃nt intelligi de beatorum fœlicitate. Tangit enĩ beatitudinis ſubiectũ & obiectũ.Subiectũ beatitudinis eſt ſctõrũ vniuerſitas.ppter ſubiectũ dicitur ſpecies cœli.i.ornamentũ & pulchritudo cœli.Gloria ſtellarũ.i.ſctõrum oĩm,quoꝝ hodie feſta celebram⁹.Sed propter obiectũ additur mundũ illuminãs dñs in excelſis:qa ipſe eſt beatitudo oĩm ſctõꝝ p

A ut de eo coĩter cantam⁹. ¶Prio ergo tãgit ſanctorũ vniuerſitas cũ

dicitur,Species cœli gloria ſtellarum.i.ſanctorum,qui per ſtellas re- Sancti per
cte deſignantur,propter ſublimitatem,nobilitatem,numeroſitatē, ſtellas de-
claritatem,velocitatem,firmitatem,ordinabilitatem,& puritatem. ſignātur.
Primo dico,ꝙ ſtellæ habent quantum ad ſitum/ſublimitatē:qa de⁹
ſtellas poſuit in firmamento cœli,vt dicitur Gen̄.j.& deſignant om
nes ſanctos qui communiter in cœlis gaudēt.Sed ſpecialiter glorio-
ſam virginem,quæ propter maximum meritum ſuum excellit om
nes ſanctos in præmio.Vnde de ea cantat Eccleſia.Exaltata es ſan-
cta dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna.De hac
ſublimi ſtella prędictum fuit Numeri.xxiiij.Orietur ſtella ex Iacob.
Secundo ſtellæ habent quantum ad naturam/nobilitatem:quia na-
turas inanimatas ſuperant dignitate,ita ꝙ non ſunt de quatuor ele
mentis vt annumerentur eis,ſed pertinent ad quintum corpus ſiue
ad quintam eſſentiam ſecundū Philoſophos,ſiue nō differant ab or
bibus niſi ſecundū maiorem aggregationem lucis:vt dicit auctor de
ſubſtantia orbis:ſiue differant ſcd̄m participationē formę perfectio-
ris,vt dicunt alij.Et deſignant omnes ſanctos/qui nobilitatē magnā
habent ex natura,eo ꝙ rationales:ſed maiorem per gratiā,eo ꝙ ſpi
rituales:ſed maximā ex gloria,eo ꝙ felices : ſed ſpecialiter deſignāt
angelos quorum natura excellit omnem naturam creatam, & nō in
uenitur naturæ diuinæ ſimilior,ita vt quantum ad hoc cuilibet eoꝝ
dicatur illud Eze.xxviij.Tu ſignaculū ſimilitudinis,ſapientia plen⁹
& perfectus decore.Tertio ſtellæ habēt quantū ad numerū multipli
citatē,qa nemo ſcit multitudinem ipſaꝝ : & ſignificant multitudinē
beatoꝝ,de quibus dicit Ioan.in Apoc.vij.Vidi turbā magnam quā
dinumerare nemo poterat.&c.vſq; ante thronū. ſpecialiter ſignifi-
cant Patriarchas & parētes noſtros quos deus multiplicauit & fecit
electorum patres.Vnde Abrahæ dixit deus,Gen̄.xv.Suſpice cœ-
lum/& numera ſtellas ſi potes,ſic erit ſemen tuum. Quarto ſtellæ
habent quantum ad aſpectum/claritatem,& ſignant ſanctos qui im
mediate deum vident excluſa ab eis omni dubietate:ſed ſpecialiter
ſignificant ſanctos Prophetas, qui in lumine prophetiæ viderūt &
prædixerūt futura anteq̄ euenirent.vnde de quolibet eoꝝ poteſt di-
ci illud Eccl̄.j.Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.Stella matuti
na,quia luxerunt & viderunt celeriter.In medio nebulæ,quia luxe
runt ſingulariter, ita ꝙ alij reſpectu ipſorum poterant dici nebulæ
Quinto ſtellæ habent quantum ad motum/velocitatem, & ſignifi-
cant ſanctos qui currunt modo,& cucurrerunt olim/ non habentes
reꝑhenſibilem tarditatē:ſed ſpecialiter ſignificāt Apoſtolos,q̄ vt ve
redarij & curſores per totum mundū diſcurrerunt/ portantes lr̄as &
verba Euangelij,ita ꝙ in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ &c. ꝑpter hāc

velocitatem dicitur de eis Baruch.iij. Stellę dederunt lumen, prędicando veritatem in cuſtodijs ſuis: id eſt, in prouincijs ſibi deputatis: & lętatę ſunt, etiam in aduerſitate: quia ibant gaudentes a conſpectu concilij. &c. Vocatę ſunt/ & dixerunt: aſſumus: excludendo obe-
Actuũ.v. dientiæ omnem tarditatem. Sexto ſtellæ habent/ quantum ad ſtatũ firmitatem. Sunt enim perpetuę/ & nunq̃ deficient: & ſignificant omnes ſanctos/ qui in perpetuum apud deum viuent: ſed ſpecialiter martyres: qui firmi in ſuo ſtatu permãſerunt: & nihil terribile/ vel delectabile mutare eos poterat. Dañ. duodecimo. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt/ quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Omnes autem ſancti ad iuſtitiam dei populum docuerunt: ſed ſpecialiter martyres: qui pro eo vſq; ad mortem certauerunt. Septimo ſtellę habent/ quantum ad ſitum/ ordinabilitatem. Sunt enim ordinate diſpoſitę in vna comparatione ſiue reſpectu ad aliam, & debito modo diſtant & q̃uis ſemper moueantur: tamen ſemper ſuũ ordinem/ & ęqualem diſtantiam habent: vt propter hoc ab aliquibus magnis/ non tamen quin moueantur/ dicantur eſſe fixę. Et ſignificant omnes ſanctos qui ſunt modo/ & fuerunt olim, qui fuerunt ordinatiſſimi: & ſpecialiter confeſſores/ viros honeſtiſſimos/ & potentiſſimos, qui omnia egerunt ordinate: quantuncunq; ſe exponerent aliorum perfectioni. Et hoc patet/ aſpiciendo ipſorum ordinationes: ideo dicitur de eis Iudi. quinto. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo contra Cyſaram pugnauerunt. Octauo ſtellæ/ habent puritatem: ita q̃ q̃uis radij ipſarum tranſeant/ per ſordes: tamẽ nullam immundiciam contrahunt. Et ſignificant omnes ſanctos communiter: ſcilicet qui iam peccare & infici non poſſunt: etiam ſi nobiſcũ conuerſarentur: ſed ſpecialiter ſacras virgines/ quæ inter immundos mundiciam ſeruauerunt maiorem, q̃ ſit mundicia ſtellarum: quia illa eſt corporalis, iſta ſpiritualis. Vnde ad laudem cuiuſlibet illa-
Iob.xxv. rum poteſt dici illud. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu illius.
B Et ſic ex prędictis patet beatitudinis ſubiectum. ¶ Secũdo tãgitur principium/ & obiectum, cum additur. Mundum illuminans in ex-
Multipl'r celſis dominus. Illuminat autem domin' ſãctos ſuos, Primo celeri-
illuminat ter: quia in exitu ab eo per creationem iſigniuit eos quodam ſuper
dñs ſctõs. naturali lumine per quod diſcernũt. de quo Pſal. Signatũ eſt ſup nos lumẽ. &c. In reditu ad ipſum per glorificationem luce gloriæ: ita vt iuſto mortuo poſſit dici illud Pſal. Lux orta eſt iuſto. Secundo illuminat eos liberaliter non ex neceſſitate, vt lux materialis: ſed ex bonitate, vt agens liberalis: alias non teneremur ei ad gratiarum actiones: quia vellet/ nollet/ nos glorificaret. Hanc libertatem implorabat, Pſalm̃. cum dixit. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam

in morte.ſed nõ eã imploraſſet:ſi eam de⁹ ex neceſſitate daret. Ter
tio illuminat eos diſpariter. Cum eñ poſſit illumiare parum & mul
tum ex parte ſua, & ſanctus a ſancto differat in diſpoſitione ad reci
piendum illuminationem, quia differunt i meritis: ſequit̃ vt eos de⁹
nõ remuneret nec illuminet ęq̃liter: ſiue ita intenſe vnum ſicut aliũ.
j.Corinth.xv. Stella a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mor
tuorum. Quarto illuminat eos ſingulariter. Sicut enim non habuit
conſortẽ in creatione: ſic nec in conſummatione, quantum ad gau
dium eſſentiale omniũ. ideo dicit p̄s. Dñs illuminatio mea. Quinto
illuminat eos totaliter, quia implet ſplendoribus eos, q̃tum ad ani
mam per ſui oſtenſionem: & q̃tum ad corpus per dotẽ claritatis. qđ
eſt ſuper omne poſſe creatum. ideo dicit p̄s. Illuminans te mirabili
ter &c. Ad hanc illuminationem habendam dicit alibi. Accedite ad
eum & illuminamini. Sexto illuminat eos delectabiliter: non enim
excellentia eius illuminationis excellit & corrumpit intellectum, ſi
cut excellentia corporalis corrumpit ſenſum: imo maxime delectat
ſecundum illud. Dulce lumen & delectabile eſt videre ſolem. Septi Eccle .xj.
mo illuminat eos communicabiliter / id eſt vt nobis refundant &
communicent, ad modum Solis: qui lunam & ſtellas illuminat. & il
lud qđ gratis recipiũt gratis nobis tribuũt. ideo dicitur congregatio
ni ſupernę, Eſa.lx. Illuminare Hieruſalem quia venit lumen tuum
& cætera. Octauo illuminat eos ſtabiliter. Non enim illuminatio ſua
patitur interruptionem vel interciſionem ſicut corporalis: ſed per
petue ſplendet ſuper ſanctos ſuos. Eccle.xxiiij. Ego feci vt oriretur
lumen indeficiens in cœlis.

¶Sermo.III.ad idem. Et in numero. CXCVI.

GLorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. p̄s.lxxxvj. In verbis
iſtis cœleſtis ciuitas & omniũ ſanctorum ſocietas cõmẽ
datur a tribus. ſ. a glorię plenitudine cũ dicit̃ / glorioſa. i.
plena gloriæ, a iuſtitiæ rectitudine cũ additur / ciuitas. i.
ciuium vnitas: quam non poſſunt habere niſi iuſtitiam ſeruent. a fũ
datoris & poſſeſſoris celſitudine cum dicitur / dei. Ipſe enim deus il
lius fœliciſſimę ciuitatis & beatiſſime ſocietatis / ſcilicet omnium ſã
ctorum eſt conditor / dominus & poſſeſſor. Conſiderandum eſt ergo
quæ ſint illa glorioſa quæ de ciuitate dei ſunt dicta. Sex enim ſunt.
¶Primum quod de ea dicitur & de nulla alia dici põt / eſt loci & ſpa A
tij amplitudo. De ciuitate enim Babyloniæ glorioſa dicta ſunt & ſcri
pta, de ſpatij amplitudine, & de murorum fortitudine / & de por
tarum altitudine. Nam dicit Oroſius de ea ſcribens ſic. Incredi
bile eſt talem ciuitatem manibus hominum potuiſſe deſtrui. Licet

enim glorioſa de illa terrena ciuitate ſint dicta/quantum ad ei⁹ am-
plitudinem: multa tamen glorioſa dicta ſũt de ciuitate dei quãtũ ad
eius magnitudinem, Baruch. iij. O Iſrael q̃ magna eſt domus dei,
& ingens, locus poſſeſſionis eius, magnus & non habens finẽ. Spa-
tium nãq; & amplitudo cœli, & ciuitas omniũ ſanctorum talis eſt: vt
ſi cuilibet angelorum/& hominum beatorum vna portio, & loc⁹ da
Cauſa am- ref: plus illud ſpatiũ contineret, q̃ continet & occupat tota terra. Cau-
plitudinis ſa autẽ & ratio quare illa ciuitas, & palacium dei ſit tãtę amplitudinis
cœli tri- triplex põt reddi. ſ. ad infinitã potẽtiã dei oſtẽdẽdã: ad gloriã dei am
plex. pliãdã: & humani deſiderij vehementiã ſatiandam. In infinita enim
potentia dei euidentius nuſq̃ oſtẽditur, q̃ i corpore cœli empyrei: cu-
ius magnitudo non poteſt a ſenſu hominis ęſtimari. Glĩa dei p ma-
gnitudinem illius loci optime cognoſcitur: cum & ad gloriã terreni
regis pertineat: ꝙ habeat palacium ſpatioſum. vehementia etiam
humani deſiderij & appetitus p amplitudinem illius ciuitatis perfe-
ctiſſime terminatur & ſatiatur. Nã ois homo q̃diu hic viuit, appetit
& deſiderat amplas poſſeſſiones & magnas diuitias terrarum. Vt er-
go talis appetitus in homine quietaretur, ideo deus ſua largiſſima
B pietate omnibus ſanctis ſuis ciuitatem & regnum tantæ magnitudi-
nis præparauit. ¶ Secundum quod de ciuitate illa superna prædica-
tum eſt glorioſum/eſt materiæ precioſitas. Per hoc enim aliqua ci-
uitas laudatur, ſi ædificia eius ſint de precioſa materia. Vnde dicit
Oroſius ad Octauianum Auguſtum, gloriatum, ꝙ Romanam ciui-
tatem quam ipſe lateritiam inuenerat, marmoreã relinquebat. Sed
ciuitas dei nõ eſt ędificata de lateritijs lapidibus vel marmoreis: ſed
de auro mundo & lapidibus precioſis. Apocal. xxj. Ipſa ciuitas au-
rum mundũ. Tob. xiij. Portæ Hieruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo
ędificabuntur & ex lapide candido & mundo omnes plateę ei⁹ ſter-
nentur. Ecce q̃ p̃cioſa materia huius ciuitatis: tam glorioſa de nulla
ciuitate huius mõdi ſunt dicta. Nec intelligẽdum ꝙ cœlum empy-
reum de auro vel de lapidibus precioſis ſit factũ: cum aurumq; & lapi-
des quantumcunq; precioſi omnes ſint corruptibiles: & cœlum il-
lud ſit incorruptibile. Sed ſancti & ſpũſſanctus volentes illam ciuita-
tem laudare & materiam eius nobilem prædicare: aſſumũt quę poſ-
ſunt in hoc mundo magis nobilia appellari. Fuit autem magis con-
ueniẽs vt hæc ciuitas de p̃cioſa fieret materia: vt loc⁹ ꝯueniret loca-
to: & de ipſa materia loci beati haberent gaudium & delectationem
& exultationem. Cum enim beati poſt iudicium in corpore renouẽ-
tur & ſplendore Soli comparentur: decuit ciuitatem illam eſſe ſplẽ-
C didam & ſuper Solis radios luminoſam. ¶ Tertium eſt ciuium mĩ-
titudo. Hoc eſt enim glorioſum: ſi ciuitas aliqua habeat multos ci-

nes diuites & pręclaros, vnde dicit Oroſius, ꝙ Hannibal princeps
Carthaginenſium in vno bello tot ciues Romanos occidit: ꝙ tres
modios annulorum de digitis eorum abſtraxit. vnde ciuitas Ro-
mana de tãta numeroſitate ciuium poterat gloriari. & certe de hac
ciuitate dici poterunt multa glorioſiora, cum ciues eius nõ poſſunt
numerari. Dicit enim Daniel, Danielis octauo. Millia millium &c.
Nec tñ credẽdũ eſt ꝙ per hãc ſummã numeri ſint expreſſi. Nume
ro autẽ beatoꝝ Angeloꝝ æquatur numerus hominũ ſaluandorum
Vnde Gregorius. In illam ſupernam ciuitatem tantos credim⁹ de
hominibus aſcendere: quãtos cõtigit illic Angelos remanſiſſe: & il-
li hoies faciũt magnã multitudinẽ & numerũ, Apoc. xv. Vidi turbã
magnam &c. Talem autẽ gloriam de numeroſitate, nec Babylonia
nec Roma habuerũt. Hęc numeroſitas ad gloriam dei ſpectat & ſã-
ctorum lętitiam augmentat. Decet enĩ regem & dñm omnis crea-
turę multos ciues miniſtros habere: facit etiam ad lętitiam ſanctoꝝ
Cum enim ſecundum philoſophum, nullius rei ſine ſocio iocun- Senecę di
da ſit poſſeſſio: q̃to plures ſunt illius beatitudinis particeps & ſocij ctum.
tanto magis eorum lętitia augmentatur. ¶ Quartum vnde illa ſan D
ctorum ciuitas dicitur glorioſa eſt pacis pulchritudo. Illa enĩ ciuitas
dicitur glorioſa quæ & pacem concordię haberet interius: vt inteſti
no bello per ſeditiõem diſcordiæ non turbaretur. & pacem haberet
exterius: vt ab hoſtibus minime grauaretur: ſed hoc nunq̃ potuit di
ci de aliqua ciuitate ſed de ſola ciuitate dei: de qua Eſa. xxxij. Sede-
bit populus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ.
In pulchritudine pacis, quia interius non diſcordant: & in taberna-
culis fiducię, quia hoſtes exterius non impugnãt. Et illud ptinet ad
perfectionem illius ciuitatis. nam pax diſponit ad beatitudinem. q
enĩ non habet pacem: non poteſt perfecte gaudium habere. qui aũt
non perfecte gaudet: non eſt perfecte beatus. Nã beatitudo eſt gau
dium de re viſa. Cum aũt omnes homines beatitudinem appetant
ſecundum Auguſtinum de Trinitate, neceſſe eſt eos appetere pacẽ
& ideo dicit Auguſti. de ciui. dei. Omnes inquit pacem inuocãt. q͡a
ergo in illa ciuitate dei perfecta pax erit, quę nuſq̃ alibi inueniť: poſ
ſumus nos dicere ad laudem ciuitatis dei: & ad cõmendationem ſo
cietatis ſãctorum: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. ¶ Quintum E
qđ facit ciuitatẽ aliquã glorioſam, ẽ lętitię plenitudo, q̃ in nulla ciuita
te huius mundi poterit inueniri, ſed in ſola ciuitate dei q̃ eſt ciuitas
beatoꝝ. Vñ dixit dñs ad Apoſtolos. Petite vt gaudiũ veſtrũ plenũ
ſit. Tunc aũt gaudiũ eſt plenũ, qñ adeſt pñtia ois boni. hoc aũt nuſq̃
eſt niſi in ſola ciuitate cœleſti, de qua Eſa. xxxv. Gaudiũ & lętitiam
obtinebũt, fugiet dolor & gemitus, gaudiũ & lętitiã obtinebũt, q̃tũ

ad pñtiam boni,fugiet dolor & gemitus q̃tum ad carentiã mali. Ha
bebũt añt ſancti gaudiũ quo ad mentis exultationẽ:& lętitiã quo ad
mentis & corporis exhilaratioñe.Similiter fogiet ab eis dolor præ-
ſentis afflictionis:& gemitus omnis pœnalis recordationis : quan-
tum ad iſta quattuor puta omnem lætitiam beatitudinis ſãctorum
comprehendi,& valde glorioſum eſt talia de cœleſti ciuitate pędi
F cari. ¶Sextum eſt immortalitatis certitudo,qđ etiam in nulla ci
uitate huius mundi inuenitur. Si enim in mundo iſto inueniretur ali
qua ciuitas in qua homines non morerentur:multi eam quærerent
& ad eam feſtinarent. Talis eſt ciuitas cœleſtis vt quotidie p̃dicatur
& pigri ſumus eam quęrere. Donet nobis dñs ita eam quęrere & in
uenire:vt vitam ęternam conſequamur.

¶Sermo.IIII.ad idem.Et in
numero. CXCVII.

GLoria hæc eſt omnibus ſanctis eius. p̃s. Dignũ eſt vt quoꝝ vita fuit glorioſa,eoꝝ ſit vt glorioſa mẽo-ria. Vñ ad ad oĩm ſanctoꝝ agẽdã glorioſam memo riã ↄſideranda eſt triplex materia glorię eoꝝ. Vna eſt de fœlici eoꝝ ↄuerſatiõe,ſcđa ẽ de fœlici eorum glorificatiõe,tertia eſt de eoꝝ feſtiua ↄmẽoratione.
A ¶In pria attendiť gloria meritorũ. Iob.xxxvj. Cõplebũt dies ſuos in bono:& annos ſuos in gloria. In ſcđa attendiť gloria p̃miorũ. p̃s. Exultabunt ſancti in gloria. In tertia attendiť gľia feſtoꝝ, Eccľ.xliij. Omnes in generationibus gentis ſuę gloriam adepti ſunt:& in diebus ſuis habentur in laudib⁹. Sciendum ꝙ in qualibet iſtarum ſancti habuerunt & habent aliquid commune,& aliqđ ſpeciale. In pria gloria habuerunt triplex commune. Primũ ẽ puritas.ij. Coꝛ.j. Gloria noſtra hęc eſt,teſtimonium conſcientię noſtrę,ꝙ in ſimplicitate & ſynceritate dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Secundum eſt ſecuritas confidentię. Ro.v. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei. Tertium eſt contemptibilitas humanæ gloriæ. Gal.vltimo. Mihi abſit gloriari,niſi in cruce domini &c.ij. Corinthio.xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et quoniam ad iſta cõmunia iſti⁹ primę gloriæ ſanctorum apte dicitur de eis verbum pręmiſſũ. Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. In hac etiam prima gloria ſanctorum ſpeciale eſt multiplex,videlicet exercitium alicuius virtutis vel officij vel ſtatus,in quo quilibet eminebat:ſecundũ quẽ modũ diciť Eccle.xliij Non eſt inuentus ſimilis illi.& iſtud ſpeciale poteſt diſtingui.vel ſecundum gradum ordinis,ſecundum quem alios quidẽ dedit Apoſtolos:quoſdam autem prophetas:alios vero Euãgeliſtas:alios autem paſtores & doctores. Ephe.iiij. Vel ſcđm gradũ ſtatuũ ſcđm ꝙ

alij coniugati/alij cōtinētes/alij virgines ſignificati in Noe/Daniel/ & Iob.ſicut dicitur Ezech.xiiij. Vel ſecundum gradus donorum & virtutum,ſicut dicitur Gal.vj.Opus ſuū portabit vnuſquiſq;,& tūc in ſemetipſo habebit gloriam.Sed quia propter vnitatem eccleſiæ in vnione capitis fideles omnia bona ſibi mutuo communicant: iuxta illud Pſalm̄. Particeps ego ſum omnium timentium te: Poteſt dici etiam in iſtis ſpecialibus q̀ gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius In ſecunda gloria ſimiliter ſancti habent triplex commune:quę ſūt viſio immediata,dilectio conſummata,& apprehenſio ſecura. Vnde eſt illud Pſalm̄.Sic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.& iſta vocatur aurea.de qua Pſalm̄. Gloria & honore coronaſti eum &cætera.Et de hac proprie dicitur verbū propoſitum.Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.In hac etiam gloria ſancti habent triplex ſpeciale ſecundum triplicem aureolam/ ſcilicet Virginum/Martyrum /& Prædicatorum .Pſalm̄. Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.Quæ etiam ſpecialia ſancti mutuo communicant,quia ibi quilibet tātū gaudet de bono alterius vt de proprio.qđ tamen non eſt intelligendum de intenſione gaudij:ſed de numero gaudiorum. In tertia gloria ſpeciale eſt cuilibet ſancto celebrari feſtum de eis in ſpecialibus diebus/propter ſpeciales cauſas feſtorum,ſiue in die paſſionum & migrationum , ſiue in die tranſlationum,quia tunc clarificati miraculis : ſiue in die aliarum occaſionum,quia tunc honorati priuilegijs, ſicut in natiuitate vel dignitate vel aliquo claro euentu.vt de quolibet ſanctorum dici poſſit illud Ozee decimoquarto .Erit quaſi oliua gloria eius,ſcilicet cuiuſlibet ſancti.Oliua enim eſt pulchra & fructifera: ſic ſancti pulchri ſunt ad ammirandum & imitandum.Fructiferi etiam ſunt ad patrocinandum.hoc de ſpeciali feſto ſingulorum. ¶Commune eſt autem omnibus ſanctis feſtum hodiernę diei,quo hymnum canimus omnibus ſanctis eius.cuius ratio triplex eſt. Prima ad purgā dam negligentiam quam commiſimus circa ſingulares feſtiuitates & ſolennitates ſanctorum.Secunda ad impetrandam gratiam,quæ multipliciter multis interceſſoribus facilius impetratur . Hodie enim omnes ſancti conueniunt cum deo Abraam:ſiue ad noſtram defenſionem/contra dæmonia:ſiue ad noſtram conſolationem/contra tribulationes : ſiue ad noſtram propiciationem/contra ſcelera ſiue ad noſtram directionem /contra deuia . Vnde ſcribitur ſecundi Maccabæorum primo . Fratribus qui ſunt per Aegyptum / id eſt per mundum / ſalutem dicunt fratres qui ſunt Hieroſolymis, id eſt in patria cœleſti . & infra in eodem capitulo .Nos hic ſumus (dicūt ſancti)orātes pro vobis.Tertia ratio eſt ad delendū idolatriā

B

Triplex rō inſtitutiōis feſti omnium ſanctorū.

de phano quod erat Romę,qđ dicitur Pantheon.quia erat ſimulacrum omnium deorum.Vt ergo falſorum deorum memoria aboleretur de loco illo:memoria omnium ſanctorum inibi conſtituta ē vt accedat illud ps̄.Conſtituite diem ſolennem in condenſis/id ē in phano Pantheon.vbi erat aggregatio omnium dęmonū: vt excluſa inde multitudine omniū dæmonū/ ſolēnitas ibi conſtitueref omnium ſanctorum,vt ſic ibi verificetur illđ ps̄.Principes populorum quales ſunt ſancti omnes,congregati ſunt cum deo Abraam,q omnes concurrunt in feſtiuitate iſta.Vnde etiam bene & cōgrue de gloria huius feſtiuitatis dicitur in themate pręmiſſo.Gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius:quorum venerandam feſtiuitatem / vt ita digne celebremus in terris,quatenus eorum cōſortio aſſociemur in cœlis. Hoc nobis pręſtare dignetur Marię filius. Amen.

¶Sermo.I.de Animabus.Et in numero. CXCVIII.

HOmo cū mortuus fuerit nudatus atq; conſumptus, vbi queſo eſt,Iob.xiiij.Hoc verbum pertractans Grego.in Moral.libro.xij.dicit ſic.Homo peccator moritur i culpa,nudatur a iuſtitia , conſumitur in pœna. Recte ergo de eo queritur,vbi queſo eſt,qui patriam nolens perdidit,a peregrinatione ſua quam diligit/inuitus expellitur.Vbi ergo eſt, qui in ei⁹

A amore non eſt,vbi verum eſſe eſt.¶In verbis igitur pręmiſſis quattuor conſideranda notantur.Primo humanę conditionis vilitas,cū pręmittitur/homo.Secundo ipſius ſubſiſtentię fragilitas,cum additur:cum mortuus fuerit. Tertio rei temporalis amiſſibilitas , cum ſubditur:nudatus atq; conſūptus.Quarto ęternalis manſionis dubietas:cum ſubiungitur:vbi quæſo eſt.Prio igitur notatur humanę conditionis vilitas,ibi /homo.Homo enim dicitur ab humo . pudet heu dicere q̄ viliter conceptus ſit homo.Hanc vero vilitatem recognouit qui dicebat,Sapiē.vij.Sum quidem ego mortalis ſimilis hoībus,ex genere terreno illius qui prius factus eſt in ventre matris:figuratus ſum ſine tempore,coagulat⁹ ſum in ſanguine & ſemine hominis.poſt ſubdit. Nemo ex regib⁹ habuit aliud natiuitatis īitium nemo cum purpura,nemo cum corona naſcitur.His verbis confūduntur qui de generoſitate gloriantur & ſuperbiūt. Vnde gloriatis rex vel miles.non eīm fecit deus duos Adam:vnum de luto, alium de auro.quę ergo gloria carnis.Iob.xvij.Putredini dixi.idem tertio Comparatus ſum luto/fauillę & cineri.vnde Bernardus exclamans ait.Vnde ſuperbit homo cuius conceptio culpa , naſci pudor /labor eſt vita ,neceſſe mori. Poſt hominē vermis, poſt mortē fœtor & horror.Sic in non hominē vertitur omnis homo.Huic concordant ver

[Margin: Cōtra gloriantes de nobilitate]

ba ſancti Aug.dicentis.Quid horribilius mortuo homine:quid fœtidius humano cadauere?cuius erat in vita tam gratiſſimus amplexus:ſic in morte tam terribilis aſpectus.quid ergo diuitię,quid delitię,quid honores proſunt?nec diuitię a morte,nec delicię a verme, nec honores liberant a corruptione.Secūdo notaṫ humanę ſubſiſtētię fragilitas.non ſolū eñ homo vilis eſt q̄tum ad originem materialem,qd notatur in eo ꝙ dicitur/homo:ſed fragilis q̄tum ad ſubſiſtētiam quo ad vitam naturalem:qd notatur in eo ꝙ diciṫ/cum mortuus fuerit.Mors eñ eſt ſeparatio animę a corpore.& quaſi huiuſmodi ſeparatio de facili fit:ideo homo ſecundum ſubſiſtētiam fragilis exiſtit.vnde non incōgrue talis diffinitio hominis a philoſophis ponitur.Homo eſt animal rationale/mortale.Quid eñ eſt aliud vita præſens ſcd̄m Grego.niſi quidam tranſitus ad mortem? Vnde idē exclamans ait.Vnde hominū tantus faſtus,tanta ſuperbia,cuius eſt tam ęrumnoſa natiuitas,cuiꝰ natiuitatē ſequitur tam laborioſa pœnalitas,cuiꝰ pœnalitatem concludit mortis neceſſitas:cui eē/eſt momentum,vita naufragiū,mundus exilium.Nam vt Aug.ꝓbat.Ex toto tēpore vitę noſtræ non habemꝰ/nec noſtrū eſt niſi vnū momētum.Vnde ſignanter Iob in ſua cōcluſione:homo cum mortuꝰ fuerit/mortis propinquitatē annūciat:& hanc per præteritū tempꝰ/videlicet cū mortuus fuerit:videmus nonnullos in continuo actu moriendi conſtitutos conquirere multa,magnas domos ædificare,& huiuſmodi,quæ pro ſeculi pompa acquiruntur.ergo Iob prętéritū poſuit ꝓ pñti,qa quaſi quotidie i morte ſumꝰ.Tertio notatur rei tēporalis amiſſibilitas.Res autem temporalis duplex eſt.ſ.res exteriores:& corpus qd nobis eſt coniunctum.Quantum ad res exteriores dicitur nudatus:ſed q̄tum ad corpus dicitur conſumptus. mortem eñ hominis neceſſitate comitatur amiſſio rerum & cōſumptio corporis.Hoc attendentes homines religioſi & deuoti:q̄ diu viuunt in hac vita mortali nudant ſe omnibus terrenis/corpus ſuum caſtigantes.illud deſignatur in Dauid qui nudꝰ luſit coram arca.Et iure nudamur pro illo qui ꝓ nobis ī cruce fuit nudatus.Hic eſt verus Noe qui vino charitatis inebriatus,nudatus iacuit in thalamo ſuo.i.in ſynagoga. Verū ſunt plures qui nolint velint tandem nudabuntur cū fuerit mortui.Nonne plene nudaṫ,qui de veſtibus ꝑcioſis & alijs rebus quas habebat in ſeculo,moriendo nihil ſecum defert niſi veſtē viliſſimam:qua inuolutus ponitur in ſepulchrum? Vnde poteſt in perſona eius dici illud Iob.iij.Nudus egreſſus ſum &c.& p̄s.Ne timueris cum diues factus fuerit homo:qm̄ cum interierit &cæ. Hō aūt per mortem ſic nudatus rebꝰ omnibus deuoraṫ & ꝯſumiṫ a vermibꝰ.de qua conſumptione diciṫ Iob.xiij.Qui quaſi putredo &cę.

ij.Reg.vj

Vtinam cogitarent iſta delicati atq; luxurioſi & carnales:non eis tā lati & delicati lecti ſternētur:de quorū lecto Eſa.xiiij.Subter te ſternetur tinea:ecce culcitra.& operimētū tuū erūt vermes:ecce coopertimentū.Vtinā iſtā conſumptionē attēderent voluptuoſi,q tanto labore,tanto ſtudio miſerū corpus impinguāt,quia illud faciēdo maiorem eſcā vermibus parant,& deberēt verecūdari de vilitate ſui officij,quia ſūt coquinarij buffonū & vermiū. ¶Quarto notatur eternalis manſionis dubietas,in eo q ſub dubio qritur vbi queſo eſt.ſecūdū beatū Aug.i libro de cura p mortuis,ſcdm diuerſa merita morient ū ſūt diuerſa loca & receptacula mortuoꝝ. Morietiū em ſunt aliq valde mali.hi ſunt q decedūt in peccato mortali: q mox vt mortui ſunt deſcendūt ad infernū.de quorū numero erat ſupbus voluptuoſus,& auar⁹ ille diues,de quo Luc.xvj.Mortuus eſt dues & ſepultus in inferno.heu q̄ grauis & terribilis eſt manſio tetra tēbrarū & operta mortis caligine:eſt terra & regio illa miſerabilis.de q̄ Ber. in ſermone de generatione ſpirituali.O regio gehennalis fugienda vbi ignis ardens,frigus vrgens,vermis immortalis,fœtor intolerabilis,mallei percutientes,tenebrę palpabiles,confuſio peccatorum innodatio vinculorum,facies horribiles dæmonum.Ab his & alijs pœnis liberari non poſſunt:& aliorum meritis participare nequeūt quia charitate caruerunt:per quam fit communicatio meritorum: magna eſt illis miſeris afflictio,ſed etiam confuſio: q ſceleribus ſuis cœleſti gloria exhęredati in tam grauem carcerem perpetuo ſūt retruſi.qd ſi euadere volumus,neceſſe eſt vt non ſolum vitem⁹ mala ſed etiam vt faciamus bona.vñ Augu.A Chriſtiano non ſolum requiritur vt malo careat:ſed vt bonum exerceat:qui ſi nihil mali fecerit neq; boni:ad æternitatis pmia non admittitur: ſed gehennę ignib⁹ mancipatur.Sunt alij morientium valde boni qui mox ad requiem trāſeūt:de quibus erat mēdicus de quo legitur Luc.xvj. Factū ē vt moreretur mendicus:& portaretur ab Angelis in ſinū Abrahę.Sinus Abrahę ē requies beatorum pauperum,quoniā ipſoꝝ ē regnū cœloꝝ.& eſt poſſeſſio pauperum,Mat.v.Beati pauperes ſpū. Ideo iuſtū eſt vt ibi habeant manſionem.vere beati tales qui in dño moriuntur.quibus ammodo iā dicit ſpūs vt requieſcāt a laboribus ſuis non ſolum actionū ſed & paſſionum omnium in illa requie, de qua dominus Eſa.xxxij.Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducię & in requie opulenta.Sedebit,ecce ſtabilitas eorum:populus meus,ecce immenſa ſocietas:in pulchritudine pacis,ecce habitationis ſecuritas:in requie opulenta,ecce omnium delectabilium copioſitas.Iſti adiutorio nō indigent q in gaudiū dñi intrauerunt.vbi tradidit eis dominus.ſ.omnia bona ſua.Sunt & alij

B

Triplex gen⁹ morientium.

mortui:nec valde boni:nec valde mali:qui talem vitam duxerūt vt ſuffragijs egeant:qui videlicet cum venialibus vel i imperfecta poenitentia migrauerunt:iſti morientes in purgatorium tranſeunt. Horum memoriam facit eccleſia vt docemur.ij.Macca.xij.vbi dicitur Vir fortiſſimus Iudas &c.hoc non videtur factum pro valde malis, qui iuuari non poſſunt:nec pro valde bonis,qa non egent: ſed ꝓ mediocriter bonis q poſſunt & debent a nobis iuuari:qui ſunt grauiſſimo carcere detenti. & ideo q̄tum eſt eorum/ſupplicāt nobis per p̄s. Educ de carcere aīam meā per ſuffragia:quoniā crucior poena ſēſus & damni. Chriſtus enim iudex rex habet palacium/ſcilicet coelū,in quo locat amicos migrantes. Patibulū ſcilicet infernū,in quo ſuſpēdit damnatos. Carcerem ſcilicet purgatorium,in quo ſeruat purgādos. Hic carcer deſignatus eſt.iiij.Regū.xxv.vbi dicitur ꝙ ſubleuauit rex caput Ioachim de carcere & loquut⁹ eſt benigne:ſic Ioſeph poſitus in carcere ad tēpus poſt modicum eductus,factus eſt dn̄s. Gen̄.xlj.
Et quia in illo carcere conſtituti quaſi intolerabili ſupplicio cruciantur: Idcirco in perſona eorum Iob exclamans ait. Miſeremini mei miſeremini mei,ſaltē vos amici mei &c. afflictio domini tetigit me miſericordia miſeriam reſpicit:& miſericordia miſeriam requirit.

¶ Ad hoc aūt ꝙ ipſorū miſereamur & iuuem⁹ tria ſpecialiter mouere debēt. Primū eſt poenarū immenſitas. ſūt enī in tanta poena quā tam nemo paſſus eſt aut excogitare potuit in hoc mūdo. Ardent ei ua ad iu illo igne in quo & ꝑpetue dānati/licet aliter:q̄a nō ęternal'r. q ignis uandū de ſcdm Aug.& ſi nō ętern⁹/intellige quo ad actū talē:mi ro mō tn̄ gra functos. uis eſt. Excellit ei oēm poenā quā aliquis paſſus eſt in hac vita,licet innumerabilia Martyres paſſi ſunt. q̄ꝛ vt dicit̄ ſcdm Aug. Sicut ſe habet ignis pictus ad ignē verū:ſic ſe habet ignis purgatorij ad ignē noſtrū. Item Aug. Neſcit qd petit qui purgatoriū petit. Dico tibi vere ꝙ difficilius eſt eſſe in purgatorio q̄ diu poſſit ocul⁹ claudi & aperiri:q̄ illa poena quā ſanctus Laurentius ſuſtinuit in craticula. Itē. O hō q̄ dulce eſſet tibi in hoc ſeculo ſatiſfacere,q̄n vna lachryma(ſi cōtrito corde ꝓducta fuerit)pl⁹ purgat aīam q̄ decē anni in purgatorio oēs aquę nō extinguerēt vnā ſcintillā in inferno:ſed vna lachryma hic ꝯtrito corde deplorata,totū ignē extiguet inferni. Iā patet q̄tum patiāt̄ ſupplicijū. ideo op⁹ ē magna mīa ſubuenire tātę illoꝝ miſerię ſcribit̄ aūt Iob.vj. Qui tollit ab amico ſuo mīam,timorē dn̄i relinqt. & Micheę.vj. Indicabo tibi o hō qd ſit bonum:& qd dn̄s reqrat a te vtiq; facere iudiciū & diligere mīam. Scdo ad idē debet nos mouere naturę ſimilitudo & cōformitas. Ambro. Nihil tā piū q̄ naturę iuuare cōſortē. Qui illis in tāta miſeria ꝯſtitutis nō facit miam:qd ſibi mīam a deo petit? Naturale ē ꝙ omne aīal diligit ſimile ſibi. Greg. C Tria moti

ꝓbatio dilectionis exhibitio eſt operis. Tertio nos mouere debet ꝑ
prij boni cõſideratio. nam qcquid boni eis ex pietate impendimus
hoc totum ipſi nobis pręmittimus ad p̃mium aſſequendum. Ope
ra em̃ illorũ aſſequunť illos, Apoca. xiiij. Sancta ergo & ſalubris ẽ co
gitatio ꝓ defunctis exorare &c. Salubris inquam nõ ſolũ eis, ſed &
nobiſipſis. quia oratio mea in ſinu meo conuertetur &c.

¶ Sermo. II. ad idem. Et in
numero. CXCIX.

BEati mortui qui in domino moriuntur, Apoca. xiiij.
Recte mors iuſtorum eſt p̃cioſa & pro beatitudine re
putanda, & hoc propter quattuor. Primo quia per ta
lem mortẽ a miſeria liberãtur. Secundo quia ab exi
lio reuocãtur. Tertio quia ab omni vetuſtate renouã
tur. Quarto quia tanq̃ victores ſuperatis hoſtibus glorioſiſſime co
A ronantur. ¶ Primo dico, quia tali morte a miſeria liberantur. Reue
ra enim nihil aliud eſt mors, q̃ a miſeria liberatio. q̃diu em̃ hic ſum⁹,
ſiue viuimus: multis miſerijs & anguſtijs replemur. Vnde Iob. xiiij.
Homo natus de muliere breui viuẽs tempore. &c. Et ideo compel
litur clamare cum Apoſtolo. Roma. vij. Infelix ego homo. & ideo iu
Actu. xij. ſtus in morte a miſerijs huius vitę liberatus poteſt dicere. Nunc ſcio
vere, quia miſit dominus. &c. Secundo mors bonorum eſt pro bea
titudine reputanda: quia nil aliud eſt, q̃ peregrinationis terminus: &
ab exilio reuocatio glorioſa. nã q̃diu viuimus peregrinamur: & exu
les reputamur. Vnde Gen. iij. Emiſit dominus Adam de paradiſo
voluptatis. &c. Et per iſtam ad ſupernam patriam exulationem vi
ta noſtra eſt exilium reputanda. ij. Corinthi. v. Q̃diu ſumus in cor
pore peregrinamur a domino. in morte tamen Saluatoris fuit nobis
huiuſmodi exilij terminatio repromiſſa. vnde poſt Chriſti mortem
nulli iuſto qui in domino moritur, eſt mors formidanda, immo cum
gaudio expectanda. Sapien. xv. Iuſtus ſi morte præoccupatus fue
rit &c. Tertio eſt mors veteris vitæ abiectio, & hominis vera & per
fecta renouatio. Nam anima corpori coniuncta quaſi quadam anti
qua veſte ſordidatur, corrumpitur, & grauatur. Sapien. nono. Cor
pus quod corrumpitur aggrauat animam. Vnde corpus deponere
nihil aliud eſt, q̃ veterem & maculatam tunicam deponere, & im
mortalitatis ſtolam induere. De qua Eſaiæ. lij. Induere veſtimen
tis gloriæ tuæ ciuitas ſancta. Hoc autem fit in morte iuſti, quando
mortale hoc induerit immortalitatem. Quarto mors iuſti dicitur
beata, quia victorioſa eſt de hoſtibus triumphando. j. Corinth. xv.
Abſorpta eſt mors in victoria. Hoc fit in morte iuſti, in qua non ſo
lum vincit homo carnem, mundum, & dęmones: verum etiã ipſam

mortem.Ozee.xiij.O mors,ero mors tua.Seneca.Inſipiens moriēdo/mori incipit,ſed ſapiens moriēdo mortem vincit.Vnde ſicut ſuperatis hoſtibus tripudiant victores/gaudent & exultant, ſic ſancti ſuperata morte,de ipſorum morte gaudent & exultant: quia coronam expectant.Eſa.ix.Lætabuntur coram te,ſicut qui lætantur in meſſe. ¶Vnde etiam ſancti mortem derident, dicētes cum Apoſt. B
Vbi eſt mors victoria tua? j.Corinthi. xv.Sicut de morte bonorum eſt gaudendum,ita de morte illorum qui non ſunt boni/perfecti vel beati/eſt dolendum.Eccleſiaſt.xij.Super mortuum plora.Hi mortui ſuper quibus plorandum eſt,ſunt illi,quorum animæ in purgatorio vel in inferno detinentur:Sed alio modo:quia ſuper purgādos in purgatorio,plorandum eſt ex compaſſione,vt eis ſubueniamus. Super damnatos,plorandum eſt ex quadam præuiſione,vt eorum pœnas caueamus.Eſt ergo compatiendum animabus quæ in purgatorio ſunt/& eis ſuccurrendum.hoc/ẽm meruerunt in præſenti vita,vt dicit Aug.vt Eccleſię ſuffragia,aut ſuorum charorum merita eis ſubueniant,vt a prædicto pœnæ debito vel penitus abſoluātur, vel vt minus tolerent,mitigentur. Et ideo deſiderant vt eis ab amicis ſuccurratur:dum in perſona cuiuſlibet animę ſic detentę,dicitur Iob.xix. Miſeremini mei,miſeremini mei.&c. Nota ꝙ neceſſe habent iuuari propter quatuor.ſ.propter debiti quantitatem:propter ſoluendi neceſſitatem:propter debitoris paupertatem: & propter dilationis damnoſitatem.Primo propter debiti quantitatem. Magnū quidem debitum eſt,& ſuper vires debitoris: quia dicit Auguſti.ſuper illud Apoſt.j.Corinth.iij.Saluabitur autem quaſi per ignem,ꝙ grauior eſt ignis purgatorius q̃ quicquid excogitari poſſit pœnalitatis in hac vita.Ille eñ ignis ſe habet ad noſtrū ignem, ſicut ignis verus ad ignem depictum:vt idem dicit.vnde illud debitum potuiſſet perſoluiſſe modico precio quando vixit,& vti licuit propria voluntate:ſed tunc eſt conſtitutus ſub poteſtate penitus aliena.Secūdo incumbit ei cū magnitudine debiti neceſſitas perſoluendi:quia iuſtus eſt creditor cui tenetur: & ideo quouſq; perſoluat nouiſſimum quadrātem per ſe,vel per alium,de purgatorij carcere nullatenus dimittetur.Puniet enim te pro peccato cogitationis,locutionis,omiſſiōis. vnde omnia quæ hic negligimus & omittimus in hoc mundo tanq̄ vltimum quadrantem repetet in futuro.Tertio pauper & inops eſt anima quæ non habet ex ſe vnde reſpondeat vnum pro mille.Et ideo propter reddendi neceſſitatem & propriam indigētiam & paupertatem indiget adiutore.Vnde Pſalm.Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem &c.Quarto ſuccurrēdum eſt eis propter morę dilationis dānoſitatē:q͂a indicibiliter in eis dānoſum eſt,ꝙ vnius.

Indigent aiæ auxilio ꝑpter quatuor.

diei ſpatium debeat eorum corona protelari, præſertim cum dilatio diuinæ viſionis in puncto/totius mundi gaudio vſq; in finē mūdi non poſſit comparari. Vnde Aug. Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ vſq; ꝙ merito contēnerentur. Vnde Propheta. Melior eſt dies vna &c. Patet igitur ꝙ animabus in purgatorio eſt ſuccurrendum & cōdolendum, & tamen ex certa ſpe eorum euaſionis congaudendum

C ¶ Sunt tertio mortui qui non in domino, nec pro domino moriuntur. Pſal. Non mortui laudabunt te domine. Et iſtorū mors eſt peſſima. Pſal. Veniat mors ſuper illos. Illa mors eſt vere miſera, vbi dicit Grego. Eſt mors ſine morte, finis ſine fine: vbi mors viuit & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit, mors perimit/nō extinguit: dolor cruciat, ſed pauorem nō fugat: flamma comburit, ſed tenebras non depellit. Vnde hæc mors miſerabilis eſt propter quatuor. Primo propter finalem & vltimam omnium deſiderabiliū ablationem. Iob. xxvij. Diues cum dormierit &c. Sicut patet in diuite epulone/ſepulto in inferno, non valente habere guttam aquæ vt ardorem linguæ ſaltem ad horam mitigaret. Secūdo hæc mors eſt miſerabilis propter iterabilem & continuam paſſibilium renouationē. Pſal. Sicut oues in inferno poſiti ſunt &c. Cum enim pecus gramen præſcidit, radicem in terra relinquit/vnde iterum pręſciſum gramē pullulat & creſcit: Sic dolor & afflictio damnatorum ſemper renouabitur. Et maxime quando præterita felicitas quam amiſerūt/ad memoriam reducetur. Lucę. xvj Fili recordare/quia recepiſti bona &c. Nam vt dicit Boetius, Infeliciſſimum genus infortunij eſt, ante fuiſſe felicem. vnde tunc dicere poſſunt illud Nume. xj. Vtinam mortui fuiſſemus in Aegypto, id eſt in mundo, morte naturæ: quia hic continue morimur morte gehennæ. Apocal. ix. Deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Vnde Augu. in libro de Miſeria huius mūdi. O mors, q̄ dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti: te ſolum conſiderant/qui te hic vehementer oderunt. Tertio hæc mors miſerabilis eſt propter inordinabilem tormentorum pœnalium confuſionem, & mutuam permixtionem. Sicut enī oīs ordinatio delectabiliū erit in patria, ſic oīm triſtabilium confuſio erit permiſcibiliter in gehenna. Pſal. Pluit ſuper peccatores laqueos. ſ. ad capiendum: ignem, ad comburendū: ſulphur, ad ſuffocandū: ſpūs procellarū, ad ſubuertendū. Quarto hæc mors eſt miſerabilis propter interminabilē ſtatus ꝑmutationē. In præſenti quidē vita variant & alternant vices ſuas miſericordia & iuſtitia: Sed in morte damnatoꝝ finitur mīa & incipit iuſtitia, quę impermutabiliter cruciat & damnat. Apoc. xiiij. Aſcēdet fumus in ſecula ſeculorū. Et ideo ſumme erit miſerabilis iſta mors. quia quāto erit diuturnior, tanto recentior reputatur. Vnde ſuper eis

De miſeria mortis impiorū.

eſt dolendum/& plangendum, & maxime ſuper eis eſt dolendum/ quorum pœna non tm̃ ſemper durat,ſed ſemper vſq; ad diem iudicij augetur:ſicut vſura ſuper pignora apud Iudeos,ita pœna eorum apud dęmones. ¶ Et nota,ꝙ iſti quorum pœna ſemp augetur/ſunt etiam in quadruplici differentia. Primi ſunt qui poſt ſe malam relin quũt doctrinam:ſicut Arrius,Manichęus,& multi alij,quorum hæreſes vſq; adhuc durant. vnde quotidie pœna eorũ accidentalis augetur.Secundi ſunt,qui poſt ſe mala exempla relinquunt,ad hoc vt cæteros ad ſimilia prouocent:ſicut qui nouas & amatorias choreas nouas cantilenas,nouum abuſum veſtium,ad hoc excogitant/vt alios ad ſimilia incitent.Nota Apoca.xiiij.de Babylone,q̃ omnibus ꝑ pinabat venenum ſuæ nequitiæ & de pœna ei⁹.Tertij ſunt qui poſt ſe relinquunt hæredibus ſuis res iniuſtas,vt ex his ditenť: vt raptores,vſurarij,& ſimiles: quorum pœna creſcit in inferno q̃diu pctm̃ durat in mundo.Sapien.xiiij.Peccãtium pœna perambulat ſemper Nota ꝙ his quibus mala doctrina & exempla & res iniuſtæ derelicta ſunt,& pœna eorum qui reliquerũt/ſemper augetur in inferno: ſed maxime cum tales ad eos deſcenderint,cruciabũtur plus q̃ ſi rotarentur vel in crate cõburerentur. Mat.x.Inſurgent filij in parẽtes & morte eos afficient. ¶ Quarti quorum pœna augetur,ſunt mali conſiliarij,q iniuſta telonea,vel aduocatias inuenerunt aut exactiones.Hi damnati proferunt tres clamores lamentabiles in die iudicij Primo clamabunt a,a,a. Primum a propter peccatum cogitationis. Secundum a propter peccatum locutiõis.Tertium a propter peccatum operationis.Vel quia peccauerunt in patrem & filium & ſpũm ſanctum.Secundo clamabunt triplex væh.Primum vęh in viſione quando videbunt in quem tranſfixerunt.Secundum væh in improperatione,quãdo eis diſtrictus iudex improperabit peccata eorum dicens.Eſuriui &c.Tertium væh in maledictione,quando dicet:Ite maledicti.Tertio clamabunt,o,o,o.Primũ o/propter magnitudinẽ ſuppliciorum.Secundũ o/propter multitudinem dæmonum punientiũ Tertium o/propter diuturnitatẽ vel æternitatem pœnarũ,a quibus nos cuſtodiat IESVS Chriſtus:qd vt fiat,ſcindite corda veſtra,ſecũdum Berñ.& nõ veſtimenta veſtra:cultello cuius manubriũ erit de ligno crucis,ferrum de clauis/quibus affixus eſt dominus cruci,chalybs de lancea qua apertum eſt latus domini.

D

E

De clamoribus impiorum in die iudicij.

¶ Sermo tertius ad idem.& in numero.CC.

BEatus q intelligit ſuper egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dominus.Pſal.xl.Memoria omnium fidelium defunctorũ hac die ab Eccleſia inſtituta eſt,vt generalibus bñficijs adiuuenť,q ſpãlia nõ hñt.In verbis igiť

præmiſſis pro agentibus pie ac deuote memoriam defunctorum, duo notantur. Primo eorum meritum, ibi / Beatus qui intelligit ſup egenum & pauperem. Secundo eorum præmium, ibi / In die mala liberabit eum dominus. ¶ Libenter enim debemus impendere ſuf fragia defunctis, maxime in purgatorio exiſtentibus: quia damnatis in inferno non proſunt, & beati in cœlo non indigent. Sciendum ta mē, quia ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. Nul la oratio pro defunctis facta / eſt vacua: quia ſi ſunt in purgatorio, ꝓ deſt eis ad ſalutem: ſi ſunt in cœlo, prodeſt eis ad honorem, & ora bunt pro nobis: ſi ſunt in inferno licet non proſit eis / prodeſt tamē alijs in purgatorio degentibus, prodeſt etiam ipſi facienti ad meri

B tum. vnde orare pro mortuis ſemper eſt vtile. ¶ Circa exiſtentes er go in purgatorio, quinq; ſunt notāda. Primo qui ſunt illi qui ad pur gatorium deſcendunt. Secundo per quos purgantur. Tertio vbi pur gantur. Quarto quæ ſunt ſuffragia defunctorum. Quinto quibus hominibus cum euolant, cœlum protinus aperitur. Quātum ad pri mum ſciendum, ꝙ eorū qui purgantur, tria ſunt genera. Primi ſunt qui ſatiſfactione ſibi iniuncta nondum completa decedunt. Tamen ſi tantam cordis haberent contritionem / quæ ad delendum pecca tum ſufficeret, liberi ad vitam tranſirent, etiam ſi ſatiſfactionem nō compleuiſſent. Quia contritio maxima eſt pro peccatis ſatiſfactio, & maxima peccati deletio. Hieronymus. Apud deum non tam va let menſura temporis q̄ doloris: nec tam abſtinētia ciborum q̄ mor tificatio vitiorum. Sed qui adeo non conteruntur, & ante completio nem pœnitentiæ moriuntur, igne purgatorij grauiſſime puniuntur niſi forte eorum ſatiſfactio ab aliquibus charis ſuis perficienda aſſu matur. Ad hoc tamē ꝙ prędicta ꝯmutatio valeat, quatuor requirun tur. Primum eſt ex parte commutantis, ſcilicet eius auctoritas, quia de auctoritate ſacerdotis fieri debet. Secundum eſt ex parte illius ꝓ quo fit cōmutatio, ſcilicet eius neceſſitas: quia in tali ſtatu debet eſſe ꝙ per ſe ſatiſfacere non valeat, ſed adiuuari indigeat. Tertium eſt ex parte illius in quo fit cōmutatio, ſcilicet charitas: q̄a neceſſe eſt ipſum eſſe in charitate, qui faciat ipſam ſatiſfactionem eſſe meritoriam & ſatiſfactoriam. Quartum eſt ex parte pœnæ, ſcilicet debita propor tionalitas / ꝙ ſcilicet minor pœna commutetur in maiorē: quia plus ſatiſfacit deo pœna propria q̄ aliena. Eſt eñ triplex pœna. Prima eſt ꝓpria & voluntaria, & hæc maxime ſatiſfacit. Secūda eſt propria & non voluntaria, quæ eſt in purgatorio. Tertia eſt voluntaria & non propria, ſicut eſt in prædicta commutatione: & hęc minus ſatiſfacit q̄ prima, ex eo ꝙ non eſt propria: plus tñ q̄ ſecunda, ex eo ꝙ eſt vo lūtaria. Veruntñ ſi iſte ꝓ quo ſatiſfactio eſt aſſumpta, decedit: tūc in

Tria gene ra purgan dorum.

purgatorio cruciatur:ſed tñ per pœnã quam ipſe ſuſtinet,& quã alij
ꝓ eo ſoluunt,citius liberatur. qm̃ dñs & pœnam ſuã & pœnã illorũ
in ſortem ꝯputat. Vñ ſi debuerit ſuſtinere pœnam duorꝫ menſium/
taliter poterit adiuuari ꝙ liberabitur primo mẽſe:nunq̃ tñ inde eri-
pietur quouſq; debitum ſit ſolutum. Quo ſoluto, illud quod ſoluit
deinceps/eſt illius qui facit,& in ſinum eius conuertitur:et ſi ipſe nõ
indiget/conuertitur in ſinum eccleſiæ,vel valet alijs qui in purgato-
rio ſunt. Secundi qui ad purgatorium deſcendũt/ſunt,qui ſatiſfactio
nem iniunctam cõpleuerunt,ſed tñ illa pñia ignorantia vel negligẽ-
tia ſacerdotis ſufficiens non fuit. Hi etiam (niſi magnitudo ꝯtritiõis
ſuppleat) totũ in purgatorio ſupplebũt/quod minus in hac vita fece-
runt. Qui eñ modos & mẽſuram pc̃tõꝝ & pœnarũ nouit,addit pœ
nam ſufficientem,ne aliquod peccatum impunitum remaneat. Vñ
pœnitentia iniuncta vel eſt maior,vel ęqualis,vel minor. Si minor,
tunc illud quod reſtat ſuppletur ex virtute diuinę iuſtitię:ſi ęqualis
tunc ſufficit ad dimiſſionem totius culpæ:ſi maior,tunc iſtud quod
plus fecerunt,cedit eis in augmentum gloriæ. De his vero qui in fi
ne pœnitẽt,dicit Aug. Baptizatus ad horam ſecurus hinc exit: agẽs
pœnitentiam cũ ſanus eſt,ſecurus hinc exit:agens pœnitentiam ad
vltimum & reconciliatus,ſi ſecurus hinc exit/ego non ſum ſecurus:
ergo tene certum & dimitte incertum. Hoc autem ideo dicit Augu.
ꝙ tales conſueuerunt potius pœnitere ex neceſſitate q̃ ex volunta-
te,potius pœnæ timore q̃ gloriæ amore. Tertij qui in purgatorium
deſcendunt/ſunt,qui lignum,fœnum,ſtipulam ſecum ferunt: q cir-
ca diuitias ſuas (infra tamen deũ) carnali tenentur affectu. Affectio-
nes eñ carnales quibus deditiſunt domibus,coniugibus, poſſeſſio-
nibus:ita tñ vt nil deo præponant,illis tribus ſignantur,quibus ſecũ
dum ſuos modos amandi vel diutius vt lignum,vel minus vt fœnũ
vel minimum vt ſtipula cremabuntur. Qui ignis,vt dicit Aug. etſi
æternus non ſit,miro tamẽ modo eſt grauis:excellit eñ omnẽ pœ-
nam quam vnq̃ paſſus eſt aliquis in hac vita: nunq̃ in carne viuenti
inuenta eſt tanta pœna: licet innumerabilia paſſi ſunt martyres tor-
menta. ¶ Quantum ad ſecundum per quos purgantur, ſciendum C
ꝙ cum ibi purgetur ſcoria peccati, ſecundum quam aïa aliquo mõ
erat ſimilis diabolo, & diabolꝰ nolit ſuam ſimilitudinem delere/ſed
potius confirmare,nec vnq̃ exerceat ipſum niſi in quo ſperat habe-
re victoriam, Hinc eſt, ꝙ anima non purgatur per dæmones. Item
nec per bonos angelos:quia in egreſſu animæ a corpore aſſiſtunt ſpi
ritus boni & mali,& ſtatim fertur ſententia. Et ſi bona eſt,ꝑ miniſte-
rium boni angeli deducitur in cœlum vel ad purgatorium,quo poſt
q̃ purgata fuerit,ipſe deducet eam in cœlum. Vnde non eſt proba-

Nec dæmões/nec boni angeli, affligũt aias purgandas.

bile, ꝙ boni angeli tam grauiter affligerent conciues ſuos, ſed poti⁹ ignis per ſe qui agit vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Si autem anima eſt mala, tunc per diabolum perducitur ad infernum. Pie tamē credendum eſt, ꝙ boni angeli fratres & conciues ſuos frequenter viſitent & conſolentur, & vt patienter ſufferant exhortātur. Habēt etiam aliud conſolationis remediū, ex eo ꝙ certi futuram gloriā expectant. Habēt enī certitudinem de glīa minorem q̄ illi q ſunt in patria, ſed maiorem q̄ illi qui ſunt in via. Certitudo illoꝶ q ſunt ī patria eſt ſine expectatione & timore: quia nec illā futuram expectant, nec cū pſentem habeant illam de cętero amittere formidant. Certitudo aūt illorum qui ſunt in via, ecōtrario eſt. Sed certitudo illoꝶ qui ſunt in purgatorio, medio modo eſt. Eſt enī cū expectatione: quia ipſam futuram expectant gloriam: ſed eſt ſine timore: quia cum habeāt liberum arbitrium cōfirmatū, de cætero ſe peccare non poſſe cognoſcunt. Habent etiam conſolationem, qm̄ pro ſe fieri ſuffragia credūt

D ¶ Quantum ad tertium, vbi purgantur, ſciendum: Q; purgantur in in quodam loco iuxta infernum poſito, q Purgatorium dicitur, iuxta expoſitionem pluriū ſapientū: ſecūdū tn̄ diuinam diſpēſationē diuerſa loca diuerſis animabus aliquando deputantur. Et hoc multiplici de cauſa. ſ. aut propter eorum celeriorem liberationē, aut propter noſtram inſtructionē, aut propter culpæ in loco perpetrationē, aut propter alicuius ſancti impetrationem. Primo propter animaꝶ celeriorem liberationem, vt alijs poſſint ſuam indigentiam reuelare & habere ab eis ſuffragia, & ſic celerius de pœna exire. Sicut legitur ꝙ quidam piſcatores beati Theobaldi in autumno fruſtum magnū glaciei pro piſce prendiderunt, de qua magis q̄ de piſce gauiſi ſunt: maxime quia Eps dolore pedum laborabat, & ipſam glaciem eius pedibus ſuppoſuerunt, & magnum ei refrigerium præſtabat. Quadam aūt vice de glacie vocem hominis audiuit, qui ab Epo adiuratus quis eſſet, dixit. Sum quædam aīa, quæ in hoc gelicidio pro peccatis meis affligor, & liberari poſſem, ſi triginta miſſas diebus continuis diceres. Qui cum medietatem miſſarū dixiſſet, & ſe iam ppararet ad aliam miſſam: diabolica ſuggeſtione cōtigit, ꝙ fere omnes homines inter ſe bella mouerent, vocatus Eps ad ſedandam diſcordiā ſacras deponens veſtes, miſſam illo die intermiſit. Iterum reincipiēs & iam duas partes complens, exercitus magnus (vt videbatur) ciuitatē obſedit, & compulſus miſſam intermiſit. Deinde reincipiēs cū Colīs omnes vltima excepta dixiſſet, & vellet inchoare vltimam, tota villa ac domus Epiſcopi accenſa videbatur. Cui cum ſerui dicerēt vt miſſam intermitteret, ille dixit. Si tota villa cremari deberet, miſſam non dimitterem. Qua celebrata, glacies protinus reſoluta eſt, &

Nota ꝙ aīæ q̄nq; purgātur in alijs locis q̄ ī purgatorio.

ignis quem vidiſſe credebant, tanq̃ phantaſma receſſit, & nullum
damnum intulit. Secundo propter noſtram inſtructionem, vt.ſ.ma
gnam pœnam poſt hanc vitam infligi peccantibus cognoſcamus: ſi
cut Pariſius contigiſſe legitur. Magiſter Iſilc (vt ait Cantor Pariſien
ſis) quendam ſuum ſcholarem ſocium ęgrotantem obnixe rogauit
vt poſt mortem rediret & ſtatum ſuum nunciaret ſibi. Poſt aliquot
dies igitur ſibi apparuit cum cappa de pergameno tota ſophiſmati-
bus intus ſcripta/flamma ignis tota tecta. Qui requiſitus a magiſtro
quiſnam eſſet, ait ille. Vtiq; ſum qui ad te redire promiſi. Qui de ſta
tu ſuo requiſitus, ait. Hæc cappa ſupra me plus pŏderat & plus me
p̃mit, q̃ ſi turrim vnam ſupra me haberem: & eſt mihi data vt eam
portem pro gloria quam in ſophiſmatibus habui. Porro flā̃ma ignis
qua operta eſt, pelles ſunt delicatæ & variæ/quas ferebam, quæ vt
flamma me cruciat & exurit. Sed cũ magiſter illā pœnam facilem iu
dicaret, dixit eidem defunctus vt manum extenderet, & ſic facilita
tem ſuæ pœnæ ſentire poſſet. Cũq; manũ extendiſſet, ille guttā vnā
ſui ſudoris dimiſit, quæ p̃dicti magiſtri manum ſagitta citius perfo-
rauit, ita ꝙ cruciatũ miſerabilem ſenſit. Et ait, talis ſum tot' ignit'
Ex illius pœnæ acerbitate perterritus/ſeculum deliberauit deſerere
& religionem intrare. Vnde mane ſcholaribus congregatis, hos ver
ſus compoſuit. Linquo coax ranis, cras coruis, vanaq; vanis. Ad lo-
gicam pergo, quæ mortis non timet ergo. Et ſic ſeculum deſerens/
ad religionem confugit. Tertio propter culpæ in loco perpetratio-
nem: ſicut aliquando ſecundum Auguſtinum, animę puniuntur in
locis vbi deliquerunt: ſicut patet per illud exemplum quod recitat
Grego.in.iiij.Dial.Quidā p̃ſbyter dũ balneũ frequentaret, quendā
virũ incognitũ ad ſuũ obſequiũ p̃paratum inueniebat, qui ſemp ſibi
ſedulo miniſtrabat: qui dũ quadā die pro bn̄dictione & laboris mer-
cede quendā panē benedictũ ſibi exhiberet, ille mœrēs r̄ndit. Mihi
iſta quare das pater? panis ille ſanctus eſt, ego mādụcare nŏ poſſum
Ego aliqñ dn̄s hm̄oi loci fui, ſed ꝓ culpis meis hic poſt mortem de-
putatus ſum: ſed q̄ſo/vt oĩpotenti deo pro peccatis meis hunc panē
offeras: tunc aũt te exauditũ cognoſcas, cũ huc ad lauādũ veneris/&
me minime inueneris. Preſbyter aũt p vnā hebdomadā/ſalutarē ꝓ
eo quotidie hoſtiā obtulit, & reuerſus iā eũ minime inuenit. ¶ Quā
tũ ad quartũ q̃ ſunt ſuffragia defunctorũ/ſciendũ, Quod quatuor ſunt q̃
maxime ꝓſunt. Primũ eſt amicorꝫ oratio: qđ patet tali exēplo. Gre-
gorius dicit in quarto Dia. de Paſcaſio, qui cum vir miræ ſanctitatis
& virtutis extiterit, & duo tunc in ſummos Pontifices electi fuiſſent:
ſed tamen poſtmodum in vnum electorum illorum eccleſia conue-
niſſet, ipſe tamen Paſcaſius quaſi ex errore alium ſemper prætulit

E
De q̃tuor generibus ſuffragiorũ, q̃ ꝓſũt defunctis.

& in hac ſententia vſq; ad mortem permanſit: qui cum eſſet defunctus & dalmaticam feretro ſuperpoſitã dæmoniacus tetigiſſet, ſtatim ſanatus eſt. Poſt multũ vero tpis cũ Germanus Eps Capuanus balneum ob grãm ſanitatis petiſſet/prædictum Paſcaſium diaconũ ſtantem & obſequentem inuenit. Quo viſo vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret/requiſiuit. Qui pro nulla alia cauſa ſe in loco illo pœnali deputatum aſſeruit, niſi quia in illa tali cauſa plus iuſto ſenſit. & addidit dicens. Quæſo te, ꝓ me dñm deprecare, atq; in hoc cognoſces ꝙ exauditus ſis/ſi huc rediens me non inueneris. Qui cũ pro eo oraſſet, & illuc poſt paucos dies rediſſet, ipſum nõ inuenit. Q; gratę etiã ſint pro defunctis orationes viuoꝝ, patet ꝑ hoc exemplũ. Quidã dũ per cœmiteriũ trãſiret, ſemper pſalmũ/De profundis, dicebat: q cum ab inimicis per cœmiterium fugiens inſeq̃retur, continuo mortui ſurrexerunt, & vnuſquiſq; inſtrumentũ ſui officij in manu habẽs, ipſum viriliter defenderunt, & inimicos territos fugauerunt. Secundum eſt ieiuniorum obſeruatio, quod ſic patet. Quidam ſolennis doctor retulit, ꝙ cum q̃dam mulier viro mortuo depauperata deſperaret, apparuit ei diabolus/dicens ꝙ eam ditaret ſi ſuam voluntatem faceret: cui promittẽti primo iniunxit, vt viros eccleſiaſticos in ſuo hoſpitio receptos/faceret fornicari. Secundo ꝙ pauperes in die reciperet, in nocte vacuos expelleret. Tertio ꝙ orãtes in eccleſia garriendo impediret. Quarto ꝙ hoc nulli cõfiteri deberet. Tãdem cũ morti appropinquaſſet, & a filio ad confeſſionẽ admoneretur, illa ei aperiens factũ, dixit ſe confiteri nõ poſſe, nec ſibi aliquid valeret confeſſio. Sed cũ ille cũ lachrymis inſtaret, & pœnitẽtiã pro ea facturum promitteret, illa cõpuncta pro ſacerdote filium deſtinauit: ſed anteq̃ ſacerdos veniret, dæmones ad eam irruerunt, quorum horrore ac timore mortua eſt. Filius autẽ eius pro ea peccatum ſuum confitens, & pœnitentiam ſeptennem faciens, ipſa completa vidit matrem ei de ſua liberatione gratiam referentẽ. Valet eis etiã indulgentia. Nam quidã legatus Apſicę ſedis, quendam militẽ ſtrenuum rogauit, vt in ſeruitiũ eccleſię mi' taret/ facta indulgentia patri ſuo defuncto, qui per vnam quadrageſimam ibidem moratus eſt, qua completa pater luce clarior apparuit ei, & de ſua liberatione ei gratias egit. Tertium genus ſuffragiorum eſt ſacræ hoſtiæ immolatio. ꝙ hoc multum proſit, patet. Refert Gregorius, ꝙ cum quidã monachus ſuus nomine Iuſtus, ad extremũ veniens/ſe habere tres aureos occultos indicaſſet, & de hoc ingemiſcens/mortuus fuiſſet, præcepit Gregorius fratribus, vt corpus eius cum tribus illis aureis in ſterquilinio ſecum ſepelirent, dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditione. Tandem beatus Greg. cuidam ex fratribus pręcepit, vt

vſq; ad triginta dies omni die pro eo hoſtiã immolaret: qui cũ miſſas compleuiſſet: is qui defunctus fuerat die triceſima cuidam fratri apparuit: quem frater requiſiuit, dicens. Quomodo es? Cui ille reſpõdit. Hucuſq; male fui: ſed modo iam bene ſunt, quia hodie communionem recepi. hæc autẽ hoſtię immolatio non ſolum mortuis, ſed etiam viuis profuiſſe inuenta eſt. Quidam enim cum in quadã rupe argentum foderet, ſubito rupis cecidit, & cunctos extinxit. Vnus autem eorum ſubtus i quodam ſinu ipſius rupis mortem euaſit: inde tamẽ exire non valuit. Vxor autem illius eũ defunctum exiſtimãs: omni die pro ipſo miſſam celebrari faciebat: & panem vnum cũ candela offerebat. Cui diabolus inuidens, per tres dies cõtinuos eidem in forma humana apparuit: & quo tenderet requiſiuit. Cui cum illa ſui itineris cauſam exponeret: ille dixit. Noli fruſtra vexari: quia iam miſſa eſt celebrata: & ſic ipſa tribus diebus miſſã intermiſit: nec ipſã celebrari fecit. Quidam autem poſt hęc in prędicta rupe argentum fodiens: quandam vocem audiuit de ſubter dicentem: plane percutias: quia capiti meo imminet magn⁹ lapis. cum autem ille timens, & ad hãc vocẽ audiendam plurimos conuocaſſet: iterum fodit, & ſimilem vocem audiuit: tunc omnes propius accedentes dixerunt. Quis eſt tu? Qui reſpondit: plane faciatis: quia magnus lapis quaſi ſuper me cadit: qui a latere fodientes, & ad eum peruenıẽtes: eum ſanum & incolumẽ extraxerunt: & ſciſcitantes quomodo ibi tandiu vixiſſet. Dixit, ꝙ qualibet die panis vnus, & vrceus vini cum candela accenſa: niſi tm̃ in tribus diebus, oblatus ſibi fuerit. Quod vxor eius audiens, & vehementer exultans: agnouit, ꝙ de oblatione ſua fuerat ſuſtentatus: & ꝙ diabolus eam deceperat: ne illis tribus dieb⁹ miſſam cantari fecerit. Quartum genus ſuffragiorum eſt eleemoſynarum largitio. ꝙ multum proſit, patet exemplo tali. narrat Greg. in libro Dialo. dicens ſic. Quidam miles a corpore deductus exanimis iacuit: ſed citius rediens, quę cum eo geſta fuerãt enarrauit. Ait enĩ ꝙ pons erat ſub quo niger & caliginoſus, & fœtidus fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte amœna erãt prata odoriferis hęrbarum odoribus exornata: in quibus albatorum hoĩm conuenticula eſſe videbantur: quos mira florũ ſuauitas ſatiabat. Hæc vero erat in prędicto ponte probatio: vt quiſquis iniuſtorum vellet tranſire, in tenebroſo, fœtentiq; fluuio laberetur. Iuſti vero ſecuro greſſu ad loca amœna peruenirent: ibiq; quendam Petrum nomine poſitũ deorſum magno ferri pondere ligatum ſe vidiſſe aſſeruit: qui dum q̃reretur, cur illic eſſet: Dictum eſt: hoc idcirco patitur quia ſi quid ei ꝑ facienda vltione iubebatur: ad inferendas plagas p'us ex crudelitatis deſiderio, q̃ obedientia ſequiebat: Ibi etiam quendam peregrinũ

ſe vidiſſe fatebatur: qui ad prędictum pontem veniens cum auctori
ritate tanta tranſijt/quanta hic ſynceritate vixit. alter vero Stepha-
nus nomine/ dum tranſire voluiſſet: eius pes lapſus eſt, & ex medio
corpore iam extra pontem deiect⁹ eſt: tunc a quibuſdam teterrimis
viris ex flumine ſurgentibus per coxas deorſum: atq; a quibuſdam
albatis/& ſpecioſiſſimis viris per brachia trahi cœpit ſurſum. Cumq;
hoc luctamen fieret, is qui videbat ad corpus redijt: & quis in illo oc
culti arbitrij examine obtinnerit: ſcire non valuit. In quo datur itel-
ligi, quia in illo mala carnis cum eleemoſynarum operatione certa-
bant: quia cum per coxas deorſum, & per brachia trahebatur ſurſũ:
patet nimirum, quia & eleemoſynas amauerat: & carnis vitijs nõ p-
fecte reſtiterat. In huiuſmodi autem ſuffragijs faciendis/ecclesia cõ
ſueuit triplicem numerum dierum maxime obſeruare: ſcilicet ſepte
narium, tricenarium, & anniuerſarium. Et ratio eorum aſſignatur ĩ
libro Mitrali de officio. Agitur igitur ſeptimus dies: vt quicquid ani
ma in tribus viribus ſuis, & per quatuor qualitates corporis in fide
Trinitatis/in ſeptem diebus huius temporis contra ſeptiformẽ ſpiri
tum, quem in baptiſmo ſuſcepit/peccauit/relaxetur. Agitur etiam
triceſimus: vt quicquid homo in menſibus, in noua, vel veteri lege
deliquit/deleatur. Anniuerſarium agitur: vt quicquid contra Solem
iuſtitiæ Chriſtum/& lunam eius eccleſiam/& doctrinam Apoſtolo-
rum, qui ſunt menſes boni anni egit/remittatur. Miles quidam' vt
ait Turpinus in bello Caroli Magni, cum Mauris pugnatur⁹: roga
uit cognatum ſuum: vt ſi in bello moreretur: equum ſuum vẽderet,
& precium pauperib⁹ daret. Quo mortuo cum equus ſibi nimis pla
ceret, eum ſibi retinuit. Et poſt modicum tempus defunctus ei tãq̃
Sol fulgens/apparuit, dicens. Cognate bene per octo dies me feciſti
pati pœnas in purgatorio ꝓpter equum, cuius p̃cium/vt dixeram/
pauperibus non dediſti: ſed impune non feres. hodie enim ferẽt dæ-
mones animam tuam in infernum: & ego purgatus vado ad regnũ
dei. Et ecce ſubito in aere audit⁹ eſt clamor, velut leonum/vrſorum/
F & luporum: & ipſum de medio abſtulerunt. ¶ Proſunt autem ſuf-
Quare p̄- fragia exiſtentibus in purgatorio triplici ratione. Primo etenim ra-
ſũt ſuffra- tione vnitatis. Sunt enim vnum corpus cum illis de eccleſia militan
gia exiſtẽ- te: & ideo bona ſua debent eſſe eis communia. Secundo ratione di-
bus ĩ pur- gnitatis, qui dum adhuc viuerent/meruerunt, vt hęc ſibi prodeſſẽt:
gatorio. & iterum dignum eſt: vt qui alios iuuerunt, & ipſi ab alijs adiuuenẽ.
Tertio ratione neceſſitatis: ſunt enim i ſtatu in quo ſe iuuare nõ poſ-
ſunt. Quantum ad quintum ſciendum, q tribus generibus homi-
num cœlum protinus, cum euolant, aperitur: ſcilicet pueris baptiza
tis, martyribus, & viris perfectis: qui ſcilicet, tam perfecte ædifica-

uerunt aurum,argentum ,& lapides precioſos:id eſt,dilectionẽ dei proximi amorem,& bonam operationem: vt non cogitent placere mundo,ſed tm̃ deo:qui & ſi quandoq; venialiter peccant, feruore tamen charitatis ita in eis peccatum conſumitur:ſicut gutta aquę a camino ignis penitus abſorbetur. & ideo cremabilia nunq̃ ſecum ferunt,nec ignem purgatorij ſentiunt.quod ſignatũ eſt per illos tres quibus cœlum apertum eſt.Apertum eſt enim Chriſto baptiſato, Lucę.iiij.Ieſu bsptiſato/& orante apertum eſt cœlum. per quod ſignatur,ꝙ cœlum aperitur omnibus baptiſatis:ſiue ſint paruuli/ſiue adulti:ita ꝙ ſi decederent,protinus euolarent.baptiſmus enim virtute paſſionis Chriſti emundat ab omni peccato originali/mortali/& veniali.Secundo apertum eſt Stephano lapidato,Actuum. vij. Ecce video cœlos apertos.&c.Per quod ſignatur,ꝙ aperitur omnib⁹ martyribus:ita ꝙ ſtatim euolant/cum decedunt:& ſi aliqua cremabilia habeant , omnia falce martyrij reſecantur. Tertio apertum eſt Ioanni perfectiſſimo. Apocalypſis.iiij.Vidi & ecce oſtium apertum in cœlo perquod ſignatur, ꝙ viris perfectis/ qui totaliter pœnitentiam compleuerunt:nec venialia admiſerunt:vel ſi aliqua admittunt,a feruore charitatis protinus conſumuntur : & ipſum cœlum continuo aperitur eis,& mox in illud perpetuo regnaturi igrediuntur.

¶Ser.iiij.ad idem:& in numero. CCI.

AVdiui vocem de cœlo dicẽtem mihi.Scribe/beati mortui qui in domino moriũtur.Apocalyp.xiiij.Rumores tunc libenter audiuntur,quando ſunt boni,quando ſũt certi:quando ſunt de remotis partibus delati:& qui ſũt de amicis,& ab amicis nũciati.¶Rumores ergo quos
refert Ioannes ſunt tales.Sunt enim rumores boni: quia de noſtra A
ſalute.Sunt certi:quia a Ioanne euangeliſta fideliſſimo teſte dei.Sũt de remotis partibus:quia de cœlo.Sunt ab amicis:id eſt,ab angelis: quia Ioannes iſta reuelabat.Et ſunt de amicis:id eſt,de noſtris defunctis:de quibus certificamur.Et ideo tales rumores ſunt a nobis ſcribendi:id eſt,continue memoriæ commendandi. quia ſicut dicit Grego.Quod loquimur/tranſit:quod ſcribimus/manet.Circa vocẽ igitur,quam beatus Ioannes audiuiſſe ſe dicit/duo videnda ſũt.Primũ ẽ,vnde illa vox venit:cum dicitur,Audiui vocẽ de cœlo. Scd̃m eſt ꝑpter quid venit:vt nos circa quatuor certificaret.Prio qualis eſt hõ ex cõditione naturæ,cũ dicitur/mortui.Secũdo qualis efficit̃ ex dono gr̃ę:cũ dicit̃,q in dño moriũt̃.Tertio qualis futur⁹ ſit ex cõſũmatiõe glię:cũ dicit̃/bti.Quatto q̃liter ſe debet hr̃e i haꝝ oim ꝯtinua

B meditatione:cum dicitur,ſcribe.¶Circa primum notandum,ꝙ il-
lud quod hic dicitur,ꝙ illa vox de cœlo venit,ē nobis ad magnam
certitudinem/conſolationem/& beatitudinem.Magna enim firmi-
tas fuit teſtimonij certitudo:quia in cœlo non ſunt niſi beata Trini
tas:angeli,& ſancti. Venit igitur iſta vox a deo trino & vno: qui non
poteſt mendaciū dicere.venit ab angelis/qui nō poſſūt errare.venit
a ſanctis/qui non pñt nos decipere.Eſt etiā ad noſtram magnā con-
ſolationem.Ex hoc eñ datur intelligi,q̄ deſideranter nos i cœlo ex
pectat beata Trinitas/angeli/& ſancti. Angeli quidem propter nu-
meri ſui perfectionem.Beati propter ſuam cōſummationem/& cor
porum reſumptionem.Beata Trinitas propter ſuæ laudis totalem
impletionem.ipſa etiam inferior creatura propter ſuā innouationē.
Iſta quatuor tangit Berñ.ſup Canti.dicēs. Nōne de ſtatu & conuer-
ſatione eccleſię finis oīm dependet:tolle hāc,& fruſtra creatura in-
ferior filiorum dei reuelationem expectabit.Sed & ipſa angelorum
ſocietas/ꝑpter ſui numeri impletionē claudicabit:nec ciuitas dei ſū-
mi integritate gaudebit:cęterū putas dñm habiturū totā gloriā ſuæ
laudis,donec ipſi in cōſpectu angelorū pſallāt ei.Eſt etiā hoc ad no
ſtrā magnā beatitudinē:p cœlū eñ intelligit altitudo Trinitatis.Siq
dem pater dat ſuā vocē:id eſt,teſtimoniū:ꝙ nos expectat tanq̄ ſuos
hęredes. Filius qui nos expectat tanq̄ ſuos fratres.Spūſſanctus/qui
nos expectat tanq̄ ſuos patris,& filij perpetuos amatores. Vnde di-
cit Berñ.Magnum profecto p̄conium habituri ſūt:quos pater i cœ-
lo tanq̄ hęredes ſuſpicit:filius tanq̄ fratres cohęredes:ſpirituſſanct⁹
tanq̄ amatores.Neq; indignum eſt deo illorum fieri patrem:quorū
Chriſtus ſe fecerat fratrem:& quos ſpirituſſanctus adhęrentes deo
C vnum ſpiritum fecerit eſſe cum eo.¶Secundo videndum eſt, pro
pter quid hęc vox venit.Venit eñ primo/vt nos erudiret qualis ho
mo eſt ex cōditione naturæ:quia ſcilicet mortalis & moriturus: qđ
notatur,cum dicitur/mortui.Iſta enim lex mortis vniuerſum gen⁹
humanum occupauit:in longitudine/latitudine/ſublimitate/& i ꝓ-
fundo.In longitudine quidem:quia vſq; ad finem mundi durabit.
Tunc autem ipſa mors penitus deſtruetur:j.Corinthio.quidecimo.
Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors.tunc omnis virt⁹ & po
tentia ab ea auferetur.ibidē. Vbi eſt mors victoria tua:vbi eſt mors
ſtimulus tuus.tunc ipſa totaliter in infernum proijcietur,Eſa.xxv.
Pręcipitabit dominus mortem ſempiternam. In latitudine vero:
quia per totum mundum a paruo vſq; ad magnum:ab infante vſq;
ad adoleſcentem/vel ſenem:a diuite vſq; ad pauperem ſe extendit
Roma.v.Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum i-
trauit,& p pctm̄ mors: ita in oēs hoies mors ptrāſijt:in quo oēs pec

cauerunt. In altitudine autem, quia vſq; ad altiſſimum filium ſe erexit. Ro.v. Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt. In profundo, quia etiam vſq; ad illum qui ẽ in matris vtero ſe immergit. Ozee.ix. Interficiam amãtiſſima vteri eorum. Secundo dicit qualis homo efficitur ex dono gratiæ, cum dicitur. qui in domino moriuntur. Quidam moriũtur ſine domino: quidam extra dominum: quidam pro domino: quidam cũ domino.
¶ Et ad intelligendũ hoc, nota ꝙ ſecũdũ Aug. quintuplex ẽ mors: D
ſcilicet culpę, gehennę, naturę, peccati, & mundi. Mors culpę, eſt qñ Nota quĩ
anĩa ſeparatur a deo, qui eſt vita: tales ſunt mortui ſine dño: quia per tuplex ge
peccatũ ſeparantur ab ipſo. Eſa.lix. Iniquitates noſtrę diuiſerunt in n' mortis
ter nos, & deum noſtrũ. Sapientię.j. Cogitationes peruerſę ſeparãt a deo. De talibus qui ſunt mortui ſine domino dicitur, Ephe.ij. Eritis ſine Chriſto, & dño in hoc mũdo. Secunda eſt mors gehẽnę. de qua dicitur in Pſal. Mors peccatorum peſſima. de qua etiam dicitur Apoca.ij. Qui vicerit non lędet a morte ſecũda: id eſt a morte ęterna: quę dicitur ſecunda reſpectu pręcedentis culpę: ſicut effectus reſpectu cauſę: quia hęc ab illa naſcitur, tales moriuntur extra dñm. Quia licet primi (de quibus ſupradictum eſt) moriãtur ſine domio, tamen non extra dominum: quia per pœnitentiam poſſũt redire ad dominum. Ideo per ſecundã mortẽ extra portas cœleſtis Hieruſalẽ proijcientur: & quaſi putridi aſini in ſterquilinium inferni iactabũt. Hiere.xxij. Sepultura aſini ſepelietur putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalem. Tertia ẽ mors naturę. de qua dicitur Sapiẽtię.j. Deus mortem non fecit. Impij em̃ id eſt, Adã & Eua, mortem acquiſierunt manibus, manus ipſas ad pomum vetitum porrigẽdo: & verbis ſerpentis indebitis reſpondendo. Iſtã mortem naturę ſancti martyres libenter pro Chriſto paſſi fuerũt. Vñ dicit de quodã.ij. Maccabęo.vj. Ille glorioſiſſimã mortẽ magis q̃ odibilem vitam amplectens, voluntarie pręibat ad ſuppliciũ. Tales moriuntur ꝓ dño.i. ꝓ fide & ꝓ noĩe dñi. vt ſicut mortuus eſt ꝓ ipſis: ita & ipſi moriunt ꝓ eo, dicentes cũ Propheta. Quid retribuã dño, ꝓ oĩbus q̃ retribuit mihi. Calicẽ ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Quarta mors ẽ, qua quis moritur pctõ. de qua dicitur Roma.vj. Qui enim mortui ſumus peccato, qũo adhuc viuemus in illo. Tales moriunt i dño, dicentes cũ propheta. Quoniã ꝑpter te mortificamur tota die. Quinta eſt mors, qua quis morit mundo: ſicut viri religioſi, qui dicunt cũ Apoſtolo. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. de quibus Coloſ.iij. Mortui em̃ eſtis: & vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in deo. ¶ Tertio oſtẽdit qualis hõ ſit futurus ex collatione glorię, cũ E
dicit, beati. Ipſi em̃ mõ ſunt beati vna ſtola beatitudinis.ſ. felicitate

animæ & corporis claritate. Valet quidem animæ diligenti deum corpus ſuum ſanum, valet infirmum, valet mortuum, valet ſuſcitatum. Sanum quidem valet ad fructum pœnitentiæ: infirmum ad meritum patientiæ: mortuum ad deſiderium gloriæ perficiendę: reſuſcitatum ad conſũmationem gloriæ iam perfectę. Merito igitur ſecundũ Bern. ſine corpore anima non vult perfici: quia in oĩ ſtatu pōt
D ¶ Secundum in nuptijs ipſas nuptias celebrando cum timore dñi, Tobię. ix. Acceſſerunt ad conuiuium, ſed & cum timore domini cõuiuium nuptiarum exercebant: ſicut etiam angelus domini docuit, Tob. vj. Qui ita coniugia ſuſcipiunt. &c. Sequitur: accipe virginem cum timore dei: amore filiorum magis q̃ libidine duct⁹. Nota ꝙ cũ timore domini nuptię debent celebrari: non cum ludis inhoneſtis, & cantilenis, vt faciunt nunc multi viri: non cum ſortilegijs & incantatoribus, vt faciunt multę fœminæ: ſed deberent potius iuitare pauperes & bonos: vt legiť Ioã. ij. Et erat ibi mater Ieſu. Vocatus eſt autem & Ieſus. &c. ibi eſſe deberent pauperes: vt intercederẽt. ꝙ Chriſtus mutaret aquam in vinum: id eſt vitam hanc inſipidam in cœleſtem lętitiam. ſed heu totum fit contrarium: quia nec dominus/ nec ſancti vocantur ad nuptias multorum, niſi inquantum non poſſunt dimittere præ pudore: ſed ſunt ibi hiſtriones & luſores. nec ad benedictionem accipiendam a ſacerdote, ſecundum ꝙ pręceptum eſt, ſe

E diſponunt. ¶ Nam quadruplicem nubentium inſtituit dominus benedictionem, ad quatuor bona impetrãda quæ nubentibus ſunt valde neceſſaria. Quæ ſunt, munditia, proles, concordia, vita. Et quia benedictionem ad huiuſmodi nõ percipiunt, ſi aliquod illorum defuerit/imputent ſibi: immo quod plus eſt, quidam eorũ nec audiunt miſſam, ſed cantant eis/& benedicunt hiſtriones ſacerdotes Baal .i. diaboli præueniunt, comitantur, & ſequuntur loco ſacerdotum ſup bedelles ſiue inteſtina arietis cãtant eis miſſas, & faciunt truſas/ clamando ac ſaltãdo, & loco Chriſti/& pauperum/ioculatores viles tollunt bonas veſtes ab his quos deludunt, & familia dei & paupes & boni, qui ſunt fratres & ſorores Chriſti, nudi ſtãt & famelici, nec mi-

caſhabere poſſunt de menſa:cum canes integros tollunt panes: & cum tollunt/rident:pauperes vero & Lazarum deridẽt.Et ideo minatur eis dñs,Eſa.v.Cithara,& lyra,& tympana,& tibia,& vinum i conuiuijs veſtris:& op⁹ dñi non reſpicitis.&c. Propterea.&c. Nota ibi minatur ipſis famẽ,ſitim,captiuitatẽ.&c.quia opus dñi:id eſt,ſacramentũ nuptiarum,ad qd factũ ſit,nõ reſpiciũt. Et opera manuũ eius:id eſt,ad pauperes:quia ad hoc inſtitutæ ſunt/ vt pauperes ibi paſcantur,Lucę.xiiij.Cum facis cõuiuiũ/voca pauperes & debiles: imo compelle intrare,vt fecit dominus:& expelle diabolos, ribaldos,hiſtriones, & tibicines.Sed heu totum fit contrarium.vñ ſæpe conuertuntur eis in luctum.j.Maccabęo.ix.Conuerſę ſunt nuptię i luctum,& vox muſicorũ in lamentum.Similiter eſſe debent cum timore dei in lecto vbi ſoli ſũt.Et eſſet eis vtile facere,ſicut Raphael docuit iuuenem Tobiam,Tobię.vj.Tu autem cum acceperis eam ingreſſus in cubiculum per tres noctes continens eſto ab ea:& ad nihil aliud/niſi orationibus vacabis cum ea.Trãſacta autem tertia nocte accipe virginem cum timore dei,amore filiorum magis q̃ libidine ductus:vt in ſemine Abrahę benedictionem in filijs cõſequaris: quod & fecit.vñ dixit ca.viij.Surge Sarra/& deprecemur dñm. &c. Et poſt,filij ſanctorum ſumus. &c.Sic & nunc facere deberẽt. Et cũ orarent,apprehendit Raphael dęmoniũ.&c.Videtur ex hoc ꝙ nõ ẽ ligatus dæmon quo ad multos:qui male nuptias inchoant, & male continuãt.Quia ſemper ſunt in rixa & dolore,& male conſũmãt inordinate/& damnabiliter viuentes:credentes eis licere quę non licent:pro quibus quandoq; durius damnantur(licet neſciant) q̃ publice fornicantes.¶Tertio ergo vidẽdum qualiter poſt nuptias viuere debeant vſq; ad mortem:& qualiter regulam matrimonij conſeruare debent. F Hæc autem regula tria habet capitula principalia: q̃ quilibet profitens religionem diſtricte promittit obſeruare: & eadẽ in ordine matrimonij ſunt obſeruanda:qui ordo fuit prim⁹ omniũ ordinum:quę quodammodo in manu preſbyteri ſe ſeruare promittit:vt monachus in manu abbatis:licet nõ ita perfecte.Et ſi hęc/vel hunc ordinem non ſeruat:deteſtabilis eſt,vt monachorum apoſtata.Et de illo ordine nõ licet exire illo modo:vt,nec monacho de ſuo dum viuit,niſi ad altiorem:& hoc cum multo conſilio. Hæc tria ſũt obedientia,paupertas,& caſtitas:quæ tria religioſi promittunt ſtrictiſſime ſeruare,& perfectiſſime.Et ordo cõiugatorum tenetur ſeruare:licet non ita perfecte. Primum eſt obedientia. Hãc religioſi tã perfecte/& tam diſtricte ſeruare tenentur:vt in omnibus obediant, quæ non ſunt contra deum/vel animam.Coniugati ſimiliter ꝓmittunt obedientiam,licet non ita diſtrictã:ſed talem ꝙ ab ipſo die quo

Nota tria religionis vota debet obſeruare cõiugat⁹:& ſi

nō ęq̄ſtri- ſe matrimonialiter copulant, quo ad carnalem copulam: neuter po
cte, vt reli teſtatē ſui corporis habet: vt dicitur. j. Corin. vj Mulier poteſtatē ſui
gioſus. corporis non habet: ſed vir, & econuerſo. Gloſſa. in hoc pares ſunt vir, & mulier inuicem ſibi debitores: ſcilicet in hac cauſa: ne peccandi daretur occaſio. In alijs vero p̄eſt vir. hucuſq; gloſſa. Siue in menſa, ſiue in via, ſiue in cæteris temporalibus matrimonio conuenientibus. Et ideo poſt copulam longo ligamine pepli circa collum, & circa ſenſus, qui in capite ſunt, fœmina ligatur prius capite nuda: vt in hoc oſtendatur, q̄ quaſi ligatam poteſt eam ducere ad partes longinquas, ſi ſibi videtur expedire. Et cū ei dicit tacendū taceat: & huiuſmodi. Nec fœminę videaẽ hoc graue: quanto em̄ hic magis ſupprimitur: tanto in cœlo altius ſubleuabitur, Heſter. j. Cunctę vxores deferant maritis ſuis honorem. Secundū eſt renunciatio propriorū: vt in ſingulari nihil habeāt, ſed in communi. Sed ī ordine matrimonij rerum illarū quas habent, vel comportauerunt, non debet alter alterum defraudare: quia communia ſunt, excepto q̄ maritus eſt amminiſtrator: quaſi Abbas, & quaſi dominus rerum. ita tamen q̄ nō poteſt dotem vxoris ea nolente, vel volente alienare: ſed jeam debet ex illa paſcere: & poſt mortem eius ipſa debet ex ſua ſuſtentari. Ecōuerſo mulieres debent veſtiri & ornari: ne mariti auariores fiant, & male res acquirant. aliter peccant: ſicut & viri qui male & inutiliter conſumunt. ambo autem eleemoſynas dare debent, Iaco. j Religio mūda & immaculata. &c. Vxor tñ eo mō eleemoſynā dare debet: quo ī Summis diſtiguitur. Tertium quod promittunt religioſi, eſt perfecta caſtitas. Coniugati vero duplicem caſtitatem vouent. Prima eſt ne adulterentur. Secunda eſt, ne inter ſe in lecto ſint nimis diſſoluti & liberi: vt quidam heu ſunt. Hieronymus. Nihil fœtidius q̄ vxorē diligere, vt adulteram. Dicit aliquis. Non poſſum facere de meo qđ volo? Reſponſio: licet poſſis non tamen debes: poſſes te proprio gladio interficere, nō tamē debes. Si videres clericum/ vel ſacerdotem miſſam peruerſo modo celebrare, & alia ſacramēta miniſtrare: tu & om̄s ipſū morti adiudicaretis, vt hęreticū. Itē ſi videres religioſum facere contra honeſtatem ſui ordinis, ip̄m cōdēnares: teipſum non cōdēnas: nec reprehendis, qui ſacramentū matrimonij pluries dehoneſtaſti: & multa indecentia in ordine tuo feciſti. & talia nūq̄ pure & nude confiteriẽ. Sed dices quomodo viuam? Reſpondit Paulus Hebręo. vlti. Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Serua
G ergo ordinē tuū: quia deo reddes rationem. ¶ Secundus ordo, eſt ſāctior primo alijs paribus: ſcilicet viduitatis: in quo eſt quę vidua eſt in corpore & mente: & tales vere ſunt honorādę. j. Timo. v. Viduas honora quę vere viduę ſunt. Nā illis debeẽ in cœlo merces fructus

tricesſimus.in cœlo enim non dico ꝙ in duplo plus habeant de pre
mio ſubſtantiali.fructus enim non eſt premiũ ſubſtantiale,ſed poti⁹
accidentale:ſiue quędam refectio dulcedinis caſtitatis:qua non refi
citur vidua illa quę contubernium viri deſiderat. Et ideo illa vidua
q̃ non proponit manere in viduitate:nõ habebit fructũ ſexageſimũ
in futuro:quia non eſt de illis quas Paulus vere viduas dicit. hæ eñ
multam gratiam habebũt:quarum vna fuit beata Helizabeth. Ter
tius eſt ordo ſanctiſſimus:ſcilicet Virginum,qui dicitur ordo beatæ
Mariæ Virginis:& eſt inter alios ordines ſupremus, ſicut dies do
minicus inter alios dies.ideo in omni ſexu & gradu pudicitia obti
net principatum.

De ſancto Clemente Ser.vnicus: & in numero. CCVIII.

AGnus ſtabat ſupra montem Sion. Apoca.xiiij. Quia
de beato Clemente legiť & cantatur,ꝙ ipſe vidit ſu
pra montem agnum ſtantem, de ſub cuius pede fõs
viuus emanabat. Ideo verba pręmiſſa conuenien A
ter poſſint accipi de ſãcto Clemẽte:qui etiã moraliter
aſſimilať agno ꝓpter magnã eius mã uetudinẽ. Legiť eñ in legẽda
ſua,ꝙ cũ eſſet Romanus põtifex,tãta virtutũ pfectione & mãſuetu
dine ꝑpollebat:ꝙ Chriſtianis,Iudęis,ac Gẽtib⁹ cõplacebat. Et ideo
ad eius ꝑconiũ cõuenięter aſſumitur p̃ſens verbũ,qđ ſpũaliter intel
lectũ,ipſũ quãtũ ad duo ſpãliter reddit cõmẽdabilẽ.ſ.quo ad priuile
giũ pfectionis in forma morali. Et quo ad faſtigiũ p̃lationis i cura pa
ſtorali. Primũ notať ſub metaphora agni. Secũdum ſub metaphora
ſtantis. Bñ igiť Clemẽs quaſi agnus.ſ.ſanctitate & pfectione,ſtabat
ſupra montẽ.i.eccleſiã dignitate & p̃latione. Circa primũ nota,ꝙ p
agnũ recte beati Clemẽtis pfectio deſignať. Eſt eñ agnus pecus ino
cens,patiẽs,humile,& vtile. Primũ patet,quia viuit ſine offẽſione.
Secundũ patet,quia cęditur ſine recalcitratione. Tertiũ patet.q͂a ca
pitur ſine reclamatione. Quartũ patet,quia pollet multorũ fructuũ
accõmodatione. Nam ei⁹ carnes valent ad nutriendũ,pili,ad veſti
mentum,pelles,ad ſcripturã,fimus,ad agriculturam. Sic beatus Cle
mẽs fuit innocens & ſpecioſus in ſua conuerſatione.patiẽs & virtuo
ſus in perſecutione & paſſiõe.humilis & gratioſus i operatione.vti
lis & fructuoſus in miraculorũ operatione. Nec mirũ:quia innocen
tia declinat malũ culpę.patiẽtia malũ pœnę.prędicatio & miraculo
rũ operatio ſuperat malũ pugnę. Quia per iſta duo maxime expu
gnať aduerſarius. Primũ patet i legẽda ſua:quia ſua magnitudine &
innocẽtia oib⁹ cõplacebat. Secundum etiã diciť ibidem,q̃ſo fuit pro
pter Chriſtum gaudenter in exilium relegatus,& ad martyriũ con

demnatus. Tertium patet: quia dicitur ibidem, ꝙ ad doctrinam ei⁹ vna die quingenti baptiſati ſunt. Quartum patet in cęcorum & ifirmorum ſanatione. in populi ſitientis potatione. in corporis eius mira collocatione. in maris quolibet ãno in die obit⁹ ſui retrogradatione. in pueri mortui ſuſcitatione. Et ideo de ipſo poteſt exponi illud Leui. xxij. Cędetur agnus immaculatus. Fuit enim beatus Clemẽs agnus immaculatus in conuerſatione. cęſus ĩ perſecutione & paſſione. datur in holocauſtum per miraculorum operationem. offertur cum eo in ſacramẽto: quia multa ſibi merita accumulauit per doctri
B nam & prędicationem. ¶ Circa ſecundum nota, ꝙ per montẽ recte etiam deſignatur. Eſt enim in monte aqua purior, aer ſalubrior, aura ſerenior, fructus ſapidior. Et hoc propter fęcis impermixtionẽ, ventorum diſcurſionem, nubium & vaporum diſperſionem. humorum ex quo fructus nutritur, ſubtiliationẽ. Sic in ſãcta matre Eccl'ia ſẽp fuit, & eſt puritas doctrinæ, ſanitas medicinę: ſcilicet in ſacramẽtis, ſerenitas conſcientiæ, ſuauitas gratiæ, & continuę influentiæ.

¶ De ſancta Catarina Ser. j.
& in numero. CCIX.

SVrge, ꝑpera amica mea, colũba mea, ſpecioſa mea, & veni. Canti. ij. In his verbis ſponſã ſanctã Catarinã alloq̃ quo ad duo. ſ. quo ad ei⁹ ꝯmẽdationẽ, & quo
A ad eius ãmonitionẽ. ¶ Ponuntur enĩ hęc tria verba cõmendationis: quibus reſpondẽt tria verba ãmonitionis: reddendo ſingula ſingulis. Commendat eã tripliciter: quia dicit eã ſuam amicam, columbam, & ſpecioſam. Et ammonet eam de tribus: ſcilicet ſurgere, properare, & venire: quaſi dicat. redde ſingula ſingulis. Surge amica mea: propera columba mea: & veni ſpecioſa. Adiungitur autem commendatio ammonitioni: vt facilius acquieſcat. nam facilius aliquid facimus: ſi laudes magnas anteq̃ facere iubeamur audimus. Exemplum ad hoc, Lucæ. xv. Vbi cum pater familias rogaret filium ſuum ſeniorem: vt ad conuiuium ſuum itroiret, quod filio prodigo reuertenti factum fuerat audiuit. Fili tu ſemper mecum es: & oĩa mea tua ſũt. dicit Greg. Filiũ laudauit, vt ei facilius acquieſceret. Hęc igitur tria reſpiciunt triplicẽ ſtatum beatę Catarinę. Primũ reſpicit eius ingreſſum generoſum. Secũdũ ei⁹ ꝓgreſſum fructuoſum. Tertium eius egreſſum gaudioſum. Quantũ ad primum dicit. Surge amica mea. Cui alludit illud quod de ea cantatur. Surge Virgo. &c. Adapta. Reſpiciunt autem hæc duo verba, quorum vnũ eſt ammonitoriũ, aliud commẽdatorium eius egreſſũ
B generoſum. ¶ Ad cuius euidentiam eſt ſciẽdum, ꝙ hęc Virgo ante ſui ingreſſũ in hanc vitã erat in ęternitate apud deum ĩ verbo æter-

no. Et hoc tripliciter:ſcilicet in potẽtia actiua verbi:ſua ſimilitudine exemplari,& veritate eſſendi. Primum patet per hoc ꝙ cum verbũ ſit potentia operatiua patris:& ars patris plena omnium rationũ viuentium:ſecundum Augu.vj de Trinitate. In ipſo erant cẽs creaturę,vt ratione exẽplari:inter quas. B.Catarina reſpectu ſingularis diuinę amicitię pręfulgebat.iuxta illud Hiere.xxxj. In charitate perpetua dilexi te.&c. Secũdum patet ex hoc ꝙ creaturę ab ęterno habebant ſuam ſimilitudinem,ſiue Ideam in verbo. Ex quarum proſpectu ipſum verbum affluentiſſime iocundabatur. Exemplum de ſubtili artifice,qui delectatur in perſpiciendo formas/ſeu exemplaria artis in mente ſua. Et ipſę creaturę,vt ſic habent eſſe in verbo/cũ ipſo delitioſiſſime iocundantur. In quo tripudio beata Catarina ſingulari delectarione ludebat. vnde ſibi competit dicere illud Sapientiæ. Delectabar per ſingulos dies:id eſt,in æternitate/ludens coram eo omni tempore. Tertium patet per hoc ꝙ creaturæ habent verius eſſe in verbo,q̃ in ſeipſis:& hoc veritate rei. Et quia ſecundum talem ſtatum/beata Catarina erat ſumme vnita verbo:imo idem eſſentialiter cum verbo:ideo ſponſus pro illo ſtatu eam commendãs/vocat eam amicam. Quia etiam ſecundum talem ſtatum,ſiue ſecũdum tale eſſe habuit ſummam quietem,pro quanto non habuit ꝓpriam operationem,aliam ab operatione verbi:ideo ſponſus velut a tanta quiete eam excitans ãmonet ad ſurgendum/ dicens. Surge amica mea,quaſi diceret ſponſus. O Catarina ſponſa mea quã mihi æternaliter vnitã:perpetua charitate dilexi te. & ideo amica mea ſurge a quiete æternæ vocationis ad eſſe proprię ſubſiſtentiæ, & limitatę perfectionis. De hoc poteſt exponi illud Sapien. In omnibꝰ requiem quęſiui.&c Requies in omnibꝰ nuſq̃ eſſe poteſt:niſi i verbo in quo ſunt omnia. Nam extra verbum/quanto quis ſe pluribus inuoluit:tanto plus de inquietudine inuenit . Omnia igitur extra verbum non pręſtant requiem:ſed magis afflictionem. Vidi/ inquit Sapiens) cuncta quæ fiebant ſub Sole. Hoc etiam verbum eſt hęreditas patris. vnde dicit. Et i hæreditate domini morabor. Vnde p̃s. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum:ecce hęreditas domini/filij merces fructus ventris. Expone.& quia ſponſus a tanta quiete eã i tempore vocauit:ideo ſubdit. Tũc enim in tempore pręcepit:& dixit mihi creator omnium. Verbo enim eodem quo ab æterno dicta ſunt omnia/dicta eſt hęc Virgo in tempore:& ad hãc lucem ꝓducta. Dixit eñ deus & facta ſũt. Et quia hęc Virgo in verbo regeuerat ęternaliter:ideo quadam amicitię viciſſitudine in ea requieſcere voluit per gratiã internaliter. vnde ſubdit. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Dicit ergo. ſurge amica mea. ¶ Secũdũ reſpicit eiꝰ

Eccleſia. xxiiij.

C

ꝑgreſſũ fructuoſum, cum dicit. Propera columba mea. Colũba em̃ eſt auis fœcunda: ſic Catarina in doctrina/ & in exemplari vita. Exẽplum quõ cõuertit quinquaginta oratores, reginã, Porphyriũ cũ ducentis militibus. Et quãto colũba pennoſior/ tãto fœcũdior. vnde colũbæ habentes pedes pennatos fere pullificant omni mẽſe. Sic licet omnis doctrina ſit fœcunda, multo tñ amplius illa q̃ ex cõtẽplatiõe ꝓcedit: & hoc ſignificatur per pennas: ſic Catarina. Item columba ẽ ſocietatis amica. ſic Catarina magnã ſocietatẽ in martyrio ſibi attraxit. Item columba ſanguinẽ habet medicinalẽ. Dicit em̃, ꝙ ſanguis eiuſdem ſub dextra ala extractus, & calidus oculis inſtillatus dolorẽ mitigat: & ſanat ophthalmiã oculorũ. Sic beata Catarina per ſãguinem paſſionis ſuæ, ſanat languores cordium & corporum. Nec videtur hoc mirum: quia & hoc faciunt liquores de membris ſuis manantes. De pluribus alijs proprietatibus columbę proſequere quantum vis. Vnde Canti. vj. Vna eſt columba mea. &c. Dicit ergo ſponſus. Propera columba mea. propera inquam ad ſpirituale exercitiũ. ꝓpera de virtute in virtutem. propera de actione in contemplationem, & econuerſo. Tertium reſpicit egreſſum eius gaudioſum, cum dicitur. Veni formoſa mea. Ipſa enim in hora exitus animę a corpore/ a ſponſo ſuo audiuit. Veni dilecta mea.

¶ Ser. ij. Ad idem: & in numero. CCX.

SVſpice cœlum, & numera ſtellas/ ſi potes. Geñ. xv. In his verbis pręclara Virgo Catarina attollit a duobus: ſcilicet a cœleſtis conuerſationis incomparabili claritate, ibi: Suſpice cœlum. A virtuoſę operationis innumerabili varietate: et numera ſtellas/ ſi potes.

A Catarina comparat coelo.

¶ Quãtum ad primum beata Catarina comparatur cœlo propter tria hincinde recepta. Cœlũ em̃ habet i motu regularitatẽ, in ſubſtãtia puritatem: quia non recipit peregrinas impreſſiones: in continẽtia diuinam maieſtatem: quia ſecũdũ Philoſophũ/ eſt locus dei. Motus cœli regularitas circa centrum/ ſignificat mentis regularẽ cõſtantiã circa fidei Chriſtianę ſimplicitatem: & diuinæ voluntatis vniformitatem. a qua nec minimo ictu auelli poterat, nec ꝑ blãdicias, nec per minas & ſupplicia. vt patet in eius legenda. Sicut cœlum per totã poteſtatẽ mundanã nõ poſſet a regularitate ſui motus: nec i pũcto refrangi/ & exorbitari. Dic hiſtoriã de blãdicijs Maxentij: de ſtatua & imagine ſua exigenda: & de ſupplicijs: puta incarceratiõe, flagellatione, rotatiõe, & decollatione. In omnibus his beata Catarina nũq̃ in minimo puncto deflecti potuit a regularitate conformitatis, voluntatis diuinę, & fidei ſimplicitate. Non ſic qui ex facili impulſu tre

bulationis,vel temptationis diſturbãtur. vñ Catarina dicere potuit illud Eccle.xxiiij.Gyrum cœli circuiui per regularem motum affe-ctionum ſecundum conformitatem diuinã.& hoc ſola/per excluſio nẽ,& cõtemptum omnium terrenorũ a ſingularitate diuini amoris mentem diſtrahentiũ.& in fluctibus maris ambulaui per amarę paſ ſionis voluntariam tolerantiam:& hoc quãtũ ad merita.& in omni gente & populo primatũ tenui:quantum ad fidelium communiter omniũ ſingularẽ ad eã deuotionẽ,& reuerentiã habentium.&c.& ſu pborũ colla calcaui,quantũ ad glorioſi martyrij ſui victoriã atq; pal-mã.¶Secũdo cœlũ quãtũ ad ſubſtãtiã habet puritatẽ,cũ ſit corpus quintę eſſentię:nõ recipiens peregrinas impreſſiones. Et ſignificat beatę Catarinę omnimodã puritatẽ caſtitatis virginalis. Peregrinę enĩ impreſſiones ſunt illę q̃ nõ conueniũt virginitati:ſiue mentis quã-tum ad cogitationum impreſſiones:ſiue in corpore quãtũ ad dãno-ſas carnis cõmotiones,vel etiã corruptiones:quas ſancta Virgo ſibi reputat totaliter peregrinas & alienas.Sic Catarina,imitãtũ etiam q̃ ratione ſui virtuoſi habitus oĩmodę caſtitatis:quaſi in rectitudinem originalis innocentię videbaẽ reducta:& imago mẽtis ſuæ in ipſam primam puritatẽ & pulchritudinẽ reſtituta:& diuina claritate(quan-tum poſſibilitas vię patitur)fuit omnimode conformata. Vñ ipſa fuit iſta mulier amicta Sole diuinę claritatis,habens lunã trãſitoriã mo bilitatis ſub pedibus eius,Apoca.xij.Nõ ſic virgines illę fatuę,quæ peregrinas impreſſiones tã faciliter admittunt.Vñ de ipſa poteſt di-ci illud Gen.j.Vocauit deus firmamentum cœlum.expone.Et tan tam ſuam puritatem prę alijs virginibus dñs duplici notabili ſigno comprobauit.Primum:q̃ in ſua decollatione lac pro ſãguine ema-nauit,in ſignum nitoris ſingularis caſtitatis/per excluſionẽ oĩs car-nalis concupiſcentię/quę eſt ex ſanguine.Secundũ:q̃ ipſũ corpus ſanctiſſimum angelicis manibus voluit ſepeliri,in ſignum q̃ indignũ erat illud corp⁹ humanis manibus attrectari:quod ab oĩ cõtactu hu manę contagionis totaliter fuerat alienũ.¶Tertio cœlũ dicit cœlo cus dei.Sic beata Catarina fuit habitaculũ deitatis:imago totius Tri-nitatis.Nam pater inhabitauit eius memoriã,m/ſui pręſentiã ſibi iu-giter exhibendo:& ipſam totã per ſuã potentiã in ſe trãſformãdo: vt dicere poſſet cum Apoſtolo.Omnia poſſum in eo qui me confortat. Filius inhabitauit intelligentiã/ipſam lumine ſapientię illuſtrando. ita vt contra omnes mundi ſapientes validiſſime diſputaret:& quin quaginta oratores ad fidem conuerteret:ipſoſq; martyres Chriſti ef ficeret.Spirituſſanctus inhabitauit concupiſcibilem/ ipſam donorũ & virtutum chariſmatibus dulciter fœcũdãdo. Vnde de ea exponi põt illud Pſal.Etenim cœli diſtillauerunt a facie dei Sinai.&c. Ada-

B

C

pta.Quomodo cœli ſũt tres vires mẽtis per inhabitationem Trini-
tatis:ideo dicitur cœli pluraliter. Iſti cœli diſtillauerunt actus virtu-
tum,& donorum beatitudinum,& fructuum quantum ad merita.
Et nũc diſtillant nobis ex redundãtia multimodam gratiã:& ſpecia-
liter eam deuote inuocantibus diſtillat i omnibus neceſſarijs ſuis cõ
ſolationem & gratiã:in cuius ſignũ ipſius corp⁹ ſanctiſſimũ diſtillat
plurimam humorum affluentiam. Et hoc totum eſt a facie dei ipſã
per ſui pręſentiam iugiter inhabitantis. Et ideo ſignanter dicit: de⁹
Sinai,quem montem deus ſua perſonali præſentia conſecrauit. Et
in ſignum eiuſdem iugis inhabitationis eandem tibi ſepeliri voluit.

D ¶Secundo commendatur:a virtuoſę operationis innumerabili va-
rietate. Et numera ſtellas. Stellę ſunt virtutes in eius pectore fulgen
tes:quæ fuerunt innumerabiles:quod proba per inductionem i om̃i
bus virtutibus:in cuius ſignum eam deus omnibus ſpecialibus inſi
gnijs ſingulorum ſanctorum vnice ditauit:& in ea omnes in ſimul
aggregauit. Paulo fluxit lac pro ſãguine.de tumba Nicolai emanat
oleum. Corpus Pauli primi ęremitæ a leonibus ſepultum. Clemens
in mari manibus angelicis eſt ſepultus. Agatha i carcere a Petro eſt
ſalutata,& vulnera eius ſanata. Barbara & Dorothea i petitione pro
omnibus memoriam earum habentibus ſunt exaudita.hæc omnia
ſimul fuerunt in ſancta Catarina. Et patent ex legenda eius.

¶Ser.iij. Ad idem:&
in numero. CCXI.

Edi te in lucem. Eſa.xlix. Verba propoſita in perſona
totius Trinitatis prolata conuenienter aſſumũtur,i lau
dis pręconium inclytę Virginis Catarinę. Quia ſicut in
prima rerum conditione cum tenebrę eſſent ſuper fa-
ciem abyſſi ꝑduxit de⁹ lucẽ corporalẽ:vt rerũ cõditarũ
forma,& pulchritudo viſibilis appareret:ita i earũ reformatiõe, dũ
caligo & erroris malicia mẽtes rationales excęcaſſet:ꝑduxit de⁹ lu-
cẽ iſtã intelligibilem:per cuius virtuales radios mentes fideliũ illu-
ſtraret:& ad eius amorem ardentius inflãmaret.propter quod tota
Trinitas ſuæ perfectioni applaudens ipſã alloquitur, ita dicens. De
di te in lucem gentiũ. In quibus quidẽ verbis beata Catarina euidẽ-
ter deſcribit,& luculẽter attollitur a duobus. Prio ab ei⁹ ęterna prę-
deſtinatione. Secundo a ſuę mentis interna illuſtratione. Fuit enĩ ꝑ
diuinam electionem in ſingularem ſponſam Chriſti æternaliter p̄-
deſtinata.per diuinorum donorum affluentiam mentaliter illuſtra-
ta. Propter primum præmittitur:dedi te. Propter ſcd̃m ſubditur:in
lucẽ gentium.quaſi diceret,æternaliter te præuidi:& tẽporaliter te
produxi:vt eſſes in lucẽ gentiũ:& per exempla tuæ ſãctitatis totam

eccleſiam illuſtrares. Omiſſa autem eius æterna electione, ſolum eſt
agendum de interna mentis illuſtratione, & de ſuæ perfectionis vir
tuali coruſcatione: quæ quidem congrue notantur, cum dicitur/ De
di te i lucem Gentium. ¶ Poteſt autem dici, ꝙ Catarina propter do A
norum cœleſtium copioſam affluentiam mentaliter ipſam illuſtrã-
tem, luci comparatur merito/ propter tria. Primo, quia in ea lucet cã
dor angelicæ puritatis. Secundo, quia in ea fulget ſplendor deificæ
veritatis. Tertio, quia in ea feruet amor viuificæ pietatis. Circa pri-
mum eſt conſiderandum, ꝙ candor angelicæ puritatis quo ad præ-
ſens, conſiſtit in tribus. Primo quidem in puritate affectionis: quia
cum angeli ſint naturæ intellectualis, ſolũ intellectuali puritate de-
lectantur. Secundo in ſynceritate intentionis: quia in omnibus ſuis
actibus diuino beneplacito conformantur. Tertio in pręſentialitate
diuinæ cognitionis: quia iugiter ſecundum Gregorium, etiam cum
ad exteriora negocia mittuntur, diuinam præſentiam contemplan
tur. Et in iſtis tribus beata Catarina etiã in hac vita poſſedit cando
rem angelicæ puritatis. Primo quidem in puritate affectionis: quod
patet per hoc, ꝙ theſaurum virginalis caſtitatis non ſolum poſſidet
excellentius cæteris virginibus, verum etiam ipſis angelicis ſpiriti-
bus. Quod exinde poteſt conuinci, ꝙ ipſa poſſidet theſaurum vir-
ginalis puritatis multo nobilius, multo fructuoſius, & multo digni⁹
& excellentius quocunq; angelo. Quod patet per hoc, ꝙ angeli the
ſaurum virginalis puritatis ſolum poſſident ex natura: ipſa aũt eun-
dem poſſedit ex voluntate libera, & ex diuinæ gratię efficacia, & ex
virilis conflictus triumphali victoria. Quod conſtat longe eſſe nobi
lius in aſſequendo: fructuoſius, in merendo: excellentius, in poſſidẽ
do: q̃ ſi puritatem iſtam haberet ſibi naturaliter complantatã, teſte
Hierony. qui dicit, ꝙ in carne corruptibili angelicam puritatem ac-
quirere/ maioris eſt meriti q̃ habere. &c. Et ideo per hunc theſaurũ
virginalis puritatis eſt aſſecuta excellentiſſimam pulchritudinis for
mam, ſumme amabilem diuino aſpectui. Quod patet per Ambro.
in libro de ſancta Virginitate, dicentem. Quis poteſt maiorem pul-
chritudinem æſtimare decore virginalis puritatis, quæ amatur a re
ge, probatur a iudice, quam Verbum æternum ſibiipſi pro nobili re-
clinatorio elegit, & ipſam in Maria per ſuam perſonalem præſentiã
cõſecrauit? Vnde Cyprianus eximie virginalem puritatem extollẽs/
dicit, Q; virgines ſunt illuſtrior portio gregis Chriſti, & ꝙ flos virgi
nalis puritatis eſt ſublimior gloria eccleſiaſtici germinis. Et quia iſte
theſaurus virginalis puritatis tantæ eſt dignitatis & excellẽtię, ideo
debet cum ſumma diligentia cuſtodiri/ ne perdatur: quia ſi ſemel p-
ditus fuerit, nunq̃ poterit recuperari, nec per pœnitentiam, nec per

opera cuiuſcunq; ſanctitatis,etiam ſi homo acutiſſimo martyrio ſe exponeret. ¶Secundo poſſedit candorem angelicę puritatis in ſynceritate deuotionis:quia tanto affectu & deſiderio fuit per amorem in deum conuerſa,& in omnibus actionibus adeo fuit diuino beneplacito conformata,ꝙ omnes motus animi ſui pōderauit in libra rectæ rationis,iuxta pondus diuini beneplaciti & honoris. Vnde recte poterat dicere cum ſponſa.Can.vj.Ego dilecto meo,& dilectus meus mihi.q.d.Quicquid ſum,quicquid ago,quicquid cogito,hoc ꝑpetuo refero ad eius gloriam & honorē. Propter quod recte ſibi cōgruit illud quod ſcribitur Cantic.v.Oculi eius ſicut columbæ q̄ lacte lotæ ſunt,& reſident iuxta fluenta pleniſſima.Signāter aūt oculi ſuæ mētis dicuntur eſſe ſicut colūbæ,propter ſuę mentis ſimplicitatē.Dicūtur aūt eſſe lotæ lacte,ꝓpter intentionis puritatē.Sed dicūtur reſidere iuxta fluenta pleniſſima,propter diuinoꝝ chariſmatū vbertatem Propter qđ oculo ſuę intentionis indefeſſę,contēplabaꝛ ſpeculū diuinę claritatis & veritatis,cōſiderans attentius qualiter oēs ſuos actus diuino beneplacito conformaret. Tertio candorē angelicū poſſedit in ꝑſentialitate diuinę cognitionis.Quia ſicut Iris ſemꝑ habet aſpectum diametralē ad ipſum Solem, & Sol in quocūq; loco fuerit,ſemper ipſum Iridem diametraliter reſpicit ſiue intuetur: Sic ipſa tanto cordis affectu fuit ꝑ feruidū amorem in deum conuerſa:ꝙ quaſi iugi meditatione & quodam intimo mentis dulcore diuina præſentia fruebatur. Vnde ipſa propter iugē amplexum diuinæ ꝑſentiæ,congrue figurata videꝛ ꝑ illā adoleſcentulā,de qua ſcribiꝛ.iij.Reg.j.vbi dicitur: Quæſierunt regi adoleſcentulā ſpecioſam in oībus finibus Iſrael,& inuenerūt Abiſac Sunamitē,& adduxerūt eā ad regē,& miniſtrabat ei. Erat aūt puella pulchra nimis:& rex dormiebat in ſinu ſuo.Vbi q̄ apte ꝑ ſingula verba figurę huius deſcribiꝛ vel declaratur perfectio inclytæ virginis Catarinæ. Nā Abiſac interꝑtatur patris mei incēſum,& ſignificat beatā Catarinā:cuius cor & mens fuit a patre luminū diuino amore totaliter incenſa:& in amplexu diuinę pręſentiæ medullitus cōcremata,q̄ ſignanter diciꝛ adoleſcētula accreſcens:videlicet,quia iuſtoꝝ ſemita eſt quaſi lux ꝓcedens,& creſcens vſq; ad perfectū diem,diuinæ videlicet claritatis,& nudę viſionis.q̄ implebitur in patria. Signanter aūt iſta puella dicitur quęſita in oībꝰ finibus Iſrael,ad inſinuandū,ꝙ beata Catarina ꝑ diuinā prouidētiā præ cæteris virginibus eſt a deo ſingulariter electa,& ſpeciali dignitatis priuilegio ſublimata. Vnde cōgrue figuratur per reginam Heſter,quam rex Aſſuerus ſuper omnes mulieres adamauit, & eam dignitate regia ſublimauit. Hæc autem puella erat pulchra nimis: quia beata Catarina tam mente q̄ corpore fuit adeo ſpecioſa,ꝙ de

Nota figuram.

ea legitur in figura Heſter,Heſt.ij.Erat enim incredibilis pulchritudi nis,& omnium oculis amabilis videbatur.Quæ quidem pulchritu do ſignificat mentem ab omni ſua diſſimilitudine liberatam, & in deum per ſummum contemplationis actum,& innominatum diui næ dulcedinis guſtum/conuerſam.quia ſicut mens per ſui cōuerſio nem ad creata obfuſcatur & deturpatur,ita per ſimplicem cōuerſio nem ſuę ſupremę affectionis in deum,illuſtratur & pulchrificatur: vt dicit Dionyſius,primo de Diuinis nominibus. Propter quod ta lis mens efficitur diuinis conſpectibus gratioſa, Propheta dicente: Et concupiſcet rex decorem tuum. Signanter dicitur ꝙ iſta puella iugiter regi miniſtrabat: quia beata Catarina ab annis puerilibus a deo ſynceriter Chriſto ſeruiuit,ꝙ non legimus eam in toto decurſu vitę ſuę ſemel vel leuiter a diuino beneplacito fuiſſe deflexam . Si gnanter etiam dicitur,ꝙ rex dormiebat in ſinu eius: quia beata Ca tarina indefeſſe in ſua mente dulci quodam amplexu diuina pręſen tia fruebatur. Et ſic patet primū principale,in quo docetur qualiter ex ea fulſit candor angelicę puritatis. ¶In iſtud ſpeculū angelicę pu ritatis q̄libet mens deuota ſe debet quantū poterit/transformare:ad quod hortatur Apoſto.Ro.xiij.Induimini dn̄m Ieſum Chriſtū, vcȝ eius vitam virtuoſam,quam nobis in exemplo ſuæ imitationis de reliquit.Si quis autem ſcire voluerit, an Chriſtū per veram cōformi tatem ſuæ imitationis induerit:hoc tali ſigno diſcerni poterit,ſi dul ce ſibi fuerit Chriſto ſeruire,& eius veſtigijs delectabiliter inhęrere. Quod quidē ſignum nobis aperit Apoſt.cū dicit.Quę ſurſum ſunt ſapite,non q̄ ſuper terrā. Vbi ſciendū ſecundū Aug. ꝙ illa q̄ ſurſum ſunt.i. dona cœleſtia ſolum illis mentibus perfecte ſapiunt, quibus propter interiorem dulcorem diuinæ dilectionis omnia in quandā diſplicentiam & amaritudinem ſunt conuerſa . Et quicunq; ſe iſti ſpeculo angelicæ puritatis ſtudioſe confirmauerit , talis eius meri tis & imitatione triplex donum amabile cōſequitur. Primum eſt ſui ipſius intima diſcuſſio,& ſuorum actuum diligens & debita circum ſpectio.Quam quidem cuſtodiam & diligentiam beata Catarina a deo perfecte aſſecuta fuit, vt diceret cum Propheta : Super cuſtodi am meam ſtabo , & figam gradum ſuper munitione debitę, videli cet circūſpectōis meiipſius.quaſi diceret. Diligenter & ſollicite ob ſeruabo,ne aliquid mihi illabatur/ quod mentis meæ puritatem va leat inquinare.Secundum eſt diuinæ offenſionis benigna placatio. Quod ex eo liquet, Cum enim deus ex noſtris demeritis prouoca tur,in tantum/ꝙ manum vltionis diuinæ contra nos extendere co gitur,ipſa deuotis ſuis precibus pro nobis interueniens/iram dei pla cat,non permittens manum diuinæ iuſtitiæ contra nos erectam/in

B

Triplex donū conſeqˀ.q vitæ Catarinæ ſe conformat.

vltionem extendi. Vnde dicit Bernar. in tractatu de Charitate. Tan
ta eſt virtus orationis charitate inflammatæ. ꝙ manum diuinę om
nipotentiæ potenter detinet, & reddit quodāmodo impotentē. Q d
probatur exemplo Moyſi, qui precibus ſuis manum omnipotētis
dei ad vlciſcendam extentā, adeo potenter tenuit, vt diceret ſibi deꝰ
Exo. xxxij. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus cōtra populū meū.
Propter quod recte figurata videtur per reginam Heſter, quæ pre-
cibus ſuis apud regem Aſſuerū vitam ſuo populo impetrauit. Ter-
tium donum eſt, mentis humanæ per habitum virtutum plenaria
fœcundatio. Quod patet ex eo, ꝙ nullus poteſt exemplar ſuæ virtu
tis quod nobis in conuerſatione exhibuit feruenter & delectabiliter
intueri, niſi per hoc exercitium virtuoſi operis prouocetur. Quod
ſignanter videtur innuere Sapiens, cū dicit. Quis poteſt nutrire ignē
in ſinu ſuo, & non comburatur? q. d. Impoſſibile eſt, ꝙ aliquis igni-
tam charitatem ſua diligēti meditatione retractet, niſi per hoc mēs
ſua diuino amore inardeſcat, & ad cuiuſlibet operis virtuoſi exerci-
tium feruentius animetur.

❡Subſermo primus ad idem, & in numero. CCXII.

DEdi te in lucem Gentium. Secundo beata Catarina luci
merito comparatur, quia ex ipſa fulget ſplendor diuinæ
ſapientiæ, & deificę veritatis. Poteſt autem dici, ꝙ lux di
A uinæ ſapientiæ ex ipſa tripliciter reſplenduit. ❡ Primo
quidem potenter. Secundo clementer. Tertio ſingulari-
ter. Primum patet in ſuorum aduerſariorum facili ſuperatione. Nā
quinquaginta oratores peritiſſimos ſecum de fide diſputantes, adeo
potenter deuicit, ꝙ eos mutos reddidit, & ad veram fidem reduxit,
ac ipſos nihilominus ad martyrij coronam prouexit. Ex quo patet,
q̄ potenter ex ipſa refulſerit non ſolum radius ſapientiæ diuinæ, ve
rum etiam humanæ: quia in omni ſcientia humana peritiſſima le-
gitur & prouecta. Propter quod etiam a toto clero ſuper cęteras vir
gines ei ſingularis reuerentia exhibetur. Vnde de hac duplici ſapiē-
tia gloriari videtur per illud quod ſcribitur Eccl. xxiiij. Gyrum cœli
circumiui ſola, & in fluctibus maris ambulaui: & in omni gente & in
omni populo primatum tenui. Propter hoc enī ꝙ gyrum ſola circū-
iuit, teſtatur ſe totum ambitum contemplationis præhabitæ intelle
ctualiter attigiſſe. Per hoc autem, ꝙ in maris fluctibus ambulauit,
innuit ſe profunditatem diuinæ ſapientiæ per diuini luminis radiū
viuaciter perſcrutatam. Per hoc autem euidenter in om̄i populo pri
matum honoris tenuit, ꝙ ei a ſapientibus, & vniuerſo cœtu fideliū
ſpecialis honor & reuerentia exhibetur. Secundum patet in reginæ

& ducis Porphyrij ſubita conuerſione. Nam mox vt viderunt eam
in tenebroſo carcere diuino lumine circumfuſam, ex diuina inſpira-
tione/& interiori mentis deuotiõe, ad veram fidem catholicam ſunt
reducti. Nec mirum, quia ipſa/teſte Propheta Dauid, eſt illud cœlũ
ſtellarum, quod diuina clemẽtia hymbriferis nubibus operuit, quã-
do mẽtẽ ipſius donoꝝ cœleſtiũ affluẽtia repleuit: vt exinde noſtris
mentibus arefactis ſtillicidia gratiæ irrorarent. Propter qđ cõueniẽ-
ter videtur figurata p illud ſignũ cœleſte/qđ Aſtrologi vocãt, Aqua
rium. Qđ quidẽ ſignum conſueuit depingi in figura puellæ/vtraq;
manu aquas ex duplici hydria effundentis, vt per hoc deſignetur ꝙ
ſuis meritis & patrocinio habeat corda noſtra arida fluentis diuinæ B
gratiæ irrigare, & virtutum germine fœcundare. ¶ Tertium patet
per hoc, ꝙ lumen diuinæ ſapientiæ in eius mente/triplicem effectũ
ſalutarem effecit: qui etiam adhuc in qualibet mente deuota ad hoc
diſpoſita/cauſari habent, virtute luminis diuinitus inſpirati. Primus
fuit ſuæ mentis ad deum continua eleuatio. Nam lumen ſapientiæ
proprie habet mentem a rebus inferioribus abſtrahere, & per deſi-
derium ignitum in diuino amore ſuſpẽdere. Propter quod ſicut aer
clarus & perſpicuus faciliter illuſtratur claritate Solis, ſic mens eius
ab omni terrenitate depurata, faciliter capiebat influxum diuini lu-
minis. Vnde propter prædictam mentis eleuationem conueniẽter
poterat dicere illud Iob .vij. Suſpendium elegit anima mea. Quia
mens ſua fuit iugiter eleuata in lympida contemplatione diuinæ p̄-
ſentiæ, & mortem oſſa mea. Oſſa namq; quæ ſunt fortia, candida,
& medullarum dulcedinem intrinſecus conſeruantia, apte intelligũ-
tur ſuperiores vires animæ, quæ ſunt per robur diuinæ gratiæ for-
tificatæ, & ab omni cõcupiſcentia rerum terreſtrium depuratæ: quę
ſolę dulcorem diuinæ ſuauitatis familiariter recipiunt & conſeruãt
Hæc enim oſſa mortem ſpiritualem eligunt, quando ab omni cõcu
piſcentia terrenorum ſe delectabiliter auertũt, vt intrinſecus guſtu
diuinæ dulcedinis ſuauius perfruantur. Et propter hunc familiarẽ
guſtum quo vires prædictæ ſaporem diuinæ dulcedinis ſuauius p-
fruuntur & abſconſæ recipiuntur, ſcribitur in Iob.iiij. Et quaſi fur-
tiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Et de iſta duplici & vitali
morte qua mens omnibus rebus creatis delectabiliter moritur, vt
ſuauitate diuinæ præſentiæ liberius perfruatur, poteſt intelligi illud
verbum Patriarchę Iacob. Geñ.xlvj. En ecce lętus moriar, qa vidi
faciem tuam. Secundus fuit diuinæ claritatis aſſimilatio, & ſuę men
tis in diuinã claritatẽ perfecta tranſformatio. Propter quod mẽs de
uota ſic per donũ ſapientiæ in ſimilitudinẽ diuinę claritatis tranſfor
mata, cõuenienter poteſt dicere illđ quod ſcribiẽ Eſa.lxj. Induit me

dñs veſtimento ſalutis & indumẽto lętitiæ circundedit me, & tanq̃ ſponſam decorauit me corona. Vbi eſt notabiliter aduertendũ, q in verbis iſtis influxus diuini luminis tria nomina ſortitur: ad inſinuandũ triplicem proprietatẽ, quam efficacia diuini luminis cauſa in mẽte deuota. Primo em̃ talis influxus dicitur veſtimentum ſalutis, pro eo quod eſt quędã arra felicitatis, & mentem rationalẽ de ęterna ſua ſalute certificat. Sed dicitur indumentum lętitię, quia ipſam mentẽ per internam ſecuritatem in pleno gaudio & iugi lętitia cõſtituit. Iuxta illud Prouer. xv. Secura mens/quaſi iuge conuiuiũ. Sed tertio dicitur corona: quia mentem deuotam in culmine regalis & angelicæ
C claritatis cõſtituit. ¶Tertius actus eſt mentis trãſformatę cum ipſo deo perfectiſſima vnio. Mens eñi deuota cum ipſo deo tam intime vnitur, q a diuino voluntatis beneplacito per quodcunq; deſiderium nunq̃ diuellit. Vnde propter hanc intimã vnionẽ qua mens diuino bñplacito inſeparabiliter iungitur, dicit Apoſt. j. Corin. vj. Qui adhęret deo, vnus ſpũs eſt. Quod non eſt ſic intelligendum, q ſpũs creatus eſſentialiter refluat in diuinę naturę vnitatem: vt quidã erronei dicere voluerunt: ſed potius iſta vnio intelligitur & completur per veram & plenam conformitatem deſiderij & amoris: quia mens deo vnita/nihil appetit niſi perfectam conformitatẽ ſui deſiderij cũ diuino beneplacito. vnde cum mens deuota deo vnita ſic voluptaſ in perfecta ſuauitate, tũc apte poteſt dicere cum Propheta, Mihi adhęrere deo/bonum eſt, ponere in domino meo ſpem meam. Et iſti tres actus quos lumen diuinę pręſentię ſingulariter efficit in mente deuota, congrue videntur figurati per illud quod ſcribitur, Heſt. iiij. vbi legitur, q paruus fons creuit in flumen magnum/& in aquas plurimas redundauit: & poſt hoc in lucem Solemq; cõuerſus eſt. Notate verba, ſignate myſteria. Nam per fontem paruum intelligere debemus humilem ſpm̃ beatę Catarinę, & cuiuſlibet mentis deuotę, q̃ ad modum palmæ/quãto magis ſurſum creſcit virtutum perfectione, tanto profundius radices figit in ſuiipſius infima delectione, & in eius propria reputatione: nihil exiſtimans omne quod iam a deo recepit, reſpectu illorum quę ſperat ſe per gratiam aſſequendã. Iſte fons paruus creſcit in fluuium magnum, quando per efficaciam diuini luminis mens a terrenis concupiſcentijs elongatur, & adeo feruenter/& per intimum amorem in deo ſuſpẽditur/q per influxum donorum cœleſtium copioſe reficitur & impletur. Et iſto⁊ donorũ abundantiam ipſe Chriſtus pſonaliter mentibus hũilibus pollicetur Eſa. lxvj. ſic di. Super quem requieſcet ſpũs meus, niſi ſuper humilẽ & manſuetũ & trementẽ verba mea. Talis em̃ ex filiali amore ſollicite cuſtodit, ne vnq̃ vel leui motu a diuino bñplacito deflectatur.

Signanter etiã iſte fons in aquas plurimas redundauit, qñ virtus & efficacia diuini luminis beatam Catarinam præ cæteris virginibus diuerſis priuilegijs decorauit. quod patet. Nam ipſa non ſolum coronatur aureola virginum, verum etiam ex ſpecialis dignitatis priuilegio inſignitur aureola martyrum, & quamlibet coronam de prædictis excellenter poſſedit, vt alias declaraui. Poteſt etiam tertio dici, ꝙ iſte fons paruus in aquas plurimas redundat, quando virtus & efficacia diuini luminis mentem humilem varijs donis cœleſtibus & virtutibus fœcundat. Vltimo autẽ iſte fons paruus in lucem Soleq; conuerſus eſt, quando lumen ſapientiæ mentẽ humilẽ beatę Catarinæ in diuinæ charitatis aſſimilationẽ tranſformauit, & deo perfectiſſime vniuit. Propter quod merito figuratur p illã mulierẽ q̃ in Apoca.xij. legitur Sole amicta, cum virtute luminis deifici mens ſua fuit in aſſimilatione diuinæ claritatis trãſformata: Lunã habens ſub pedibus eius, cũ per amorẽ diuinũ oĩa caduca & terrena voluntarie cõtempſit. Corona vero duodecim ſtellarum euidenter oſtendit varietatẽ refulgentẽ ſuoꝝ priuilegioꝝ. Quoꝝ nos ſuis precibus participes faciat dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit &c.

¶Subſermo ſecundus ad idem,
& in numero.CCXIII.

REdite in lucem Gẽtium. Tertio beata Catarina luci merito comparatur, quia in ea feruet amor viuificæ pietatis Poteſt autem dici, ꝙ amor maternæ pietatis ex ipſa refulſit triplici radio Primus radius ſuę maternæ pietatis colligitur ex euidentia diuinæ familiaritatis, quã Chriſtus ſibi p̃cordialiter exhibuit. Secundus colligitur ex refulgentia diuinæ largitatis, quia ipſam vbertate donoꝝ cœleſtium affluenter repleuit. Tertius colligitur ex effluentia diuinæ miſericordiæ & pietatis, p quã nobis ſua bñficia ſuis meritis abundanter impendit. ¶ Circa primum eſt A
ſciendum, ꝙ euidentia diuinæ familiaritatis quam Chriſtus ſibi p̃cordialiter exhibuit, ex triplici ſigno colligitur. Primũ eſt ſuæ pœnalitatis pro amore diuino voluntaria perpeſſio. Secundum eſt diuinę ſuauitatis delectabilis refectio. Tertium eſt ſuarum petitionum amicabilis exauditio. Primum patet ex hoc ꝙ ipſa nõ coacta ſed voluntarie & motu ſpõtaneo palatiũ introiuit, & ipſum tyrannũ de ſua idololatria virili animo cõfutauit: declarans eidem ex varijs ſcripturaꝝ locis hoc ſibi nõ licere: in tantum ꝙ Cęſar de ſua prudentia ſtupefactus, reſpondere nequiuit. Tunc volens ipſam per magna promiſſa & dona ad ſui deſiderium inclinare, cum ipſam ratione ſuperare nõ poſſet, ſibi promiſit, ꝙ ſi deos ſuos adorare vellet, ſibi faceret erigi ad inſtar ſui imaginẽ Alexãdriæ, quã totus ſuus populus adoraret,

& poſt regem deberet eſſe potentiſſima, & ad nutum ſuum totū re-
gnum eius diſponi deberet:quæ omnia pro Chriſti amore libere cō-
temnens/conſtanter Imperatori reſpondit. Taceas Imperator,quia
talia verba audire dedignor. Ex quibus euidēter patet, ꝙ pro Chri-
ſto voluntarie paſſa fuit:& ob hoc Chriſtus ipſam diuerſorum priui
legiorum meritis inſigniuit. Propter quod ipſa merito nobis propo
nitur in exemplum perfectæ virtutis:& hoc ſignanter colligi poteſt
ex ratione ſui nominis. Dicitur enim Catarina quaſi vniuerſalis vi-
tiorum ruina:quia vniuerſa vitia extinxit per ſuum exercitium vir-
tuoſum.quod patet per hoc,ꝙ omnem ſuperbiam eliſit per ſuā hu
militatem. Omnem autem auaritiam rerum & honorum per liberū
contemptum omnium mundanorum extinxit. Omnem etiam car
B nalem laſciuiam eliſit per florem ſuę virgineę puritatis. ¶Secundō
patet ex hoc,ꝙ ipſam Chriſtus in carcere donis cœleſtibus ſuauiter
refecit,vbi per duodecim dies & noctes omnis cibus humanus ſub
ſtractus fuit. Et hoc erat euidens indicium diuinę familiaritatis: quia
Chriſtus iſtum cibum cœleſtem ſolum ſuis familiaribus amicis ex-
hibere conſueuit:qui pro eius amore omnem conſolationem tranſi
toriam cōtempſerunt,& in ſolo deo totam ſpem ſui ſolatij poſuerūt,
Bernardo dicente. Delicata eſt conſolatio diuina,& nō datur admit
tentibus alienam.quod exinde contingit,vt declarat *Eſaiæ.xxviij.*
Quia pallium breue eſt,vtrunq; operire nō poteſt.quia certum eſt,
ꝙ cor appetens tranſitoria ſicut cœli a terra exaltantur, dicente do-
mino, Eſa.lv. Sicut exaltātur cœli a terra,ſic exaltatæ ſunt viæ meę
a vijs veſtris. Ex quo patet,ꝙ non recto greſſu incedūt,qui cum di-
uina conſolatione etiā tranſitoriam appetunt. Quod patet per He-
liam,tertij Regum.xviij.qui contra tales inuehitur, ita dicens. Vſq;
quo claudicatis in duas partes.quaſi diceret. Si vos delectat conſo-
latio tranſitoria,illam ſolam quæratis:Si vero delectat conſolatio di
uina,illam ſimiliter ſolam oportet quærere : eo ꝙ iſta nequaq̄ poſ-
ſunt adinuicem permiſceri . Tertium patet ex hoc, ꝙ Chriſtus ſibi
ore proprio repromiſit omnes ſaluari debere, pro quibus vnq̄ diui-
nam clementiam exoraret,ipſam ſic familiariter alloquendo. Veni
inquit,dilecta mea : quæ poſtulas/impetraſti: pro quibus oras,ſalui
erunt. Et hoc fuit ſimiliter euidens indicium diuinæ familiaritatis/
& priuilegiati amoris,ꝙ Chriſtus ipſam tantum dilexit,ꝙ nunq̄ pe
titionem aliquando ſibi poterit denegare. Propter quod familiariter
ipſam alloquitur per illud quod ſcribitur tertij Regum.ij. Pete a me
quod vis. Non enim phas eſt,vt auertam faciem meam a te. Et per
iſtud triplex ſignum oſtenditur huiuſmodi radius ſuæ maternæ pie
tatis,per quem totam eccleſiam adeo fœcundauit,ꝙ corda omniū

per ſuam deuotionem in honorem & reuerentiam diuinæ laudis at traxit, in tantum ꝙ ei ab omni populo ſingularis honor & reuerentia exhibetur: prout ipſamet gloriatur aſſumẽs illud quod ſcribitur Eccleſiaſt.xxiiij. In omni gente & in omni populo primatum, videlicet honoris, tenui. Et hoc rationabiliter: quia omnibus ſibi reuerẽter obſequentibus, & ipſam deuote inuocãtibus impendit optatam conſolationem, & in ſuis neceſſitatibus fidelem liberationem. Propter quod fidelis aduocata cuiuſlibet neceſſitatis merito nuncupatur. Circa ſecundum eſt ſciendum, ꝙ ſecundus radius ſuæ maternæ pietatis colligitur ex refulgentia diuinæ largitatis, quæ potiſſime in hoc apparet, ꝙ ipſam Chriſtus omnium bonorum cœleſtium vbertate repleuit. In cuius argumentum ſuis de reliquijs benedictis ſeptem dona cœleſtia maxime ſtupenda ſupernaturaliter effluunt, ad deſignandum ꝙ affluenter fuit fœcundata ſeptẽ donis ſpiritus ſancti, quæ & de manu ſuæ liberalitatis poteſt ex ſpeciali prærogatiua ſibi diuinitus conceſſa omnibus ipſam inuocantibus munifice diſpẽſare. Vnde ſibi appropriate conuenire poterit illa figura quam vidit Ioannes, Apocal. primo. vbi legitur. Vidi in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, q habebat ſeptem ſtellas in dextera ſua. Ipſa namq; vere poteſt dici ſimilis filio hominis, quia in tota vita ſua, & in conuerſatione fuit exemplis Chriſti perfecte conformata. Signanter etiam viſa eſt in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ad deſignandum ꝙ ipſa tanq̃ totius virtutis medium, aggregat in ſe perfectiones & priuilegiatas dignitates omnium aliorum ſanctorum. Omnia namq; ſpecialia priuilegia quæ alijs ſanctis diuiſim & particulatim ſunt conceſſa, beatę Catarinę fuerunt ſimul & inuicem communicata, vt in alijs ſermonibus declarai. Signãter dicitur habere in manu ſua ſeptem ſtellas, quia ſeptem dona ſpiritus ſancti (quę mentes rationales ad modum ſtellarum illuſtrant) poteſt ſuæ pietatis patrocinijs omnibus ipſam inuocantibus deuote, liberaliter communicare. Vel per ſeptem ſtellas poſſumus intelligere omnia ſuæ maternæ pietatis beneficia, quibus omnes ipſam deuote implorantes in ſuis neceſſitatibus miſericorditer conſolatur: vt patet in multis qui per ſuæ pietatis beneficia ſunt in hoc loco releuati. ¶ Circa tertium eſt ſciendum, ꝙ tertius ſuæ pietatis radius colligitur ex effluentia diuinæ miſericordię & pietatis. Cuius ipſa ex ſpeciali prærogatiua liberalis diſpenſatrix dinoſcitur cõſtituta. Quod patet in hoc ꝙ ipſa quodam rore dulcifluo ſua materna pietate habet fœcundare, & reſoluere corda dura & frigida, ex vitioſa conſuetudine indurata. Quia non eſt cor adeo induratum & peccati caligine obcæcatum, quin ad deuotam inuocationem ſui pa- D

trocinij perceptibili deuotione reſoluatur:& diuinę gratię radijs illu
ſtretur. De quo pietatis beneficio ipſa perſonaliter gloriat᷑/ aſſumēs
id Eccle.xxiiij. Penetrabo inferiores patres terrę.ecce cordium ob-
ſtinatorum reſolutio:& illuminabo omnes ſperantes in domino, ec
ce mentium excęcatorum illuſtratio.propter quod ipſa appropriate
poteſt dici illud Eccle.xxiiij. Ego quaſi fluuius Dorix exiui de para
diſo. Dixi rigabo ortum plantationum:& inebriabo partus mei fru-
ctum. Dorix interpretatur medicina. In quo innuitur, ꝙ ipſa nobis
diuinitus ſit prouiſa in medicamentum,& ſolamē totius nr̄i mœro-
ris:& in releuamen cuiuſlibet anguſtię & neceſſitatis. vn̄ ipſa de pa-
radiſo diuinæ p̄deſtinationis ꝓgrediēs/corda arida irrigat ſua mater
na pietate:& corda mœſta inebriat iterna ꝯſolatiōe. Quā nobis.&c.

¶Ser.iiij. Ad idem:&
in numero.CCXIIII.

MVltæ filię congregauerunt diuitias:tu ſupergreſſa es
vniuerſas. Prouer. vlti. Inter cæteras filias dei,q̄ ſpiri
tuales diuitias congregauerunt/ beata Catarina ſup-
greditur:ſcilicet diuitijs/vel merito virginitatis, mar-
tyrij,& pręsdicationis. Primo ſupergreſſa eſt vniuer-
ſas in diuitijs/quas acquiſiuit merito virginitatis. Tāto em̄ virgini-
tas maioris eſt meriti, quanto plura retrahentia habet:talis fuit virgi
nitas ſanctæ Catarinæ. Prio habuit iuuentutem:quia.xiiij. annorū.
iuuentus autem eſt causa laſciuiæ, Ecclesia.ix. Adoleſcentia & vo-
luptas vana ſunt.ſed iuuentus ſibi nocere nō potuit:quia cordis ma
turitatē ſeruauit, Sapientiæ.iiij. Cani ſunt ſenſus hominis,& ętas ſe
nectutis vita immaculata. Secundo habuit pulchritudinem. vnde
dicitur, ꝙ erat incredibilis pulchritudinis. pulchritudo autem mulie
ribus eſt cauſa ruinæ. vt patet in multis Prouer.ix. Circulus aureus
in naribus ſuis mulier pulchra & fatua. hæc ſibi nō nocuit: quia de
pulchritudine interiori ſolummodo curauit. Pſal. Omnis gloria eiꝰ
filiæ regis.&c. Tertio habuit diuitias, in quibus patri ſuo regi ſucceſ
ſerat:quæ fuerunt multis cauſa luxuriæ. Pſal. Prodijt quaſi ex adipe
iniquitas eorum, ſed ſibi non nocuit:quia in abundantia & diuitijs
habuit temperantiam, Prouerbiorum.xiij. Eſt quaſi diues cum ni-
hil habeat:& eſt pauper cum multis diuitijs abundet. Quarto ha-
buit libertatem & ſecuritatem:quia ſui & ſuorum domina reman-
ſit. Nimia autem libertas & ſecuritas in muliere periculoſa eſt, Ec-
cleſia.vij. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum,& non oſtendas hila-
rem faciē tuam ad illas. iſta ſibi nocere nō potuit quia licet haberet
exterius libertatē, tamen habuit interiꝰ dei timorē. Prouer. vlti. Mu
lier timēs deū/ipſa laudabit᷑. Quito fuit ſolicita & inducta munerībꝰ

Virgini-
tas Catari
nę iter cæ
teras val-
de excel-
lēs fuit.

& terroribus. Heu multæ ſunt mulieres quæ muneribus obediunt & multę terroribus cedunt:ſed ipſa non obediuit muneribus. Tyrānus tria ſibi promiſit quæ mulieres multum affectant/ſcilicet diuitiarū copiam, dignitatem magnā ſcilicet ꝙ eſſet ſcda ī palacio poſt reginā, & gloriam immenſam.ſ.ꝙ i foro ſibi ſtatuā erigeret: & eam ab omnibus adorari faceret. Sed iſta non potuerūt ſibi nocere: quia diuitias contempſit, dignitatē & gloriam mundanā ob horruit. Vnde dixit tyranno perſuadēti: Deſine talia dicere, quę etiam nephas ſunt cogitare. Item terroribus/cōminationibus & tormentis fuit ſollicitata: ſed hęc ſibi nocere non potuerunt, quia mori ꝓ Chriſto non timuit, Iuxta illud Mat.x. Nolite timere eos. Secūdo ſupergreſſa ē vniuerſitas in diuitijs quas acquiſiuit merito pręd icationis. Quis eñ mulieribus ſit inhibitum officium prædicandi: quibuſdam tñ virginibus fuit a ſpiritu ſancto conceſſum: ſed in hoc ipſa alias ſupergreſſa eſt. alię eñ conuertebant hoīes populares: hæc reginam & principem militię cum ducentis militibus: alij ſimplices & illitteratos, hęc philoſophos & rhetoricos. alię habuerunt aliquā ſapientiā a deo infuſam. hæc pręter illā habuit etiā ſcientiam humano ſtudio acquiſitam. Tertio ſupergreſſa eſt vniuerſas in diuitijs quas acquiſiuit merito martyrij. alię eñ ſuſtinebāt tormenta varia, ſed hęc vltra omnia extenta eſt in rotis, quod de nullo alio ſancto legitur. Et demum cū eſſet decollata duę res ammirationo dignæ contigerūt. Vna quia lac pro ſanguine in teſtimonium virginalis innocentię effluxit. Altera quia mox Angeli acceſſerunt & aſſumptum corpus in altum per aera ſubuehentes in monte Sinai depoſuerunt. In quibus etiam diuinarum gratiarum nos participes faciat, Qui in triuitate perfecta viuit & regnat deus.

¶De Dedicatione templi.

¶Sermo primus. Et in numero. CCXV.

HOdie in domo tua oportet me manere. Lucę.xix. Verba iſta moraliter exponendo de fideli anima quę dom⁹ dei dicitur, quia in ea Chriſt⁹ per gratiam manere digna tur: & hoc hodie id eſt in vita præſenti per gratiæ prælibationem. Ac etiam hodie id eſt in æternitate per glorię beatā fruitionē. ¶Poſſum⁹ dicere ꝙ in his verbis fidelis aīa q̄ eſt domus dei attollitur ex duobus. Primo ex ſuę conditionis ſingulari nobilitate cum dicitur, in domo tua. Secūdo ex ſui vſus & commodi finali vtilitate. cum additur, oportet me manere. Quantū ad primū ſciendū ꝙ ſingularis nobilitas animę fidelis colligitur ex tribus. Prīo ex efficiētis dignitate, ſecūdo ex materię precioſitate, tertio ex formę ſpecioſitate. Circa primū ſciendum ꝙ hęc domus ſpiritualis fuit a deo A

æternaliter prouiſa,quia ab ęterno eam faciendam in ſeipſo diſpoſuit:fuit ab eo mirabiliter & de nihilo i tpe pducta,in quo maxima nobilitas aię rōnalis apparet:tum quia nō potuit pduci ab aliq̄ creatura:ſed immediate fuit a deo pducta.tum & quia non potuit fieri ab aliqua prelacente materia:ſed fuit de nihilo pducta.Sed dices:cū ipſum nihil/nullam habeat nobilitatem ſicut nec entitatem:q̄ō erga aīa rationalis per hoc nobilitari dicitur ꝙ de nihilo pducit.Item cū omne q̄d factum eſt in ipſo vita erat,Ioan.j.q̄ō verū eſt ꝙ aīa de nihilo producta fuit:ſi in ipſo vitam & per cōſequens eſſentiā ab ęterno habuit.Ad primum dicendū ꝙ animā de nihilo produci dicitur eſſe nobilitatis:non pꝑter nobilitatem nihili:ſed pꝑter exceſſum perfectiōis naturę productę,que intātū cęteras naturas ſupgreditur,ꝙ in nulla natura creata/eſt poſſibilitas naturalis ad eductionem animæ rationalis.Et ideo oportet ꝙ pducatur a ſolo deo p eiꝰ potentiā infinitā.Ad ſecundū dicendū ꝙ licet aīa rōnalis ſicut & cętera creata ab ęterno fuerit vita in deo ſcd̄m ratiōem ſuę formę exē plaris/quę eſt ipſa eſſentia diuina:tn̄ in ſeipſa anteq̄ pduceretur nō habuit eſſentiam neq; vitam.Et ideo non repugnat ei a deo eſſētiā & vitam habere ab æterno & de nihilo produci.Et de hoc poteſt exponi illud q̄d ſcribitur in p̄s.Aedificabit dn̄s Sion & ibi videbit i gloria ſua.De quo patet euidenter ꝙ iſtam nobilem domum ipſe dn̄s

B per ſeipſum & in ſeipſo mirabiliter ædificauit,& in ea per inhabitationem ſuæ pręſentię gloriam manifeſtauit.¶Secūdo nobilitas animę colligitur ex materiæ precioſitate:licet autem in compoſitionē animæ non intret materia:cum ſit ex nihilo/vt dictum eſt:habet tn̄ ſuū hyliachim,quia aliqua compoſitio in ea exiſtit:quę quidē compoſitio ad præſens moraliter loquendo ſcd̄m Aug.cōplet/nō ſerie lapidū,ſed pfectione virtutū:& nō ſolum & pciſe virtutum ſed tam virtutum q̄ donoꝝ q̄ etiā beatitudinū:quorū ſufficientia & diſtinctio ſic haberi p̄t.Nā ſicut recitat philoſophꝰ.j.cœli & mūdi.Pythagoras oia creata,q̄ rationem veſtigij primæ cauſæ pticipant/trimembri diuiſione diſtinxit,Principio,medio,& fine.Quę tria ſcd̄m Pythagorā aſſignant partes veſtigij.Et hæc tria reperiuntꝰ in anima rōnali,q̄ ſingulari excellētia characterē dei gerens nō ſolum veſtigium ſed imago dei dici meret.Et licet hoc ſibi cōueniat ſcd̄m eſſe naturale,ſcd̄m q̄d non ſolū eius nummiſmati ſuperſcriptio eſſentialis Cęſaris:ſed etiā imago eſſe gratuitē impreſſa,Mat.xxij.Cuiꝰ inquam eſſe gratuiti principium eſt ex donis,medium ex virtutibꝰ,finis ex beatitudinibus.Nam inquantum vires animæ debita regula rōnis reguntur/perficitur virtutibus.Scd̄m vero ꝙ ſtricte regula ratiōis & ſpūſſancti inſtinctu & motione diriguntur:& ſic perficitur donis,

quibus in finē dirigentibus,finis apprehenſio ſequitur:ratiōe cuius ſumuntur beatitudines.¶Conſiderandum autē,ꝙ ſicut dom⁹ materialis quatuor parietibus erigitur,& vario colore interius depingitur:ſic domus ſpiritualis viri religioſi quadruplici parieti,videlicet q̄tuor virtutibus cardinalibus conſtruitur,& trium theologarū virtutum colore depingiť.Prędictę aūt quatuor virtutes cardinales,quatuor animę viribus quaſi quadrangulari fundamēto quatuor parietes ſuperędificantur.Nam prudentiā tribuimus rationi:iuſtitiā,voluntati:fortitudinem,iraſcibili:temperantiā,concupiſcibili.& dom⁹ in ędificijs erecta,quodāmodo informis eſt ſine pictura:Sic quatuor virtutes cardinales informes & reprobæ ſunt ſine fidei & charitatis colore & forma.vnde dn̄s pręcepit,Exo.xxviij.Tētoriū in introitu tabernaculi triplici colore exornari,byſſino,hyacithino,& purpureo Per byſſinum,quæ eſt candida,intelligitur fides. Cuius articuli ſic arctant veritatem quam credimus ſicut prima principia,quę veritate candida,& nigredine falſitatis impermixta ſpeculabilium arctāt veritatem/quam intelligimus.Per hyacinthum qui dicitur eſſe coloris cœleſtis,intelligim⁹ ſpem cœleſtium. Per purpuram/cuius color eſt flammeus,intelligimus ignem charitatis. Byſſo,& hyacintho,& purpura tentorium depingitur,cum moralium & cardinalium virtutū ſtructura virtutibus theologicis exornatur.De hoc ſpirituali ędificio intelligi poteſt quod ſcribitur Prouer.ix.Sapientia ædificauit ſibi domum. ¶Secundo ad cōpoſitionem huius domus ſpiritualis, intrat ſolidatio donorum ſpirit⁹ ſancti,quę in ſeptiformi gratia ſubſiſtit.Nam ſeptenarius perfectionem deſignat.Perfecit em̄ deus die ſeptimo omne opus quod patrarat. Hæc ſeptem dona in humilitate timoris incipiunt.Nā initiū ſapientię,timor domini.Pſal.Ex quo patēter liquet,ꝙ quaſi ex gradu timoris ꝑ quinq; dona intermedia quaſi gradatim aſcendiť.Illi q elata mēte timorē & humilitatē poſtponūt,nullo mō ad ſummū gradū verę ſapientiæ aduenīūt.Poſſunt q̄dem exq̄rere ſapientiā & ſcientiā/ſed eā quę de terra eſt:ſed ea quę de ſurſum eſt,longe a facie eoꝝ facta eſt.vt ſcribiť Baruch.iij.Immo iſti in extraneū ordinem detruſi,huius ſancti aſcenſus ꝑ dona ſpūs ſancti nec infimum gradum.ſ.timorem/vn̄q̄ attingere poſſunt.Vn̄ dicitur Eccľ.xxv.Q̄ magnus,qui inuenit ſapientiā & ſcientiā:ſed nō eſt ſuꝑ timentē deū,nō eſt ſupra,immo longe infra.Tertio ad cōſummationem huius domus ſpūalis concurrit cōſummatio beatitudinum.Quæ et ſi octo ſecundū Matthęū numerenť.Mat.v.iñ ſecūdum Aug.in li.de Ser.dn̄i in monte,ad ſeptē reducuntur:qa octaua ad caput.i.ad primā redit:qa vtrobiq; dicitur,Ipſoꝝ eſt regnū cœlorū.Licet aūt ſecūdū Lucā nō niſi q̄tuor beatitudines numeľeť.Lu.

vj. Tñ iſti venerabili collegio non ſunt proponendę quatuor ſecũdũ
Lucã: ſed octo vel ſeptem ſecundum Matthęũ. hui⁹ cauſa breuis ẽ.
Nam ſecũdũ Augu. vbi ſupra. dñs loquẽs groſſo & rudi populo bea
titudines eis propoſuit loco campeſtri, & nõ omnes niſi illas quarũ
capax fuit. Sed deus perfectis/ & ſubtilib⁹ diſcipulis loquens/ octo ĩ
monte proponit. Et quia religioſi ſecũdũ exigentiam ſtat⁹ ſũt ſub-
tiles & perfecti, quibus dicitur. Aſcende in montẽ/ qui euangelizas
Sion. Eſa. xl. Ideo eis ſecũdũ Matthęũ/ nõ ſecũdũ Lucã, btitudines
ſunt ꝓponendę. Et ex hoc concordari poſſũt ſacri doctores, qui hic
diſſentire videntur. Nã ſecũdũ Ambro. ſup Lucã, beatitudines ꝑti
nent ad vitã patrię. Et hoc verũ eſt ſecundũ rationẽ perfectę fruitio
nis. Secũdũ Augu. vero in libro de Sermone dñi in monte/ ꝑtinẽt ad
vitã vię: & hoc verum eſt imperfectę, & ſecũdũ quandã ꝓlibatiuã de
guſtationem dulcedinis patrię. Sic igiť patet, ꝙ domus mentis reli-
gioſę, ſeptẽ virtutibus conſtruiť: ſeptem donis quaſi columnis ſoli-
dať: & ſeptem beatitudinibus hic & in futura gloria conſummatur.

¶ Subſer. j. Ad idem: &
in numero. CCXVI.

IN domo tua oportet me manere. Tertio nobilitas aniæ
colligitur ex formę ſpecioſitate. Circa quod tria ſunt vi-
denda. Primo penes quid attenditur nobilitas anię quã-
tum ad formam: quia penes imaginẽ: & qualiter. Secun-
do in quo conſiſtit veritas imaginis. Tertio ad quid ſit vtilis conſide
A ratio nobilitatis animæ. ¶ Quantũ ad primum ſciendum, ꝙ perfe-
ctio cuiuſlibet rei attenditur ex forma ſua. Anima vero rationalis ex
eo potiſſime eſt perfecta: quia imagine dei iſignita, iuxta illud Pſal.
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. Nec enim beata Trini-
tas animam rationalem magis nobilitare potuit, q̄ ꝙ eam ſibiipſi
aſſimilauit: & ei propriam imaginem impreſſit. ita vt in rebus crea-
turis nihil ſibi ſimile inueniatur. Sed diceres. Nonne maior ſimili-
tudo dei eſt in angelo, q̄ in homine/ ac per hoc nobilior. Ad quod ẽ
dicendum, ꝙ nulla creatura quantum ad perfectionem imaginis aſ-
ſimilatur, vel coęquatur homini. Ad cuius euidentiam ſciendum,
ꝙ in omnibus creaturis eſt ſimilitudo veſtigij: ſed non in omnibus
eſt ſimilitudo imaginis. Eſt autem veſtigium ſignum pede anima-
lis relictum in cognitionem ipſius animalis ducens: non tamen ita
diſtincte/ ſicut imago. Gerit autem omnis creatura ſimilem veſtigij/
tam vnitatis/ q̄ Trinitatis. Vnitatis quidem, inquantum repręſen-
tat ſe habere creatorem, ex eo ꝙ corruptioni & mutabilitati ſubie-
cta. Induc per ſingula/ per moralem interpretationem. Primo i ele-
mentis, quæ per contrarietatẽ corruptibilia ſunt. Deinde de corpori

bus compoſitis inanimatis ligno & lapide:q̄ ex his cōpoſita ſunt:poſtea de aiatis vegetabilib⁹:de hinc de brutis:demum de hoie & Angelo,qui etiam mutabilitatis ſue motibus ſubiacent ſcd̄m Gre.Iob.iiij.Et in Angelis ſuis repperit prauitatem.Ex his patet qualiter q̄libet creatura gerit veſtigiū ſui creatoris inquantum deus creando res reliquit ſignum aliquod per qd̄ in cognitione ei⁹ ꝙ creata ſit/venitur:& huius ſignum eſt mutabilitas.Gerit etiam omnis creatura veſtigium Trinitatis q̄tum ad tria,quæ in qualibet creatura reperiūtur:quę ſcd̄m Pythagoram/ſunt principium/medium/& finis.ſcd̄m Ariſtotelem,ſubſtātia,virt⁹,& opera.ſcd̄m Sapientē:mēſura,pōd⁹,& numerus.declara ſicut vis.Imago aūt nō reperitur niſi ſolū in Angelo & hoie,ſed expreſſior i hoie quātū ad quędā accidentalia.Propter qd̄ ſciendum ꝙ natura diuina quadrupliciter conſideraē.ſ.i ſe prout habet pſonas diſtinctas proprietate originis.Et prout eſt exēplar vniuerſi:& prout comparatur ad totum vniuerſum.Primo mō in Angelo eſt expreſſior ſimilitudo imaginis.ſ.quantū ad hoc ꝙ ei⁹ natura eſt ſimplicior/ſubtilior.ſed alijs tribus modis homo magis ē ad ſimilitudinem imaginis.Nam inter creaturas ſolum natura humana habet perſonas ratione originis.Et ipſa habet pticipiū cū creaturis.Vn̄ ipſe hō dicitur oīs creatura.Mar.xvj.Et alibi.hoc qd̄ continet omnia.iij.de anima dicitur.Hō eſt omnia pticipatione/videlicet Sapien.j.
& ipſa anima eſt tota in toto corpore & tota in qualibet ei⁹ parte,ſicut deus in toto mundo & totum in qualibet parte.Bn̄ ergo dictū ē ꝙ quantū ad ſimilitudinem imaginis aīa eſt perfectiſſima creaturarum:& nihil in creaturis ſimile inuenitur,qd̄ q̄m hic habet a ſua forma ſibi naturaliter idita:vn̄ ipſa bene pulchra/decora/& formoſa dicitur in Canti.De hac pulchritudine dicit quidam philoſoph⁹.Si aia oculis corporeis videretur,multū ad ſpectaculū excitaret & amorē.
¶Sequitur ſecundum in quo videlicet cōſiſtat veritas imaginis:ad B
qd̄ omiſſis pluribus opinionibus erroneis circa hanc materiam,dicēdum ſecundum Aug.& fidem catholicam:ꝙ veritas imaginis conſiſtit in memoria:in intelligentia & volūtate.Et hoc rōnabiliter.vt ſicut a patre emanat verbū:& ab vtroq; ſpiritu ſanctus:ita a memoria ſecundum Aug.gignitur intelligentia.Vn̄ ſecundum Aug.Memoria dicitur parens:& ab vtroq; ꝓcedit voluntas ſiue amor primę veritatis:non prout amor importat nudam & ſimplicē complacentiam rei cognitę:ſed prout importat motum proprium volūtatis ſequentis apprehenſionem rei.Iſta aūt tria ſecundum Aug.ſunt vna mens & tres vires:ſecundum doctores cōiter.Nā mēoria/intellīgētia/& voluntas eandem potentiā dicūt:ſed diuerſas vires.nec putari debet ꝙ hæc tria vel aliqd̄ eorū fuerit ab æterno ſicut quidā putant

ſed inceperunt eſſe cū aīa, quæ ſtatim vt creata/habet in ſe imaginē Trinitatis: licet imago dei non ita perfecte rep̄ſentetur ī puero ſicut in habente vſum rōnis, quia veritas imaginis magis ꝓprie conſiſtit in his viribus inquantū ſunt pfecti per habitus & actus/q̄ in viribus ſecūdum ſe ſumptis. Sicut etiam in corporalib⁹ magis ꝓprie imago dicit̃ de pictura conuenientibus coloribus indutaq̄ de lineamentis ꝓtractis ſolum. Et ſi dicatur ſicut quidā dicūt, ꝙ hęc aſſignatio imaginis ſit groſſa, eo ꝙ non accipitur ſcđm intrinſeca animę: cū potentię ſint quaſi accidentia animę. Dicendum ꝙ licet aliq doctores dicant potentias addere ſuper eſſentiam animæ accidentia abſoluta. Quidam magni philoſophi dicūt, ꝙ idem realiter ſit anima cū ſuis potentijs: ſed potentię ſolū addūt quendā reſpectū ad actū: & hanc viam tenendo ceſſat obiectio eorū: nec hoc tenere eſt periculoſum, quia illi imaginationi videtur conſonū Aug. qui dicit. x. de Tri. cap. iij. ꝙ hæc tria. ſ. memoria, intelligentia, & voluntas ſunt vna mens, vna vita, vna natura, vna ſubſtantia: cum & relatiue dicant̃ ad inuicē

C ¶ Circa tertiū ad quid ſit vtilis conſideratio nobilitatis animę. Sciē-
Nobilita- dum ꝙ conſideratio nobilitatis animę tria bona facit. Primū eſt de-
tis animę dignans peccatorum deteſtatio. Vñ Berñ. Si nobilitatem tuā cogno-
cōſidera- ſcis o aia mea/peccatum abominaris. Et ideo ad vitandū peccatum
tio tria bo- ſemper prę oculis cordis habere debet ſuā generoſitatē. Vñ Orige.
na facit. Nihil eſt infelicius q̄ nobilitatis & dignitatis initij obliuiſci. Ex hoc enī originatur lapſus miſerabilis in oēm aīam degenerans: & a rectitudine pria incuruans, tanto miſerabilius/q̄to vehementi⁹. Et ideo ad iugem ſuę nobilitatis conſiderationē ſponſus aiam hortatur, Canti. j. Si ignoras o pulchra. i. nobilitatē. ſ. ꝙ ad imaginē meam creata es, egredere ab hac ignorantia, & abi poſt veſtigia gregum. i. cōſidera oēs creaturas irrationabiles, quę tm̄ gerunt ſimilitudinē veſtigij & cum per conſiderationem inueneris te ſuper oēs eſſe in ſimilitudine imaginis nobiliorem, tunc paſce hędos tuos. i. laſciuos & hędulinos motus cohibe & compeſce. Quia licet ſecundū mentem ī qua eſt imago/ſis ſurſum erecta, ſecundū ſenſualitatē tm̄ pronitatem habes ad malum. Et ideo ad conſeruādum puritatē imaginis/cohibe & paſce eos iuxta tabernacula paſtorū per diligentē cuſtodiā. Et certe in tantū conſideratio nobilitatis ducit in abominationē peccati: ꝙ etiam non habēdo reſpectū ad p̄mia vel ad pœnas/adhuc conſideratio nobilitatis induceret ad nō peccādū: quia anima oīa caduca reputat vilia & indigna, ne ipſis velit inquinari. Et hęc ē quędā ſancta & laudabilis ſupbia, quā habuit Senec. Si ſcirē, inqt, deos ignoſcituros &c. Ex hac cōſideratiōe Aug. quendā hoīem lubricū a pctō retraxit di. in quodam ſermone. Quid eſt ꝙ velis habere malum, di-

ces mihi, nihil omnino. Nõ vxorẽ, non filiũ, non filiã, non tunicam
poſtremo non caligã. Et tu vis habere malam vitã: rogo te, ꝓpone
aiam tuam caligę tuę. ¶ Secũdũ eſt ardua virtutũ ꝓſequutio. Ex cõ D
ſideratione eñ ſuę nobilitatis aia ſurgit i actiões gratiarũ: & i amorẽ
creatoris accendit, & in toto niſu ſe ſemper plꝰ & plus nobilitare co
natur per exercitiũ virtuoſũ hois gñoſi, q ſemp tendit ad ardua virtu
tum. Vñ Hugo de arra aię. O aia magno debito obligata es: multũ
accepiſti: & nihil a te habuiſti, & ꝓ eis oibus non habes: niſi tñ vt di
ligas. Nã qd per dilectionẽ datũ eſt nec melius nec decentius q̃ ꝑ di
lectionem rependi põt. nec ideo plus dilexit te, quia plus diligẽdum
inuenit in te: ſed qa gratuito plus dilexit te: taléq; fecit te, vt iam nũc
merito plus diligat te. Sic ſponſa ſuam pulchritudinem & nobilitatẽ
conſiderauerat cũ dicebat, Can. j. Nigra ſum ſed formoſa. Nigra in
quã exteriꝰ, q̃tum ad corporis tribulationẽ & macerationẽ: ſed for
moſa interiꝰ q̃tum ad virtutũ compõnem. Et hæc duo ſe conſequẽ
tur. Et qa ſcdm Grego. ſup illo verbo Iob vlt. Nõ ſunt inuentę ſpe
cioſę mulieres ſicut filiæ Iob. Electorũ, inquit, aię quantomagis ex
terius ſe affligendo deſpiciũt: tanto veriꝰ interius cõponunt. Et hęc
duo ſimul cõſiderare eſt vtile, vilitatẽ. ſ. & formoſitatẽ. vilitatẽ q̃tũ
ad corpꝰ. & nobilitatẽ q̃tum ad aiam. Quoꝝ primũ deprimit ad hu
militatẽ, ſcdm erigit ad charitatẽ. Vñ ſubdit Can. j. Nolite me conſi
derare ꝙ fuſca ſim, qa decolorauit me Sol. Sol eñ ſcdm gloſſ. habet
exurere & illuminare & fœcundare: ſic Chriſtus exterius exurit ꝑ
tribulationes, ſed interius illuminat ꝑ mentis illuſtrationẽ & virtutũ
germinationẽ. Tertiũ eſt feruens deſideriũ patrię & ad ipſã ãhelatio
Conſiderans eñ aia ad qd ex ſua nobilitate creata eſt, toto deſiderio
illuc venire cõcupiſcit. Aia eñ ex ſui creatione eſt capax beatitudis
Vñ Bern. in meditationibꝰ. O aia inſignita dei imagine, decorata ſi
militudie, capax beatitudinis, qd tibi cũ carne? Et quia ipſa ẽ capax
dei, q eſt btitudo nr̃a, ideo ſcdm Bern. ipſa cęteris oibus occupari p̃t
repleri oino nõ põt. capax eſt eñ dei, qcqd deo minꝰ eſt nõ iplebit.
Vñ Au. Feciſti nos dñe ad te, & inqetũ ẽ cor nr̃m donec regeſcat i te.

¶ Subſermo. II. ad idem. Et in
numero. CCXVII.

IN domo tua oportet me manere. Lucę. xix. Viſo de
domo ſpirituali quę eſt anima generoſa nobilitate, re
ſtet videre de eius vſus & finis commodoſa vtilitate
Qui quidẽ vſus & finis eſt inhabitatio diuina: ad hũc
eñ finem ędificata eſt hæc domus, vt ipſe deus eam
inhabitet, qd notatur i eo qd dicitur. Oportet me ma
nere. Vbi ſunt duo videnda. ¶ Primum quare & propter quid deꝰ A

cogitur manere in anima,quia dicit.Oportet me manere,qđ quandam neceſſitatē coactionis importat.Scđm q̄ ſint illę mētes q̄ Christũ cogunt in ſe manere.Quantũ ad primum ſciendũ ꝙ triplex ē coactio vel neceſſitas quo ad præſēs.Vna diuinę ꝑordinatiōis,qua deus ꝑordinauit curſum naturæ.vt cras oriri Solē neceſſariũ eſt:& de⁹ cogiť hoc facere/ſtante curſu quē inſtituit.Similiter cogiť embrione diſpoſitio infuudere animam rōnalē.Et hoc mō deus cogitur manere in aīa fidelí/quia ipſe hoc ab ęterno ꝑordinauit,ꝙ in aīa ſtante in ſua puritate habitare velit.Sapiē.j.Ipſa em̄ increata ſapiētia transfert ſe in aīas ſanctas ſcđm ſuā ab ęterno ordinationē.Alia eſt coactio ꝓmiſſiōis vel obligationis.hac etiā de⁹ cogiť cũ ſit ineffabilis veritas ꝓmiſit em̄ ſe habitaturũ i aīa iuſti:vt in multis locis Euāgelij patet. Tertia eſt coactio dilectiōis,hęc eſt fortiſſima:fortis eſt em̄ vt mors dilectio tua.Cā.vi.vñ Apl̄s.Rom̄.viij.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti.De fortitudie hui⁹ coactiōis patet exēplũ de duob⁹ currē tibus,quorum vnus trahitur amore,& alter inſequatur gladio & fugiat timore:amans fortius currit q̄ timēs.hac etiā deus cogiť manere in aīa propter amorem quē habet ad aīam,Prou.viij.Ego diligentes me diligo.Et ibidē.Delicię meę eſſe cũ filijs hoim̄.ſic coegit ipſa deum manere.Canti.iij.Tenui eũ nec dimittā.exēplũ in Iacob luctante cũ Angelo vice dei.Geñ.xxxij.Non dimittā te &c.

B ❡Vbi in Duę rōes cidit rationabilis quęſtio,quare deus pñtiā ſuā aię deuotę tā cito ſub quare de⁹ trahat,cũ qua tātũ morari deſiderat.Ad qđ dicēdũ ꝙ hoc facit dupli ſuā pñtiā ci ratione.Primo ad ſui humiliationē.Ex hoc em̄ ꝙ tam amarũ eſt cito aię de ad tempus carere deſiderata pręſentia ſponſi,cogitur aīa conſidera uotę ſub re q̄ intolerabilis ſit illa totalis & æterna abiectio:qñ tolleť impi⁹ne trahit. videat gloriā dei.Et ex hoc incipit humiliari ſub potenti manu dei, qui ipſam ſua gratia tam miſericorditer viſitauit.Secundo hoc fit ad ſuam perfectionē.Ex ipſa em̄ ſubtractiōe ſolatij creſcit deſiderium & capacior redditur ipſa aīa ad maioris boni ſuſceptionē,quia ſicut ſancta deſideria dilatione creſcunt ſecundum Greg.ita deſideria dilatata capaciorē reddunt aīam ſcđm Aug.Et quia de⁹ dat vnicuiq; ſcđm ꝓpriā virtutē.i.ſcđm eius capacitatē,vt ſcrib:ť Mat.xxv.Ideo relinquiť ex hoc ꝙ iuxta crementũ & dilatationē deſiderij creſcant & ipſa dona.Si vis ergo impleri bonis cœleſtib⁹:dilata deſiderium

C tuũ,vt ſcribitur in Pſalm̄ ❡Secundo videndum quæ ſint illę deuotę mentes in quibus Chriſtus habitare dignať:& quidē licet Chriſt⁹ in qualibet fideli aīa habitet & per fidē iuxta illud Apoſtoli Ephe.iij Det vobis &c.habitare Chriſtũ per fidem in cordib⁹ vr̄s,Specialiter tñ ad hoc elegit mentes eleuatas & abſtractas.ps.Qm̄ elegit dominus Sion,elegit eam i habitationē ſibi.Sion ſpecula interꝑtať,& eſt

in monte ſita:& ſignificat aīam eleuatam & abſtractam. Debet aūt talis aīa eſſe abſtracta tripliciter. A deſiderio rerum tpaliū,a volupta te delectationū carnaliū vel commodi tpalis ſiue corporalis:& a ſe ipſa per abdicationē ꝓprię voluntatis. p hęc eñ tria abſtrahiť aīa ab omni impeditiuo ſalutis. Contra illa tria.j.Ioā.ij. Oē qđ eſt in mundo aut eſt cōcupiſcentia oculorum,aut concupiſcētia carnis,aut ſupbia vitę. Hanc triplicē abſtractionē docuit Saluator Luc.xiiij. Qui vult ve.poſt me,abne.ſemetipſ.q̄tum ad primū.& toll.cru.ſuā,q̄tum ad ſecūdū.& ſequatur me/videlicet relictis oibus,q̄tū ad tertiū. Et hæc triplex abſtractio i Zachęo,cui hęc verba dicta ſūt. In domo tua &c. p̄t intelligi. Q̄uis eñ principiū Euāgelij ipſum diuitē & principem publicanorum appellauerit,in ꝓceſſu tñ eū verum pauperē Chriſti factū eſſe commemorat. Nam in eo ꝙ dixit. Ecce dimidium bonorum meoꝝ &c. innuit abſtractionem primam,puta a rebus tpalibꝰ quia vt dicit Theop̄. Si ſubtiliter indagare vellimꝰ,nihil iſti Zachęo de ꝓprijs reſtabat facultatibus. Data eñ medietate boneꝝ pauperibus/ex reſiduo reddebat lęſis in quadruplū:nec ſolum hoc ꝓmittebat ſed faciebat. non enim ait,dabo & reſtituam:ſed do & reddo. hoc etiā ex eo patet,ꝙ ipſe ſtatim filius Abrahę factus eſt:nō quidē, qa ipſe de eius ſtirpe genitꝰ ſit,Beda:ſed quia eū eſt imitatꝰ. vt ſicut ille terrā domūq; pr̄nā deſeruit:ita iſte bona ſua partiēda pauperibꝰ reliquerit. Eſt aūt ſciendū ſecundum Chryſ. ꝙ opes Zachęi nō ſolū nō erant iniuſtę,ſed etiā ex patrimonio erant congregatę,alioquin qūo poterat extorta inique reſtituere in quadruplū. In hoc aūt videlicet ꝙ mala ablata reſtituit in q̄druplū/fecit ſcđm legem vt patet Exod. xxij. & .ij.Regū.xij. Et ſimile dicit lex ciuilis.inſti.de vi.bonoꝝ rap. Sed ius canonicum mitius eſt in hoc,& non ꝯdemnat i quadruplū ſed in ſimplum cū ęſtimatione dāni & intereſſe,ſecundū moderationē iudicis. In foro etiā conſcientię reſtitutio fit i ſimplū quoad rem oblatā.& iniungiť ſup hoc pnīa,quia auferēdo rē alienā peccauit cōtra deū/cōtra ꝓximū/cōtra ꝓpriam aīam. Et ſcđm hoc p̄t dici ꝙ reſtitutio quodāmodo fiat in quadruplū. In eo aūt ꝙ Zachęus aſcendit in arborem Sicomorum/ſignificat abſtractio a ꝯmodo corporali vel delectatione carnali. Sicomorꝰ eſt eñ ficꝰ fatua:& habet arbor iſta folia ad ſiſitudinē mori:ſed i alijs aſſimilať ficulneę:& fructꝰ eius agreſtior, ſicut poma ſylueſtria in ꝯparatiōe ad bona poma.& ſignificat carnis voluptatis dulcedinē,quā aſcendēs p hāc abſtractionem ſub pedibꝰ deprimit & calcat,ſcđm Bedā. In hoc aūt ꝙ ipſe ad vnā dñi vocem feſtinans deſcēdit & excepit illū gaudens,innuiť abſtractio ꝓprię voluntatis:qđ etiam innuitur in eo ꝙ ſtatim filiꝰ Abrahę diciť p imitationē videlicet. Nā Abrahā ita voluntatē ſuā deo ꝯfor-

mauerat: ꝙ ad pceptū domini ꝓprium filium mactare non expauit Et hęc tria ſeinuicē pficiūt,ita ꝙ alterū ſine alijs pfectum nō eſt. Si eñ quis ſit abſtract' a ſollicitudine tpaliū:& ſit dedit' voluptati car
D nis:nihil valet. Et ſic declara de alijs. ¶Et ex hoc introducit corolla riū,ꝙ pauptas volūtaria eorū quo alia vota non emittūt,min' pfe cta eſt q̄ religioſoꝝ q hanc triplicē abſtractionē inſimul vouēt:qd pa tet tū ex cōnexiōe virtutū:quarum vna perfecte non habet niſi ha beant oēs & q̄libet virtus ornat aliam: tum ex diſpēſabilitate. Nam ſuper tali voto priuato cadit diſpēſatio,etiā epiſcopoꝝ. Sed in voto ſolēni pauptatis ſub rgl'a diſpēſari nō pt/etiā per Papā:extra de ſtatu monachoꝝ,cū ad monaſteriū. Sed diceres. Nōne paupta's harū pſo narū eſt cū maiori penuria q̄ religioſoꝝ, q cōiter plurib' neceſſarijs abundāt. Dicendū ꝙ ſcdm Aug. ſupps. cxxxi. Pauptas dei eſt i aio non in ſacculo. Et ideo paupertas qua magis animus redditur abſo lutus perfectior ē. Vnde Matthæi. v. Beati pauperes ſpiritu. &c. vbi cadunt duæ quęſtiones. Prima/an pauperes voluntarij poſſint de ſi bi largitis eleemoſynis,aliquid ad futurum retinere,& ꝓ futura ne ceſſitate conſeruare. Dicendum,aut intelligis de religioſis,qui voue runt paupertatem ſub certa regula. tunc dico ꝙ ſic. Exemplo Chri ſti,qui cum Apoſtolis habuit aliquid in communi,quod cōſeruaba tur ad futuram neceſſitatē. nec hoc repugnabat i eis perfectioni pau pertatis,quia hoc fecerunt: vt prędicationi liberius & expeditius va care poſſent. Alias enim propter ſollicitam cōgſitionem neceſſario rum vitæ/huiuſmodi opera ſpiritualia: prędicatiōis videlicet & alia/ ſepius neglexiſſent. Sic iſti glorioſi mendicātes aliquid in futurū con ſeruare poſſunt,propter actus,propter quos inſtituti ſūt in eccleſia: vt ipſis liberius vacare poſſit. Si enim iſti religioſi qualibet die: imo hora comeſtionis tātū deberēt ſibi de eleemoſynis prouidere: impe direntur,& ab officio diuino,& ab actu prædicationis, & confeſſio nis,& ita de ſingulis inducendo. quod declara. Si autem quæris de a lijs perſonis priuatis,& ſimplicibus paupertatem voluntariam tenē tibus: tunc diſtinguo,aut ad hoc ſe aſtrinxerunt voto,aut ſeruant ſi ne voto. Si ſine voto, tunc ſeruabunt eam eo modo quo magis eo rum animum ſenſerint a ſollicitudine temporalium fore ablatum. Si vero cum voto,tunc reſpicienda eſt eorum intentio. Si enim vo uens eam intentionem habuit, ꝙ nihil in mundo præter actualem neceſſitatem/vel pro tempore neceſſitatis habere volebat, tunc hoc ſeruare tenetur,al'as tranſgreſſor voti efficitur,& facit peccatū mor tale. Si vero aliam intentionem habuit, ſecundum modum quem
Nō debēt intendebat,dummodo poſſibilis ſit/ſe ſeruare debet. Conſulerem ta
cito fieri men, ꝙ talia vota & ſimilia non ſine conſilio prouidi cōfeſſoris emit

terentur. & hoc vtile eſſet ad duo. Primo ad hoc ꝙ ſecundum condi vota parti
tionem vouentis debitę circūſtantię cum maiori diſcretione cōſide cularia ſi
rarentur, qđ homo ex ſe neſcit. Secundo quia ex hoc votū magis red ne cōſilio
ditur meritoriū: vtpote de licentia eius quem ſibi ſuperiorē in foro
conſcientię conſtituit emiſſum, quia ibi accedit meritum obedientię
ex quo votum nobilitatur. & deo plus acceptabile reddit. quia vt di
cit beatus Benedict⁹ in Regula. Q đ ſine licentia ſpiritualis patris fit
pſumptioni & non merito deputabitur. idem dicit Bernardus ſuper
Canti. ¶ Sed diceres. poſſet ne iſtis de paupertate voluntaria aliquis E
inueniri modus: vt poſſint aliquid tenere in futurū/videlicet ptextu
alicuius cōmunitatis. Dico ꝙ ſic: ſi communitas habet caput: ſecus
ſi acephala gens ſine capite. tale collegium eſſet monſtrum. Et ſi di
cas: volumus facere inter nos caput: dico ꝙ hoc fieri nō licet nec pt.
Non licet, quia prohibitum eſt ab eccleſia in conſti. cle. Nec fieri pt
dato etiā ꝙ non eſſet expreſſe ꝓhibitum, quia repugnat ordini vni-
uerſi, ſecundum quem ſuperiora influūt in inferiora, & media p me-
dia, ſecūdum Dionyſium. Oīs em̄ poteſtas a domino deo. Et prima Romā. xiij.
auctoritas regiminis a patre deſcendit in Chriſtū, iuxta illud Matt.
vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas. A Chriſto deriuatur in Papam: &
ab eo via ordinaria in epiſcopos: ſed via priuilegiorum in religioſos
& ab epiſcopis in ſacerdotes curatos. Sed iſtud caput proprio ſenſu
erectum cum non ſit approbatum per eccleſiam, regēdi influentiā
nō recipit. Et ſi dicas: deus operatur & influit in me imediate. Dico
licet deus hoc poſſet, tamen ſecundum Auguſti. ita deus cūctas res
amminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat. Et ſi dicas propter
perfectionem altiſſimi ſpūs: hoc eſt in te ſpeciale qđ immediate agit
Pone ollam carnium ad terram/& vide ſi abſq; igne deus decoquat
nec legimus ꝙ vnq̄ de⁹ immediate prælaturam influeret abſq; eui-
denti ſigno. Exemplum de Aaron, qui fuit vocat⁹ triplici ſigno: vir
gę floritione/fronditione/& fructificatione. Item de Moyſe & Ru-
bo. Item de Paulo, qui proſtratus eſt & excęcat⁹: & poſtmodum mi-
raculoſe illuminatus. Item de ſancto Seuerino, & de pluribus alijs: &
Ambroſio & Nicolao. Datur ergo alia via ad ſaluandum eos: vt vi-
delicet illud qđ habent vel habiturę ſunt tales perſonę totū dent ali-
cui homini diſcreto ad manum fidelem: qui proprietatem taliū ha-
beat. & iſti perſonę pauperi inde prouideat de vſu neceſſario ſicut
de eleemoſyna. ſed nec iſtum approbo indiſtincte. Nam aut iſta
perſona cui datur proprietas/eſt ſecularis, aut eccleſiaſtica. Si ſecula
ris, tunc modus non eſt conueniens: tum quia reliquens bona ſua ꝓ
pter deū nō debet ea dare diuitib⁹/ſed pauperib⁹. Vn̄ dn̄s Mat. xix.
Si vis pfectus eſſe, vende oīa q̄ habes/& da pauperibus: non dixit di

uitibus. Tum quia temporalibus perſonis ſecularibus non competit eſſe diſpenſatores patrimonij Ieſu Chriſti, puta bonorum ꝓpter deū relictorū: licet poſſint dare eleemoſynas priuatas ſiue de ſuo ſiue de alieno priuato: nō aūt de eo qđ ex voto Chriſto ē dicatū. Si eſt perſona eccleſiaſtica: & talis cui diſpenſatio rerum pauperum eſt cōmiſſa, vtpote epiſcopus cuius ex officio eſt pauperibus prouidere, quia res eccleſię pauperum ſunt. xij q. j. res eccleſię. ſic credo modū iſtum conuenientem. ſic eñ res illę non dātur diuiti ſed pauperibꝰ eo ipſo ꝙ aſſignantur diſpenſatori pauperum, qui iſti & alijs debet de eis eleemoſynam facere. Sed licet modus iſte ſit conueniens tan ꝗ iure fulcitus in facto: tamē hodie locum non videtur habere. tum quia non videmus ꝙ res Eccleſiæ ſic diſpenſentur. Exemplum de bonis Iudęorum conuerſoꝝ: tum quia epiſcopi talibus nō pñt intendere: nec volūt talibus occupari vt videāt quid iſti pauperi opus ſit: licet cum hoc poſſint ſuis eleemoſynarijs cōmittere ſi gratiam haberent. vñ iſte modus ꝗuis licitus in ſe, tñ nunc temporis videt̄ difficilis, imo īpoſſibilis: ideo reſtat videre ſi talis reſignatio bonorū poſſit fieri religioſo confeſſori. Et dico ꝙ nō, quia qui a ſe abdicauit ſua propria qualiter in ſe recipiat ꝓprietatem in re aliena: poteſt tñ hoc de licentia ſui ſuperioris, non quidem pro ſe & nomine ſuo, ſed noie communitatis monaſterij ſui: cum ipſe non poſſit habere proprietatem alicuius rei niſi in communi. Videtur ergo iſte modus cōueniētiſſimus ꝙ iſta perſona relinquens bona ſua & aſſumens paupertatem volūtariam offerat libere ſe & ſua: vel ſaltem bona ſua omnia tam habita ꝗ habenda vndecūq; profutura ſiue ꝓuentura alicui cōuentui religioſorum, qui ex ſtatu ſuo poſſint habere aliquid in communi: ita ꝙ quicquid talis perſona lucretur ſiue de labore manuū non ſibi lucretur ſed monaſterio. Et talia bona poſſūt iſti religioſi tā ꝗ alias eleemoſynas, vt pauperes in communi ad ſe aſſumere: & de illis tali perſonę pro ſuę diſcretionis arbitrio in aliquibus ſibi neceſſarijs prouidere: quę tamen prouiſio non veniet in pactum, ſed ex mera liberalitate monaſterij depēdebit. Et poterit tunc ſuperior monaſterij confeſſori illius perſonę committere perceptionem illorum bonorum relictorum: vt ſic ille confeſſor nomine monaſterij ſui vel conuentus ex commiſſione ſuperioris talia bona percipiat & diſpenſet: vel illi perſonę pauperi licentiam expendendi hoc vel hoc: vel ꝑ tali vel tali neceſſitate ſua miſericorditer tribuat & cōcedat. Et ſic ſecundum iſtum modum nullum videtur inconueniens.

¶Sermo. II. ad idem. Et in numero. CCXVIII.

HOdie in domo tua oportet me manere,Luce.xix.Si vis ędifi care domum ſpiritualem deo:debes eam diſtiguere per tres cameras,quia tres ſunt dñi.pater:filius:& ſpiritusſanctus:qui quis vnum ſint in ſubſtantia:ac per hoc vnus dñs:tamen tres ſũt in perſonis & ſunt in ęquali poteſtate:& debet qlibet habere ſuũ ꝯmo dum. ¶ Prima camera debet vocari memoria,ſecunda intelligẽtia, A
tertia voluntas.Prima aſcribitur patri per quandam ſimilitudinem, quia vt dicit Aug. ꝙ memoria eſt mater intelligentię,quia intelligẽ tia nihil haberet niſi memoria ſibi daret.Et filio debet aſcribi intelli gentia,quia ſicut intelligentia eſt a memoria,ſic fili⁹ a patre. Et ſpi ritui ſancto debet aſcribi voluntas,quia ſicut voluntas ꝓcedit a me moria & intelligentia:ſic ſpiritusſanctus a patre & filio ꝓcedit. Vñ hę tres potentię ſic acceptę pñt vocari tres camerę. Et patri aſcribit potentia.& ſicut pr̃ per potentiã ſuã oia fecit,ſic memoria prio potẽ ter oia cõp̄hẽdit,quia velis nolis in memoriã tuã laberis. Itẽ filio aſcribitur ſapientia,vnde in ps.Omnia in ſapiẽtia feciſti.i.in filio:ſic hõ per intelligentiam ſapiens fit. Item ſpiritui ſancto aſcribitur boni tas:ſic hõ per voluntatem bon⁹ fit,quia ſine voluntate nemo bon⁹ vel malus fit.ſcd̃m Aug. ¶ In his trib⁹ cameris tam magnorum re B
gum debet eſſe ludus muſicus.Et quia inter ludos muſicos magis Nota de delectantur principes in vigellis.Debes ergo in prima camera: ſcili ludo mu cet memoria laudare deum patrem in vigella:q̄ vocatur contempla ſico ſpũali tio,cuius ſonus dicitur cõtemplirẽ.Iſta vigella habet quattuor chor qui debet das. Tangamus primam chordam arcu deuotionis:contemplando exhiberi in mẽte qñ pater in principio oia fecit ex nihilo. Geñ.j. In principio Trinitati. creauit deus cœlum & terram:ſcilicet per potentiam. Et hic ſonus dulcis eſt in auribus dei,Canti.ij. Vox tua dulcis. Secundo tangas ſe cundam chordam cum deuotionis arcu:contemplando ꝙ idem pa ter filium ſuum vnigenitum in terram miſit pro noſtra ſalute,ſecun dum illud Galat.iiij. At vbi venit plenitudo temporis:miſit deus fi lium ſuum. Hic ſonus eſt dulcis in auribus ſuis,quia plus tangit ma gnanimitatem diuinam. Tertio tangas tertiam chordam cum deuo tionis arcu:contemplando ꝙ idem pater pro noſtra omnium ſalute ipſum filium ſuum ſuſpendi voluit & mori:vt nos viuificaret,ſcd̃m illud Phil. Paſſus eſt pro ſalute noſtra:hic ſonus eſt dulciſſim⁹ in au rib⁹ patris,quia maxime tangit miſericordiã. Quarto tangas quar tam chordam cum deuotionis arcu : contemplando ꝙ idem pater filium ſuum a mortuis ſuſcitauit, Actuum tertio. Hunc de⁹ ſuſci tauit & ipſum in dextera ſua collocauit. Et illud Hebręo.j. Sedet ad dexterã dei patris. Et hic ſon⁹ eſt dulciſſim⁹ in aurib⁹ patris,q͡a glo ria ei⁹ eſt,vñ ps. Exurge gloria mea,vt te collocãdo ad dexterã me

am te faciam glorioſum. Et talis ſonus / ſcilicet contemplirem : tali modo debet patrem in camera ſua laudare. In ſecunda camera filij, ſcilicet intelligentia/debes laudare filium in vigella, quæ vocaē ſpeculatio:cuius ſonus eſt ſpeculirem, quia iſta apparent in filio tanq̃ in ſpeculo, qui eſt ſpeculum ſine macula. Et iſta vigella etiã habet quat
Heſt.vij. tuor chordas. Tangas ergo primam chordam cum deuotionis arcu ſpeculando in mente/quia deus in filio ſuo omnia fecit ſecundum illud. In principio creauit deus omnia/id eſt in filio. Hic ſon⁹ eſt dulcis in auribus filij. Secundo tangas ſecundam chordam ſpeculando ꝙ idem filius incarnari voluit, ſecundum illud ad Rom.j. Qui fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid. Et hic ſonus eſt dulcior in aurib⁹ filij. Tertio tãgas tertiam chordam cum deuotionis arcu: ſpeculando ꝙ idem filius pati voluit & crucifigi & mori pro nobis.j.Pet.v. Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Et hic ſonus eſt dulciſſimus in aurib⁹ filij. Quarto tangas quartam chordam cum deuotiõis arcu, ſpeculando ꝙ idẽ filius ſurrexit a mortuis, & ſedet ad dexteram patris in ęquali poteſtate cum patre, Matthęi.vlti. Data eſt mihi omnis poteſtas. Et hic ſonus eſt dulciſſimus in auribus filij. In tertia camera: ſcilicet ſpiritus ſancti, cum voluntate debes laudare ſpiritũſanctum. & hæc vigella etiã habet quatuor chordas. Primam tãgas cum deuotionis arcu in iubilo, reuoluendo in mente, ꝙ per ſpiritumſanctum Maria concepit/& peperit Virgo. Mat.vlti. Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam. &c. Iſte ſonus eſt dulcis in auribus ſpiritusſancti. Secundo tangas ſecũdam chordam in iubilo, reuoluendo in mente, ꝙ ſpiritusſanctus apparuit in columbę ſpecie, notificans Chriſtum, & ſanctificans nobis baptiſmum. Lu.iij. Deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie. &c. Tertio tangas tertiam chordam in iubilo, reuoluẽdo in mente, ꝙ ſpiritusſãctus Apoſtolis miſſus eſt: vt ipſos fortificaret, & illuminaret/& eloquentes redderet. Actu.v. Dum complerentur dies Pentecoſtes &c. Quarto tangas quartam chordam in iubilo, reuoluẽdo in mente qñ intrat ſpũs ſanctus corda humiliũ & bonorũ ſcdm illud Ioã.iij. Spũs vbi vult ſpirat. Et illud Eſa.lxvj. Sup quẽ requieſcit ſpũs meus &c. Et hęc chorda eſt dulciſſima ſup mel & fauũ. Aug. Deus intrat aĩam omi voluptate dulcior, omi luce clarior, omi ſecreto interior. Tunc poteſt dicere, Mel & lac ſub lingua eius, in eo cum acceperit tam dulcia guſtare, & pręnimia dulcedine rapi extra ſe, & dicere, Viuit in me Chriſtus/cui coniunctus ſum: & dicere cum Apoſt. Phil.j. Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto ſponſo meo. Qñ ſic in tali iubilo perſeuerat, audiet vocem ſponſi ſui dicentẽ ſibi: Veni electa mea. & ponam in te thronum meum.

¶Sermo tertius ad idem, & in numero. CCXIX.

Aſcendit in arborem ſicomorum vt videret illum. Lu.xix In anima religioſa in ſpiritu libertatis ambulante, duo requiruntur/quæ in his verbis innuuntur. ¶Primũ eſt eleuatio virtuoſa, ibi/Aſcendit. Secundum eſt contemplatio radioſa, ibi/Vt videret illũ. Primũ patet. Qui eñ aſcẽdit ad cœleſtia ſe eleuat, & a terrenis ſe elongat. Vñ nota ſecundũ Ber. ꝙ aĩa habet duas potentias ĩmateriales. ſ. intellectum & voluntatẽ: ꝑ quas velut ꝑ duas alas in deũ eleuatur & aſcẽdit. Memoria eñ non eſt diſtincta potentia ab his duabus, ideo includitur in his: eo eñ ipſa dei capax eſt, quo imago eius eſt. Nõ eñ poteſt aĩa aſcendere ꝑ dictas alas/niſi ſint pennatę. i. habitibus & actibus ornatę. Debet ergo ad hoc in intellectu eſſe ꝯſideratio ſupernę dulcedinis: in affectu/dilectio ęternę pulchritudinis. Dico ꝙ ad aſcenſum aĩæ reqritur in ala intellectus/quaſi penna cõſideratio ſupnę dulcedinis. Ex hoc eñ ꝙ aĩa cõſiderat ſupernam dulcedinẽ, quã nec oculus vidit &c. ſtatim ad cœleſtia incipit eleuari, ita vt nullũ onus tã graue, tã oneroſum ſit, qđ eã ad terrã deprimere poſſet: quin potius ipſum dei amore velit ſuſtinere. Quia ſcđm Greg. conſideratio p̃mij minuit vim flagelli. Ad cui⁹ cõſiderationẽ hortatur Pſal. Guſtate & videte. i. cõſiderate, qm̃ ſuauis eſt dñs. Et notãter prius dicit/guſtate, & poſt/videte. Guſtus eñ ſupnæ dulcedinis/& p̃mij ſapor in affectu, p̃cedit eius conſiderationẽ in intellectu. Nullus eñ valet eã videre & cõſiderare, niſi prius eã guſtau erit. In cuius figura legitur. j. Regũ. xiiij. ꝙ Ionathas filius Saul, cum guſtaſſet fauũ mellis/ſtatim illuminati ſunt oculi eius. Sed dices non videtur ꝙ actus intellectus p̃cedit actum affectus. Dicendum ꝙ p̃guſtatio & p̃affectio imperfecta p̃cedit actum intellectus: (Secũdum quẽ modũ dicit Aug. ꝙ partũ mentis p̃cedit appetitus) perfecta autem ſequitur. Queadmodũ dicit idem, ꝙ inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaq̃. Cœleſtẽ ergo dulcedinem & illius ſtatus perfectionem omnimodã, in quo anima ſuo fontali iungetur principio prius penſemus, & ſic in ſuperna aſcendamus. ¶Secũdo aĩa aſcendere volens, debet in ſecunda ala. ſ. in affectu habere quaſi pennã dilectionem: vt. ſ. igne amoris accenſa aſcendat in deum. Videmus ꝙ vapor non poteſt aſcẽdere ſurſum naturaliter, niſi imprimatur ſibi calor a Sole. In motu eñ naturali confertur forma paſſo, in violento nõ: ita a ſimili niſi calor ſolaris. i. amor diuinus animę imprimat̃, ipſa in deũ nõ aſcendit: habito aũt amore in tantũ aĩa ad deũ aſcendit, vt verius dicat̃ in deo eſſe q̃ in corpore, ſcđm Aug. Aĩa verius eſt vbi amat q̃ vbi aĩat: imo verius dicat̃ eſſe in deo q̃ in ſeipſa, qa capit formã dei/eius ſpeciẽ occultantẽ. Nã ſecũdũ Diony. Natura eſt amoris tranſformare amantẽ in amatũ. Exemplũ ad hoc. ferũ poſitum in

Margin: A — Intellectu & volũtate q̃ſi duab⁹ alis aſcẽdim⁹ i cœlũ. — B

C igne capit formã ignis. ¶ Sed nota, ꝙ eſt duplex amor. ſ. amicitię & cõcupiſcentiæ. Amor amicitiæ, qñ quis diligit̃ propter ſe. Amor cõcupiſcentiæ, qñ qs diligitur ꝑpter bonũ diligẽtis. Sunt ergo quidã, q diligunt deũ amore cõcupiſcentiæ. non ꝑpter bonũ qđ eſt in deo, ſed quod ipſi ſperant conſequi a deo: & iſti nõ aſcendũt ꝑ amorẽ, ſed deſcendũt. Et de iſtis quidã ſunt obliqui, vt illi qui diligũt deũ propter bonum temporale. ſ. augmentationẽ diuitiarũ, & hmõi. Alij aũt ſunt imperfecti, q diligunt deum propter bonum ęternum, & non principaliter ꝑpter ſeipſum: ſed perfecti diligunt amore amicitiæ propter ſe, ita dũtaxat, ꝙ ſi eis neq; bonũ temporale, neq; æternale vellet dare, adhuc a ſui amore nollent ſegregari. Et iſti veraciter ad deũ aſcẽdunt, vt de eorum anima dicatur illud Cantic. iij. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virg. fu. &c.

De amore amicitiæ, & amore cõcupiſcẽtiæ.

¶ Sermo quartus ad idem, & in numero. CCXX.

Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalẽ, nouã, deſcendentẽ de coelo. Apocal. xxj. Sicut dicit quædã gloſſa ſuper principiũ Geñ. Hieruſalẽ ſecundũ quadruplicẽ ſenſum quatuor ſi-
A gnificat. ¶ Nã ꝑ Hieruſalẽ ſecundũ ſenſum literalẽ, intelligit̃ illa ciuitas materialis. q̃ vocat̃ Hierl̃m: ſcd̃m ſenſum moralẽ, ꝑ Hierl̃m intelligit̃ anima: ſecundũ ſenſum allegoricũ, intelligitur eccleſia militans: ſecundũ ſenſum anagogicũ, ꝑ Hierl̃m intelligit̃ eccleſia triũphans. Dimiſſo ſenſu literali, allegorico, & ana-
B gogico, ſolũ de morali intẽdim⁹. ¶ Propter qđ ſciendũ, ꝙ aĩa ſi vult mereri vitã æternã, debet eſſe Hierl̃m ciuitas ſancta, mũdana relinquendo: debet eſſe noua, nouã vitã inchoando: ſed debet eſſe de coelo deſcendens. i. de coelo veniens & de coelo deriuata, coeleſtia imitãdo, & rectã intentionẽ habendo. Hæc eñi tria requirunt̃ ad bonitatẽ vitæ, mala relinquere, bona agere, & rectã intentionẽ habere. Nã ſecundũ Greg. Minus eſt. i. modicũ eſt, mala non agere, niſi quiſq; ſtudeat bonis operibus inſudare. Rurſus nõ ſufficit agere bona opa, vt̃ nõ ſufficit agere ea q̃ ſunt de genere bonoꝝ, niſi recta intẽtione fiãt. Nã dare eleemoſynã & alia opa q̃ ſunt de genere bonorũ, quis põt facere intentione nõ recta, ſed ꝑpter inanẽ gloriã. Vt ergo aĩa poſſit vitã ęternã mereri, debet eſſe Hieruſalẽ ciuitas ſancta, pctã & vitia relinquẽdo. Ideo dicit̃ Eſa. lx. Surge & illuminare Hieruſalẽ, qa venit lumen tuũ. Quaſi diceret. O Hieruſalem, o anima, quę debes eſſe Hieruſalem ciuitas ſancta, ſurge, vitia & peccata relinquendo: illuminare, id eſt vt poſſis illuminari: quia venit lumẽ tuum, id eſt Chriſtus, qui eſt lucerna illuminans omnem hominem venientem in hũc mundum. Ad hoc etiã adaptare poſſumus quod dicit Dionyſius in

Epiſtola ab beatum Ioannem Euangeliſtam. Dicit enim ſic. Opto
dimiſſos ab illis qui contra ſe faciunt,ad bonum conuerti. Contra ſe
autem faciunt potiſſime mali. Nunq̄ enim poſſet aliquis tantum no
cere alteri,quantū homines mundani nocent ſibiipſis. Ideo ait Dio
nyſius. Q; optat dimiſſos ſupple nos eſſe.i. ſeparatos ab his qui
contra ſe faciunt.i.a mundanis.& optat nos ab bonum conuerti :in
quo docet ꝙ debmus eſſe Hieruſalem ciuitas ſancta, mūdana relin
quentes. ❡Secundo aīa debet eſſe noua,nouam vitam inchoando. C
De hac autem nouitate poteſt intelligi illud quod ſcribitur Leuiti.
xxiiij. Offeretis nouum ſacrificium domino ex omnibus habitacu
lis veſtris. Anima enim noſtra eſt domus & habitaculum dei. Hoc
habitaculum habet cameras & tot habitacula quot habet potentias
& potiſſime quot habet potentias nō organicas, cuiuſmodi ſunt me
moria,intelligentia.& volūtas,quia in talibus potiſſime habitat deꝰ
Ex omnibus ergo iſtis habitaculis debemus offerre nouū ſacrificiū
dño deo:quia relicta vetuſtate peccati debemus nouo modo viuere
deo,& diligere ipſum ex tota mente.i.ex tota memoria, ex toto cor
de.i.ex tota intelligentia,ex tota anima.i.ex tota voluntate. Tertio
nota,ſecundum animam quilibet noſtrum debet eſſe de cœlo deſcē
dens.i.de cœlo veniens & a cœlo deriuatus,cœleſtia imitando,& re
ctam intentionem habendo. Nam illud quod deriuaꝛ ab alio,imita
tur ipſum & aſſimilatur ei. Tunc ergo deſcendemus de cœlo,& deri
uati erimus a cœlo, quādo imitabimur cœleſtia & aſſimilabimur eis
non habendo terreſtrem nec depreſſam,ſed cœleſtem & eleuatam
& rectam intentionem. De hac autem intētione poteſt intelligi qđ
dicit Diony.in Eccleſiaſtica Hierarchia. Q; finis hierarchiæ noſtræ
eſt ad deum,& ea quæ diuinitus ſunt intenta dilectio, quæ ſine re
cta & cœleſti intentione fieri non poſſunt.

❡Sermo quintus ad idem,
& in numero CCXXI.

QVærebat videre Ieſum. Lucæ.xix. ❡ Deus qui eſt vni A
uerſalis ſiue vniuerſale bonum,cōcludens in ſe om̄e bo
nū,ſcđm Ph̄m.v.Meta. Deus qui eſt bonū a quo fluxit
omne bonum. Deus qui eſt bonū non alio bono bonū,
ſed bonificans omne bonum,ſecundū Aug. videns filium ſuum bo
num,& beatitudinem nō poſſe minorari & poſſe cōmunicari,creauit ani
mā rationalē vt ęternaliter fruatur diligat & poſſideat illud bonū qđ
eſt fons & origo omnis delectationis gaudij,& beatitudinis. Et indi
dit ei naturalē appetitum ſiue ſitim illius boni,ſecundū Boe. & nihil
deo minus poteſt ipſam ſatiare,ſecundū Aug. Feciſti nos dñe ad te
& inquietū eſt cor noſtrū,donec requieſcat in te. Quę tūc quietabiꝛ &

imaginem dei. Per memoriam aſſimilatur patri: per intelligẽtiã filio: p voluntatẽ ſpũi ſancto. Et ſicut a memoria/intelligẽtia, & ab vtroq; voluntas: ita a patre filius, & ab vtroq; ſpũs ſanctus. Aĩa inquã exñs in illa parte/dulcius fructificat, meditãdo, cõtemplando, & iubilãdo. Vñ ſponſus de tali dicit in Can.ij. Fructus illius dulcis gutturi meo. Vñ dicunt Philoſophi, ꝙ vltra duo miliaria vel parũ plus a terra.ſ.in monte olympo, nõ ſunt pluuiæ, grandines, neq; ventus: & propter puritatẽ aeris lrẽ ſcriptę in pulueribus/ſequẽti anno inuentę fuerũt intactę: ſic aĩa in illa parte exñs. Secũdo montes impreſſiones de cœlo copioſius recipiũt, ſic aĩa: vt patet in multis. Vbi nota, ꝙ cœleſtis ros.i.conſolatio vel dulcedo cœleſtis dupl'r deſcendit in aĩam. Vno mõ intrinſece ſolũ, vt patet in illo q dixit. O q̃ dulcis eſt ſpũs tuus in me. Sap.xij. Et nota, quare ꝑpoſuit o, q̃ litera caret principio & fine: ſic &c. Q ñq; etiã extrinſece, ita ꝙ iterior dulcedo & gaudiũ redũdat & effluit in membra vel corpus, vt patet in iubilo. Tertio imminẽte tẽpeſtate fumigant, ſic aĩa talis iminente tempeſtate pſecutionis & tribulatiõis/debet fumigare.i.fumũ orõnis emittere. Pſal. Tãge mõtes, & fumigabũt. Et Apoc.viij. Aſcendit fumus incenſoꝝ de orõnibus ſctõꝝ. Thus eñ inflãmatũ igne, fumũ odoriferũ emittit/directe aſcendentẽ in cœlũ. Pſal. Dirigatur orõ mea ſicut incen. &c. Exẽplo Chriſti, q imminẽte paſſione/orauit patrẽ in ſuperiori parte ratiõis. vñ dixit. Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. ¶ Tertio aſcendat ſpũs in deũ, ita vt ſpũs fiat deus nõ p eſſentiam, vt veniat in ipſum nihil vñ factũ eſt: ſed p operationẽ & vnionẽ, vt patet in ferro ignito: Sic licet dicaẽ deus, manet tñ in ſua natura, iuxta illud. Ego dixi/dij eſtis. vel vt melius intelligatur, aſcẽdat cũ Symeõe in templũ/in quo vidit Ieſum di. Nũc dimit. &c. id eſt deuotã orõnem: qa ſicut templũ fuit altũ, ſic oratio eſt aſcenſus mentis in deũ/ſecundũ D: m. Q uid aũt aĩa exñs in deuotiõne inueniat & videat, melius docet experiẽtia q̃ ſermo & liber. Et patet. &c. E

¶ Sermo ſextus ad idem,
& in numero.CCXXII.

VEnit filius hominis quęrere, & ſaluum facere. Lu.xix. Secundũ quod dicit Philoſophus in libro de Generatione. Nihil generat ſeipſum, ſed cõſeruat ipſum in eſſe per alimentum: quia nulla creatura producitur in eſſe ex virtute ſui pſius: quia dicit idem Philoſophus in eodem. Homo & Sol generant hominem. ¶ Ex quibus verbis datur intelligi, ꝙ ex operatione creaturarum, & virtute Solis omnia producuntur in eſſe. Sic a ſimili dico ꝙ nulla ſalus & virtus eſt in homine ſine gratia Ieſu Chriſti, qui eſt fons & origo omnium virtutum, qui venit ſal A

uare nos:ſicut tãgitur in verbo propoſito, Venit filius hominis. Vnde notandum eſt, ꝙ ad nos venit tripliciter. Primo tanq̃ amicus fideliſſimus in neceſſitate nos adiuuare. Secundo tanq̃ conſolator dulciſſimus in omni conſolatione nos adiuuare. Tertio tanq̃ hoſpes largiſſimus omnem appetitũ noſtrum ſatiare. De primo Hiere. xlij. Nolite timere a facie regis Babylonis, quia ego ſum vobiſcum, vt ſaluos vos faciam & eruam vos de manu eius: & dabo vobis miſericordiã, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. Babylon interpretatur locus confuſionis, & ſignificat iſtum mundum labilẽ, atq; falſum, in quo nulla fides: qa nec pater filio, nec filius patri, nec frater fratri, nec amicus amico, iam credere poteſt. Et in hoc mundo diabolus eſt rex omnium illorum qui ſunt amatores huius mundi: & ſimiliter inſidiatur nobis nocte & die, vt deducat nos in ciuitatẽ ſuæ habitationis. Et vt huic reſiſtamus docet nos beatus Petrus. j. Pe. v. Fratres, ſobrij eſtote & vigilate &c. Si autem hunc falſum regem fugare deſideratis, eius regionem fugite, videlicet mundum: quia eſt princeps huius mundi. vnde Iacobi. iiij. Quicunq; voluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus dei conſtituitur. Et hoc propter voluntatum contrarietatem: quia deus vult humilitatem, patientiã Mundus ſuperbiam, iracundiam: deus continentiam, mũdus luxuriam: deus miſericordiam & pietatem: mundus auaritiam, & crudelitatem. Vnde. j. Ioan. ij. Nolite diligere mundum, neq; ea &c. Quia omne quod in mundo eſt &c. ne ergo in hoc periculo timeamus, venit iſte fidelis amicus nos adiuuare. vnde Exo. Nolite timere quoniam vobiſcum ſum ad quæcunq; perrexeritis, nõ derelinquam neq; dimittam vos. O q̃ fideliter nobis iuuamẽ exhibuit, cum ſeipſum morti pro nobis tradidit. Eccleſiaſt. Amico fideli, nulla eſt comparatio. Nota eius fidelitatem. Ait enim patri, Ioannis xvij. Pater, volo vt vbi ſum ego & illi ſint mecum, quos ſupple redemi ꝓcioſiſſimo ſanguine meo. Eſt enim ſignum veriſſimæ dilectionis cum quis exiſtens in longinqua regione ab amicis ſuis, & ſine aliqua neceſſitate venit viſitare & conſolare. Ita amicus noſter Ieſus venit viſitare ſuos amicos, ſcilicet proximos, mediocres, & infimos. Primo venit viſitare proximos. i. contemplatiuos, qui omnia reliquerunt propter ipſum ipſos conſolando, Mat. xix. Amen dico vobis. ꝙ vos qui reliquiſtis omnia &c. Secundo venit ad mediocres, id eſt ad actiuos, & in via dei laborantes, ipſos confortando dicens. Eia milites Chriſti Eia mei ꝑelecti, eſtote fortes in bello &c. Quare quoniam merces veſtra eſt, quod nec oculus vidit &c. Tertio venit ad infimos, id ẽ ad pœnitentes, ipſis gratiam conferendo. Vnde Lu. ix. Venit filius hominis quærere &c. Quia dicit Auguſtin⁹, ꝙ multo pronior deus eſt

miſericordiam dare, q̃ peccator ſit accipere: quia plus cruciat eum paſſio miſeri/q̃ paſſio lateris ſui. Quare nemo de pietate dei diffidat quia maior eſt miſericordia ſua q̃ miſeria noſtra. Secundo venit tan q̃ conſolator dulciſſimus. Pſal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. &c. Eſt autem duplex triſtitia, ſcilicet cœleſtis, & terreſtris. Prima dat vitam ęternam. Secunda mortem & pœnam æternam. Vnde. ij. Corint. vij. Triſtitia quæ eſt ſecundum deũ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: triſtitia autem ſeculi operatur mortem. ¶ Nota ꝙ electi triſtantur tripliciter, ſcilicet peccato- B
rum commiſſione: bonorum operum omiſſione: & cœleſtis patriæ dilatione. Et iſtos conſolatur tanq̃ Apoſtolos ſuos, dicens Ioan. xvj. Gaudete & exultate &c. Mundus quidem gaudebit. &c. Et quare? Triplr cõ-
quia clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos. Vbi nota, ꝙ tri- ſolaṫ dñs
pliciter exaudit, & conſolatur eos. Primo in petitionum exauditiõe, iuſtos.
cum dicit, Ioan. xv. Petite & accipietis, vt gaudium &c. Ergo petamus. Quia dicit Chryſoſt. Petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur. Idem. Qui enim ſeipſum donauit hominibus, quomõ regni ſocietatem negaret? Secundo conſolatur nos in gratiarum inuentione. Lucæ. xix. Quærite/& inuenietis, ſupple gratiam in conſpectu dei. Eſa. lv. Quærite dominum dũ inueniri poteſt. Nota ſi quis ſciret ſe argentum vel aurum inuenturum in aliquo loco deputato & certo, ille magno labore & ſtudio inſtaret illud quærere: ſed gratia dei eſt multo maior auro vel argento vel omni re. Quæratur ergo multo maiori ſtudio. Tertio cõſolatur in ianuæ clauſæ reſeratiõe. Lucæ. xj. Pulſate & aperietur vobis. Curramus ergo velocius, ne contingat nobis ſicut fatuis virginibus, quibus dicitur. Mat. xxv. Amen dico vobis/neſcio vos. ¶ Tertio venit tanq̃ hoſpes largiſſimus. Vnde Mat. xj. Venite ad me omnes qui laboratis/& onerati eſtis &c. Ecce hic hoſpes inuitat nos ad menſam ſuam abſq; auro & argento: ad quam menſam ipſe eſt dapifer & pincerna, vt ſui conuiuales magis ſint iocundi & hilares. Quia ſecundũ Poetam, Vultus iocũdi/hoſpitis duplicat dapes. Lu. xij. Hic enĩ præcinget ſe/& faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, ſcilicet panem quo angeli veſcuntur in cœlis, & ſancti in terris.

¶ Sermo ſeptimus ad idem,
& in numero. CCXXIII.

DOmum tuam domine decet ſanctitudo. &c. Verbum hoc ſcriptum eſt in Pſal. xcij. Et bene conuenit prædicari de conſecratione huius eccleſiæ: quia hæc eſt domus dei. Et notanẽ duo in verbo propoſito ordine ꝑpoſtero. Primũ ẽ/vniuſcuiuſq; eccl'ię ſanctificatio. Scdm ẽ finis determinatio.

primũ ſit per Epoꝝ conſecrationem. Secundũ p fideliũ venerationẽ Nã Epi per ſuas benedictiones eccleſias conſecrant, ſed Chriſtiani in eis orãtes & deum laudãtes, ad cuius honorẽ ædificãtur & ꝯſecrã tur, demonſtrant. Primũ notatur cũ dicitur, Sanctitudo. Secundum

A innuitur cum dicitur, Domum tuam. ¶ Notandum ꝙ circa domũ dei q̃ eſt eccleſia, quatuor requirũtur. Primo ꝙ ipſa ædificetur: ſecundo, ꝙ decoretur: tertio, ꝙ in ea deo ſacrificetur: quarto, ꝙ in ea deus veneretur. Primo ædificatur per artis compoſitionem. Secundo decoratur per imaginũ depictionem. Tertio in ea ſacrificaẽ per corporis Chriſti cõfectionẽ. Quarto deus in ea honoratur p laudis ꝯfeſſionem. Et quia hæc eccl'ia ſiue domus dei materialis ſignificat aiam q̃ eſt domus dei ſpiritualis, ſicut dicit Aug. Quicquid eñ in templis manufactis agitur, totum in nobis ſpũali ædificatiõe compleẽ: ideo omnia hæc prædicta circa domũ dei ſpiritualẽ inueniuntur. Primo ergo videndũ qualiter domus dei ædificetur: hoc aũt bene oſtenditur. iij. Reg v. vbi Salomon incepit ædificare domum dei. Aedificatio aũt domus taliter erat diſpoſita. Nam altitudo erat triginta cubitorum: latitudo viginti, ſed & longitudo ſexaginta cubitorum erat. Ecce diſpoſitio domus dei materialis. Et ſecundum eandem diſpoſitionẽ ſpũaliter acceptam, debet fieri & ædificari anima, vt fiat domus dei ſpũalis. Primo ergo domus Salomonis debet eleuari in altum per fidem trinitatis, vt credat in patrem & filium & ſpiritũ ſctm. Nam aliter nõ poteſt aia fieri domus dei niſi eleuetur in altũ p fidẽ quæ ſignificata eſt per triginta cubitos. Et hoc optime demonſtrat Athanaſius in ſuo Symbolo, dicens. Hæc eſt fides catholica, quam niſi. &c. vſq; in vnitate veneremur. Vides ergo ꝙ neceſſarium eſt, vt ad altitudinem triginta cubitorum eleuetur anima: hoc eſt per fidem trinitatis illuſtretur, vt poſſit effici domus dei. Secũdo domus Salomonis habuit in latitudine viginti cubitos. per quã menſurã ſignificatur Chriſti charitas, ſecundum gloſſam. Nam iſte numerus continet duplicem denarium, hoc eſt bis decem: per quod ſignificatur duplex actus charitatis, ſcilicet dilectio dei, & proximi. Vera eñ charitas inflammat hominẽ ad deũ diligẽdum propter ſe, & excitat ad proximum diligendum propter deum. Et hoc eſt quod dicit Ioannes in Canonica ſua. Hoc (inquit) mandatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem ſuũ. Sine hac latitudine charitatis non poteſt anima fieri domus dei. Vnde dicit idem Ioannes in prima Canonica ſua. Qui non diligit, manet in morte. ¶ Tertio domus quam ædificauit Salomon ad honorem dei, habuit longitudinem ſexaginta cubitorum. Per quam menſuram longitudinis ſignificatur longanimitas patientiæ: vt oia aduerſa & ardua ſuſtineat

Nota ædificationẽ tẽpli Salomonis, ad cuius inſtar debet aia ſpiritual'r ædificari, vt ſit templum dei.

patienter, quando voluerit eſſe dom⁹ dei. Sicut ergo Salomõ diſpoſuit ędificium domus dei ſecundũ altitudinem/latitudinem. & lõgitudinem/viſibiliter/& materialiter: ita neceſſe eſt diſponi ipſam animam ſcdm charitatem & fidem/& patientię lõganimitatẽ. Nã iſtis virtutibus ędificatur anima & pficitur: vt deus ipſam incipiat ĩhabitare. ¶ Secundo Salomõ domũ quã deo ędificauit/multipliciter decorauit: poſuit in eam arcam Moyſi, quæ nimiũ erat ornata: & ſculpſit duos Cherubin, & circũquaq; in parietibus poſuit celaturas. ita & in eccleſijs noſtris p magno decore ponim⁹ cyborium, in quo cõſeruatur corpus Chriſti: & depingimus angelos circa & imagines. B
Et hæc omnia debẽt eſſe ſpiritualiter in aĩa, vt ipſa virtualiter decoretur: vt & deus in ipa manere dignetur. de qua decoratione dicit Pſal. Dñe dilexi decorem domus tuę. Quicunq; aũt talẽ decorẽ aĩę diligit: oĩ diligẽtia laboret, orando, & ſupplicando: quatenus de⁹ ſuã animã totaliter ſic decoret. Primo igitur aĩa eſt decorãda/vel ornãda per arcã vel cyborium. in arca quã Salomon poſuit in domo dñi/ reſeruatum fuit manna, cibus: ſcilicet cœleſtis. & ĩ cyborio noſtro reſeruatur corpus Chriſti, qui eſt cibus angelorum. Similiter & nos p magno ornatu animę, debemus primo ponere archam/ſiue cyborium, hoc eſt Chriſtũ hominem, in quo diuinitas abſconſa fuit. qui eſt cibus cœleſtis, & refectio angelorum: Hanc ergo arcam: id eſt, Chriſtum ponamus in corde eius humanitatem/ſiue incarnationem recogitando, & beneficia incarnationis penſando, & eis gratias agẽdo. Et ad hoc hortatur nos ſcriptura per ſanctũ Dauid. Nam dicit in. ij. Reg. vj. q Dauid dixerat. Vadam & reducam arcam dñi i domum meam. Secundo Salomon poſuit duos Cherubin in templo p ornatu domus: ita & nos ponamus in anima vel in corde noſtro illos nobiliſſimos ſpiritus, ſcilicet angelos recogitando eorũ gratiã & nobilitatẽ & felicitatem. & deum in ipſis laudando: & eorum beatitudinẽ ardenter deſiderãdo. Qui ſic animã ſuã illis cœleſtibus occuparet: poſſet dicere cum Apoſtolo ad Phil. iij. Noſtra conuerſatio in cœlis ẽ. Tertio Salomõ circũquaq; in parietib⁹ poſuit celaturas p ornatu: & nos in eccleſijs depingimus imagines ſanctorum. Similiter & in anima quę debet eſſe domus dei, debemus ſanctos depingere. Primo martyres, vt recogitemus eorum patientiam. Poſtea cõfeſſores, vt attendamus eorum auſteritatem & abſtinentiam. & ſic de cæteris. Quando igitur domum animę noſtrę talibus picturis ornamus: ſic deo delectabilem manſionem pparamus. Ad hoc monet nos Apl's ad Ephe. ij. dicens. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: i quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum i domino. ¶ Tertio fecit Salomon domum illam materialem ad offerendum

C ſacrificium in ea dño ad ipſum placandũ. Vnde dicit̃ in Pſal. Tunc acceptabis ſacrificium &c. Ad hoc autem templum ſolebat tripliciter immolari. Quandoq̃ homo offerebatur ad ſeruiẽdum, ſicut Samuel oblatus fuit a matre. Quandoq; offerebantur panes azymi, ſicut patet in Exo. & multis alijs libris. Quandoq; etiam ſacrificabãt̃ pecora, ſicut oues & boues, vel alia animalia. Et ideo pceptum erat in lege, vt null⁹ appareret coram domino, niſi aliquid offerret. Fuit ergo facta illa domus a Salomone: vt in ea ſacrificium deo offerret̃. Similiter domus animæ ad hoc ędificatur & ornatur: vt deo in ipſa ſpiritualiter immoletur. Primo ergo debet homo ſeipſum deo offerre ad ſeruiendum. Ad hoc debet nos inducere exemplum Chriſti, q pro nobis ſeipſum obtulit patri ad ſatiſfaciendum pro nobis. Vnde monet nos Apoſtolus ad Ephe.v. dicẽs. Eſtote imitatores dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Secundo offerebatur in domo quam ędificauerat Salomon, panis azymus, per quem ſignificatur panis viuus qui deſcendit de cœlo: ſcilicet Chriſtus, quem panem Chriſtiani offerunt corp⁹ Chriſti quotidie conficiendo, & deuotiſſime conſecrando. Hoc autem faciunt fideles triplici de cauſa: ſcilicet, vt p corporis Chriſti refectionẽ recogitent Chriſti paſſionem, vt per corporis ſacramentum recipiãt venialium deletionem, vt per eius manducationem ſentiãt internã conſolationem. De primo dicit Apoſtolus .j. Corin. xj. Quotiẽſcũq; manducabitis. &c. De ſecundo dicit Aug. Quotidie communicare deberem, quia quotidie pecco. De tertio Io. vj. Qui manducat me, viuit propter me. Hunc etiam panem ſacratiſſimum debemus offerre in domo animæ frequenter iſtum panem recogitando, & per charitatis feruorem ipſum panem deſiderando. Et hoc eſt ſpiritualiter manducare ſecundũ Augu. Vñ dicit ipſe. Crede & manducaſti. Tertio in templo Salomonis offerebãtur diuerſi generis aĩalia. Et in eccleſijs noſtris offeruntur diuerſa ſacrificia: ita etiã debemus in templo animæ offerre diuerſas meditatiões & deuotiões: & nũq̃ debemus coram domino vacui apparere. Vnde dicitur Exo. xxiij. & in Deutero. xvj. & in Eccle. xxxv. Nõ apparebis in ↄſpectu meo vacuus. Ille coram domio vacuus apparet, qui nullam deuotionem vel affectionem deo offert. ¶ Quarto ędificauit Salomon domum D illam, vt deus in ea veneraretur & laudaretur: quod notatur i eo qđ dicit̃ ſanctitudo. Vnde & deputauit ad hoc cantores, q iugiter laudarent & recordarẽt̃ omniũ operũ dñi. Ita & eccleſię noſtræ ad hoc ędificant̃ materiales. ſ. vt deus i eis ſemp laudet̃, tã p genuflexiões, q̃ per deuotas orationes: q̃ etiam per vocis & cantus iubilationem.

Ad tria offertur Christi corpus in eccleſia.

Vnde dixit dominus ad Iudęos. Domus mea/domus orationis vo
cabitur. Et in Pſal. In cymbalis beneſonantibus/laudate dominum.
Similiter in anima quando conſecratur,vt ſit templū dei ,deb ēt iſta Deuene-
tria fieri. Nam primo debet deus i ea exorari per genuflexiones hu ratione
miliationis,per deuotionem orationis,per cantum cōfeſſionis. Pri ſpūaliter
mo dico,ꝙ anima quę iam facta eſt dom⁹ dei/debet deum venera- exhiben-
ri ſe humiliādo. Hoc enim pertinet ad honorem diuinum: vt omnis da deo in
creatura ei ſubijciatur,& coram eo humilietur. Vnde dicit domin⁹ anima.
per Prophetā,Eſa.xlv. Mihi curuabitur omne genu. Tunc aūt oē
genu curuatur deo:quando creatura rationalis humiliter ſe ſubijcit.
Secundo deus in domo animę honoratur:quando deuote oratur,&
ab eo auxilium imploratur. Et ad hoc poteſt ſumi illud verbū Apo
ſtoli.j.Corinth xiiij. Orabo ſpū/orabo & mente,pſallā ſpū/pſallam &
mente.q.di. Oratio mentalis eſt,qua deus mentaliter honorat. Ter
tio debet deus in domo animę venerari per laudis cōfeſſionē,p grā-
rū actionē. Vnde dicit Propheta in Pſal. Bñdic anīa mea dominum.
Tunc enim anima veraciter deo humiliatur:quando ei⁹ gratiam &
miſericordiam humiliter deprecat,vt quando ipſum laudando iugi
ter veneratur:tunc vere poterit domus dei appellari.&c.

¶Ser.viij. Ad idem:&
in numero.CCXXIIII.

DOmus mea/domus orationis vocabitur.&c. Quia ho-
die agitur de Dedicatione huius Eccleſię, quę ad oran-
dum eſt conſtructa:propter qđ domus orationis eſt vo
cata,vt dicit thema propoſitū: ideo bene conuenit ho-
die ſermonem facere de oratione:de qua ad pręſens tria
ſunt videnda. ¶Primo de orationis virtuoſitate,ſecūdo de ei⁹ qua A
litate. tertio de eius vtilitate. Primo ergo de virtuoſitate eſt ſciēdū, Nota de
ꝙ virtute orationis imperat homo cœleſtibus,ſubcœleſtibus,& ſu virtute
percœleſtibus,& obediunt ei. Primo dico,ꝙ virtute orationis impe orōnis.
rat homo cœleſtibus:ſcilicet cœleſtibus impreſſionibus. Et hoc pa-
tet Iaco.v.ti. vbi oſtenditur quāta ſit virt⁹ orationis. Helias erat hō
ſimilis nobis,& oratione orauit,vt non plueret ſuper terram.& non
pluit annos tres,& mēſes ſex. Et rurſum orauit,& cœlum dedit plu
uiam,& terra dedit fructū ſuū. vt dicit gloſ. Ex hoc exemplo oſtēdit
quantum valeat iuſti deprecatio. Hęc hiſtoria ponitur.iij.Reg.xvij.
&.xviij. Itē ꝙ hō imperet virtute orationis corporibus cœleſtibus
patet i Ioſue.& in Ezech. Quorum vn⁹,ſcilicet Ioſue fecit ſtare,So
lem in medio cœli ſpatio vnius diei,ſicut dicitur Ioſue.iiij. quādo di
xit. Sol ſta cōtra Gabaon ne mouearis. Alter,ſcilicet Ezechias fecit
retrocedere Solē decē lineis,quib⁹ aſcēdit i circulo ſuo, ſicut dicitur

cederet homo ad orationem cū conſcientia peccati,de quo nō dole-
ret:ſua oratio non audiretur,ſecundū illud Ioā.ix. Peccatores deus
non exaudit. Vnde Eſa.j.Lauamini,mūdi eſtote,auferte malū cogi-
tationum veſtrarum ab oculis meis,quieſcite agere peruerſe,diſcite
benefacere,& ego exaudiā vos. Vnde dicit Apoſtol⁹.j.Timo.ij. Vo
lo viros orare in omni loco,leuantes puras manus ad deū.Talis fuit
oratio Sarrę filię Raguelis.de qua Tobiæ.xv. quę fuit tradita ſeptē
viris quos dęmon Aſmodeus interficiebat mox,vt ingrediebantur
ad illam.Quę perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuę.& tribus
diebus,& tribus noctibus in oratione perſiſtens/ deprecabatur do-
minū,& inter alia dixit.Tu ſcis dñe ꝙ nunq̄ cōcupiui virū,& mūdā
ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia,nunq̄ cum ludenti
bus miſcui me,nec cum his qui in leuitate ambulant/ participē me
tribui:vbi oſtēdit ſe vitaſſe peccatum,& cauſas peccati:quia ſocieta-
tes malę frequenter ſunt cauſę malefaciendi.Et quidem in tempo-
re illo exauditę ſunt ꝓces eius,& recitatę ſunt in conſpectu glorię ſū
mi dei.Secundo debet homo orare cum reuerentia & humilitate.
Quando enim homo cogitat,ꝙ offendit oculos diuinę maieſtatis:
& ꝙ factus eſt filius æternæ mortis per peccatum ſuum, multam
habet materiam ſe humiliandi,& reuerenter orādi.Sic fecit iſte Pub
licanus. de quo dicitur,ꝙ ſtabat a longe, & non audebat oculos ad
cœlum leuare:ſed percutiebat pectus ſuum,dicens.Lu.xviij. Deus
propiti⁹ eſto mihi peccatori. Talis fuit oratio Niniuitarum.de qui
bus Ionæ dicit,ꝙ cum audiſſent,ꝙ Niniue deberet ſubuerti:prędi
cauerunt ieiunium,& veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſq; ad minorem.
Rex autem deſcendit de ſolio ſuo.& indut⁹ eſt ſacco & clamauerūt
omnes ad dñm,& dñs exaudiuit eos:quia ſic humiliter orauerunt.
Tertio debet hō orare cum beniuolētia & pietate. Qñ eñ homo ſe
vult dare orationi/debet habere cor piū,& beniuolum ad oīs:quia
cor crudele/quod ſemper vult cogitare malum,non eſt diſpoſitum
ad orandum,Mat.ix.Cum ſtatis ad orandum/dimitte ſi quid habe
tis aduerſus aliquem. Vnde dicit Iſidorus.Nihil ꝓficit oratio illius,
qui adhuc dolorem in mente,vel odium tenet i pectore. Sicut nihil
prodeſt medicamentum adhibere,q̄diu ferrum eſt in vulnere. Et
poſt hęc dicebat dominus.Orate pro perſequentibus & calumnian
tibus vos.Oratio enim debet ſe extendere ad omnes,tam amicos,q̄
inimicos.Et quia illud eſt aliquātulum arduum & difficile:ideo ſub
iungit dominus promiſſionem optimam. Vt ſitis inquit filij patris
veſtri qui in cœlis eſt,qui oriri facit Solem ſuum ſuper bonos & ma
los.Talis oratio,& ſic pia facit hominem filium dei. Talis fuit ora-
tio beati Stephani, Actuum ſeptimo. Qui cum lapidaretur a Iu-

dęis & mors inſtaret: poſitis genibus orauit dicens. Domine ne ſta
tuas illis hoc peccatum. In hac lapidatione fuit beatus Paulus, qui
nondum fuit conuerſus ad fidem. Propter quod dicit beat⁹ Augu.
ꝙ pietas quę fuit in oratione beati Stephani, Paulum conuertit ad
fidem. Quarto debet homo orare cum perſeuerantia, & longani-
mitate, vt docet Sapiens. Aliquando enim non ſtatim exauditur
homo in oratione ſua, aut quia non eſt dignus, aut propter ſui me-
lius, vt patet in Paulo. Propter quod dicit Iſidorus. Quotiens oran
tes non cito exaudimur, noſtra nobis facta ante oculos noſtros pro-
ponamus: & hoc ipſum quod differtur, diuinæ reputemus iuſtitiæ,
& noſtræ culpæ: quia ꝙ interdum cito nõ exaudimur, vtilitatis no-
ſtræ eſt, non aduerſitatis. Sæpe enim deus multos non exaudit ad
voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem. Vnde Lucę. xj. monet nos ad
perſeuerantiam orationis, dicens. Quis veſtrum habet amicum, &
vadit ad eum media nocte, dicẽs illi. Amice accommoda mihi tres
panes: quia amicus meus venit de via ad me, & nõ habeo qđ ponã
ante illum, & ille intus reſpondeat, & dicat. Noli mihi moleſtus eſſe,
iam oſtium meum clauſum eſt: & pueri mei mecum ſũt in cubili: nõ
poſſum ſurgere & dare tibi. Et ille ſic perſeuerat, pulſãs. Dico vobis,
& ſi non dabit ſurgens, eo ꝙ amicus eius ſit: propter improbitatem
tamen eius ſurget, & dabit ei quotquot habet neceſſarios. *Et ego di*
co. Petite & dabitur vobis. Talis fuit oratio filiorum Iſrael, qui obſi
debantur in Bethulia ab Holoferne, de quibus dicitur Iudith. iiij. ꝙ
ex toto corde ſuo omnes orabãt deum, vt viſitaret populum ſuum.
Tunc ſacerdos Eliachim dixit eis. Scitote ꝙ dominus exaudiet pre-
ces veſtras, ſi manentes perſeueraueritis in ieiunijs & orationib⁹ in
conſpectu domini. &c.

Ser. ix. Ad idem. & in numero. CCXXV.

Z Achęe feſtinans deſcende. &c. Lucæ. xix. Per domum iſtã
poteſt intelligi cor noſtrum, quod debemus deo pręparare
habitaculum mundum. Vnde. Adorna thalamum tuum
Sion, & ſuſcipe regem Chriſtum. Sic etiam præcepit domi
nus Zachęo. vt patet in verbis propoſitis. Zachęus qui ſtatura pu
ſillus erat, aſcendit in arborem ſicomorũ, quod interpretatur ficus
fatua. Vnde iuſſit eum dominus deſcendere, & præparare eum do-
mum. Ficus fatua eſt mũdus, cuius delectationes temporales ſũt fa-
tuę dulcedines: & omnis ſuperbia fatua eſt. ab his debemus deſcen-
dere, ſi volumus dominum recipere ĩ domum noſtram. Quod autem
cor hoĩs ſit domus dei oſtendit Apl's, dicens. j. Corin. iij. Neſcitis ꝙ
copora veſtra ſunt tẽplũ ſpũſſancti. Itẽ: templũ dñi ſãctum eſt, quod
eſtis vos. Sicut autem eccleſia ex tribus conſiſtit: ſcilicet fundamẽ-

to,parietibus,& tecto:ita cor hominis debet pręparari his tribus, ſi
debet dominus ic habitare. Fundamentum eſt humilitas,quę ex re-
cta fide procedit,quæ omnium bonorm eſt fundamentũ. Vnde qui
vult dominum in corde recipere,oportet vt deſcendat de ficu.i. de
ſupbia,& humiliet ſe veſtibus,moribus,affectu,& intellectu. Cõtra
hoc faciunt,qui gloriantur de nobilitate generis,vel precioſis veſti-
bus,vel de pulchritudine corporis. Et tales eijciũt dominum de ho
ſpitio cordis per ſuperbiam,& alia peccata mortalia: & mortificant
animas ſuas,cum deum qui eſt vita animæ,a corde expellunt. Vn-
de Auguſti. Sicut anima eſt vita corporis,ſic deus eſt vita animæ.
Et ſicut anima cum de corpore exit,corpus eſt mortuũ:ita cũ deus
ab anima per mortale peccatum recedit,anima iacet mortua. tunc
corpus eſt feretrum,quod portat animam mortuã. O quanta imun-
do feretra,vadunt,& portant animas mortuas. Precioſę veſtes ſunt
purpura,quæ feretro ſuperponuntur. vnde de ficu deſcendendum
eſt. Quatuor parietes ſunt hæc. Primus paries ad ortum Solis eſt fi-
des recta:quia ex fide recta omnia bona procedunt. Secundus qui
paries eſt in ſiniſtro latere,eſt timor domini: quia leuat hominem i
proſperis ne corruat. Tertius paries i dextro latere eſt ſpes, qui eri-
git hominem in aduerſis. Quartus paries,eſt pœnitentiæ ſatiſfa-
ctio. Tectum eſt charitas. hoc tectum habet duo latera: ſcilicet dile-
ctionem dei,& proximi. Deum quis poteſt vix odire: quia omni-
bus benefacit:niſi forte aliquis nimis damnatus. Sed proximus ali-
quando lęditur,& oditur:tunc fractum eſt tectum,& pluuia,& ven-
ti,& nix intrant:& ibi non poteſt deus quieſcere: & ita per mortale
peccatum expellitur a domo:id eſt,a corde. In hac domo bona vo-
luntas eſt altare,quod erectũ debet eſſe i titulum,quia bona volũtas
debet eſſe porrecta i cœlum. Sacrificium ſuper altare debet eſſe hoc
ꝙ homo ſemper proponat melius facere. de quo dicit Gregorius.
Nũꝗ recedit vacua manus a munere,ſi arca cordis fuerit repleta bo
na voluntate. Incenſum ſuper altare eſt deuota oratio. vnde domi-
minus in Eu᷉agelio. Domus mea,domus orationis vocabitur. Mat-
thęi.xxi. Reliquię in altari ſunt ſancta meditatio,vel gratia ſpiritusſã
cti. Duo luminaria ſunt intellectus noui & veteris teſtamenti. Lãpas
etiam debet eſſe in domo domini. In lampade quatuor notantur:ſci
licet vitrum ſplendens,oleum fouens,ſtupa,& flamma. In vitro pu
ritas conſcientiæ, in oleo compaſſio neceſſitatis fraternæ, in ſtupa
aſperitas contritionis,in flamma ardor diuini amoris. Felix ille ſpi-
ritus,beatus ille Chriſtianus,qui eſt os iſtius lampadis:vt quãdo lo
quitur,ex puritate,compaſſione,& dei amore loquatur.

Hũilitas eſt fundamẽtũ ędificij ſpũalis animæ.

De quatuor parietibus ſpũalibus aniæ.

eſt tectũ charitas templi ſpiritualis.

¶Ser.x. Ad idem:& in numero.CCXVI.

ALtaria tua domine virtutum, Pſal. Et notandũ, ꝙ qua
tuor ſunt altaria. Primum ẽ terrenum ſignificans finis
noſtri recordationem. vnde dominus ad Abraham. Al
tare de terra facietis mihi, Eccle. vij. Fili recordare no-
uiſſima tua. &c. Tria ponuntur ſuper hoc altare: ſcilicet
A impotentia, inſipientia, malicia. ¶ De hoc dicit Berñ. Meditare pri
mordia tua/& erubeſce: attende medium & ingemiſce: id eſt, vide
quantum profeceris, quantum defeceris, q̃ ꝓpe, q̃ longe, q̃ ſimilis,
q̃ diſſimilis tu deo ſis conſidera nouiſſima tua, & cõtremiſce. Vnde
Hierony. Siue comedam, ſiue bibam. Pſal. Mors peccatorum peſſi
ma. Secundo altare eſt ęreum, ſignificans confeſſionum noſtrarum
ſonoritatem. Vnde Canti. ij. Sonet vox tua in auribus meis. Apl'us.
Ore confeſſio fit ad ſalutem. Tria ponuntur ſuper hoc altare: ſcilicet
peccati amaritudo, peccati deteſtatio, in bonis perſeuerantia. Ter-
tium altare eſt lapideum, ſignificãs bonorũ operꝫ cõfortationẽ. Vñ
Exo. xx. Deutero. xxvij. & Ioſue. viii. Cũ ptrãſieritis Iordanẽ, facie
tis mihi altare de lapidibus quos ferrũ nõ tetigit. ſ. ipatiẽtię. Tria po
B nuntur ſuper hoc altare: ſcilicet ieiunium, eleemoſyna, & carnis ma-
ceratio. ¶ Quartum altare eſt aureũ, ſignificans cordis amorẽ. Sup
hoc altare pone ſeptem Cum primo nocte ſurrexeris ob reuerentiã
illius amoris, quo me vinctum tradidi in man' malorum, & quo fa-
ctus ſum/obediens vſq; ad mortem: diſponas in corde tuo obedire
velle ad omnia quę tibi iniunguntur. Circa Primam/ ob reuerẽtiam
humilitatis, qua coram indigno iudice velut agnus manſuetus ſteti:
ſubijcias te omni creaturę propter me: & ad quęq; vilia opera ſis pa
ratus. Ad Tertiam ob amorem quo ego fui contemptus, cõſputus,
& opprobrio ſaturatus, teipſum condemnas & vilipendas. Ad Sex
tam crucifigas tibi mundum, vt pro mundo cogitans qualiter ego
omniũ creator pro amore tuo crucifixus ſũ: & ideo omnia delectabi
lia mundi ſint tibi, quaſi crux amara. Ad Nonam moriaris mũdo/&
omni creaturę: ſcilicet vt amara mors intantum cordi tuo dulceſcat,
vt omnis creatura deſpiat. Circa Veſperam qua de cruce depoſitus
ſum/recolas in gaudio, qualiter poſt mortem, & omnes labores tu-
os felici requie pauſabis i ſinu meo. Ad Completorium/memor ſis
vnionis illius/qua ſpiritus vnus mecum effectus, meipſum in ſum-
ma experientia perfrueris, quæ vnio hic in via incipit per volunta-
tis meę, & tuæ concordiam in omnibus, tam aduerſis, q̃ proſperis:
& in futuro complebitur per æternam gloriam.

¶ Ser. xj. Ad idem & in
numero. CCXXVII.

ECce tabernaculum dei cum hominibus. Apocaſ.xxj.
Quia totum officium Dedicationis eccleſiæ quaſi ꝓ
maiori parte reſpicit domum cœleſtis patriæ:vñ etiã
legitur Epiſtola ſumpta de Apocalypſi Ioãnis,in qua
idẽ Ioannes reuelationẽ de gloria cœleſti ſibi diuinitꝰ
factam aperte deſcribens.¶ Inter alia dicit verba propoſita,Ecce ta A
bernaculum &c.In quorum verborum contextu,cœleſtis gloria de
ſcribitur ex duobus quæ ibi exiſtunt.Primum eſt omnis boni afflue
tia,quod notatur cum dicitur / Ecce tabernaculum.Secundũ eſt oĩs
mali carentia,quod notatur in eo quod ſequitur/ Et abſterget deus
Quantum ad primum ſciendũ eſt/ꝙ in domo cœleſtis patrię eſt oĩs
boni affluentia : q̃ conſiſtit in quatuor,q̃ notantur in verbis ꝑmiſſis.
Primo quia ſancti habebũt iocundã Chriſti hominis ſocietatẽ,quod
notatur in eo quod dicitur/Ecce tabernaculũ dei cum hoĩbus.Secũ-
do,qa habebũt eiuſdem gloriæ cõmunitatẽ/quã ipſe habet firmã &
ſtabilem,vnde dicit/Et habitauit cum eis.Tertio quia non habebũt
peccandi poteſtatem,vnde dicit/ Et ipſi populus eius erunt.Quar-
to quia facie reuelata intuebuntur diuinitatem, vnde / Et ipſe deus
cum eis.&c.Quæ proſequere vt vis.¶ Quantum ad ſecundum ſe B
quitur,Et abſterget deus &c.vbi oſtenditur oĩs mali carentia eſſe
in gloria. Et quia dicit omnem lachrymam ſubiungit,oſtendens ꝙ
ſolum quatuor modis poſſunt eſſe lachrymæ, quas oẽs abſterget:
quia aut pro neceſſitate moriendi,quod remouet dicens: Mors.i.diſ
ſolutio animæ & corporis/vltra non erit.j.Corinth.xv. Abſorpta eſt
mors in victoria/ſanctorum ſcilicet,qui recepti in aula regia/omnes
incurſus peccatorum & dæmonum vicerunt:aut propter peccata ꝓ
pria vel aliena,quod remouet cum dicit/Neq; dolor.aut propter mi
ſeriam vitæ præſentis,quod remouet cum dicit/Neq; luctus. aut ꝓ
deſiderio cœleſtis patrię,quod remouet cum dicit/Neq; clamor. Et
ſequitur.Quę prima abierunt.ſ.iſta quatuor quæ receſſerunt ab au-
la.Eſt enim argumẽtum,ꝙ nemo venit ad gloriam niſi per iſta.Di-
co primo,ꝙ in gloria non erit vltra mors:ratio,quia ibi eſt vita æter
na.Vbi nota,ꝙ vita dicitur multipliciter.Vno modo vita dicitur
ipſum eſſe viuentis:quia vt dicitur in de Anima,Viuere viuentibus
eſt eſſe.Alio modo dicitur vita ipſa operatio cui aliquis maxime in
tendit:ſecundum quẽ modum loquendi dicitur,iſte ducit talem vitã
Et ſic Epicurei poſuerũt beatitudinem vitam eſſe voluptuoſam: &
ſic beatitudo dicit̃ eſſe vita. Quia beatitudo conſiſtit in ꝑfectiſſima
operatione,q̃ eſt viſio dei.Vnde Ioan.xvij.Hæc eſt vita æterna,vt
cognoſcant &c.¶ Qꝫ autem hæc vita ſit æterna/patet,qa opatio nõ C
menſurat̃ tpe,niſi ſecundũ ꝙ eſt motui adiũcta.Vñ opationes q̃ nõ

adiſiguntꝛ motui:ſed termino motus/non menſurantur tpe:ſed inſtã ti.vt patet de illuminatione. Et ideo ſi eſt aliqua operatio omnino tranſcendens motum:talis operatio non menſurabitur tpe,ſed mẽ ſura q̃ eſt ſupra temp⁹. Viſio autem dei q̃ ponitur eſſe beatitudo hominis/non põt eſſe actio tempore menſurata ſcd̃m ſeipſam,cum nõ ſit ſucceſſiua,nec ex parte videntis nec viſi,cũ vtrunq; ſit extra motum.vñ ſicut nec tempore:ita nec inſtanti qđ eſt termin⁹ temporis/ menſurari poteſt. Nõ poteſt etiam mẽſurari ęuo,qđ ęuũ ſcd̃m ꝙ ab ęternitate diſtinguitꝛ ptinet ad creaturas immutabiles. Hęc aũt viſio dei excedit naturalem potẽtiam creaturę:cum ad eam nulla creatura ex ſuis naturalibus pertingere poſſit.& ideo propria menſura viſionis dei eſt ęternitas. Eſt ergo ibi ęterna:& p conſequens ibi mors vltra non erit. Nec mirum,quia ſi per eſum ligni vitæ hõ in paradiſo fuiſſet immortalis:ſicut dicit Beda.& eſt in gloſſ. ꝙ iſtud lignum diuinitus accepit hanc vim:vt qui ex eius fructu comederet:corp⁹ ei⁹ ſtabili ſanitate & perpetua ſoliditate firmaretur:nec vlla *infirmitate* vel ętatis imbecillitate in deterius vel in occaſum laberetur. Itẽ ibi non eſt dolor:dolor enim eſt de peccatis. Vnde de peruerſis dicitur Hieremię quinto. Percuſſiſti eos & non doluerunt. Super quo Gregorius. Omnis diuina percuſſio, aut purgatio eſt *nobis vitę* pręſentis,aut initium pœnę ſequẽtis:dum flagellatur *iniquus* dolet:cum emendatur,aut purgatur. Quidam vero non dolent, quos ita damna flagellant,quod nõ emendant. Hęc autem flagella in hac vita inchoant,& in æternum perdurant. Hęc Grego. in ſentẽtia. Ibi ergo nõ eſt dolor:nõ quidem ꝓpter peccata ꝓpria:quia ibi nulla ſũt, & pręterita peccata eis cooperantꝛ in bonum ſecundũ gloſ. ſuper illđ Apoſtoli. Roma. viij. Scimus qm̃ diligẽtibus deũ.&c. Nec propter peccata aliena:nec enim dolẽt,nec cõpatiuntꝛ nobis cõpaſſione,q̃ eſt p modũ paſſionis:licet ꝯpatiantꝛ nobis per modũ electionis ratiõis, ꝓut dicitꝛ aliquis cõpati alicui inquantũ vult malũ ei⁹ repelli. Peccatores eñ q̃diu ſunt i hoc mũdo ſunt in tali ſtatu,ꝙ ſine piudicio diuinę iuſtitię pñt ad beatitudinẽ trãſferri a ſtatu miſerię/& peccati. Et ideo beatorum cõpaſſio ad eos locũ habet,& ſcd̃m electionẽ ratiõis. Et ſic deus angeli/& beati cõpati eis dicuntꝛ/eorũ ſalutẽ volentes:ſic accipitur illud Geñ.vj. Tactus dolore intrinſecus. Ad damnatorum autem miſerias non poterit eſſe compaſſio ſecundũ electionẽ rectã. Et ideo beati in gloria nullã cõpaſſionem ad dãnatos hñt. Itẽ ibi nõ erit clamor ꝓpter oppreſſionem alicuius miſerię.qualis fuit i Aegypto.vt legitur Exo.ij. Poſt multũ temporis mortu⁹ ẽ rex Aegypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt. Glo.corde & ore. Aſcẽditq; clamor eorũ ad deũ ab opibus.vbi dicit gloſ. Ni-

ſi morlaſ i te rex Aegypti nõ cognoſciſte opprimi ſeruitute Aegypti & operibus luti & lateris:nec corde igemiſcis:nec vociferaris ad ad deũ:vt liberet te:p clamorem intelligiſ deſideriũ patrię.qa ſcdm Greg.ſuper illud Apoc.vj.Sub altare dei &c.magn⁹ clamor magnũ eſt deſideriũ.Talis inquã clamor nõ erit in gloria,quia ois miſeria & triſtitia ibi conuertetur in gaudium,Ioã.xvj.Exemplum de muliere pariente ibidẽ.Vñ dñs Moyſi petenti & dicenti:dñe oſtẽde mihi faciem tuã,reſpondit dñs.Ego oſtendã tibi oẽ bonũ.Sancti cũ de oibus gaudẽt:etiam de miſerijs hic perpeſſis:& etiã de miſerijs damnatorum,iuxta illud ps.Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam.

¶Sciẽdum tñ q aliquid poteſt eſſe materia gaudij dupliciter.Vno modo per ſe/qñ.ſ.de amico gaudeſ inquantũ huiuſmodi:& ſic ſãcti non lętantur de pœnis impiorum.Alio modo per accidens ratione alicuius adiuncti.& hoc modo ſancti de pœnis impiorum gaudebũt conſiderando in eis ordinem diuinę iuſtitiæ & ſuam liberatiõem de qua gaudebunt.& ſic diuina iuſtitia & ſua liberatio erit per ſe cauſa gaudij beatorum:ſed pœnę damnatorum per accidens.Item ibi nõ eſt luctus qualis hic eſt,quia extrema gaudij luctus occupat,Prouer.xiiij.Sed luctus iſte ſi eſt ex deſiderio patrię bonus eſt,qa beati q lugent qm ipſi conſolabunſ,Mat.v.Et iſte eſt luctus qui conuerteſ in gaudium.Hiere.xxxj.Cõuertam luctũ eorum in gaudium.Iſte igiſ luctus nõ erit in patria,quia ibi eſt ſatietas plena.Pſalm.Satiabor cũ apparuerit gloria tua.

¶Sermo.XII.ad idem.Et in numero.CCXXVIII

D Omum tuam domine decet ſanctitudo.ps.Licet deus ſit vbiq; & non cõtineaſ loco,qa ſi aſcẽdero in cœlũ &c.ps.Non tñ diciſ habitare vbiq;:ſed ibi dũtaxat vbi ſpecialiter quodãmõ exiſtit.¶Vñ nec qlibet loc⁹ diciſ dom⁹ dei.Cõiter qdẽ de⁹ eſt in oi re p potẽtiã inquãtũ oia eius poteſtati ſubduntur.per pñtiam inquantũ oia nuda & apta ſunt oculis eius:& per eſſentiã inquantũ adeſt oib⁹ vt cauſa effectus.Singulariter aũt mõ dicitur eſſe in quibuſdam rebus q domus dei dicũtur:vt templũ materiale.Vñ.Dom⁹ mea domus orõnis eſt,Eſa.lvj.Et in Euangelio Mat.xxj.Item fidelis aĩa,vnde Apoſtolus.Tẽplũ dñi ſãctum eſt qđ eſtis vos.Item cœlũ empyreũ,vñ ps.Beati qui habitant in domo tua dñe &c.Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis &c.Ioã.xiiij.In domo patris mei manſiões &c.Propter hanc triplicẽ domũ vel templũ diciſ Hiere.vij.Tẽplum domini eſt ter.Nec hęc ſũt verba mendacij,vt ibidem diciſ.niſi pręſumentibus & de ſe ↄfidẽtib⁹.In prima domo habitat deus ſacramentaliter & inſtrumentaliter &

per quoſdā ſpūales effectus q conſecrationē & ſacramēta cōſequunt In ſecunda habitat ſpiritualiter p gratiā quā formaliter infundit. In tertia habitat ęternaliter p gloriā, qua ſanctos beatificat ſui fruitione Huic triplici domui dei debetur triplex ſanctitudo. ❡Prma eſt religionis, q̄ conſiſtit in templi materialis cōſecratione vel dedicatione. Dedicatur aūt eccleſia maxie ꝓpter tria. Primum eſt dęmonum expulſio, qđ ſignificat vel ſignat epiſcopus ter percutiendo cum baculo ad ianuam eccleſię. Secundum eſt orationū exauditio. iij. Reg. viij. vbi Salomon dedicato templo ait. Quicunq; orauerit i loco iſto exaudies in cœlo &c. Et hoc intelligo, ſi oratio cadat ſup debitā materiam: & habeat alias circunſtantias. Exemplū. iij. Reg. iij. vbi Salomon petiuit ſapientiam. Tertiū eſt ſacramentorū cōfectio & miſtratio. Ex his igitur dom⁹ materialis dicit̃ ſancta: nō quaſi formal̃r habens ſctitatē ſicut nec cętera inſenſibilia: ſed quaſi inſtrumentaliter inquātū in ea hō cęteris paribus facilius accipit gratiā & ſāctitatē: & i quātū in ipſa eccleſia plus ad deuotionē exercitat̃. ꝓpter p̄dicta tria & inſup ꝓpter ꝯcurſū mltoꝝ adorantiū, ex quo fit orō magis exaudibilis, ſcdm illud Mat. xviij. Vbi duo vel tres congregati fuerint &c. Igit̃ q̄ dom⁹ dei materialis ſic ſancta eſt: eā decet ſctitudo, vt nihil repugnās ſanctitati in ipſa agat̃: ſed ſūma deuotiōe in veneratiōe ab oibus habeat̃. Scđa ſanctitas eſt ſanctitas vię: quā diffinieś Caſſi. ſup illud ps. Sanctitas & magnificentia, dicit. Sanctitas eſt perfectio reſultās a gratia perficiēte oē ſanctificabile creaturę rōnalis corporeę. In hac diffinitione ponit̃ perfectio pro gn̄e. Ois eñi ſanctitas pfectio & non ecōuerſo, quia ſcientia eſt perfectio intellectus humani, non tñ eſt ſanctitas. Cętera quę ponuntur in diffinitione veniūt loco differentiarū. Per illud ergo qđ dicitur reſultās a grā: differt ſanctitas vię a ſanctitate patrię, q̄ nō reſultat a grā ſed ad gloria. Per illud qđ dicit̃ perficiēte omne ſanctificabile: differt ſanctitas vera a ſanctitate ficta in q̄ nullū ſanctificabile perficit̃: nec cognitio nec opatio. Per illđ qđ dicit̃ creaturę rōnalis differt iſta ſanctitas a ſanctitate inſenſibiliū: vt temploꝝ/veſtimentoꝝ ſacerdotaliū & ſacrorū vaſorū & hmōi. Per illud qđ in fine dicit̃ corporeę: differt a ſanctitate Angeloꝝ. Hęc aūt ſanctitas decet ſecundā domū dei. ſ. aiam q̄ eſt formaliter capax grę non tñ q̄libet aia eſt dom⁹ dei actu: nec actu habet ſanctitatē: ſed ſolū aīæ purę & mundę ab oi inquinamento carnis & ſpūs. Vñ Dam. li. iiij. diffinit ſanctitatē in ordine ad ſuſcipientē, dicit. Sanctitas eſt ab oi ingnamento carnis & ſpūs perfecta & immaculata puritas. Et ſecundū Diony. xij. de diuinis noibus. Sanctitas eſt ab oi immūdicia libera & imaculata & perfecta mūdicia. Ex quo patet ꝙ qui pfecte vult cōſeq ſanctitatē oportet ꝙ ſit mund⁹ ab oi imūdicia & peccato

B Dedicat̃ eccleſia ꝓpter tria.

Nam pc̃tm̃ & gratia mutuo ſe expellũt in aĩa: ſicut albedo & nigre-
do i eodẽ ſubiecto: lux & tenebrę in eodẽ hemiſphęrio. de hoc habes
alibi. Et hoc intelligẽdũ eſt de peccato mortali, ſecus de veniali. Vñ
Augu. de diffinitione dogmatũ. Nullus ſanctus & iuſtus caret pc̃õ,
nec tñ ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſc̃tũs, cũ effectu teneat ſanctitatẽ

¶ De Communi Apoſtolorum Sermo
primus, & in numero. CCXXIX.

Manete in dilectione mea. Ioan. xv. In verbo propoſito
vbi dñs hortatur diſcipulos ſuos ad p̄cipuã dilectionẽ ſi
ue obſeruantiã iſtius virtutis q̃ eſt charitas, duo ſunt no-
tanda. ¶ Primo iſtius ſpecialis exhortatiõis reddẽda eſt A
ratio. Secundo motiuoꝝ quibus prouocari debemus ad executionẽ
hmõi virtutis aſſignanda eſt demonſtratio. De primo ſciendum, ꝙ
triplex cauſa p̄t reddi, quare dñs ſic exhortaẽ diſcipulos ſuos ad ſin-
gularẽ obſeruationẽ charitatis p̄ alijs virtutibꝰ. Prima eſt iſta, qa cha
ritas eſt pfectio oim virtutũ, & oẽs virtutes recipiũt robur & fortitu-
dinẽ a charitate: & ſine charitate oẽs alię virtutes ſunt fruſtra & ocio
ſę: qa nõ niſi in virtute charitatis ſunt meritorię. Illđ patet p Apoſ.
j. Cori. xiij. Si linguis ho. lo. &c. ſi fidẽ habuero ita vt mõtes transferã
&c. Exẽplũ de fide: hoc idẽ patet p Aug. j. Solil. c. xj. q volẽs loq qũo
ſanitas aię depẽdeat ex his tribus virtutibus. ſ. fide, ſpe, & charitate
di. Dato ꝙ duę virtutes adeſſent. ſ. fides & ſpes, ſine adiunctiõe cha
ritatis, totũ eſſet fruſtra. Dicit aũt hoc ſub his verbis. Sanitas aiæ ni-
hil aliud eſt, q̃ habere mentẽ a concupiſcentijs reꝝ mortaliũ remotã
atq; purgatã: qđ p̄ſtat eis fides, ſpes, & charitas: vt p fidem credat ſe
rem diuinã viſurã, & p ſpem ſperet ſe ſanari, & p charitatẽ deſideret
& amet medicũ a quo ſaneẽ. vñ ſubdit in eodẽ li. & ca. Quia ſi credat
ſe ita habere, & ſe ſperet ſanari, ipſam tñ q̃ p̄mittitur lucẽ non amet
nec deſideret, medicũ illũ nihilominus reſpuit & abijcit. Scđa cauſa
dictoꝝ eſt iſta, ꝙ charitas cęteris virtutibus ẽ pmanẽtior: qa in æter-
na patria nõ manẽt fides & ſpes. qđ patet p Aug. li. vt ſu. c. xii. ſic di.
Fides eñ nõ eſt neceſſaria cũ res apte videẽ: nec ſpes cũ principaẽ
teneẽ: ſed charitati tũc ſolũ nihil detraheref, ſed plurimũ adderetur.
Nã illã verã pulchritudinẽ cũ videbit plus amabit: & ingenti amore
oſculũ infigẽs, nec ab ea aſpiciẽda vſq̃ declinãs, i illa beatiſſima viſio-
ne manebit. Licet ergo nec fides, nec ſpes i hac vita deſerãt aiam, tñ
poſt hãc vitã cũ totã ſe in deũ colliget, charitas ſola manet q̃ teneaẽ.
Tertia cã eſt, qa oẽs actiões volũtatꝫ denoiantur a charitate: ſicut di
cit Aug. vij. li. de Ciui. dei. c. vij. Recta itaq; volũtas eſt bonus amor
& volũtas pũerſa eſt malus amor. Amor igiẽ inhiãs habere qđ amaẽ
cupiditas ẽ: Id aũt hñs, eoq; fruẽs, lętitia eſt: fugienſq; qđ ei aduerſaẽ

hoc pro lege & regula ipſis membris minus principalibus ꝙ ſe ſemper exponunt pro membrorum magis principalium tuitiõe vel defenſione:ſicut patet de brachio,qđ exponit ſe pro capite ne pcutiatur,qđ non eſſet niſi naturaliter eſſet indituꝫ partibus,ꝙ deberent plus diligere totum q̃ ſeipſas.Et quia deus eſt bonum totale, cum ipſe produxerit eſſentiam cuiuſlibet creaturę in eſſe: Creatura autẽ eſt bonum partiale,ergo quælibet creatura tenetur plus deum diligere q̃ ſeipſam.Tertia ratio eſt,quia eſt bonum per eſſentiam,creatura autem eſt bona per participationem.Nam quælibet creatura i tantū eſt bona:inquantum eſt capax & particeps diuinæ bonitatis. Quilibet ergo debet diligere bonum ſuum propter bonum diuinū quia ab eo habet bonum ſuum & primæ entitatis:cum non ſit bonum niſi participatione illius.Sed diuinum bonum debet diligere propter ſeipſum,quia non eſt alio bono bonum :proximum ſuum debet diligere propter participationem quam habet cum illo in illo ſummo bono.Debemus etiam proximum diligere ſicut & nos.Secundum motiuum qđ debet nos inducere ad exercitium charitatis eſt,quia non habentes charitatẽ omni perfectione alterius boni priuantur,qđ teſtatur dominus in Euangelio dicens.Omni habẽti dabitur,& q nihil habet/id qđ videtur habere auferetur ab eo. Qđ nõ de alio bono intelligitur niſi de charitate,quia qui habet charitatem illi dabuntur multa merita propter bona opa in charitate facta: & q non habet charitatẽ/id qđ videtur habere.i.alia bona naturalia auferenť ab eo:cū tolleť de hac vita.Tertiū motiuū eſt, qa charitas facit nos beatos,Tob.vlt.Beati qui diligunt te.& hoc patet/qa illa ſūma & inenerrabilis voluptas q̃ eſt in viſiõe faciei diuinę,a nullis alijs niſi ab habentibus charitatem deſideratur.

¶Sermo.II.ad idem.Et in numero. CCXXX.

Nimis honorati ſunt amici tui deus.ps.Nimis.i.vltra q̃ dici poteſt.Et nota ꝙ Chriſtus honorauit Apſtos in tribus.Primo qa in ꝓpria pſona ipſos de toto mūdo elegit.¶O q̃ fœlix electio qua dñs eos elegit,vt non cum mūdo dãnarẽtur.Scdo in hoc ꝙ magnam familiaritatẽ oſdit & ſecreta ſua eis manifeſtauit:ſicut Paulo in cœlū rapto,Ioanni Euangeliſtę in inſula Pathmos,Petro,Iacobo,& Ioanni in transfiguratione.Tertio honorauit eos i diuerſis & magnis miraculis.Ipſi em̃ maiora miracula cęteris ſanctis fecerunt,imo etiã q̃ ipſe Chriſtus,qđ patet ex eo,qa dñs Ieſus Chriſtus tñ tres mortuos legitur ſuſcitaſſe,Ioãnes Euãgeliſta quattuor Andreas ſimul quadraginta.Petr⁹ etiã q̃ plures:etiã vmbra corporis ſui q̃pl'es ifirmos curauit:qđ de Chriſto non legiť.Itẽ honorauit A

VOs amici mei eſtis ſi feceritis quę pręcipio vobis,Ioan. xv. In hoc Euangelio ponit dn̄s tria:in quibus tanq̄ i tribus ſigniſcōſiſtit perfecta dilectio. ❡Quorum primū A
eſt mandatorū amici adimpletio,vnde. Vos amici mei eſtis. Secundum eſt conſiliorum reuelatio vel ſecretorū cuiuſmodi ſunt conſilia. Vnde,vos autem dixi amicos:quia omnia, ſcilicet ad ſalutem pertinentia,nota feci vobis. Tertium eſt animę ꝓ amico traditio. Primum pertinet ad incipientes. Secūdum ad proficientes. Tertium ad perfectos. Si igitur amici eius eſſe volumus:neceſſe eſt vt mandata eius ſeruemus/ſcilicet decalogum,Ioan.xv. Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit. Hic nota de decem p̄ceptis propter laicos. ❡Sunt autem ſeruanda hæc propter tria. Primo B
quia vltio trangreſſionis eſt grauis. Deute.xxviij. Si nolueris ſerua- Pręcepta
re mandata dei,veniētſuper te omnes maledictiones iſtę &c. Q̄ du dei quare
ra fuerit tranſgreſſio Adę & Euę:omnes nos ſentimus. Secundo qa ſunt ſeruā
ſunt magnæ facilitatis.j.Ioan.v. Mandata eius grauia non ſunt,qa da.
deus adiuuat facientem. Tertio quia ſunt magnę vtilitatis. Matth. Si vis ad vitam ingredi/ſerua mandata. Seruatur mandatum domini terreſtris a quo nulla ſperatur remuneratio:ſolum timetur vindictę inflictio:qui etiam ſi vindicare vult,non poteſt vindicare niſi in corpus & poſſeſſiones/& hoc temporaliter. Et non ſeruatur ei⁹ mādatum qui ſeruantibus ꝓmittit mercedem ineſtimabilem:& nō ſeruantibus irrogat pœnam importabilem:vel vindictam nō ſolum in corpus & temporaliter:ſed in corpus & animam & hoc æternaliter. Sed ne quis de multitudine pręceptorum ſe excuſet:omnia ſub vno comprehendit Ioan. Hoc eſt pręceptum meum vt diligatis inuicem quia ſecundum Apoſtolum Rom̄.xiij. Plenitudo legis eſt dilectio. Hoc ē em̄ tributū qđ dn̄s de oīb⁹ exiget ꝓ oīb⁹ q̄ ꝯtulit nobis:& ē debitum quod omni homini facile eſt ſoluere:diuiti/pauperi/forti/infirmo. Deutero.xxx. Mandatum hoc non ſupra te eſt,neq; ꝓcul poſitū:neq; trans mare,ſed iuxta te. Anima quidē rationalis ſine amore eſſe non poteſt. Si ergo dare vis amorem tuum/da ipſum optimo Bonum enim eſt quod omnia appetunt. Si autem vis vēdere, vēde ipſum illi qui amplius tibi dabit. Secundum em̄ Apoſtolum:qđ oculus non vidit. Secundum ſignum eſt conſiliorum reuelatio. Cōſilia enim abſcondita ab initio mundi reuelauit dominus Apoſtolis quaſi amicis familiariſſimis,& ſūt ſeptem,Mat.v. Beati pauperes ſpiritu &c. Quorum vtilitatem mundus ignorans deſpicit:qđ deus p ſapientem cōqueritur,Prouer.j. Deſpexiſti omne conſilium meum. Infirmus conſulit medicum & bibit amara,a delicijs abſtinet,cauterizatur,ſcinditur,in cauſā vocatus cōſulit iuriſperitos. Sed ſecundum

¶Sermo.IIII.ad idem.Et in numero. CCXXXII.

IN patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.Luc. xxj.¶Sic dicit Greg.vj.Moral.Quid eſt aīas poſſidere,niſi pfecte in oībus viuere:cūct:ſq; mētis motib⁹ quaſi ex arte virtutis dñari?Et qm̄ hoc habet fieri per patientiā,ideo bñ radix oīmq; cuſtos virtutum patientia ponitur. Propter qd̄ de excellentia huius virtutis quæ cōſiſtit in tolerantia aduerſitatis & tribulationum:quinq; doctores vice quadā(vt fertur)inter ſe diſputantes:quilibet eorum prę alijs hāc virtutem extollere nitebatur. Primus dixit:ſi pater cœleſtis in cœlo melius ea habuiſſet:filio ſuo in terra dediſſet:per qd̄ oſtenditur ꝙ ſit optima in hoc mundo & ꝙ prępualeat gaudio mundano. Secundus dixit:ſi Maria ſanguinolentas lachrymas pro vno peccatore fudiſſet:non tantū deo placuiſſet,ſicut tolerantia tribulationum ꝓpter deum facta. Tertius dixit:omnis cōſolatio & omnis dulcedo quam Maria Magdalena triginta annis habuit in deſerto:non tantum deo placuit ſicut tolerantia tribulationum quam habuit. Quartus dixit Crux Chriſti adoranda ſiue honoranda eſt,ex eo ꝙ Chriſtus in ea mortuus fuit:ſed magis paſſio Chriſti eſt veneranda:etiam ſi in cruce nō ſuſtinuiſſet niſi per dimidium diem:nunc autem triginta annis ſuſtinuit. Quintus dixit:Maria & omnes ſancti,anteq̄ carerent minimo prę mio qd iam ꝓ minima tribulatione receperunt,charius vellent eſſe in purgatorio vſq; ad diē iudicij,Vnde dicit Bern. O homo humilia te ad patiendum. ¶Primō a teipſo ſcilicet vt teipſū flagelles & tangas pro peccatis tuis in pœnitentia.& illā pati debes beniuole,& lętanter deo offerre. Secundo humilia te ad patiendum a proximo tuo vel ſuperiore tuo,quicquid tibi occurrerit laboris vł vituperija proximo tuo patienter feras. Tertio a deo:quicquid de⁹ de flagellis ſuis miſerit in corpore:has omnes patienter feras ſine murmuratione & cum gratiarum actione. Quicunq; enim magna deſiderat,oportet ꝙ ipſe habeat magnam ſpem & fidem. Quicūq; eni eſt turbatus in corde,habeat magnam ad deum ſpem:quia omnes q vere ſperant in eū,conſolabuntur ab eo.q̄ diu eni creſcit ſpes,tam diu donum dei qd̄ vult dare deſiderātı. Et ideo ſubtrahit dñs aut tardat ſępe donū ad pſtandū vt ſpes creſcat:& vt donū dei accepti⁹ fiat cum venerit. Omnes quos dñs elegit & diligit,hos multū aggrauat Et qñ deus dederit nobis ſicut credimus:tunc conſolatio noſtra debet eſſe ꝙ totaliter ſimus ſine conſolatione.& in hoc oſtendim⁹ deo ꝙ diligimus eum. Vel conſolatio noſtra erit ꝙ ſuſtineamus propter voluntatem ſuam, vnde dixerunt diſcipuli ad Chriſtum. Ma-

A

Vide dctā quinq; Sapientū de virtute patientiæ.

B

giſter dic nobis de patria cœleſti. Reſpondit Ieſus: Tria in vobis habetis quæ ſunt mihi cõtraria. Vos diligitis commodum corporis: & honorem mũdi/& diuitias: ego vero incommodum, deſpectum, & paupertatem. Quidam doctor dicit. Pati eſt tam nobile q nemo dignus eſt niſi Chriſtus qui innocenter patiebatur: nullus dignus eſt pati niſi qui ex corde deſiderat. Magnum quid eſt dignum eſſe pati. Ille eſt vere patiens, qui nulli dicit ea quæ patitur. Anſelmus. Non repellas flagellum dei a te: ſi non vis repelli ab hæreditate ſua: pati delet peccata. Item pręparat hominem ad ſpecialem ſanctitatem. Item ducit hominem in cognitionem ſuiipſi⁹ & alterius. Item tãtũ bonum eſt quod nemo poteſt perſoluere. Item facit hominem dignum toti⁹ boni terreſtris & cœleſtis. Item facit hominem ſimilem deo. Item tam nobile eſt, q deus nihil aliud dare poteſt pro eo niſi

C ſeipſum. ¶ Cũ pati ſit tam nobile, quæritur quare nos nõ poſſumus pati. Ratio hui⁹ eſt triplex. Prima eſt, quia paruam dilectionem habemus ad deum, & magnam ad noſipſos. Secunda ratio eſt, quia raro cogitamus de fructu/& vtilitate ipſi⁹ pati, quem: ſcilicet fructum deus daturus eſt nobis pro ipſo pati. Tertia ratio eſt, quia etiam raro cogitamus onera quæ Chriſtus ſuſtinuit pro nobis. Quędam puella dixit cuidam Epiſcopo. Pater ſancte quid faciam vt perueniam ad ſanctam vitam/ſiue perfectam? Cui Epiſcopus. Non vindices vllo momento verbo/vel facto. Et illa. Hoc facio exterius: ſed interi⁹ contra iniuſtitiam recalcitrabo multum. Cui ille. Per hanc murmurationem perſoluis deo flagella quę ſuſtinuit.

Cauſa triplici refugimus pati/licet pati ſit multum meritorium.

¶ De Euangeliſtis. Ser. j. &
in numero. CCXXXIII.

A SImilitudo hominis in eis. Ezech. j. Licet verba propoſita ad literam ſcribantur de ſanctorum Euangeliſtarum ſingulari perfectione: poſſunt tamen conuenienter exponi pro noſtra morali inſtructiõe. ¶ Nã illa quatuor animalia/quatuor Euangeliorũ ſcriptores figuraliter exprimentia, myſtice deſignant mentes deuotas perfectionis Euangelicę ſectatrices. In quibus quidem verbis Euangelicæ perfectionis ſectatores deſcribuntur, quãtum ad Chriſti ſequelam & imitationem: quæ notatur in hominis ſimilitudine, cum dicitur, Similitudo hominis in eis. Vbi per hominem ſecundum Gregorium, ipſe Chriſtus intelligitur: ex cuius ſimilitudine & imitatiõe omnis perfectio Euangelica emanat. Circa quod conſiderandum, q & quot ſint illa, in quibus mentes deuotæ ſectatrices perfectionis Euangelicæ, Chriſtum debeant imitari, & eius ſimilitudini conformari. Poteſt autem dici, q iſta omnia poſſunt reduci ad tria, & hoc

ſecundō tria bona quæ a deo recepim⁹.ſ.res exteriores,corpus pro
prium,& ipſa anima:quę oīa oportet relinqui propter deum ,ſi vo
lumus eſſe ipſius Chriſti imitatores.Perfectus enī Chriſti imitator
primo debet relinquere mundum & omnes res temporales:& etiā
cum hoc omnium terrenoꝝ occupationem & ſollicitudinem penit⁹
debet poſtponere.Hoc autem fit per voluntariam paupertatē,quā
Chriſtus altiſſime ſeruauit,quia in tota vita ſua pauperrimus fuit.Q đ Chriſtus
vtiq; congruum fuit propter tria.Primo vt eam nobis amabilē red= pauptatē
deret & commendaret.Nam ſicut crux primo fuit pœnalis & hor= ſeruauit
renda:ſed poſtq̄ Chriſtus ipſam aſcendit,facta eſt amabilis & vene= ꝓpter tria
randa.Ita licet paupertas de ſe non ſit appetibilis:cum ſit priuatio q̄
dam rerum neceſſariarū vſui humano,paupertas tn̄ Euangelica ꝓ=
pter Chriſtum voluntarie aſſumpta/eſt res multum nobilis & appe
tenda.Secūdo vt per eam nos ſpiritualiter ditaret. Et iſtam rationē
tangit Apoſtolus.ij.Corint.viij.Scitis gratiam dn̄i noſtri Ieſu Chri=
ſti,qm̄ propter nos egenus factus eſt:vt illius inopia diuites eſſem⁹,
quia per hoc q᷑ ſe pro nobis vſq; ad crucis patibulū humiliauit:om=
nibus donis ſpiritualibus non repleuit.Tertio vt per eam ſuam diui
nitatem euidentius declararet.Nam quanto Chriſtus per pauper=
tatem aſſumptam videbatur abiectior:tanto virtute diuinitatis ap=
parebat glorioſior:vt patet euidenter tam in eius reſurrectione q̄ in
eius aſcenſione.Et de iſta paupertate Euangelica propter Chriſtū
aſſumpta gloriabatur Petrus,cum diceret in perſona omnium diſci
pulorum,Mat.xix Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſum⁹ te:qd
ergo dabis nobis pręmij?Vbi Chriſt⁹ ipſis pro p̄mio poteſtatem iu=
diciariam & regnum beatitudinis repromittit.¶Secundo debet re= B
linquere corpus proprium:qđ quidem relinquitur trib⁹ modis.Pri=
mo per carnis macerationem:per quam corpus vigilijs & oratiōib⁹
& ieiunijs atteritur:ne caro laſciuiat & contra ſpiritum erigere perti=
naciter ſe pręſumat.Secundo per corporalis commodi abiectionem
quia qui nimis delicate nutrit carnem ſuam,poſtea inueniet eam cō
tumacem.& ideo debet ſemper in rigore teneri vt magis ſubijciatur
ſpiritui.Tertio per pœnalitatum voluntariam perpeſſionem. ſicut
Apoſtoli & Martyres,qui pro Chriſto voluntarie paſſi ſunt.Et om=
nia iſta Chriſtus fecit,& ſeipſum in exemplum dedit. Ipſe enī toto
tempore quo fuit in mūdo arctiſſimam vitam duxit.vt patet per ie
iunium in deſerto.Et hāc arctā vitam ſtatim in ſua natiuitate ichoa
uit,quia in duro p̄ſepio ſuper fœnum poſitus fuit.Nunq̄ etiā com=
modū corporis legitur quęſiuiſſe.Ideo ſcribit Mat.viij.Filius hois
non habet vbi caput ſuū reclinet.Ad vltimū etiā corp⁹ ſuū amariſſi=
mę paſſioni pro nobis expoſuit,vt nos ſuo exemplo ad ſimilia con=

formaret. Quicunq; igitur vult ſequi Chriſtũ, debet p ieiunia / vigi-
lias / & orationes carnem ſuã affligere: & omne cõmodum corpora-
le propter Chriſtũ poſtponere: & ſi neceſſe ſit: etiã pœnas & oppro-
bria ꝓpter Chriſtũ ſuſcipere: ſi velit Chriſto exẽplariter conformari
Et ad hanc conformitatem imitationis Chriſti Chriſtus nos inducit
Mat. x. & Luc. ix. Qui vult venire poſt me. i. mea veſtigia ſequi: ab-
neget ſemetipſum per cuiuſlibet commodi corporalis abiectiõem
& tollat crucem ſuam: per carnis macerationem & voluntariam pœ-
C nalitatum perpeſſionem, & ſequatur me. ❡ Tertio debet relinque-
re aiam ſuã per proprię voluntatis abdicationem. Hoc eñi fecit ipẽ
Chriſtus cum dixit Ioan. iiij. Non veni facere volũtatem meam: ſed
voluntatem eius qui miſit me. Ad qđ etiam Chriſtus nos inuitat cũ
dicit. Qui vult venire poſt me / abneget ſemetipm̃. Sup quo verbo di
cit Caſſi. Abnegatio ſuiipſi⁹ eſt totalis ſui obliuio & receſſus a ꝓprijs
voluntatibus. Quicunq; igitur ad apicem ſpiritualis perfectionis at-
tingere voluerit: oportet ꝙ vitę Chriſti in hoc cõformetur: & ꝙ vo-
luntati proprię totaliter renunciet: & ꝙ ſuam voluntatem ita diuinæ
volũtati ꝯformet: ꝙ nihil aliud velit niſi ſolũ illud quod eſt benepla
citum voluntati diuinę. Vnde nunc viuis vita Chriſti, quando volũ-
tatem diuinam tibi pręſtitueris regulam & menſuram omniũ actio
num tuarum: ita ꝙ in omnibus actionibus & deſiderijs tuis nihil cõ
cupiſcis, niſi ꝙ honor dei in te impleatur & in omnibus alijs creatu
D ris. ❡ Sed eſt ſciendum ꝙ nullus poteſt viuere vita Chriſti, niſi
etiam moriatur morte Chriſti. Ideo ſicut Chriſtus per hoc ꝙ ex ni-
mia charitate ſe aſſumptioni noſtrę carnis inclinauit ſeipſum exina-
niuit: & per conſequens claritati diuinæ qua patri conſubſtantialis
exiſtit / quodammodo mori voluit: ita quilibet ad hanc perfectio-
nem tendens / debet per veram humilitatem & plenarium contem-
ptum ſui / mori ſibiipſi. Sed eſt ſciendum ꝙ iſta mors aliter perficit
in vita actiua, & aliter in vita cõtẽplatiua. Nã i vita actiua homo mo
riens ſibiipſi, ſeipſum deijcit vſq; ad nihil. Sed in vita contemplati-
ua oportet ꝙ homo ſe deijciat quodammodo vltra nihil: & pluſꝙ̃
nihil. Quod ſic patet. Nam in vita actiua homo moritur ſibiipſi cũ
per proprium contemptum ſui nihil reputat ſeipſum, ſicut Augu-
ſtinus ſeipſum cõtempſit & ſibiipſi mortuus fuit vt ſoli deo viuere
poſſet. Homo enim ad perfectionem tendens: debet ſeipſum, hoc ẽ
omne quod habet a ſeipſo / contemnere. Quod autem habet a deo
puta dona dei quibus conformatur vitę Chriſti, illa debet ſumere,
reputare & cum ſumma diligentia cuſtodire: vt vere poſſit dicere
cum Apoſtolo. Viuo autem iam non ego: viuit autem in me Chri-
ſtus. Vnde de talibus mentibus perfectis ſic mortuis ſibiipſis dicit

Apoſtolus. Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo, Coloſſeñ.iij. quia vita illa qua mens per amorem continuum & beatificum perfecte vnitur deo in patria: illa eſt in pręſenti abſcō-dita, quia propter neceſſitatem mortalis vitę, talis amor continuus & non interruptus, in pręſenti vita haberi non poteſt. Sed hoc euidē-ter apparebit in vita beata: vbi obiecto beatifico continue fruemur & in ſolo deo iugiter delectabimur: propter qđ bene ſubditur Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. ¶ Eſt autem ſciendum ꝙ mors iſta ſpiritualis qua ho-mo per contemptū ſui morit̃ ſibiipſi quibuſdā gradibꝰ perficit̃. Pri-mus eſt vt homo per humilitatē reputet ſe omnibus viliorē. Secun-dus eſt ꝙ hoc verbis ꝓprijs fateatur. Tertius eſt ꝙ ab alijs etiā ſic di-ci ęquanimiter patiat̃. Quartꝰ eſt ꝙ hō ęquanimiter ferat cū ab alijs cōtēptibiliter tractet̃. Quintus eſt ꝙ hō non ſolū nō doleat: ſed etiā diligat ꝙ ab alijs contemnatur. Et oēs iſti gradus proprię deſpectio-nis pfecte relucebant in Chriſto. Primꝰ patet p Apoſtolū, qa exina-niuit ſemetipſum formā ſerui acciptēs. Scđs patet p illud ps. Ego ſū vermis & non hō. Tertius patet in multis verbis cōtumelioſis ſibi irrogatis. vt cū dicerēt: dęmoniū habes: & prophetiza qs eſt q te pcuſ-ſit. Quartus patet ex mō paſſionis, qa morte turpiſſima mortꝰ fuit Vnde ſuper illo verbo, crucifige, dicit Chryſ. Turpius genus mortis excogitari non poterat: quo Chriſtus ſumma honeſtas vitam finiret Qđ ideo factum ē vt ibi oīa noſtra mala finem acciperent. Quintꝰ patet Luc.xxij. Deſiderio deſideraui hoc paſcha &cęt. Vnde etiam propter tantū deſiderium paſſionis noluit reſpōdere coram Pilato ne ex mora reſponſionis ſua paſſio differretur. Et iſte eſt vltimꝰ gra-dus quo homo in vita actiua ſeipſum deijcit vſq; ad nihilum, qa nec ſeipſum: nec omne qđ ſibi infertur reputat propter amorem perfe-ctū quē habet ad deū. Sed in vita cōtemplatiua oportet ꝙ hō ſeipm̄ deijciat etiā vltra nihil. Qđ patet, qa in vita cōtēplatiua nō ſolū mo-leſtię ſuſtinent̃ libenter & patienter: ſicut fit in vita actiua: ſed cū hoc etiam ſuſtinentur gaudenter & delectabiliter. qa vita contemplati-ua ita amore diuino feruescit: ꝙ gaudenter & hilariter talia ſuſcipit & ſuſceptis pœnis gratias deo agit. Et hoc prouenit ex abundāti do-no ſpiritusſancti, qđ ſcđm Berñ. hoī confertur: ꝙ de aduerſis non ſo-lū patientiā, verū etiā de contumelijs gloriā & de afflictionibꝰ & pœ-nis gaudiū & lętitiā habeamus. Cuius exēplū patet in beato Laurē-tio qui dixit. Diſce miſer quanta eſt virtus Chriſti, quia carbones tui non ardorem, ſed refrigerium mihi pręſtant. Hoc idē patet in beato Tiburtio, qui cum nuda planta ſuper carbones viuos incederet, dixit. Videtur mihi ꝙ in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſu-

per roſeos flores incedam. Sed dices, eſt ne poſſibile q̄ aliquis in pſenti iſtũ gradũ perfectionis attingat? Dico q̄ hoc eſt poſſibile, vt patet in Apoſtolis & alijs ſanctis: qui eum per ſpecialem gratiã attigerunt: licet raro & a paucis in vita pręſenti attingatur. Sed quicunq; non poſſunt plene attingere, ſaltem debent ad ipſum ardenti deſiderio ſuſpirare. & hoc ipſum facit eos talem gradũ aliqualiter attingere. Quia ſecundũ Aug. ſolus amor boni non modica pars bonitatis eſt, quia deſiderium boni ad ipſum bonum capeſſẽdum hominem maxime dirigit, roborat, & coaptat. Qđ deſideriũ nobis pſtare &c.

¶Sermo. II. ad idem. Et in numero. CCXXXIIII.

A Quattuor facies vni: & quattuor pennę vni, Eze. j. ¶Nulla creatura mundi peruenit ad cœlum niſi homo. Ratio, quia nulla creatura eſt ad hoc ordinata niſi ſolus homo, qđ omnia oſtendunt in ſtatura ſua: quia omnia habent ventrem totum ad terram, & cor, & os, & oculos, & omnes ſenſus: ſed ſic non homo. Ille enim habet ventrem ſurſum erectum, & ſuper illud cor, & oculos, & ſuper omnia ſenſus & rationem. Dedit tamen nobis deus iſta bona ad vtilitatem corporis & animæ. Corporis, vt nos paſcerent & veſtirent, pro nobis laborarent. Animæ vt ſuis moribus nos informarent ad malum dimittendum, & ad bonum faciendum. *Vnde ipſi* Euangeliſtę depinguntur cum quatuor faciebus quatuor animaliũ ſummorum, vt eis Chriſtianus qui vult circa thronum Chriſti manere in cœlo aſſimilet, qui debet has quatuor facies habere ſpiritualiter. Q̄ autem per quatuor partes ibant in hoc docet, q̄ debet ſe ad quatuor ordinare: ſcilicet ad deum, peccatum, proximum, & ad mũdum. Qualiter autem ad deum, docet nos aquila, quę ſuper omnia volat, & Solem intuetur in rota. Et ſignificat quomodo nos ad deũ habere debeamus, ſcilicet vt ipſum ſuper omnia diligamus, & q̄ in omnibus quæ facimus, ſemper in deum tendere debemus. Apoſt. j Corint. x. Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis: om̄ia in gloriam dei facite. Sicut faciebat Dauid, ipſo dicente in Pſal. Oculi mei ſemper ad dominum. Sic noſtri in menſa, in thoro, & in lecto. Si ſolus labor attendendus eſſet, multũ mereretur equus & aſinus: ſed non eſt ita. Quia ſola intentio format opus quodcunq;: ſed non

B opus de genere malorum. ¶Nota hic quomodo homines in labore tripliciter lucrãtur, ſcilicet infernum, cœlum, & terram. Nam quidam in officijs ſuis cum illa exercent, merentur tm̃ vitæ neceſſaria, nec multum gloriæ, nec multũ pœnæ futuræ, vt bruta quæ nec merentur, nec peccant exercendo ſe in officijs ſuis. Quidam autem & neceſſaria vitæ, & infernum: vt qui in officijs ſuis intẽdunt alios de

cipere,aut ſuperbire.& huiuſmodi.Quidam autem & neceſſaria vi
tę,& in cœlo magnum p̄mium,vt qui pro deo,qui hoc eis laborem
& pœnitentiā iniunxit/ſe exercent.nō obſtante,ꝙ ex labore ſuo ne
ceſſaria vitæ recipiant,vel multi faciunt. quia omnia pro deo faci
unt ſecundum doctrinam Apoſtoli dicētis.Omnia quęcunq; facitis.
Talis fuit,qui dixit.Mihi viuere Chriſtus eſt.&c.Quicquid em̄ in vi
ta fecit,pro Chriſto fecit. Eccles.j.Ad locū,vnde exeunt flumina re
uertētur.j.Para.xxix.Tua laus & tua gloria eſt:quia ſoli deo honor/
& gloria.Secūdo faciem leonis debemus habere.In hoc docemur,
quomodo nos reſpectu diaboli habere debeamus cōtra peccatum,
vel cōtra eos qui ſuadent illud:ſcilicet diabolum,vel eius vicarium,
ſcilicet carnē.Ad ſuggeſtionem peccati nō debet hō eſſe leuis/vel re
miſſus:ſed auſterus & rigidus fortiter reſiſtendo.Et tunc erit diabo
lus Mirmicaleon.Habe ergo faciem leonis/ſi vis fortiter vincere.
Licet diabolus fortiſſimus & aſtutiſſimus ſit fac vnum & vinces.
Reſiſte,quia cogere te non poteſt.Gregorius.Debilis eſt hoſtis qui
non vincit,niſi volentem.Si aliquis diceret concede mihi gladium:
& tu diceres ad quid?& ille,vt occidam te.Si dices nolo:aliud nō po
teſt.Cum igitur rogat diabolus,vt aperias oculos ad hoc/vel hoc vi
dendum,claude:aperire non poteſt tibi.Ecce q̄ debilis,qui vim tibi
facere non poteſt.ſic de ore/manibus/& pedibus.Iacobi.iiij.Reſiſti
te diabolo,& fugiet a vobis.Tertio habere debes faciem bouis quo
ad teipſum.Multi quęrunt quomodo debeant ſaluari.Require.Di
ſce nunc qualiter te ad deum,ad diabolum,ad teipſum,& ad proxi
mum habere debeas.Ad teipſum,vt bos,qui plus cæteris animali
bus laborat,& aridis paſcitur:& qui valde mature incedit:& qui etiā
excoriatur,& in fruſta conciditur in odorem ſuauiſſimum domino.
Ita homo non debet ocioſus eſſe,ſed operoſus,& moderate vti re
bus temporalibus,ſecundū Apoſtolum dicentem.Habentes alimē
ta.&c.Hoc docet natura in principio vitę & fine.Item deponere ve
terem pellem,malam vitam.ſi fuiſti ſuperb⁹ debes deponere illam
pellem,& fias humilis.& ſic de alijs ſecūdum illud Apoſtoli.Depo
nentes veterem hominem cum actibus ſuis.Item concide membra
a nunc in fruſta:id eſt, exerce illa in ſeruitio Chriſti:ſcilicet os,ocu
los,manus,& pedes.Apoſtolus.Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra.&c.
Quarto vt habeas faciem hominis.Homo em̄ prę cæteris animali
bus factus eſt ad imaginem & ſimilitudinē dei.In hoc igitur debet
hō eſſe ſimilis deo,quia de⁹ cupit omni homini bonū:etiam in quo
cunq; illum offendit.ita & tu.Tu tibi cupis & diligis,quod de te ꝓ
ximus bene loquatur,te promoueat,benigne ſalutet,tibi parcat,de
bono tuo gaudeat.ſic tu talē duces i paradiſū.Gen.ij.Plantauit autē

dominus paradiſum.&c.vſq; formauerat.Sic patet qualiter debeas
C eſſe ordinatus ad deum.¶Habuerunt etiam animalia quatuor pen
nas:id eſt,quatuor genera cogitationum/per q̄ iugiter volauerunt.
Ita & homo debet habere quadruplices cogitationes/quibus volet.
Prima eſt de peccatis,& de factis proprijs & vitijs, vt diſpliceamus
nobiſipſis,& conteramur,& verecundemur.Secunda vt de morte,
& iudicio,& ſupplicijs æternis timeamus.Tertia de emẽdatione vi-
tę,& obſeruantia illorum ad quæ vere tenemur. Quarta de benefi-
cijs dei & promiſſionibus futuris,vt alliciamur.

ANimalia ibant/& reuertebant. Hūc ſermonem cum duo-
bus ſuis Subſermonib⁹ habes ſupra de ſancto Mathęo
clxv.& poſſunt pręedicari de Communi Euangeliſtarum.

¶Ser.j.de Communi vnius Martyris:
& in numero. CCXXXV.

SI quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſũ,& tol
lat crucem ſuã.& ſequatur me. Mathæi.xvj. Quia
omnis perfectio vitæ Chriſtianę conſiſtit in imitan-
do veſtigia Chriſti,quod eſt venire poſt Chriſtum.
A ¶Ideo dominus inuitãs nos ad perfectionẽ Chriſti
dicit.Si quis vult poſt me venire:quaſi diceret.Qui vult attingere p
fectionem vitæ Chriſtianę faciat ea quę ſequuntur.Abneget ſemet
ipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me. Vbi tria exprimũtur,
in quibus perfectio vitę Chriſtianę conſiſtit. Primum eſt ſui ipſius
abnegatio,Abneget ſemetipſum.Secundum eſt Crucis portatio,Et
tollat crucem ſuam.Tertium eſt vitę Chriſti imitatio, Et ſequatur
me.¶Quantum ad primũ/ſciendum,ꝙ huiuſmodi abnegatio de-
bet fieri/omnibus deſiderijs carnis/& mundi concupiſcentijs perfe-
cte reluctando:& in bonis actibus nullam complacentiam propriã/
vel humanam captando,ſed ſolum diuinum honorem in omnibus
quę agimus intendendo:vt ſic veraciter poſſimus dicere cum Chri
ſto.Non veni facere voluntatem meam,ſed voluntatem eius q mi
ſit me,Ioan.vj.Sic fecit Auguſtinus,q dicit in Solilo.Ego ſolam p
pter ſe amo ſapientiam.Cętera vero vel adeẽ mihi volo,vel deeſſe
mihi timeo propter ipſam. Ex quibus patet,ꝙ q̄diu amor ſui ipſi⁹,
vel propinquorum,vel etiam rerum exteriorum hominem inquie-
tare poteſt.Vel etiam q̄diu in amore dei aliquid proprij cõmodi ad-
B miſcetur:non perfecte abnegauit ſemetipſum.¶Quantũ ad ſecun-
dum dicitur.Tollat crucem ſuam.Sciẽdum,ꝙ hæc particula poteſt
dupliciter exponi. Vnõ modo de cruce corporali:& ſic cõuenit mar
tyribus.Et per hanc crucẽ intelligitur om̄e genus martyrij necnon
mortis,& cuiuſlibet alterius poenę,vel periculi pro Chriſto ſuſtinẽ-

di/animi præparatio. Tunc eñi ſecundum Auguſti. Crucem noſtrã tollimus, quando pœnalitates aliquas pro Chriſto voluntarie aſſumim⁹. Vbi proſequere pœnas/quas glorioſus martyr/cuius feſtum hodie agitur/pro Chriſto perpeſſus eſt. Alio modo exponit̃ de martyrio ſpirituali, quod cõuenit religioſis & perfectis. de quo martyrio dicit Apoſtolus, Gala.vj Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. gloſſa: id eſt, mundi concupiſcentię, non habent in me dominiũ, nec mundus iam mihi ſe ingerit: & ego cõtra eũ ſum fortis. Et nota ꝙ non ſine cauſa vtrũq; dixit: ſcilicet ſibi: & mundũ crucifixum, & ſe mundo. Plerũq; eñi cõtigit, vt hõ mundũ mente nõ teneat: ſed tamen mundus eum in ſuis occupationibus aſtrigit, & mortuus ẽ hõ mũdo, & mundus eũ/quaſi viuus concupiſcit: dum in alio intentum in ſuis actibus recipere contendit. Sed nec Apoſtolus Paulus mũdũ cupit, nec mundus eũ, vt in duobus mortuis neuter neutrum videt. Quia igitur nec Paulus mundi gloriam quęrebat, nec a mundi gloria ipſe quęrebat̃: ideo etiam ſe mundo, & mũdum ſibi crucifixum gloriatur. Nota qñ mũdus ſit crucifixus hõi, & hõ mundo.

¶ Sunt autem tria in mundo, quæ nobis debent eſſe crucifixa, & nos eis. j. Ioan. ij. Omne quod eſt in mundo: aut eſt cõcupiſcẽtia oculorum, aut concupiſcentia carnis, aut ſuperbia vitę. Horũ triũ crucifixio fit per tria vota religioſorum, qui ſunt vere martyres ſpirituales. C

Primo ergo martyrium conſiſtit in rerum temporalium voluntaria relictione. vnde Petrus, Mat. xix. Ecce nos relinquimus omnia. Hæc autem relictio temporalium attẽditur penes tria: quæ habes in Sermone. Vidi alterum angelum, Sermone primo. & ſequitur. Nota de triplici voto religionis. Secundo martyrium conſiſtit in cõcupiſcentię carnis reluctatione. Apoſtolus, Gala.v. Qui autẽ ſunt Chriſti/carnem ſuã crucifixeruut cum vitijs & concupiſcentijs. Et quanto fortior eſt iſta pugna, tanto glorioſior martyrij victoria. Fit autem huiuſmodi pugna fortior: tum ex cõplexionis inclinatione: & hoc eſt, vel ex cõſtellationis ſub qua natus eſt homo impreſſione: vel ex materię a parẽtibus trãſfuſione. Tum ex mala conſuetudine, ſiue operũ, ſiue verborũ, ſiue aliorum venereorum ſignorũ: quia ſecũdũ Philoſophũ. iij. Ethi. Ex frequenti venereorũ experientia augetur in nobis contumacia. Tũ ex incauta cuſtodia. vbi dic qualiter quidam ſe temere ingerunt tentationibus. Tertio martyrium ſpirituale conſiſtit in ꝓpriæ voluntatis abdicatione. vnde obediẽtia dicitur melior ꝙ optima. Quia ſecũdum Grego. Per victimã aliena caro, per obedientiam voluntas ꝓpria mactatur. vnde dicit Berñ. ſup Canti. & Benedictus in regula. Q; quicquid fit ſine voluntate, & conſenſu ſpiritualis patris: vanæ gloriæ deputabitur, & non mercedi. Exemplum de ipſo Chriſto, de quo legitur Lucæ. ij. ꝙ erat ſubditus illis. Iſti ſpirituales marty-

res dicuntur montes myrrhę:quos montes dominus viuificare di-
D gnatur.Canti.iiij. Ibo mihi in montem myrrhę. ℭ Quantum ad ter
tium de vitę Chriſti imitatione,quia dicitur:& ſequatur me/ſciendũ,
ꝙ Chriſtum ſequi nihil aliud eſt,q̃ eius veſtigia imitari,& eius vitę,
& exemplo conformari. Ipſum autẽ imitari debemus tripliciter,ſeu
triplici via/qua nos pręceſſit:videlicet paupertatis ,humilitatis, &
aſperitatis. Chriſtus em̃ in ſuo igreſſu nobis reliquit exemplum ſyn-
ceriſſimę paupertatis. In progreſſu exemplum profũdiſſimę humi
litatis. Sed in egreſſu exemplum acerbiſſimę pœnalitatis. Primum
patet. Nam Chriſtus in ingreſſu in hunc mundum fuit pauperrim⁹
omnium pauperum,imo omniũ creaturarum. quod patet ex hoc:
quia cuilibet rei prouiſus eſt locus ſuę naturalis quietis:qđ ſoli Chri
ſto negatum fuit,qui non habuit,vbi caput ſuum reclinaret. vt patet
Matthæi.viij. Ob hoc autem Chriſtus tantam paupertatem ꝓ no-
bis aſſumere voluit:vt ſua paupertate nos ditaret. ij Corinthio. viij.
Cum eſſet diues pro nobis egenus factus eſt, vt ipſius inopia diui-
tes eſſemus. Nam precioſiores ſunt illi panniculi quibus Chriſtus
non tantũ pauper,ſed ip̃a paupertas iuoluitur omni purpura.glorio
ſius eſt hoc præſępe auratis regum ſolijs,vt dicit Bernardus. Secun
dum patet. Nam in progreſſu Chriſtus pro nobis tãtũ ſe humiliauit,
quantũcunq; ſe hũiliare potuit. propter quod dicit Apoſtolus. *Qui*
ſemetipſum exinaniuit:quia quantum ad aſpectum fragilitatis om
nino videbatur potentia,& ſapientia deitatis euacuatus. Vnde i hoc
nobis iter oſtendit,quomodo ipſum debemus exemplariter imita-
ri. Vnde Chriſtus propter nimiam ſui humiliationem ſe vermi com
parauit,in Pſal. Ego inquit ſum vermis/& nõ homo, opprobrium
hominum/& abiectio plębis. Ob hoc autem ſecundum Auguſti.
Chriſtus ſe tantum voluit humiliare,vt nos in cœleſti gloria exalta-
ret. Cui conſentit beatus Bernardus,dicens:Singularis illa maieſtas
voluit mori/vt viueremus,ſeruire/vt regnaremus,exulare/vt repa-
triaremus,humiliari,vt nos exaltaret.& ſuper omnia bona ſua con-
ſtitueret. Tertium patet. Tãtam Chriſtus in egreſſu amaritudinem
pœnarum pro nobis pati voluit,vt nos ab æterna morte liberaret:
& vt pœnas nobis pro peccato debitas/miſericorditer exolueret.
Eſaiæ. liij. Vere languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe
portauit. Et quia in his tribus debemus Chriſti veſtigia ſequi: vt
patet. j. Pet ij. Ideo ad iugem memoriam nos inuitat, Threnoꝝ ter-
tio,dicens. Recordare paupertatis meæ quantum ad primum,& ꝓ
fundę tranſgreſſionis meę:id eſt, profundę humiliationis,quantum
ad ſecundum. Et abſinthij/& fellis:id eſt,amariſſimę paſſionis,quã-
tum ad tertium.

¶Ser.ij. Ad idem:& in numero.CCXXXVI.

SI quis mihi miniſtrauerit/ honorificabit eum pater
meus. Ioã xij. In his verbis ad huius ſancti martyris
commendationem, & ad noſtram iformationẽ duo
notantur. ¶Primũ eſt noſtra deodigna miniſtratio: A
in eo qđ dicit:Si quis miniſtrauerit.Secũdũ eſt dei er
ga nos benigna ꝑmiatio,in eo qđ addit.honorificabit eũ pater meꝰ.
Quãtum ad primum dignum eſt,vt nos deo miniſtremus,quia ipẽ
miniſtrauit nobis.Miniſtrauit autem deus tria,ſcilicet ſua/ſuos/& ſe
ipſum.Sua miniſtrauit nobis tripliciter:quia bona temporalia ſpiri-
tualia,& cœleſtia ſuis confert,Iacobi.j.Omne datum optimũ.Suos
etiam nobis miniſtrauit Berñ.Bonus miniſter/qui carnem ſuam in
cibum,ſanguinem in potum,animam in precium dedit:ſic ergo mi
niſtrauit tibi.Nota quomodo miniſtrauit ei martyr iſte: miniſtrauit
ei ſua per eleemoſynarum largitionem/& perfectam dilectionẽ,tuã,
dicam aut ſuam ſcđm Apoſtolum.Ecce audit de te cœleſtis pater-
familias,ꝙ diſſipes bona ipſius,& cito repeteta te rationẽ villicatio-
nis tuę.Fac ergo tibi amicos de mãmona iniquitatis.Lucę.xvj.Su-
os etiam miniſtrauit ei:ſcilicet notos/& parentes/eos non carnaliter
attrahendo,imo penitus relinquendo:quia omnis qui reliquerit pa-
trem/aut matrem.&c.Sic Chriſtus ꝓ te dimiſit ſuos,ſcilicet angelos
Hiere.xij.Reliqui domum meam.&c.imo quia nec matris dolorẽ/
nec lachrymas reputauit,quin ꝓ te moreretur.Quotquot ergo pa-
rentes,quot poſſeſſiones/vel prębẽdas ꝓ eo reliquiſti, tot fercula ei
miniſtraſti,Hinc bene dicitur de Leui:id eſt,Matthęo, qui poſtq̃ re
liquerat omnia,tũc fecit ei cõuiuium magnum,Lucæ.ij.Item mini-
ſtra ei temetipſum,para ei duo:ſcilicet corpꝰ & cor,& ſufficit ei.Cor
petit in cibum,ſicut auis nobilis cor pręde ſuę tm̃ quęrit,Prouerbi.
xxiiij.Fili præbe mihi cor tuum,& coque ipſum in aqua contritio-
nis:& in igne charitatis,ſic parauerat cor ſuum qui dicebat. Paratũ
cor meum deus.&c.Corpus etiam para,vt ſanguinem citius carna
lis deſiderij ab eo auferas/ipſum decoquens laboribus/vigilijs/ieiu-
nijs/& diſciplinis.Hi ſunt duo Hędi optimi,q̃bus cœleſtis Iſaac libẽ
ter veſcitur:ſed tamen a Rebecca:id eſt,a gratia/ſicut ipſa patrẽ vel-
le nouit.pręparantur,Geñ.xxiiij.Effũde ergo de eis ſanguinem:id
eſt,peccatum.Aufert pellem:id eſt omnem ſpeciem,mali:id eſt,con
uerſationẽ ſecularem:ſic ergo quilibet miniſtrare debet deo ſe ſua/&
ſuos.¶Sequitur ſecundũ.ſ.dei erga nos benigna ꝑmiatio,quia ho- B
norificabit eũ pater meus,Pſal.Gloria & honore coronaſti eũ.Qua-
liter autem deus honorificabit/miniſtrantem ſibi,ſignificatum eſt i.

Nota. figura, Heſter.vj. de rege Aſſuero: quem rex honorare voluerit, induetur veſtibus regijs, & imponetur equo quæ eſt de ſella regis, & regium diadema ſuper caput ei⁹. Veſtes regię dotes ſunt animæ, Pſal. Aſtitit regina.&c. Equus.id eſt, corpus, ſella Chriſti humilitas: ſupra quā ſedit pugnaturus cōtra diabolum. Super equum ergo qui de ſella regis eſt, imponentur, quando corpora eorum configurata claritati corporis Chriſti reformabuntur. vnde Saluatorem expectamus.&c. Regio diademate coronabuntur, quando eis poteſtas iudiciaria cum Chriſto conferetur: ſic deus honorauit hunc martyrem. Philip.iij.

¶Ser.iij. Ad idem: & in numero.CCXXXVII.

A Gloria & honore coronaſti eum dñe.ṗs.viij. ¶In' verbꝫ iſtis notaƭ duplex corona huius martyris, q̄ coronauit eum dominus. Prima eſt glorię quo ad animam in cœlo. Secunda eſt honoris quo ad reliquias corporis i mū-do, & per celebrationē feſti a populo. Anima iſtius martyris eſt mulier cum corona duodecim ſtellarum: id eſt, gloria eius ē ex duodecim gradibus: quorum ſex a dextris ſunt: & ſex a ſiniſtris. Apoc.xij.

De multiplici gaudio ſanctorum. Animæ enim ſanctorum q̄diu ſunt in corpore ſunt quaſi in vinculis, in carcere, in tenebris, in exilio, inter hoſtes. Quando ergo egreditur anima a corpore ad vitam hmōi icōmmoda euadit. vnde multum gaudet. Primum gaudium quaſi a ſiniſtris eſt de carceris abſolutione: id eſt, corporis. Caro em̄ ē carcer animę. Pſal. Educ de carcere animam meam, quod ſcilicet corpus Apoſtolus reputauit carcerem, dicens. Infelix ego hō quis me liberabit.&c. Quia ergo ſancti reputant corpus carcerem: ideo abſtinendo ipſum vigilijs & laboribus dirimunt, vt citius exeat ſpiritus incarceratus: qui multa incommoda in huiuſmodi carcere patitur, ſcientes ꝙ exitus erit ad liberationem & gloriam. Eccles.iiij. Interdū quis de carcere & catenis egrediƭ ad regnū. Nō ſic impij nō ſic, ſed carcerem ſuum muniunt, & roborant toto niſu, curam carnis in deſiderijs facientes, munientes ſe ſuperfluitate cibi & potus, & veſtium, & ſomni: ſed diabol⁹ ſuper omnē iſtā munitionē ridebit, Abacuch.j. Sed nō mirū. ſciunt em̄ ſe eſſe reos, & latrones in exitu ſuo in obſcuriori carcere detrudendos: Matthęi.xxij. Ligatis manibus & pedibus. Secundum gaudiū eſt de vinculorum corruptione. Vincula quibus ligatur homo in corpore ſunt ſex neceſſitates corporales. ſcilicet fames, ſitis, frigus, ęſt⁹, labor, dolor, & ad vltimum mors. His ſex vinculis, quaſi ſex catenis ligauit dominus miſerum hominem poſt peccatum, quaſi inſanum: ne ſibi deterius faceret, & grauius ſibi manus inijceret. Nota

Caro. eſt carcer animæ.

quomodo quodlibet iſtorum cuſtodit hominem a peccato,ſed peccator inſanus hæc vincula diſrumpit.vnde conqueritur dominus, Hieremiæ quinto. A ſeculo confregiſti iugum, Diſrupiſti vincula. quaſi diceret:famem & ſitim per crapulam & ebrietatem. Frigus per veſtimētorum nimietatem.Calorem per veſtium ſubtilitatem. Laborem & dolorem per quietem. Mortē per medicinas & voluptatem.Ideo grauioribus vinculis ligabitur,quando deprehendetur:ſcilicet fame & ſiti perpetua,& frigore, & calore intolerabili: & tranſibunt de aquis niuium ad colorem nimium. Sed qui permittit ſe patienter ligari a domino:ille abſoluetur ad gloriam,quādo dicetur illud Eſa.lij.Solue vincula colli tui,quando non eſurient,neq; ſitient amplius, Apocalyp.ſeptimo. Et cum gratiarum actione, dicit ei.Diſrupiſti domine vincula mea. Tertium gaudium eſt de claritatis viſione.qui enim diu fuit in carcere vmbroſo:vbi neq; lucem, neq; Solem vidit,gaudet quando vtrunq; videt: quia dulce lumen & delectabile eſt oculis videre Solem,Eccles.xj.Sic anima q̄diu eſt in corpore,eſt in tenebris ignorātię.Eccleſiaſtes.ix. Nemo ſcit vtrū odio vel amore dignus ſit. Item neſcimus quomodo dominus ſit trinus & vnus:ſed omnia poſt exitum a corpore ſciet homo. Apoſtolus.j.Corinthio.xiij.Videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.idem.Te tūc cognoſcam/ſicut & cognitus ſum.quia primo Ioannis tertio,dicitur.Videbimus eum ſicuti eſt.Quartum gaudium/eſt de exilij egreſſione:ideſt mundi, qui ē periculoſus,facinoroſus,& horridus. Deuterono. triceſimoſecūdo. Inuenit eū in terra deſerta.Econuerſo cœleſtis patria eſt locus amœnus/fœcūdus & ſecurus. Eſaiæ triceſimotertio. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Quintum gaudium/eſt de beſtiarum perſequentium/& periculorum euaſſione:id eſt,dæmonum/& pœnarum inferni,quando dicent animæ.Benedictus dominus,qui nō dedit nos in captionem dentibus eorum. quādo videbit anima diabolum/& dicet. Quid hic aſtas cruenta beſtia,nihil in me funeſtum inuenies.Sextum gaudium/eſt de parentum & amicorum obuiatione ad deducendam animam in ſinum Abrahæ. Matthæi viceſimo quarto. Mittet angelos ſuos,& congregabunt electos,& cætera.

¶Primum a dextris gaudium eſt de iocunda ſanctorum ſocietate, quia inter ſanctos tanta erit charitas, vt gaudium ſingulorum omnium viciſſim ſit cōmune. Pſal. Lauda Hieruſalem dn̄m,vſq;/filios tuos in te.Secundum de beatitudine & ſtola animę ꝓprię,qn̄ lętitia ſempiterna ſuper capita ſanctorū,gaudiū & lętitiam obtinebūt,& fugiet dolor,& gemit⁹. Tertiū eſt de reſurrectionis expectatiōe,qn̄ in terra ſua poſſidebunt duplicia, Eſa.lxij. Vtraq; ſtola. Apocalyp.xiiij. B

Gaudebunt ſancti,quia venit hora iudicij eius. Quartum de ammi rabili Chriſti hominis fruitione:quando carnem illã glorioſam ocu lo ad oculum videbimus,quando eum poterimus vocare patrẽ, & dicere. Os meum,& caro mea. Bernar. Plenum prorſus ſuauitatis dulcedine,videre hominem hominis cõditorem. Quintum de ma nifeſta Trinitatis cognitione. Sextum de perpetua gaudij ſecuritate. Ioan.xvj. Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Secunda corona eſt honoris/qua honorat,vel coronat eum dominus per celebratio nem,vel ſolennitatem feſtorum,& venerationem reliquiarum. Hanc coronam ſanctis auferunt,quantum in ſe eſt,qui reliquias eo rum non venerantur,vt debent,vel feſta eorum frangunt. vnde cõ queritur dominus per Iob.xix. Spoliauit me corona & gloria,& abſtulit coronam de capite meo:quod faciunt omnes qui eorum feſta frangunt,vel qui i eis per ebrietates/iurationes/per choreas/& luxu rias deum blaſphemant.&c.

¶De pluribus Marty.Ser.j.
& in numero. CCXXXVIII.

A Quomodo ceciderunt fortes in bello.ij.Regum.j. ¶Verba ſunt eximij bellatoris Dauid plangentis Saul & Ionathan,qui in Gelboe fuerant interfecti. Sed ad propoſitum noſtrum ſunt eccleſię militantis alludentis *paſſio*nl.N.&.N. martyrum. Saul eñ & Ionathas pugnabant ꝓpter regnum temporale. iſti propter Chriſtum/& fidem eccleſię. illi incerti,iſti ſecuri:illi in morte,iſti per motem hęredes, & reges regni cœlorum inſtituti ſunt. Vnde merito Dauid illos plangit,maledicens locum in quo mortui ſunt,dicens. Montes Gelboe,nec ros, nec pluuia.&c. Iſtis autem eccleſia applaudit,ſolennizans diem paſſionis eorum. Vnde tria tanguntur in his verbis ad commendatio nem eorum:ſcilicet vitę ſtrennuitas,mortis pœnalitas,moriẽdi mo dus & qualitas. Primum in fortitudine. ſecundum in caſus nomine. tertium in modi interrogatione. Strennuitas ergo tangitur,cum fortes dicuntur,non fortitudine lacertorum,ſed animorum. Satis erat fortis ille Sanſon,quẽ Dalila circũuenit:& Golias quẽ Dauid ꝓſtrauit:ſed parũ eſt curandũ de iſtis gratijs exterioribus,q̃ ſũt cõcs nobis & beſtijs. vt dicit Seneca ad Lucillum. Valet inquit homo/vt leones, formoſus eſt/vt pauo,velox eſt/vt equus,corpus habet/vt arbores, impetũ & motũ habet,vt beſtię,& vermes.& ſic de alijs. Sed bella-

B tores nr̃i fortes fuerunt in ſuſtinendis moleſtijs, in remittendis in-

Iſta bella alibi poſita ſunt

iurijs,in deſpiciendis infimis,i aggrediẽdis arduis. ¶Cuiuſmodi aũt ſit iſtud bellum,oſtẽdit beatus Grego. diſtinguens i hoie iuſto triplicem ſtatum,& in quolibet ſpeciale bellum,quia in quolibet eſt mœ

ror & lætitia quæ inulcem repugnant. Primus eſt ſtatus conuerſio-
nis ad deum, quando redit de regione peccati & diſſimilitudinis: ſi-
cut filius prodigus ad patrem, vbi mœrorem cauſant vincula con-
ſuetudinis, propter familiaritatem & ſocietatem prius habitam re-
linquere. Et fit lucta ſiue bellum ſpirituale, dum ſpiritus vocat, caro
reuocat, deſiderium ſpirituale ſurſum trahit, caro deorſum retrahit.
Sed conſolatio dulcis: quia adeſt dulcis pater, qui conſolatur filium
reuertentem, vt dicitur Lucæ.xv. Per fiduciam veniæ, per deſide-
rium gloriæ, per experientiam cuiuſdam delectationis nouæ: vt cũ
Propheta dicere poſſit, Secũdum multitudinem dolorum meoꝝ in
corde meo &c. Ecce primum bellũ accedentiñ ad deũ. Poſt hunc ſta
tum ſequitur ſtatus ꝓbationis/vbi alius conflictus: qa em̃ conuerſio
ſecuritatem parit, & mater negligentię ſecuritas eſt: Ideo Chriſti mi-
les tentationibus agitatur/quales nunq̃ habuit in vita ſua: non qa an
te conuerſionem ſuam deeſſet ei materia tentationis, ſed quia non
apparebat. Et ponit exemplum Greg. de cardone in via. Cardo in-
quit, in via iacens pedibus rranſeuntium cõculcatur, ita vt nõ appa-
reat eius radix, cum tamen lateat interius: & ceſſante frequẽtia trãſ-
itus/in publicum prodit & ſpinas ſuas profert. manifeſte hoc appa-
ret in vijs antiquis derelictis: Sic animus peccatoris cogitationibus
& occupatiõibus varijs intentus, ſecundũ ꝙ ait Aug.v.Conf. Dñ in
vno a te auerſus in multa diuiſus ſum: ideo neſcit qd tolerat, ad mo
dum illius ebrij, qui dicit in Prouer.ca.xxiij. Verberauerunt me, ſed
nõ ſenſi. Poſiti autem ſunt peccatores ad molam cum Sanſone, eru
tis oculis tota die rotantes de vno vitio in aliud. Vnde in nullo ma-
lo ſuo determinate poſſunt affectũ figere, ſed poſtq̃ veniunt ad quie
tem & pacem/facta iam compoſitione inter ipſos & deum, tunc ſen
tiunt quæ ante non ſenſerunt. Diabolus enim eos tentare negligit,
quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. Vnde dicit Gregorius. Omnes
qui ea quæ mundi ſunt/calcant, & quæ dei ſunt/plene deſiderant,
Leuiathan contra ſe ſuſcitant, qui eius maliciam ſua conuerſione in
flammant. Qui autem eius voluntati ſubiecti ſunt, quaſi quieto iu-
re ab eo poſſidentur. Sed dum vias dei videt apprehendi, mox ad
certamen ſuſcitatur. Vnde in huius ſignum diabolus poſt baptiſmũ
ſtatim aggreſſus eſt tentare Chriſtum. Ecce mœror, ſed domin⁹ nõ
ꝑmittit filiũ tentari vltra illud quod poteſt ſecundũ Apoſt.j.Corin.x
ſed conſolatur ipſum ex adeptione victoriæ, ex augmento gratiæ,
& expectatione gloriæ. Vñ Grego. dicit, ꝙ fideles Chriſti in inchoa
tione habent dei blandimenta, ne fortius turbentur q̃ poſſint: in me
dio autem tentationum/certamina: in perfectione aũt conuerſionis
delectationem. Sic populus eductus de Aegypto prius accepit blã-

dimenta ſignorum,deinde probatus eſt per certamina regnũ, poſtre
mo confirmatus ſuper gentes accepit dominiũ. Ecce ſtatus & bellũ
ſecundũ.Poſt hunc ſtatum ſequitur ſtatus mortis,vbi diſtrictũ iudi-
cium/& ea quæ nunq̃ antea recoluit,ei veniunt in animum:in cuius
figura Chriſtus appropinquãte morte factus eſt in agonia,& factus
eſt ſudor eius quaſi guttę ſanguinis defluentis in terram. Vbi Greg.
exclamat.Quid faciẽt tegulæ ſi tremunt columnæ? aut quomodo
virgulta ſtabunt,ſi pauore turbinis cedri quatiuntur? Ecce mœror.
Sed poſtq̃ iuſti carne ſpoliãtur,clareſcit viſus p̃paratis gaudijs,& mi
C ra lętitia perfruuntur. Ecce bellũ ex aduerſo & poſt tergum. ¶ Mor
tis acerbitas/vel pœnalitas,tangitur cum dicũtur cecidiſſe. Non fuit
iſte caſus ignominioſus,ſed glorioſus:quia ſecundũ Maximũ in ſer-
mone. In deo p̃deſtinati ſunt/vt glorioſiores reſurgerent. Sicut enim
ignis flatu p̃mitur vt creſcat,& vnde quaſi extingui cernitur/inde ro
boratur:& aqua igni iniecta/ſuam cõtrarietatem ad tempus perimit
vel caliditatem,ſed poſtmodum altius inardeſcit,ſecudũ Greg. Sic
pugiles Chriſti viſi ſunt ad tempus extingui,vt glorioſiores reſurge
rent. Sapien.xv. Viſi ſunt oculis inſipientium mori. &c. Ideo ceci-
derũt in terram/vt mortui pullularent & fructum facerent. Niſi em̃
granum frumenti. &c. Si autem mortuum fuerit,multum fructum
affert,ait Saluator, Ioan.xij. Pauciſſima grana habuit ager *Eccleſiæ*
in principio,ſed electiſſima & fœcundiſſima. Ille enim duodenarius
Apoſtolorum numerus pullulauit in multitudine gentium,vt face-
rent fructum non tm̃ trigeſimum,ſexageſimum,vel centeſimum:
ſicut dicitur Matthæi .xiij. de ſemine iactato in terram bonam,ſed
innumerabilem & infinitum. Iſti ſunt qui viuentes in carne/planta-
uerunt Eccleſiam ſanguine ſuo. Auguſtinus de Innocentibus. San-
guine martyrum impletur orbis terræ, de quo tanq̃ de pulchris ſe-
minibus ſeges Eccleſiæ pullulauit. Nec mirum chariſſimi, ſi fructũ
multum attulerunt,quia fuerũt in terram profundati per veram hu
militatem,deſuper irrigati per deuotiõis vbertatem:a ſuperfluis ex
purgati/per voluntariam paupertatem:a læſione grandinum præſer-
uati/per conſtantiæ ſtabilitatem: ab æſtu concupiſcentiæ ſeparati/p
continentiam & charitatem.a via communi ſequeſtrati/per morum
honeſtatem. Modus enim paſſionis eorum tangitur interrogatiue,
Quomodo ceciderunt fortes in bello? Quomodo cecidit beatus Ia
cobus,habemus Act.xij. Miſit Herodes rex manus &c. Beatus au
tem Chriſtophorus primo virgis ferreis attritus,& a flãmis æſtuan
tis incendij,Chriſti virtute eſt ſaluatus,ad vltimum ſagittarum icti-
bus confoſſus,martyrium capitis obtruncatione compleuit. Simili-
ter potes inducere de quibuſdam alijs quorum feſtum agitur,vt de

illis poſſet dici illud Sapien.v.ꝙ miſeri tortores eorum dicunt in in
ferno: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum. & ſequitur. Ec
ce quomodo computati ſunt inter filios dei? Fuerunt aſſimilati deo
per amorem, ſicut filij legitimi ei curam de temporalibus relique-
runt, ab eo more filiorum flagellati ſunt: ideo perceperunt cum eo
legitimam portionem. Rogemus.

¶ Sermo ſecundus ad idem,
& in numero. CCXXXIX.

SAncti per fidem vicerunt regna. Hebrę.xj. ¶ Regna A
ſunt quadruplicia, ſcilicet mūdi, carnis, diaboli, & cœ
li: quæ oīa regna iſti ſancti martyres vicerunt. Regnū
mundi habet duas prouincias.ſ. cupiditatem acquirē
di, & auaritiam retinēdi. Regnum carnis habet duas
ſcilicet gulam & luxuriam. Regnum diaboli habet duas, ſcilicet ſup
biam & inanem gloriam/quo ad ſe, & malitiam/quo ad proximū.ſ.
inuidiam & odium &c. Regnum cœli habet duas prouincias.ſ. ange
loꝝ & electoꝝ hominū. Hæc quatuor regna hominē oportet vince
re/volentem ſaluari. vnde contra ea in Euangelio acies conſtruūtur.
Mat.v. ſecundū octo virtutes, vt ſinguli cunei regna ſua obſideāt &
debellēt. Primæ virtutes ſunt. Beati paupes ſpū, & beati mites. Hæ
duæ virtutes omnino deſtruunt regnum mundi. Nam paupertas
deſtruit cupiditatem amplius acquirēdi: quia pauper eſt ſpiritu/ cui
ſufficit id quod habet. Manſuetudo deſtruit auaritiam retinendi.
Qui enim vere manſuetus eſt ad proximum, nihil eius indigentiæ
ſubtrahit. Vnde in enumeratione virtutum & donorum gloriæ/mā
ſuetudo & pietas ſociantur. Vnde manſuetus ſolet dici quaſi manu
aſſuetus, vt qui aſſuetus eſt eleemoſynas pauperibus tribuēdo. De
prima harum virtutum nota, ꝙ paupertas in tribus conſiſtit.ſ. in p
funda humilitate, deſpecta contemptibilitate, & rerum defectibili-
tate. Pro qbus vere pauperes tria maxima bona recipient/quę deus Præmia
dare poterit in cœlo & in terra in p̃ſenti tempore, in iudicio & in cœ- pauptatis.
lo. Nā ex profunda humilitate dat eis deus optimū quod in hac vita
dare poterit.ſ. gratiam. Sic em̄ dicitur Iaco.iiij. Deus ſupbis reſiſtit,
humilibus autem dat gratiam. Pro ſecundo, ſcilicet deſpecta contē-
ptibilitate dat deus optimum quod dare poterit in iudicio.ſ. iudicia
riā poteſtatē: vt aſſeſſores cū Chriſto iudicent totū mūdū: vt ſicut ipſi
viles & abiecti ſunt ab hoibus iudicati, ſic ipſi ſublimiū colla ꝓpria
virtute calcabunt: q ſic cōculcati dicēt in iudicio illud Sap.v. Hi ſunt
quos aliqñ habuimus in deriſum & in ſimilitudinē improperij: nos
inſenſati eſtimabamus vitam illoꝝ inſaniā, & finem illoꝝ ſine hono
re: ecce quō cōputati ſunt inter filios dei, & inter ſctōs ſors illoꝝ eſt.

cui conſonat illud Eſa.xlix. Vultu in terra demiſſo/adorabunt te,& puluerem pedum tuorum lingent. Pro tertio ſcilicet rerum defecti-bilitate dat deus optimum quod eſt in regno. Optimum autem eſt, non quęlibet portio regni, ſed totum regnum. Propter quod dicitur in præſenti, Beati pauperes ſpiritu.&c. Hoc etiam prędictis eſt adiij-ciendum, ꝙ hæc paupertas non ſolum debet eſſe in rerum relictiõe ſed etiã in fruitionis abdicatione. Sunt eñi multi qui volũt eſſe humi les ſine deſpectu: pauperes ſine defectu. De qua pauptate dicit bea tus Auguſtinus, in ſermone.xxiij. qui incipit: Vt nobis ꝑ literas. &c. Licet me in cathedra Epiſcopali videatis, paupertatem tamen mihi charam ſponſam tenere congratulor, quia ipſa eſt Chriſti ſponſa: ſan ctorum poſſeſſio: beatorum vita: fidelium ſecuritas: clericorum or-namentum: monachoꝝ vita: nobilium pulchritudo: diuitũ magnifi centia. Hæc eſt illa ſancta paupertas, quam qui tenet & amat, nulla indigentia laborare poteſt. Ipſa eñi eſt ſperantibus in ſe theſaurus in paupertate: ſolatium in ſolitudine: gloria in abiectione: honor in con temptu: vmbraculum in omni protectione. Tunc vere pauperes eri tis, tunc vere beati, tunc benigni, tunc obedientes, tunc veraces, tũc nõ ficti, tunc ab omni malo ignari, ſi corde & opere pauperes inue-niamini. Eſtote ergo pauperes, quoniã exaudiuit pauperes dñs,& depre.&c. Et iterum Aug. in alio ſermone, qui incipit, O ſi &c. & eſt ſermo ſecundus, vbi dicit. O beata paupertas, vbiq; pacis plena, vbiq; ſecura, vbiq; illæſa, vbiq; cunctorum amica. Nam qui te amat veram pacem amat: & qui te non amat, trãquillitatem penitus igno

B rat. ¶ Sequitur, Beati qui lugent, & beati qui eſuriunt. Hæ duæ fun ditus euertunt regnum carnis. Nam luctus fit contra luxuriam. Vn de luxuriã carnis deſtruxit Magdalena in multitudine fletus. Hinc ad animam pœnitentem dicitur, Hieremię.vj. Filia populi mei. vſ q;, planctum amarum. Eſaiæ.xvj. Inebriabo te lachrymis Eſebon, quod interpretatur cingulum triſtitiæ, vel mœroris. Hæc eſt caro q̃ ſpm̃ vndiq; ſtringit triſtitia, hic inebriatur lachryma, quando ardor concupiſcentiæ lachrymis pœnitentię extinguitur, ſicut aqua extin guit ignem. Eſuries contra gulam, vt ſicut per quæ quis peccat, per hæc & torqueatur. Sap.xj. vnde Iob.v. In vaſtitate & fame ridebis. id eſt in abſtinentia delectaberis. & beſtias terræ non formidabis, id eſt petulantiam carnis. De prima harum virtutum nota, ꝙ diuerſi mode lugẽt. Alij eñi lugent ex contritione, alij ex compaſſio ne, alij ex deuotione: & ſecundũ hanc diuerſitatẽ etiam cõſolatio va riatur. Lugentes eñi ex cõtritione, conſolant̃ ꝑ ſpem venię & remiſ ſionẽ. Lugẽtes vero ex compaſſione, conſolant̃ ꝑ ſpem de dei miſe ratione. Lugẽtes vero ex deuotiõe, ꝯſolant̃ de interna dei dilectiõe.

De multiplicitate lugentium.

De luctu qui fit ex contritione, dicit.B. Aug. in ſermone.x. qui inci
pit, Scitote fratres. Accipite inquit, fratres compunctionẽ q̃ ſanitas
eſt aiaꝵ, remiſſio peccatorũ, ſacrificiũ ſpũale, quod deo ſumme pla
cet. Et infra in eodẽ. O compunctio, q̃ ſancta, & mirabilis p̄dicaris: tu
ſpũale lauacrum: tu es flagellum dei p quod deus mutatur: tu ſtimu
lus p quẽ deus ad hoiem inclinatur: tu ligamentũ p quod deus forti
ter aſtringitur. Et iterũ in eodẽ. O lachryma mentem purgans, intẽ
tionẽ fœcundans, conſcientiã irrigans, aias ſanctificans: q̃ motus illi
citos extinguit, paradiſum aperit, infernum claudit, mundũ deſpice
re in cunctis facit. O felix lachryma, q̃ carnalẽ cogitationẽ extinguis
pctõꝵ morbos expellis, & virus culpæ euomis. De ſecũda harum
duo breuiter perſtringãtur.ſ. de eſurie iuſtitiæ, & de ſaturatione. Eſt
autem eius eſuries, vehemens deſiderium operandi iuſtitiam. Ve- Quid ſit
hemens aũt dixerim, vt præ nimia eſurie omnia quæ poſſumus fa- eſuries iu
ciamus: & adhuc prę nimio deſiderio amplius operandi, omnia q̃ fa ſtitiæ.
cimus p nihilo reputemus: & ex tali eſurie deus iudicat nos beatos
Hanc eſuriem monuit dñs, cũ dicebat Lu.xvij Cũ feceritis oia quæ
pręcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus. Sequitur, Quoniã
ipſi ſaturabũtur. Saturamur autem de omnibus bonis quæ daturus
eſt nobis dominus, ſi omnem iuſtitiam opere implemus. Nam pro
pter ſolam eſuriem iuſtitiæ hic deſcriptam, datur nobis omne præ-
mium quod daretur nobis, ſi omnem iuſtitiam perfectiſſime facere
mus. Nec habemus vnde cauſemur, ſed vnde tota deuotione in gra
tiarũ actione verſemur: quia ſi facimus quod poſſumus, & quod nõ
poſſumus ſolummodo eſurimus, benignus deus reputat cũ nĩa nos
feciſſe, & remunerat nos acſi omnia opere impleſſemus. ¶ Sequi- C
tur, Beati miſericordes, &, Beati mundo corde. Hæ duæ in nobis re
gnum diaboli deſtruũt: quia vera miſericordia oẽm maliciam expel
lit, quo ad proximum.ſ. inuidiam & odium. Quia vera miſericordia
eſt, quæ alienas miſerias ſuas facit p compaſſionem. Vñ miſericors
quaſi miſerum cor, quod eſt contra inuidos manifeſte, & contra ira-
cundos. Cordis autem munditia q̃ deum facit videre, ſuperbiã & in
anẽ gloriã eliminat. Nã ſuperbia cor cõtaminat & excęcat, ne mẽs
deum videre poſſit: quia ſuperbia facit cor immundũ. Ioel. j Aſcen
dit fœtor & putredo, quia ſuperbe egit. De prima haꝵ dicit dñs. Bea
ti miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: acſi di-
cat, quia propter imperfectionẽ iuſtitię deuotis hoibus mia videtur
eſſe neceſſaria, quã qui conſequi deſiderãt debent ſuis proximis mi
ſericordiã exhibere. Ipſa enĩ dei miſericordia p noſtrã miſericordiã
impetrata, tollit a nobis omnẽ miſeriã quã contraximus vndicũq;.
Qualem aũt miam, & cui proximo exhibere debeamus, habes ſuffi

cienter in alijs ſermonibus. De ſecunda illarum beatitudinum dicit
Auguſtinus/ſermone.ix. qui incipit, Ad ſpirituale gaudium. O felix
conſcientiæ puritas, quæ vermem interiorem excludis: quæ a carce
re doloris liberas rationem: quæ ab omni immunditia purgas men
tem. O mens ſancta/paradiſus delitiarum, varijſq; virtutum florib⁹
præparata, cœleſti gratia irrigata. Hæc eſt paradiſus in qua plãtatur
lignum cœleſtis ſapiẽtiæ: hæc eſt thalamus dei: palatium Chriſti: ha
bitaculum ſpiritus ſancti: hæc thronus Salomonis, lectus ſponſi cœ
leſtis/quo ipſa conſcientia optime delectatur & requieſcit cum ſpõ
ſo &c. Eſt autem triplex munditia cordis. ſ. innocentiæ, pœnitentiæ
De triplici munditia cordis. attestantis conſcientiæ. Prima eſt eorum qui ab infantia ſe a crimini
bus mortalium peccatorũ cuſtodierunt. De qua dicitur Iob. xxvij.
Donec deficiam non recedam ab innocẽtia mea: iuſtificationẽ meã
quam cœpi/tenere non deſeram: neq; reprehendit me cor meum in
omni vita mea. Item Tobię. iij. dixit Sara. Tu ſcis dñe, quia mundã
ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia: nunq̃ cum ludenti
bus me miſcui: neq; cum his qui in leuitate ambulãt/participem me
præbui. Secunda cordis mundicia eſt pœnitentium, qui & ſi pecca
uerint, per fortiſſimam tñ pœnitentiam peccata eadem abſterſerũt.
Quod patet per ſcripturã & figuram. Per figuram in filio prodigo,
qui reuerſus ad patrẽ/indutus fuit ſtola prima. Per ſcripturam *idem*
patet. vnde Eſa. j. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum *quaſi* nix de
albabuntur &c. Hinc Magdalenæ pœnitenti dicitur, Dimittũtur ti
bi peccata multa. Tertia mundicia eſt eorũ qui ſuper remiſſione pec
catorum ſuorũ ſpiritus ſancti teſtimoniũ intus in conſcientia accepe
runt. quorũ vnus fuit Apoſtolus, qui licet diceret ſe blaſphemũ & p
ſecutorẽ Eccleſiæ, & p̃cipuum peccatorem: intus tñ in conſcientia a
D ſpũ ſancto ſecuratus/dixit: Nihil mihi cõſcius ſum. ¶ Sequitur, Bea
ti pacifici, &: Beati qui perſecutionẽ patiuntur. Hæc duo oppugnãt
& violenter rapiunt regnũ dei. Mat. xj. vim patitur & violenti rapiũt
illud. ſ. per pacem, & per tolerantiam paſſionũ/ſiue percuſſionũ. Ille
ergo has virtutes habet/qui pacem verã habet in ſe per ſanctam cõ
ſcientiam. ſ. mundam ad deum per ſynceram dilectionẽ, ad proximũ
per omnimodã innocentiam. Et inſuper perſecutionẽ patitur a pro
ximo, qui ſic amat infirmitates & flagella a deo gaudenter recipit.
De prima harum nota, ꝙ ſunt tria genera hominum pacẽ habentiũ
Alij enim ſunt pacem iã habentiũ, & dicuntur iam patiẽtes. Alij pa
cem iam retinentiũ vel recipientiũ, & dicuntur pacati. Alij pacem fa
cientiũ, & dicuntur pacifici. Hi ergo ſunt q pace nõ indigent: quippe
qui eam quiete poſſident, & perfecte intendunt paci proximorum:
vt inter deum & homines, homines & homines pacem faciant tanq̃

fideliſſimus mediator:quod qui fideliter fecerit/ex hocipſo merebitur dici,& eſſe filius dei:imitans eum qui de cœlo venit ad terrā, vt ea quæ in cœlis & in terris ſunt/pacificaret. De qua dicit Apoſt.Coloſſ.j.Placuit deo per eū.ſ.filium reconciliare omnia in ipſo pacificās per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in terris,ſiue quæ in cœlis.Beati qui pſecutionem patiūtur propter iuſtitiam &c.Quā beatitudinē ſi conſequi volumus,neceſſe eſt/vt nec fracti adulatione pximorū, amore amicorū,timore maiorū p defenſione iuſtitiæ nr̄ę vel alienę vſq; ad mortē decertemus,corpus & aiam ſi neceſſe fuerit/exponētes. Poſt hęc ſubiungit Bern.di. His omnibus expletis/adhæremus dn̄o,& vnus ſpūs cum eo efficimur:hic dirumpimus nubes & trāſit oratio:hic reuelata facie gloriam dei ſpeculamur: hic dulcedo ſpūs, cordis ſuauitas,iubilatio mentis &c. Hic nota aliqua de ſecunda beatitudine.ſ.Beati mites,ſuperius ꝑtermiſſa:de qua tria breuiter pcurramus. Primo dicamus de eius deſcriptione.Secundo/de eius exercitatione.Tertio de eius nobilitate. In his em̄ tribus totam virtutem huius beatitudinis cognoſcemus,deſcribitur autem ſic. Manſuetudo ſiue mititas eſt,quæ nulla incurrentium rerum tribulatione agitatur,domeſtici animi tranquillitas. Item alia deſcriptio. Manſuetudo eſt dulcedo animi,quę nulla amaritudine vincitur.Hinc mitis dicitur,quem nulla aſperitas afficit,ſed amaritudinem vt dulcedinem æquanimiter portat. Vnde mititas eſt ſignum plenæ ſanitatis corporis & animę:& ideo dicitur terram corporis ſui potenter vt dominus poſſidere:quia malum vt bonum,amarum vt dulce ſuſcipit indifferenter. Secundo dicendum eſt de eius exercitatione,quæ iam tacta eſt in parte. Hæc autem mititas in tribus exercitijs continetur Omnia em̄ aduerſa aut a deo,vel a proximo,vel ab aduerſario ſuſtinemus. Qui ergo hanc beatitudinem conſequi deſiderant,neceſſe eſt,vt aduerſa quæ ſunt a deo / ſine murmuratione, quæ a proximo/ſine mali tribulatione,quæ ad aduerſario / ſine conſenſus inclamatione ſufferantur: ita vt nulla furoris accenſione turbentur, nec mordaci impatientia agitentur: ſed in animi bonitate iugiter perſeuerent. Tertio dicendum de eius nobilitate, cuius nobilitas ex hoc patet:quia eius magiſterium deus ſibi præ cæteris virtutibus ſeruauit,dicens Matth.xj. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde Secundo q2 mites ſingulariter placent deo. Hinc Eccl.j.dicitur. Bn̄placitum eſt deo fides & manſuetudo. Vnde quia Moyſes fuit manſuetiſſimus:ideo ſingulariter meruit ꝑ cæteris Prophetis & patrib⁹ dn̄i familiaritatē. Hinc Nu.xij.dn̄s ad Aarō & ad Mariā dixit.Si qs fuerit inter vos ꝓpheta dn̄i,in viſione apparebo ei,vl̄ ꝑ ſomnū loqr ad ipm:at nō talis ſeruus me⁹ Moyſes,q in oī domo mea fideliſſim⁹

eſt. Ore em̃ ad os loquor ei, palã & non per ænigmata & figuras deũ
videt. Cuius gratiæ aliã cauſam nõ legimus, niſi q̃ ibidẽ dicit̃, Erat
E Moyſes vir mitiſſimus ſuper oẽs qui morabãtur in terra. ¶Qui au
tem prædicto modo hic quatuor regna vincunt vel vicerunt, domi
nus poſt victoriam eis quatuor repromittit præmia. Lu. vj. Menſu
ram bonam. ſ. cœleſtium diuitiarũ, cõtra paupertatẽ: confertã delitijs
contra eſuriem: coagitatã honoribus, contra ſuperbiæ vanitatem: &
ſupereffluentem, per æternorum gaud'orũ immenſitatẽ, quam nõ
poterimus intra nos capere, ſed ſupereffluere. His quatuor adapta
illud Eſa. lx. Tunc videbis. ſ. æternas diuitias, & afflues cœleſtibus
delitijs. Et mirabitur cor tuum propter honoris excellentiam: & di
latabitur/propter gaudiorum magnitudinem. Sic fecerunt iſti glo
rioſi ſancti martyres. Vide legendam eorum. Rogemus.

¶Sermo tertius ad idem,
& in numero. CCXL.

SIcut abũdant paſſiones, ſic & per Chriſtũ abundat cõ
ſolatio veſtra. ij. Corin. j. Rñdent martyres tacite q̃ſtio
A ni. ¶Poſſet em̃ aliquis q̃rere, Q̃uo poteſtis tot mala
portare? propterea, vt dicit Ber. Multi vidẽt noſtras
exteriores afflictiones, ſed nõ vident interiores cõſo
lationes, q̃ multum excedunt afflictiones: & ideo ſancti *martyres* re
ſpondere poſſent tacite quęſtioni, & dicere. Sicut abundant &c. In q
bus verbis duo notantur. Primũ eſt afflictio paſſionis extraneę, qua
tpaliter affliguntur. Secundũ eſt bonũ cõſolationis intraneę, qua dul
citer cõſolantur. Primũ eſt carnis afflictiuũ, ſed ſecundũ eſt aĩæ refe
ctiuũ. Notat̃ ergo primo exterior afflictio, qua mala purgantur: ſed
notatur ſecundo interna refectio, qua bona cumulant̃. Primũ notat̃
cũ dicitur, Sicut abundant Chriſti paſſiones in nobis: ſed ſecundũ cũ
additur, Sic & p Chriſtũ abundat conſolatio noſtra. Sed quia iſta duo
. ſ. afflictio & cõſolatio in via ſunt ſimul, ideo ſimul ſunt tractãda: qa
B cõtraria iuxta ſe poſita/magis eluceſcunt. ¶Eſt igitur hic notandũ,
ꝙ ideo præſentis tpis malum non eſt fugiendũ, ſed patiẽter ferendũ
quia ſemper ad coporis ſuppliciũ/mentis fertur gaudiũ, ſi homo cõ
Q̃: dignę ſint paſſiones voluntariæ. ſideret præmiũ. Sunt aũt paſſiones voluntarię triplici ratione dignę
Nam ſunt primo dignæ diuino auxilio. Secundo ſunt dignæ inter
no ſolatio. Tertio ſunt dignę ſpũali conſortio, ſiue potius ſummo bo
no: vt ſic homo pacificus adiuuetur exterius, conſoletur interius, &
coronetur ſuperius. Dico primo ꝙ paſſiones iſtæ ſi ſint voluntariæ,
ſunt dignæ diuino auxilio. Eſt em̃ dignũ & iuſtum & rationi conſo
num, vt qui patitur propter Chriſtũ ſentiat Chriſti auxiliũ. Quis vn
q̃ ſperauit in dño, & derelictus eſt? Nam elephantes dum inter ſe

pugnāt/ſuos adiutores mirabiliter amant:quos ſi vulnerari ɔtingat eos in medioſui ponūt/& defendunt quantū poſſunt. Nā & apes qñ alterius aluearia inuadūt, ſi ibi aliquas fouentes inuenerint,eas nō ſolū non lędūt,ſed protegunt & defendūt. Quis,niſi diabolo ſit filius ꝙ ſuos ꝓpugnatores ſiue defenſores nō diligit? Ergo ponere neceſſariū eſt nec in dubiū deducendū,ꝙ ſummū bonū eos amat/qui pro ſe pugnant. Sed non amaret,ſi eos in afflictionibus nō adiuuaret:ıñ ſi deſitiuuandi potentia,tñ non deſit ſapientia. Certū ergo eſt,ꝙ cū ꝓ Chriſto bellamꝰ,ab ipſo quantū neceſſe eſt adiuuamur. Vñ.j.Pe. vlt. Deus autem omnis gratiæ/qui vocauit nos in æternam ſuā gloriam in Chriſto Ieſu modicū paſſos/perficiet,confirmabit,& ſolidabit. Pſal. Cum ipſo ſum in tribulatione. Et certum eſt, ꝙ deus adeo potens eſt,vt nemo ſuorū militū debeat dubitare. Pſal. Dñs mihi adiutor,& ego deſpiciam inimicos meos. vſq; ſi cōſiſtāt aduerſum me caſtra. &c. Item. Dñs illuminatio mea & ſalus. &c. Quis enī ſtultus debeat timere auxiliantem omnipotentē,ſi ſic militem in bello confortat p̄ſentia regis/ipſum per eius vocem confortantis? Audi quid faciat præſentia omnipotentis. Nā & ob hanc cauſam poterant martyres capi:potuerunt verberari:potuerunt deo permittente occidi: ſed non potuerunt permutari vel vinci. Exemplum de beato Antonio æremita,qui fuit vſq; ad mortē a dæmonibus verberatus: ꝙ dū ſentiret adeſſe Ieſum/ait. Vbi eras bone Ieſu,vbi eras. Cui dñs. Hic eram Antoni,ſed volui videre certamen tuum:& quia viriliter certaſti,te per totum mundū faciam nominari. ¶ Secundo paſſiones iſtę patienter poꝛtatę/ſunt dignæ interno ſolatio. Nunꝗ deus cū ſit ſumme bonus,& dulcis,& rectus dñs,hominem affligit exterius/quem non conſoletur interius. Nam & omnis bonus medicus medicinam amarā guſtui palliat ſub aliquo dulci,vt ſic ab ægro poſſit ſumi. Vñ Apoſt.ii Corin.vij Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio,in omni tribulatiōe noſtra. Nam cum veniſſemus Macedoniā nullam requiem inuenit caro noſtra,ſed omnem tribulationem paſſi ſumus:foris pugnæ,intus timores:ſed qui conſolatur humiles/cōſolatus eſt nos deus. Vnde Pſal. dicit ad deum. Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo &c. Ob hanc cām dicebat Iob vij. Quis mihi det,vt veniat petitio mea:& qd expecto/tribuat mihi deus,vt hęc ſit cōſolatio mea:vt affligens me/dolore non parcat. Vñ etiā fuit quidā ſanctus pater,qui omni anno conſueuerat infirmari, & ex hoc multum gaudebat. Cunq; vno anno non fuiſſet ſolito infirmatus,cœpit flere & dicere: Nūc video qa deus eſt oblitus mei. Cū milites ad beatum Blaſium veniſſent ad capiendum eum, ille ait. Nunc video,quia deus non eſt oblitus mei. Sentiebant enim ſan-

C

ꝯti interius conſolari, dum eos contingeret foris affligi. Nam iuxta Prophetę ſententiam. Dum ſuperbit impius incenditur pauper: ſcilicet charitate: quia patientiæ virtus cũ perfectũ habeat opus/ per flagella exterius appoſita excitatur, qua excitata aĩa cõſolatur, & ꝓ domino pati delectatur. Nã oẽ contrariũ ad pręſentiã ſui contrarij excitatur, & fortius operatur. vnde videmus ad ſenſum, ꝙ aqua effuſa & ſuperfuſa calci, ignis qui latebat in calce, ſtatim inardeſcit, & aquam feruere facit: ſed ſuperfuſo oleo non ferueſcit: quia oleum igni cõtrariũ nõ exiſtit: Ideo aqua calida in frigido loco poſita citius cõgelaſcit q̃ frigida: quia ad præſentiam caloris frigus fortius agit. Ignis etiam ſi aſperſus aqua fuerit/ fortius excaleſcit: quia faber dum ferrũ ĩ ignẽ ponit, aqua vel harena ignẽ aſpergit: quia dũ ſuum contrarium ſentit/ fortius incaleſcit. Ob hanc etiam cauſam Sol maiorẽ calorẽ ĩ mari generat, q̃ in terra: quia aqua magis q̃ terra illi eſt contraria. Ex his igitur manifeſte apparet, ꝙ patitur anima nobiliſſima, dum ſupplicia ſibi contraria abeſſe ſentit, excitata ab eis/ inualeſcit. Et eſt ſecũdum Grego. Opus patientiæ omnia mala ęquanimiter ferre: & cõ

D tra inferentem nullo moueri dolore. ℂ Tertio temporales pœnę patienter portatę ſunt dignæ ſupremo prĕmio, ſiue ſummo bono. Eſt igitur dignum, vt corona reddatur ei, q nõ potuit paſſionibꝰ ſuperari. Nam victoribus corona datur: ſed nullus maior victor eſt q̃ qui nullo bello ſuperari poteſt: ſed quanto fortius impugnatur, tanto fortior efficitur & virilior inuenitur. Ergo talis a rege iuſtiſſimo coronari meretur. Et ꝑpter hoc dicitur Apoca. ij. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ & dabo tibi coronã vitę. Nunq̃ veritas põt mentiri: ergo ſi coronã victoribus ꝑmittit, neceſſe eſt vt oĩs legitime pugnãs coronã ꝓ mercede accipiat. Vñ dñs dixit diſcipulis ſuis Luc. xxij. Vos eſtis q ꝑmanſiſtis mecum in tẽptatiõibꝰ meis, & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis. Nõ ergo ſancti potuerunt pœnis ſuperari, quia maior erat cõſolatio interior q̃ pœna eſſet exterior Et naturale eſt ꝙ ſemper minor maiori virtute ſuperatur. vñ ſi modicũ aquę q̃uis contrarię in magnum ignem proijciatur: nõ ſolum ignis nõ extinguitur, ſed ex hoc in maiorẽ flãmã erigitur: ſic etiã aurum nõ corrumpitur in igne eo ꝙ non habeat in ſe conſumptionis principium: ſic nec vir ſanctus a pœnis vincitur, eo ꝙ non habeat in ſe peccatum, quod eſt in homine omnis corruptionis principium. Et ideo bene dicitur: Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ſic per Chriſtum abundauit conſolatio noſtra. Ad hanc martyrum conſolationem veram perducat nos dei clementia.

ℂ De Confeſſoribus. Ser. j.
& in numero. CCXLI.

Ecce ſacerdos magnus qui in dieb⁹ ſuis placuit deo. Sancti Martyres per viam compendij euntes, ad cœleſtia regna & gaudia peruenerunt breuiter Sancti vero Confeſſores dño pro illis gaudijs ſeruierunt omnibus dieb⁹ vitæ ſuę, ſecundum qđ dicitur Lucę primo. Seruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo/omnibus diebus noſtris. Omnes aũt dies noſtri non ſunt niſi ſeptem, per hos enim diſcurrit vita hominis. Hi autem ſeptem dies ſignificant ſeptem virtutes: in quib⁹ quilibet noſtrum domino deo debet placere. Dies autem virtutem ſignificat ſecundum illud. Tecum principium in die virtutis tuę. Qui has ſeptē habuerit/nunc in pręſenti placet deo: & inuenietur iuſtus in morte: & in tempore iracundię/ſcilicet iudicij erit ei reconciliatio/id eſt propiciabitur ei deus. ¶ Et nota q̄ hi ſeptem dies quibus viuimus/denominati ſunt a ſeptem ſtellis, quas planetas dicim⁹: quorum virtutum effectus in hoc mundo pre cęteris ſtellis manifeſtius ſentimus & illas ſeptem ſtellas gentiles neſcientes dominum/ſua ſtultitia ſeducti: conſiderantes virtutes earum, denominauerunt ipſas nominib⁹ ſeptem hominum famoſorum: quos pro dijs adorabant, qui nũc ſũt in inferno, vicioſi enim erant. Dominus autem econuerſo ad bonũ noſtrum omnia couertens/vocari inſtituit has ſeptem dies ſecũdum nomina illarum ſtellarum: & ſecũdum has ſeptem virtutes quas habere oportet omnem volentem deo placere: & habent ſimilitudinē illarum. In his diebus/id eſt virtutibus placuit beatus Martin⁹ deo Et nota, ſicut quilibet illorum planetarum ſuam præ cæteris habet virtutem: ſic quęlibet virtus per planetam ſignificata/ſuam ſingularem habet nobilitatem: vt Sol clarius cęteris lucet: luna cęteris inferior eſt & ſic de alijs. Primus dies/id eſt prima virtus dicitur fides, q̄ ſignificatur per Solem ſiue per diem Solis: quia ſicut in ſtellis nihil eſt lucidius Sole vel pulchri⁹: ita & fide Chriſti nihil lucidius. Nulla enim ſcientia in mundo eſt ita certa vt fides/licet non videatur. Vñ & beatus Petrus, vocat eam admirabile lumen/ſcribens gentib⁹ ad fidem conuerſis. ſecundę Petri primo. De⁹ vos vocauit de tenebris in admirabile lumen ſuũ. vere mirabile, q̄a q creator eſt/facit hōiem certũ de his quę non videt. Certior ſum multo de hoc q̄ deus fact⁹ eſt hō & p nobis paſſus & huiuſmodi/licet nō videam, q̄ de tota ſcientia Priſciani vel Ariſto. Hãc virtutem firmiter tenete, nihilominus tñ cauētes ne Solē hunc in ſua luce velitis intueri/id eſt ne nimis profunde velitis rimari ſenſib⁹ humanis: quomodo hoc vel hoc poſſit eſſe, ſed ſimpliciter credere vobis ſufficiat q̄ ita ſit nō quomodo eē poſſit, aliter excęcabimini: ſicut qui Solē i tota ſua nimis velit intueri: ſcientes q̄ omnia ſunt vera quę credit Eccleſia, Hebręo℞. xj. Si-

A

Nota de ſeptē virtutibus.

ne fide impoſſibile eſt placere deo. Item: Iuſtus meus ex fide viuit.

B ¶Secunda dies, id eſt ſecunda virtus quę per lunam ſignificatur: dicitur miſericordia vel compaſſio. ſicut enim luna vicinior eſt terrę & aquis in terra fluentibus: & propterea cũ plena eſt habet faciẽ hominis: non tamen lętam: ſic homo miſericors, id eſt cõpatiens debet eẽ vt pauperibus & tribulatis corde compatiatur & miſereatur. Tob. iiij. Quomodo poteris, eſto miſericors. & queadmodum cum luna creſcit, oẽ hũidũ creſcit. iuxta illud. Luna creſcẽte &c. ſic & qlibet miſericors debet eſſe: vt cum ei res accreſcunt debet ſubuentio pauperũ ſimul accreſcere: vt abundantius pro deo pauperibus mutuet & plus tribuat. Eccl. xiij. Da altiſſimo ſecundũ datũ ei⁹. Prou. xix. Foeneratur dño qui miſeretur pauperis. hoc auarus non facit, ſed potius depauperat pauperem rapiendo vel vſuras accipiẽdo. Et ideo ſicut deus diligit multum miſericordes, ſic e conuerſo multũ odit auaros quia faciunt cõtra naturam omnium rerum quas de⁹ creauit ad laudem & gloriam ſuam: omnia enim ad pręceptum dei iuxta ſtatum ſuum homini ſubueniunt: vt deo ſeruire poſſit. Sol & luna & elemẽta & omnia alia, ſolus auarus nõ ſubuenit hoĩ ſed depauperat, vnde Matthæi. xxv. Eſuriui & non dediſtis mihi &c. gloſſ. Quid meret q aliena rapit: ſi ęternaliter danmnatur q de ſuo non dedit? Iaco. ij. Iudicium ſine miſericordia fiet ei q non fecit miſericordiã. ideo vos non ſic, ſed per miſericordiam deo facite diem feſtum: quem totiẽs facitis, quotiens miſeremini pauperum, Eccl. l. Quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Tertius dies eſt tertia virtus quæ per Martem deum belli ſignificatur & dicitur fortitudo ſiue fortiter reſiſtere & rebellare oibus vitijs: ſiue procedant a conſilio dęmonũ: ſiue hoim ſiue veniant a mundo ſiue a concupiſcentia carnis: p hoc eñ homo valde deo placet, Rom. xij. Obſecro vos per miſericordiam &c. vſq ad perfectam. ij. Timo. ij. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Neſcio eñ aliquã virtutem inter communes: per quã quis ſubito tantas diuitias cœleſtes & glorĩa mereatur, ſicut p viriliter reſiſtere vitijs, ſiue ſit in patiẽtia ſiue luxuria & hmõi. Tãtũ eñ quis pt mereri vno die reſiſtendo vitijs quantum pro deo ad ſanctũ Iacobũ eũdo. Bern. Quotiens reſiſtimus, diabolum ſuperamus, Angelos lętificam⁹, deum honoramus, Iacobi. iiij. Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.

C ¶Quartus dies id eſt quarta virt⁹ eſt humilitas: ſignata per Mercurium, qui (vt dicit) omnibus ſtellis viſu notabili⁹ ẽ minor, & poſt lunam terrę vicinior. Et ſignificat humilitatem: vt dictũ eſt, q virtus eſt omnibus neceſſaria. Debet enim quiſq; ſe humiliare & ſe inter cæteros paruum æſtimare: & quanto quis ſe plus pro deo humiliat, tanto magis exaltabit eum, Lucæ decimoquarto. Cum voca

tus fueris ad nuptias.Oĩes inuitati ſumus ad cœleſtes nuptias. an teq̃ dñs veniat qui inuitauit,ſtudeat quiſq; ſe humiliare & in nouiſſimo loco recumbere : vt veniens dicat, Amice/aſcende ſuperius: & tunc erit tibi gloria. Et tunc impletur illud Lu.ix. Qui minor eſt inter vos.Sed quidam faciunt in contrariũ,& continget illis ſicut Lucifero,qui ſimilis voluit eſſe altiſſimo & factus eſt omniũ infimus:ſic eueniet multis q hic ſupbiunt/& alijs ſe præferũt. Apoc.xviij. Quãtum ſe glorificauit. Ber.Qui ſe exaltat quantũ poteſt,deijcietur quãtum deus poteſt.modus loquendi eſt. Sed dicis,nobilis ſum, diues ſum.Rñdet Eccſi.iij.Quãto magnus &c.Quintus dies.i.quinta virtus,eſt puritas interior, ſignificata per planetã q vocatur Iuppiter. Sicut eñ ſtella illa poſt Solem oĩbus eſt purior inter ſe:ſic deus valde hanc puritatem in hominibus diligit,& pro hac nos ex cęteris gẽtibus elegit. Ephe.j. Elegit nos ante mundi cõſtitutionẽ.j.Theſſ.iiij. Hęc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra.i. munditia veſtra. Hæc in tantum deo placet, vt omnes tales ſine purgatorio euolent. Sextus dies.i.ſexta virtus eſt amor dei,ſignatus per planetam Venus, qui poſt Solem & Lunam prę cæteris apparet ſplendidior:& quandoq; in ſero,quandoq; in mane lucet.Sic amor dei debet lucere mane, vt deum diligas:& veſpere,vt proximum diligas:etiam ſi te lęſit/vult deus vt diligatur: quia hoc tm̃ ſibi placet, vt per hoc omnia relaxet. Mat.vj.Remiſeritis hominibus peccata eorum,& econuerſo . Qui non remittunt, nec illis minimum quadrantem remittet. Et merito,cum minimum grauamen quo peccator vnq̃ deum ad iram prouocauit,multo magis ſit habito reſpectu ad ipſum deum, maximo grauamine quo hominẽ vnq̃ aliquis grauabit, cum homo quaſi nihil ſit reſpectu dei . Ideo Mat.xviij. Nonne oportuit & te miſereri cõſerui tui &c. Septimus dies.i.ſeptima virtus/ſignificatur per Saturnum,qui oĩ bus planetis eſt altior,pigrior,& frigidior,ita vt ipſum cœlum quod Sol in anno peragrat, ipſe vix in triginta annis percurrat, vt aſtrologi dicunt:& ſtabilitatem & pſeuerãtiam ſignificat in bono,& tarditatem ad malum. Matth.ix. Deſcendit pluuia.&c. Item eiuſdem. x. Qui perſeuerauerit vſq; in finem &c. Hæc tantum deo placet, vt pro eo ſola detur corona oĩbus virtutibus & cæteris bonis operibus. Apoca.ij. Eſto fidelis,& dabo tibi coronam vitæ.&c.

¶Sermo ſecundus ad idem,
& in numero.CCXLII.

DEdit illi ſcientiam ſanctorum .Sap.x. Dæmones qui circa quemlibet ſunt,nituntur nos decipere aſtutijs ſuis : & ideo neceſſaria eſt ſcientia ſctõꝝ, & maxime in illis ſine qb⁹ nul⁹ põt ſaluari,q̃ ſunt duo.ſ.bona agere,& incõmo-

da pati. per hæc duo peccata dimittuntur:& gloria cœleſtis acquiri-
tur. De neceſſitate primi dicit dominus. Omnis arbor quæ non fa-
cit fructum bonum. de ſecundo, Act. xiiij. Per multas tribulationes
&c. Hęc duo diabolus toto poſſe ipedit: ne ſcilicet hõ bona velit ope
rari, vel vt nolit ꝑ deo pati. & ſi nõ poteſt impedire: nitiꝛ tñ corrũpe
re, ita ꝙ ſi habeãꝛ, fiant tñ homini iutilia, & ifructuoſa. Et heu plu-
res tales decipit, qui putãt ſe multũ mereri bonis operibus ſuis/& tri
bulationibus, cũ nihil mereanꝛ. vnde cuilibet neceſſarium ẽ ſolicite
opera ſua diſcutere ne perdat. Marci. xiij. Videte voſmetipſos. quia
ergo multi faciunt pro deo multa bona:& tamen damnantur:& qui
dam ſuſtinent pro deo multa mala, & ſimiliter pereunt: Ideo vt om
nibus pateat, qualiter non decipiantur in bonis operib⁹ ſuis/& tribu-
lationibus, ſicut multi. ¶Sciendum ꝙ tria ſunt q̃ corrumpunt bona
A opera, & faciunt ea inutilia. Et quatuor ſunt, quæ ſimiliter omne qđ
patimur inutile efficiunt:& quia bona opera ſunt fructus pœnitẽtię,
ad hoc vt domino placeant, oportet vt tribus careant. Primum ſunt
vermes: vt quãdo ex corrupto humore fructus naſcitur. vermis de
uorat fructum, ita ꝙ quandoq; decidit ante tempus maturitatis, &
fit inutilis. Corruptus igitur humor ex quo vermes naſcunꝛ, qui fru
ctum corrumpunt: eſt mala/vel corrupta intentio in bonis operib⁹.
vt qui laudem hominum per hmõi quærunt, Mat. v. Attendite ne
iuſtitiã veſtrã. &c. Itẽ neſciat ſiniſtra tua: id eſt, peruerſa intentio, qđ
faciat dextera tua. Secundum eſt itemperies aeris diuerſimode ex-
tra veniens, vt ventus, pruina, grando, & huiuſmodi: per quæ multi
fructus pereunt. hæc ſignificant diuerſa mortalia, quæ mortificant
bona opera, quando ea attingunt. Ezech. xviij. & xxxiij. Vir qui fe-
cerit iniquitatẽ nõ erũt in memoria iuſtitię eius quas fecit. Tertiũ eſt
defectus humoris: id eſt deuotę perſeuerãtię, quãdo. ſ. bñ operãtes
deficiunt, & in bono quod inceperunt/nõ pſeuerant, ſed a domio ad
diabolũ ſe cõuertũt, vt Iudas qui ex auaritia a dño receſſit, vel Saul,
qui ex ſupbia, vt Salomõ/q ex luxuria, vt virgines ſine oleo caſtita-
tem vouentes votũ violãt:& qui i pueritia boni ſunt, poſtea mali fi-
unt:& qdã boni in pauptate fiũt mali & ſupbi in diuitijs, & multi re
ligioſi, q i principio deuoti/poſtea frigidi fiũt. Quidam iudices, pri-
mo benigni/poſtea tyranni. Vñ Grego. Illa de nr̃o ſemper ſunt gra-
ta, q̃ a bonis q̃ cœperit, non recedũt. Iſido. Non eſt beatus qui bona
facit, ſed qui inceſſabiliter facit. Qui enim perſeuerauerit. &c. Sicut
autem neceſſarium eſt homini ſibi cauere ne decipiaꝛ in bonis ope-
ribus: ſic & ne decipiantur in tribulationibus. ¶Redditur autem
B tribulatio hominum iutilis per quatuor: quæ quatuor genera homi
num comparat domin⁹ quatuor ignobilibus metallis. Ezech. xvij.

Bona opa vt deo placeãt: qbus debent carere.

Omnes iſti ęs/ſtānum/plumbum/& ferrum,/in medio fornacis. For Nota qua
nax eſt tribulatio in qua vult dñs nos purgare ab omni peccato & p̄ tuor p q̄
cioſos effici,ſicut aurum in fornace:ſed quattuor genera hominum reddit̄ tri
ibi nihil pficiunt in merito:habent laborem,& tamen perdunt prę bulatio in
mium laboris,Luc.v.Per totam noctem laborantes nihil cepimus utilis.
Primi ſunt vt ęs,q dulcē habent ſonū,pmittēdo in infirmitate emen
dationē vitę vel in tribulatione aliquid deo vel ſanctis vouēt & poſt
ea nihil ſoluunt: Similes Iudæis in veteri teſtamento, qui in tribu
lationibus ſuis promiſerunt vitę emendationem: ſed poſt liberatio
nem fecerūt vt ante.Tales illuſores vt dicit Prouer.iij.Ipſe deludet:
quia ſi non ſeruas qd ei promiſiſti,nec ipſe tibi ſeruabit qd tibi pmi
ſit/ſcilicet vitam ęternam:ſicut fecit Iudęis quib⁹ terram promiſit
ſi ſeruarent qd promiſerunt qd ipſi non ſeruauerūt:ideo nul⁹ adul
torum qui de Aegypto exiuerunt/intrauerunt niſi duo. Et ſicut ęs
ſecundū Iſido.eſt vocaliſſimum,ſic quidā promptiſſimi ſunt ad vo
uendum:ſed valde debiles ad ſoluendum:ſicut cāpana & anſa ęrea
de facili franguntur. ¶Secundi ſunt vt ſtannum qd raucum habet C
ſonum:ſic ipſi in tribulationibus murmurant:vt filij Iſrael,qui gra
uiter dominum offenderunt in deſerto per murmurationem ſuam
& ideo multipliciter eos puniuit.murmur quod fit contra ea quę de
us facit vel infligit/nihil prodeſt homini:ſed valde nocet:non enim
propter murmur ceſſat tribulatio:ſed quod poteſt eſſe meritorium
fit demeritorium.patienter enim ſunt flagella toleranda exemplo
Chriſti,Eſa.lij.Ego quaſi agnus &cæt.Et exemplo omnium Marty
rum qui grauia pertulerunt:de quibus cantatur.Non murmur reſo
nat.Et exemplo eorum qui propter murmur ſunt puniti:vt multi
tudo filiorum Iſrael quæ perijt in deſerto,Vnde Auguſtin⁹.Scit cœ
leſtis medicus,quid nobis daturus ſit ad conſolationem,& quid no
bis ſubtracturus ad emendationem.Non ergo murmurandum eſt
contra flagella,quia valde multiplicant gaudia cœleſtia. vnde :ſicut
ſocij paſſionum eſtis &c.ij.Cor.j.Et ideo qui murmurat de tribula
tione ſua,ſignum eſt qꝫ ſeipſum non diligat:vel inſaniat,vel qꝫ vacu⁹
ſit a gratia:ſicut olla vacua quę ad ignem crepat, quia ſi plena eſſet
non creparet:magnum dei donum eſt cum dat homini patientiam
in tribulatiōe,vt patet in beato Iob. ¶Triplex eſt patiētia hoim in D
tribulatiōe.Quædā incipiētiū qdā pficiētiū qdā pfectoꝝ.Incipiētiū
eſt ſuſtinere mala q̄ in eis inferunt̄ patiēter,q dicere pñt illd Apo.ij.
Cor.iiij.Tribulationē patimur:ſed nō āguſtiamur.ſ.pͥ patiētiā. Pro
ficiētiū.ſ.ſuſtinere mala non ſolum patienter,ſed etiam libenter:qui
dicere poſſunt cum Apoſtolo.Ego libentiſſime impendar & ſuper
impendar ipſe pro animab⁹ veſtris. Perfectorum autē nō eſt ſolum

ſuſtinere libenter ſed etiam gaudenter, quia ibãt gaudentes a cõſpe ctu concilij &c. Sed quõ cognoſcit perfecta patientia. Reſpõdeo per tria. Primum eſt qñ patiens lętatur cum ei mala inferunt. Secũdum eſt cum inferenti compatitur: & bñficium orõnis doni vel obſequij ei largitur. Tertiũ cũ etiam regratiat. De primo Act. Ibant Apoſtoli gaudentes. De ſecũdo. ij. Pet. j. In patientia pietatem, Lu. vj. Bene facite his qui oderunt. Diligite inimicos veſtros. De tertio exemplũ habemus in Tobia, qui in dei timore permanſit gratias agẽs deo oĩbus diebus vitę ſuę. Et beatus Laurentius. Gratias tibi ago dñe Ieſu Chriſte, quia hoſtia tua effici merui. Tertij ſũt vt ferrum, qd ſuſtinet percuſſiones: ſed cũ ſit malleus multo plus q̃ percuſſum fuerat repercutit ſine miſericordia: ſic quidam ꝓ vno verbo infectionis vł maledictionis reddunt quinq; vel decem vel mortem: ſi vno die læſi ſunt, detrahunt per decem vel viginti ſeptimanas: imo & pro

E verbo & pro modica iniuria hominem occidunt. ¶ Sed dices, deus qui ſumme bonus eſt, ſe vindicat de ſuis inimicis, ergo ſi ſequor ipm non malefacio. Rñdeo, vult deus vt ipſum imitemur in his quæ ſũt iuxta vel ſecundum humanitatem, q̃ fecit in terris, non in his quę ſecundũ diuinitatẽ fecit in cœlis: cum tu ſis homo hic in terris & non deus. Vnde ſicut ipſe de nulla iniuria ſuę humanitati illata, cũ ei hic & hęc inferrentur tam de verbis q̃ de factis, ſe nullaten⁹ vindicauit ſic vult vt ab eo diſcam⁹ ſimiliter tolerare, vñ Mat. xj. Diſcite a me quia mitis ſum, Hiere. xj. Ego quaſi agnus manſuet⁹, Eſa. liij. Sicut ouis ad occiſionem. Hic nota ꝙ ouis & agnus lędentem nec interi⁹ odiunt, licet timeant, nec contra ipſum exterius clamãt, ſic vult Chriſtus vt nec interius odiamus vindictam expetendo, nec exteri⁹ verbis duris reſpondeamus vel lędenti maledicamus. Petrus. j. Pet. ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Quarti ſunt in tribulatione vt plumbũ, qd quantum cũq; comburatur, non multũ melioratur vel leuiat ſed ſit vt terra vel ponderoſum remanet. Hi ſunt qui quantũcunq; tribulentur, vel deſperant, vel pondus peccatorum in corde retinent nec per contritionem vel confeſſionem illud a ſe abijciũt, Eccł. xxij. Super plumbum quid grauabitur & qd illi nomen niſi fatuus? qui ſine omni lucro grauia patitur tormenta: vt Herodes, qui in tribulatione multiplici poſitus in nullo ſe emendauit, de quibus dicit Hiere. xvii. Duplici contritione, id eſt hic & ibi contere eos: ſciãt tales plũbei ꝙ plurimi ipſorum ſic tribulantur, ꝙ q̃ diu non deponunt pondus peccati de corde: tamdiu dominus non deponit pondus tribulationis de dorſo ipſorum: etiam ſi omnia quę habent in medicis & medicinis expenderent: nihil proficerent. Hæc ſunt quattuor genera quæ nil præmij per ſuas tribulationes in regno cœlorũ ꝑcipiũt. &

ideo omnes tribulati ab his ſibi caueant. Rogemus.

¶Sermo.III.ad idem. Et in numero. CCXLII.

DEdit illi ſcientiam ſanctorum, Sapien.x. Cui dominus dat hanc ſciẽtiam/magnum donum dat:nam licet omnes Chriſtiani ſciant ꝙ homo per tria meretur regnũ cœlorum/ſcilicet per operationẽ, locutionem, & cogitationem. A
¶Inter mille tamen vix vnus inuenitur, qui ſciat quomodo per illa, ergo hoc ſcire eſt ſcientia ſanctorum, quam dominus dedit eis & quam in vita ſua exercuit:ſecũdum quam vult omnes ſaluandos regulari. Cuius ſcientię ſunt tres partes. Prima ꝙ homo ſciat ſcire ſe regere in operibus ſuis vt decet. & ad hoc duo ſũt neceſſaria. Primum vt nullum mortale ſit eis admixtum, quia dicit dominus. Qui tetigerit immundum/immundus erit. vnum enim immundum/ſcilicet mortale/omnia opera facit immunda:ſicut nobiliſſimi cibi ſi iungerentur eis capita buffonũ & araneę fierent abominabiles:ita omnia opera hominis/deo per mortale peccatum. Secundum eſt vt ſi facis bona ꝙ illa diſcrete facias, non nimis ieiunes vigiles/etiam ſi grauiter peccaſti:& hoc ne vires perdas vel ſenſum ſed huiuſmodi non oportet prædicare, quia pauci in nimietate offẽdunt, vnde dicit rationabile eſſe obſequium noſtrum. B
¶Secundo in locutione vel verbis neceſſaria eſt ſcientia ſanctorum: vt ſciamus loqui. hanc habent pauci qui propter linguam damnãtur:ideo neceſſario debes habere in verbis tuis duo. Primum eſt vt parum cum hominibus loquaris, ſed multum cum deo. vnde dedit dominus vnum os & vnam linguam/ſed duas aures, Iacobi.j. Sit aũt omnis homo velox ad audiendum:& tardus ad loquendum. Seneca. Tardum ad loquendum te eſſe iubeo & prope tibi erit deus. Secundum vt veritatem & fidem ſemper loquaris, hæc eſt lingua Angelorum. Nõ loquaris lingua Demetrij, qui mentitus eſt omnia quæcunq; promiſit. non Sedechię qui peierauit. Hierony. dicit. Prius veniat ſermo ad limam q̃ ad linguam. hinc religioſis indicitur ſilentiũ ne perdant animas ſuas per linguam, vt plurimi. Et etiam vt habeant tempus examinandi verba ſua anteq̃ loquanť. hoc oẽs docemur in ipſa natiuitate nr̃a, vt dicit Ariſto. Oĩs hõ natus ſup terrã exit cũ aperto ore, & apturã oris ſimul claudit manu ſua:& hęc eſt eius prima operatio inter oĩa opera humana. Studete ergo cuſtodiæ oꝛis diligenter, ſicut omnes ſancti fecerunt. Quia vt dicitur Prouer.j. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit aĩam ſuam. C
¶Tertio in cogitationibus nr̃is neceſſaria eſt ſcientia ſctõꝝ, in qbus duo debem⁹ habere. Vnũ vt ſp i cogitatiõe tua & i corde tuo ſit bona volũtas cauẽdi de cętero.

oia pctā mortalia,& de actis ſatiſfaciendi deo & proximo ſiliter.Q2
ſi proximo tuo nō ſatiſfeceris ꝑ poſſe:fac quicquid boni vis, Nō di-
mittiť peccatū niſi reſtituatur oblatum,& hoc ſi pōt reſtitui.Secūdū
qđ ſemper debes habere in corde tuo ſiue in cogitationibus tuis /eſt
vt in omnibus quę facis habeas bonam intētionē qđ pro deo facias
ſi das eleemoſynam des pro deo,nō ꝑ laude humana.ſi oras,ſi ieiu
nas,quicq d aliud facis in nomine domini fac pro deo:ſi ſeruis fac ꝑ
deo,qui te ad tale ſeruitium & laborem ordinauit/licet mercedē ide
habeas,tamen fac pro deo:& multum in cœlo mereris:nec mireris
quia ita no'ɔilis es o hō ꝗ nullus plene poteſt laboribus tu's & ſerui
tio tuo reſpōdere:niſi ſolus de⁹ oipotēs.Ideo dicit Apl'us Coloſſ.iij.
Oia q̄cunq; facitis in verbo aut in ope:oia in nomine dñi noſtri Ieſu
Chriſti facite.Det dñs vt hanc ſcientiam ſic diſcamus & ſeruemus.
vt ad ſanctorum conſortium peruenire valeamus & in laborib⁹ no
ſtris honeſtemur. Amen.

¶Sermo.IIII.ad idem.Et in
numero. CCXLIIII.

BEati ſerui illi,quos cum iuenerit dñs & pulſauerit &c.
Lu.xij.Delectatur dñs eſſe cū hoib⁹ :ideo quærit vbi
manſionem apud eos inueniat,Sapien.vj.Circumit q̄
rens dignos ſe.Pulſat ergo ad oſtia cordium multipli
citer,ſi ꝑ vno nō,aperiať ei ſaltē ꝑ altero.Pulſat p do-
ctorum verba,& per bonorum exempla,per collata beneficia,p illa
ta flagella,per promiſſiones pręmiorum,per minas tormentorum
per paſſiones ſuas & ſanctorum.Quidam autem ſunt qui pulſante
domino nolunt reſpondere.Quidam humiliter reſpondent, ſed ta-
men faciunt eum abire.Quidam aperiunt,ſed diu apud ſe eum qui
eſcere non permittunt.Quidam licet aperiant & eum recipiant,ta-
men ſuperuenientibus aliјs hoſpitibus,eum quaſi pauperem eiјci-
unt:aut quia domus plena eſt vtenſilibus,non inuenit vbi caput ſu-
um reclinet.Quidam autem dominum pulſantem recipiunt & ali-
os hoſpites excludunt:& ei inſuper ſpiritualem vel ſpecialem & de-
lectabilem pręparant manſionem,vt a nullo inquietetur :& illi mul
ta bona per talem hoſpitem conſequuntur. Primi ſunt qui ita duri
ſunt vt ad nullam prædicatiōem vel beneficium cor eorum valeat
aliqualiter molliri,de quibus Amos ſexto.Noluerunt attendere &
verterunt ſcapulas recedentes.Zacha.ſeptimo.Poſuerūt cor ſuum
vt adamantem.Qui nullo malleo vel igni confringi poteſt.imo qui
dam talium ſubſannāt prædicantem,ſecundi Paralip.vltimo.Sub-
ſannabant nuncios domini & peruipendebant ſermones .Secundi
ſunt qui ſe peccatores humiliter confitentur:ſed adhuc non habent

Multipli-
citer ſe ha
bēt hoies
ad dñm
pulſātē ad
oſtiū cor-
dis.

voluntatem peccata deſerendi: ſicut & illi qui ad cœnam vocati venire noluerunt: tamen humiliter ſe excuſari rogauerũt. Similes ſũt Achab: q audiens Heliam ſibi cõminantem / ibat capite humiliatus nec tamen ſe emendauit. Contra qđ dicitur Luc. xj. Beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud. Notabiliter dicit cuſtodiũt. Tertij ſũt qui ĩ aliquo ſe emendãt: & in aliquo non: vt qui vſuras amplius accipere nolunt ſed acceptas refundere recuſant: ſimiles Iudæis Chriſtum adorantibus & colaphizantibus. ij. Regum quinto. dicit. Cæc⁹ & claud⁹ nõ intrabũt in tẽplum. Claud⁹ licet vbiq; ſan⁹ ſit tamen quia vnum pedem habet læſum, templum cœleſte non intrabit. Similiter & cęcus, Mat. vj. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Apoſtolus. j. Cor. x. Non poteſtis calicem domini bibere & dæmoniorum. Calix domini ſunt bona. calix dæmoniorum ſũt mala: q̃ enim participatio iuſtitię cum iniquitate? Quarti ſunt qui pro tempore compunguntur, vel ſe emendant ſed cito recidiuant: vt faciunt q alijs hoſpitib⁹ ſupuenientibus pauperes hoſpites eijciũt. Hoſpites ſupuenientes ſunt delectationes carnis / mũdi & hmõi. varia vtẽſilia ſunt occupationes ſupfluæ, q̃ cordis libertatẽ anguſtãt & ſpiritũ ſanctũ extiguũt. Verſus. Turpi⁹ eijcit q̃ nõ admittit hoſpes. Quinti & vltimi ſunt q bona q̃ inchoant, ſiue in q̃drageſima / ſiue in infirmitate / ſiue quocunq; mõ / ad finẽ pficiẽdo pducũt, apud iſtos manſiões facit dominus & eos valde diligit. Gregori⁹. Qui vere deum diligit & mandata eius cuſtodit: in eius cor venit dominus & manſionem facit. Qui vult vt deus ad ipſum veniat & manſiõem apud eum faciat, ſit de iſtis vltimis. Rogemus.

❡ De Virginibus. Sermo. I. Et in numero. CCXLV.

Quærantur regi puellę virgines ac ſpecioſę. Et paucis interpoſitis ſequitur. Et adducantur ad ciuitatem ſuã, Heſter. ij. Verba iſta dixerũt pueri & miniſtri regis Aſſueri & pñt eſſe toti⁹ curiæ cœleſtis / beatorum. ſ. Angelorũ: quibus ſemper cognata eſt virginitas: hunc ſacrum virginum cœtũ ad ſuum conſortium peruenire deſiderant: & quaſi de hoc inter ſe coram ſummo rege per modũ cõſilij cõferentes, ac ſi dicerent Angeli Numerus noſter multum diminutus eſt p multorum ruinã, q̃ ruina in paucis hominibus adhuc eſt ſuppleta. Quomõ igitur fieri poterit: vt augmentet numerus fratrũ & cõſeruorum noſtrorum, ecce conſiliũ. Quęrant regi puellę: in quibus verbis iſtius ſacri cœt⁹ præconium attollitur a duobus. Primo a ſuæ conditionis priuilegio ſingulari, Quærantur. Secundo a ſuæ glorificationis gaudio triumphali, & adducãtur. Primum reſpicit ſtatũ meriti. Scdm ſtatũ pmij.

A ¶Circa primum ſciendum, ꝙ iſtę puellę quantum ad earum condi
tionem & ſtatum, fuerũt duplici ſingulari priuilegio dotatę. Fuerũt
eñ virgines/non quęcũq;, ſed electę & exquiſitę per virginei pudo-
ris omnimodam integritatem: propter quod dicitur. Quęrantur re-
gi puellæ, quæ ſint virgines. Fuerunt etiam martyres fortes & incly
tę, per ſui ſanguinis pro Chriſto voluntariam ꝓfuſionem, quod no-
tatur, cum additur, Specioſę. Specioſitas eñ requirit venuſtatem co
lorum cum varietate. iter omnes autem colores nulli faciunt homi-
nem ita ſpecioſum, ſicut rubedo cum albedine. vnde dicebat ſponſa
Can. v. Dilectus meus candidus & rubicundus. Et vere iſtæ puellæ
fuerunt candidę nitore ſanctimonię/& pudicitię, & rubicundę rubo
re martyrij/& tolerantię. Et primo dicendum de virginitate, vbi ſi-
gnanter dicit, Quęrantur: i quo innuitur taliũ virginum raritas. Qđ
enim in promptu habetur, non quęritur. vnde timeo, ꝙ q̃ plures in-
ueniantur fatuę: propter quod ad diſcernendũ inter veras virgines
& fictas, inter prudentes & fatuas: aſſumo Parabolam de prudenti-
bus & fatuis virginibus, Matthęi. xxv. Simile eſt regnum cœlorum
&c. vſq;/moram faciente ſponſo. In prima ergo parte ponuntur quę
dam vtriſq; communia, tam prudentibus, q̃ fatuis. vſq; ibi, Quinq;
autem ex eis: vbi ponuntur aliqua in quibus diſtinguntur. præmit-
tit ergo, Simile eſt regnum cœlorum. Regnum cœlorum eſt vniuer
ſitas virginum, quæ quantum ad ſtatum dicuntur regnum, inquan-
tum regunt corpora ſua refrenando carnis concupiſcentias, & ſunt
cœli, & propter angelorum cognationem, & propter dei inhabitatio
nem. Licet enim deus omnem iuſtum velut cœlum inhabitet, ſpe-
cialiter tamen virgines. Propter quod etiam in Aſſumptione natu-
ræ humanæ corpus Virginis priuilegialiter ad inhabitãdum elegit:
& nouem menſibus illud inhabitauit. Et hoc eſt commune omnib⁹
virginibus, tam prudentibus, q̃ fatuis quo ad earũ ſtatum: quia quę
libet Virgo cæteris paribus ratione ſtatus vicinior eſt deo, & ange-
lis cognatior, q̃ alius homo. Sequitur decem virginib⁹. bene vniuer
ſitas omnium virginum ſub denario numero compręhenditur, pro
pter decem choros angelorum, de quorũ quolibet aliqui ceciderũt,
q̃ ruina cõgruentius reſtauratur per virgines, q̃ per alios hoïes. Con-
gruum enim eſt, vt quia angeli ceciderunt, etiam angeli vel angelici
homines quales ſunt virgines, locum illum ſuppleant/& caſum re-
ſtaurent. Quæ acceptis ſuis lampadibus. Lampas ſua eſt habitus &
apparẽtia exterior religionis vel virginitatis. Vel lampas eſt corpus
virgineum vndiq; clauſum a corruptione ſignaculi virginitatis ſiue
virginalis. Sed ſuperius apertum verſus cœlum/per potentias ratio
nales, quod conuenit oïbus virginibus. Quia in quantũ hmõi/ſunt

habiliores & expeditiores ad contēplandum cœleſtia q̄ alij:& hoc ſi lampades ſint erectæ. Sed fatuę tenent eas auerſas vel ſubuerſas.& ideo bene ſunt fatuę. Exierunt obuiā ſponſo.ſponſus venit ad nos aduentu extremi examinis,qđ eſt in morte cuiuſlibet hoīs, cui omnes viuentes tam boni q̄ mali vadunt obuiam:inquantū omni hora in hac vita ad mortem tendimus:& ſemper magis ac magis ꝓpinquamus morti.vel exeunt ſponſo obuiam per fidem & aliqua opera exteriora:quę vtriqȝ ſunt communia.ſequitur.Quinqȝ aūt ex eis vbi datur earum diſtinctio vel diſconuenientia. Prima eſt ex eo ꝙ q̄dam fatuę,& quędā prudentes. Fatuę ſunt finem temporalē & trāſitoriū ꝑponētes ęterno,.ī virginitatem ſeruant/non propter deū ſed propter vanam gloriā, propter libertatem,propter coactionem,ꝓpter rerum inopiam,propter perſonę deſpectum,ad modū fatui.q plus delectatur in pomo q̄ in auro vel in gemma.propter vanā quidem gloriam,vel quia propter conſeruationem honoris timet talis fornicari:vel etiam nubere,vel etiam quę reputāt ſe tantā,quaſi nullus dignus eam ducere reperiatur.propter libertatem puta quia nō vult ſubeſſe viro/nec ſe obligare ad alterius voluntatē.propter coactionem,vt quia cogitur a parentibꝰ intrare monaſteriū vel aliter in virginitate permanere.propter rerum inopiam,vt quia nō valet nubere alicubi ſecundum decentiam parentelę,niſi habeat dotem ſufficientem & alia requiſita.propter deſpectū perſonę,puta quia nullus eam curat. Prudentes autem virgines ſunt quæ non propter aliquem alium finem ſed pure propter deum virginitatem illibatā ſeruant/intendentes ęternis/vacantes deo.¶ Sciendum tamen ꝙ fatuę virgines ſi ad ſcholas altiores venerint,poterunt ſtudendo fieri prudentes:rectificando videlicet intentionem/qđ eſt quaſi rectificare lampadem,vt vertant lampadem quam tenent euerſam. Exemplum de intrante religionem corrupta intentione. Secunda diſconuenientia ſumitur a materia,ex eo ſcilicet ꝙ vtræqȝ ſunt quinqȝ & quinqȝ,qui numerus eis cōuenit propter quinqȝ ſenſus.in quibꝰ materialiter virginitas exiſtit,non enim in ſenſu ſolum attenditur virginitas,quia vt dicit Origenes. Sicut ſequūtur inuicem virtutes:vt qui vnam habuerit omnes habeat:& ſic ſenſus omnino alterutrū ſe ſubſequuntur. Propterea neceſſe eſt vt aut omnes quiqȝ ſenſus ſint prudentes aut omnes fatui.vtreqȝ ergo ſunt quinqȝ & quinqȝ, quia vtręqȝ ſunt virgines q̄uis diuerſo fomite gaudeant,vt dicit Auguſtinus. Prudens enim virgo omnes ſenſus ſuos cuſtodit ſcilicet viſum ne aliquid videat qđ mentem corrumpat.& ſic de alijs ſenſibus.Et hoc vt ſoli ſpōſo ſuo in interiori ꝯſcientia placeat.Fatua vero/licet corpore quantum ad virginitatis ſignaculum/incorrupta permaneat:ſen-

B

ſibus tamen incontinenter viuit. Et ſic quibuſdam delectationibus ſenſus corrumpitur a ſimplicitate: quę eſt in Chriſto Ieſu. Q͂d decla ra per ſingulos ſenſus. Sciendum tamē ꝙ corruptio aliorum ſenſuū reparari poteſt, pręterq̄ ſenſus tactus ſi peruenit ad corruptionem corporalem. Et forte fatua virgo ſenſus a corruptiōe cuſtodit: hoc tñ facit ad alium finem, videlicet laudis humanę vel huiuſmodi. Tertia diſconuenientia attenditur penes formā: & ſumitur ex eo ꝙ prudentes acceperunt oleum ſecum, fatuę non. Eſt autem ad pręſens quadruplex oleū, ſcilicet gratiæ, ratiōis, luminis interioris. Eſt oleū charitatis quę eſt ſuper virtutes ſicut oleum natat ſuper liquores. Eſt & oleum lętitię & iocunditatis. ij. Corin. j. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientię noſtræ. Eſt etiam oleum deuotionis & boni propoſiti. Vnde Exod. xxvij. Offerant tibi oleum de arboribus nobiliſſimum. Q͂d faciunt illi qui ſeipſos deo deuouent ad conſeruā dam perpetuam continentiam vouendo, vel ſaltem proponendo. Hoc quadruplex oleum habēt prudentes virgines in vaſis ſuis, id eſt in conſcientijs ſuis & cordibus ſuis, fatuę autem carent. Hæ autē tres conditiones virginum prudentum quibus diſtinguūtur a fatuis innuūtur in verbo aſſumpto. Nā prima quę ſumitur ex fine, notat in eo ꝙ dicitur regi. Fatuę enim non ſeruiunt regi ſed mūdo. Secunda quæ ſumitur a materia puta ſenſibus, notatur per hoc *quod dicitur*, virgines, quæ dicūtur a virore ſenſuum. Tertia quæ ſumitur ex forma puta gratia & charitate: quę eſt forma virginitatis & omnium virtutum, notatur in hoc quod dicitur, Specioſę. ſpecioſitas enim dicit formam. Ex prędictis igitur colligo deſcriptionem verę & prudētis virginis. Eſt enim vera & prudēs virgo, quæ integritatem ſuę carnis quantum ad omnes quinq; ſenſus a corruptione venereæ delectationis illibatam perpetuo propoſito cum bonis operibus conſeruat propter deum. hæc deſcriptio conflata eſt ex pluribꝰ deſcriptionibus Auguſtini & doctorum: & ponitur aliquid q͂d ſe tenet per accidens in virginitate, ſcilicet integritas carnis. Q͂d autem ſequitur, materialiter ſe habet ad virginitatem, ſcilicet, immunitas venereæ delectationis, quantum ad omnes ſenſus. Quæ vero ſequuntur, tenent ſe formaliter, puta propoſito ꝑpetue continendi, quod coexigit charitatem & opera virtuoſa. Q͂d autem additur: & propter deū ſe habet vt finis: ſed etiam poteſt pertinere ad formam: eo ꝙ actꝰ morales recipiunt ſpeciem a fine: vt patet de eo qui furatur vt adulteretur, adulter cenſetur, non fur. Omnes itaq; iſtę conditiones fuerunt de numero prudentum.

C ¶ Et tunc ſequitur videre de eorū matrimonio, de quo proſequere ſecundum ea quæ dicta ſunt ſuper verbo, Specioſę: addendo de modo & ordine matrimonij earū. Quā

tum autem ad ſtatum pręmij,attollitur a ſuę gloriæ gaudio triumphali,per hoc quod ſubdit: Et adducātur in ciuitatem Suſan. quod interpretatur gaudium gratiæ vel doni. Et reuera iſtę virgines adductę ſunt in gaudium gratiæ,quantum ad pręmium eſſentiale,Rom. ſexto. Gratia enim dei vita æterna. Et habent inſuper gaudium ſingularis doni,quantum ad pręmium accidentale duplicis aureolæ. proſequere quantum vis.

¶Sermo.II.ad idem.Et in numero. CCXLVI.

Quinq; prudentes virgines exierunt obuiam ſpōſo,& acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus,Matthęi vigeſimoquinto. Hic tria ſunt videnda quæ in verbis p̄miſſis innuuntur. Primo in quo virginitas attēdatur, qđ innuitur in hoc quod dicitur,quinq;. Secundo quibus cautelis virginitas cuſtodiatur,in eo qđ dicit,prudentes. Tertio quibus virtutib⁹ decoretur & perficiatur,cum dicitur,exierunt. ¶Quantum ad primum ſciendum q̄ virginitas habet grad⁹ ſicut & quælibet alia virtus. Sunt enim ſeptem gradus continentiæ: quorum primi duo ſunt citra virginalem,& quinq; alij pertinent ad virginalem. Prim⁹ gradus eſt continentia matrimonialis,qua quis continet ab omni p̄ter q̄ a ſua,nec ſemper permittitur vti ſua ſed aliquādo. Secundus eſt continentia vidualis. hæc melior eſt q̄ prima: ſecundum beatum Auguſtinum. Bona inquit eſt pudicitia coniugalis:ſed melior eſt cōtinentia vidualis. Vnde Iudith quinto. Confortatum eſt cor tuum. eo q̄ caſtitatem amaueris,& poſt virum tuum alterū neſcieris: ideo eris benedicta in ęternum. Tertius eſt continentia depēdentiæ, qui continet donec occurrat eligibile. hæc abſtinet ab omni & ſemper: ſi non occurrat quod eligere libeat. Et eſt primus & infimus grad⁹ virginitatis. Secundus autem eſt continentia electionis,ſed non propter finem debitum,quia non propter deum: quod poteſt eſſe pluribus modis vt habes ſupra in ſermone, Quærantur. Tertius eſt quando quis elegit conſeruare virginitatem propter deum: ſed reſpicit ad integritatem carnis tm̄: vt qui florem virginitatis materialiter integram cuſtodiunt, non curantes de corruptione ſenſuum aliorum, cum tamen tactus ab immunda violatione corporibus fugiat caſtitas ipſa de moribus,ſecundum beatum Auguſtinum. Quod declara per omnes ſenſus, & de cogitationibus,quibus omnibus modis virginitati non modicum derogatur, & plerumq; occaſionaliter totaliter perdetur. Exemplum de flore in horto,qui per tactum illicitum marceſcit primo,& poſtea pu- A

treſcit, niſi ſtatim dulci rore perfundatur: ſic hic. adapta. Et in his tribus gradibus licet dicantur virgines, non tamen merẽtur aureolam quia ſunt fatuæ virgines/inquantum per pœnitentiam & rectificationem intentionis non reformantur. Quartus quando ex electiõe & firmo propoſito quantum ad integritatem carnis & omnium ſenſuum quantum poteſt: & propter deum vult virginitatem conſeruare perpetuo/ſine voto tamen. Quintus gradus quando omnia prædicta concurrunt cum voto. Et iſti duo gradus merentur aureolam: ſed vltimus eſt perfectior, quia per illum hoſtia Chriſti eſt effecta, ſicut Ambroſius de quadam virgine, quę amicis vrgentibus ad nuptias/ ad altare fugit: vbi ſtabat ad aram dei pudoris hoſtia, victima caſtitatis. ſic iſtę p̄clariſſimę virgines. Applica. In quo attenditur integritas virginitatis quoad carnem/habes ĩfra eodem ſermone: ſed hic agitur de integritate mentis. hic dic de filio imperatoris Coloñ. ſepulto. nec deſperet homo ſi ſe non inuenerit ĩ altiſſimo gradu virginitatis, ac per hoc ſuggeratur ſibi a dęmone: ſcilicet, ꝙ ſit tãtũ vno pede eſſe in cippo quantum ſit duobus: non ſic, quia eſt dare minimum gradum virginitatis. Et ſi ex tali propoſito decideris ab vno gradu voluntarie: neſcis ſi te deus conſeruabit in inferiori proximo, quin potius te cadere ſinat a toto, cum caſtitas ſpeciale donũ dei ſit, ſecundum beatum Augu. Vnde Apocalyp. viij. Tene *quod habes.* &c. Ad perfectam autem rationem virginitatis in hoc quinto gradu quinq; comites exiguntur. ❡ Primum eſt, ne vnq̄ carnali impugnatione conſenſu elidatur, ſed ſemper mente renitatur. Secũdum eſt, ne voluptuoſis cogitationibus conſentiat, etiam ad delectationem cogitationis. Tertium eſt, ne talibus cogitationib⁹ aliqualiter immoretur: ſed ſtatim, vt eas aduertit/allidat eas ad petram, ſecũdũ Hierony. Sed dices. Quomodo poſſibile eſt hoc? Dico ſicut dicitur in Collationibus Patrum. Mentem non interpellari cogitationibus/impoſſibile eſt: ſuſcipere vero eas ſiue reſpuere omni ſtudẽti per gratiam dei poſſibile eſt. Contingit aũt nõnũq̄ immorari ratione non aduertenti: ſtatim tamen cum aduerterit, reijcit. Vnde Grego. Si a domo mentis ad momentum ratio diſcedat, quaſi abſente cogitationũ domina clamores excitat, & garrula ancillarum turba multiplicatur: vt autem ratio ad mentem redierit, mox confuſio multuoſa compeſcitur. Ad compeſcendum autem huiuſmodi cogitationes, mouere debet dictum Senecæ de quatuor virtutibus. Cogitationes inquit, vagas & inutiles & velut ſomno ſimiles/non recipies, quibus ſi animũ tuum oblectaueris, cum omnia diſpoſueris/triſtis remanebis. Quartum, vt non amplius de mulieribus recordatione concipias q̄ de arbore pulchra, vel de equo pulchro, vel de lapide mente tractares.

B Quiq; comites virginitatis.

Exemplũ in Vitaſpatrũ de figulo. Quintum ne vel dormiens illecebroſis phantaſmatibus mulierẽ illudatur. Licet em̃ hanc ludificationem credã non eſſe pc̃tm̃, certũ tñ indicium eſt concupiſcentiæ medullitus latitantis. Sed vtrũ hoc poſſibile eſt in vita iſta, nullus diffinire poterit, niſi p longã experientiam in cordis puritate, venerit ad confinia carnis & ſpiritus: vt ſciat, qd hũanę conditioni neceſſario ſit attributũ, & quid ex cõſuetudine vitioſa, & incuria iuuentutis ſit inuentum. Ad iſta confinia carnis & ſpiritus venerat. B. Augu. dicens .x. Confeſſ. Nunquid tunc. ſ. cum ſum in ſomnis, ego non ſum dñe deus meus, & tñ tantũ interſt inter meipſum &c. Vnde etiã ſępe in ſomnis reſiſtimus, noſtriq; propoſiti memores atq; caſtiſſime pmanentes, nullis talibus illecebris adhibemus aſſenſum. Nam vt nihil tale vel tantillum libebit quantũ poſſit nutu cohibere etiam in caſto dormientis affectu, non tm̃ in hac vita, ſed etiam in hac ętate nõ magnum eſt omnipotenti, qui valet facere ſupra q̃ petimus aut intelligimus. Hæc beatus Augu. Puto igitur ꝙ deuotæ mentes non vltra p aſſenſum illudantur in ſomnis, q̃ aliquando conſenſerint vigilantes & quibus reluctari conſueuerunt vigilantes, reluctantur & dormiẽtes. Vnde & multi ſi excitarentur in ſanctis meditationibus, quales inueniunt ſe in templo, tales & inuenirẽt ſe in lecto: & quales de die tales & de nocte. vt impleatur illud quod dicitur in Pſal. Nox illuminatio mea in delitijs meis, quia tenebræ &c. & ſequitur. Quia tu poſſediſti renes meos. Patet ergo qualiter dicuntur quinq; virgines: qa tum propter quinq; ſenſus corporis, a quorum omnium illecebris virgo cõtinere debet. Tum propter quinq; gradus virginitatis: tum propter quinq; comites quibus quintus gradus perficitur & integratur: & ſpecialiter iſta præclara virginum multitudo deſignari poteſt per quinarium, qui eſt primus numerus aliquotus ad vndecim millia. &. ❡Secundo videndum eſt, quibus cautelis virginitas cuſtodiatur, quod notatur in hoc quod dicitur, Prudentes. Ad prudentiam em̃ pertinet regulare actus humanos ſecundum iudicium rationis. C

Vnde ipſa eſt ratio agibilium. vi. Ethi. Sunt autem quinq; cautelæ, quibus caſtitas virginalis cuſtoditur, quæ ſunt quaſi quinq; propugnacula muri mentis virginalis. Vnde ſponſa in Cant. viij. Ego murus & vbera mea ſicut turris. Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. Mens em̃ virginalis eſt quaſi murus propter firmitatem conſtantiæ & propoſiti. Vbera. i. fœcunditas mentis eſt ſicut turris propter altitudinem contemplationis. Nimirum tantæ fœcũditatis eſt mens virginalis, quæ per redundantiam meritorum prodeſt parentibus, & toti progeniei ad ſalutem, ſecundum Hiero. Et habetur. xxxiij. q. v. Tunc ſaluabitur. Eſt etiam tantæ altitudinis in Quinq; p pugnacula virginitatis.

contemplatione, ꝙ ſingulariter ei ſponſus ſua ſecreta reuelat. Iſt itaq; murus superædificari debet quinq; propugnaculis pro cuſtodia caſtitatis. Vnde dicitur ibidem, parum ante. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula, id eſt tantam cuſtodiam, quæ maxime neceſſaria eſt virginibus nondum perfectis & profectis. Vnde præmittitur ibi, Soror noſtra paruula eſt, & vbera perfectæ fœcunditatis non habet, quid faciemus. Primum igitur propugnaculum eſt publici conſpectus vitatio, ne ſcilicet multum vagetur in publicum. Vnde Gregorius. Deprędari deſiderat, qui theſaurum publice in via portat. Exemplum de Dina. Geñ. xxxiiij. Vnde Auguſtin⁹ ad ſacras virgines. Dominica virgo debet ꝯſpectus publicos, & platearum frequentiã deuitare, atq; in domo poſita operi ſuo inſiſtere. In cuius doctrinam beata virgo in cubiculo ſuo ab angelo eſt inuenta: quæ poſt abijt in montana cum feſtinatione, ne diutius in conſpectu publico moram faceret. Secundum eſt exteriorum ſenſuum ordinata compoſitio. Prouerbi. xvj. Cuſtos animæ ſuæ ſeruat vitam ſuam, id eſt ſenſus vitales. Exemplum de Dauid. ij. Regñ. xj. proſpiciente per feneſtram, & vidente Berſabee: vbi nota ſpecialiter de ꝓſpectu feneſtræ q̃ perículoſus eſt. Similiter induc de auditu & loquela, vt pauca loquatur, & in omnibus verbis maturam verecundiam ꝑtendat. Et ſimiliter in inceſſu, ſtatu, habitu, & in oĩbus *motibus*. Et ſecundum beatum Auguſtinũ, in Regula. Vnde ibidem beatus Auguſtinus vbi ſupra. Dominica virgo nec erectis oculis, nec ornatu capitis, nec comptis crinib⁹: ſed vultu in terram depoſito procedat, ne in ſe viles inducat amores, vel alijs cauſa perditionis exiſtat. Item ſubdit. Ab omni verecundo ſermone vel riſu debet ſe penitus abſtinere, & cum ſilentio & diſciplina oẽm vitam aliam ornare. Et ſubdit. Dominica virgo ſermone garrula, vel curioſitate ſuperflua, caſta non poteſt iudicari: immo proſtituta, & ad luxuriam magis accẽdit. Tertium eſt nimiæ familiaritatis virorum vitatio. Vnde dicit B. Auguſtinus, ꝙ cum mulieribus non continuanda eſt præſentia, ſed quaſi tranſeunter eſt eis exhibenda acceſſio quodammodo fugitiua Exemplum de Sanſone: Iudic. xvj. qui propter nimiam familiaritatem fœminæ non ſolum caſtitatem, ſed fortitudinem, & vitam amiſit. Et ad hoc valet cautela, ꝙ in familiari confeſſione & confabulatione nunq̃ ſit ſola cum ſolo, ſed ſemper habeat teſtes ſuæ honeſtatis. Exemplum de honeſtiſſima Suſanna, Danielis. xiij. quæ quia puellas incaute a ſe dimiſit, ideo a ſenibus fuit ſollicitata, propter quod tantam turbationem incurrit. Et prædictæ tres cautelæ magis cuſtodiunt homines a mundo. Quartum reſpicit cuſtodiam a carne, quod eſt cibi & potus, & vniuerſaliter omnis commodi cor

poralis diſtricta moderatio:& præcipue ab his quæ ſunt libidinis in centiua. Quia venter mero plenus de facili ſpumat in libidinem, ſecundum Hieronymum. Ad quod facit & valet aſperitas veſtium, duricies ſtrati,& talia. Nam qui ſeruum ſuum nimis delicate nutrit, inueniet eum contumacem, Prouerbi.xxix. Exemplum de Loth, Gene.xix.qui inebriatus cum filiabus ſuis dormiuit. Quintum reſpicit cuſtodiam a dæmone, quod eſt vtilis occupatio, vt ſcilicet fugiat otium,& operi ſuo inſtat, vel lanificio, vel diuinę meditatiõi, vel diuinæ lectioni, ſecundũ Aug. vel orationi. Quia nunq̃ melius vel leuius de diabolo triumphamus q̃ in oratione & contemplatione. Et hoc eſt quod dicit Hieronymus. Semper aliquid boni facito, ne te diabolus inueniat ociosum. Non enim facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio. Et Seneca in Prouerbijs dicit. Licet corpus innoxium eſt, tamen mille facinorum furias mens ocioſa diſcurrit. Quanta autem mala proueniant ex ocio, docet beatus Hieronym⁹ ad Demetriadem. Nihil inqt, in ſancto propoſito ocio deterius eſt, quia non ſolummodo non acquirit noua, ſed etiam parta conſumit. Exemplum de Eſau, de quo Ambroſius dicit: Qꝫ Eſau amiſit primatus benedictionem, q maluit accipere cibum q̃ quærere. ¶ Notandum, q tribus modis accipitur virginitas. Eſt em̃ virginitas vniuerſitatis totius Eccleſiæ militantis: quæ attenditur penes integritatem fidei, pro quãto ab illicitis abſtinetur,& bona opera in Eccleſia fiunt. Et ſic vnaquæq; anima dicitur virgo,& tota Eccleſia ex virginibus, viduis, pueris, fœminis, maritis & viris vxoratis, virgo appellatur: ſecũdum beatum Auguſtinum in ſermone de Virginibus. vnde.ij. Corin.xj. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Alia eſt virginitas huius præclaræ multitudinis & cõmunitatis harum vndecim millium virginum,& aliarum perſonarum coniunctarum. Et hoc attẽditur penes affectum virginitatis relucentem in eis,& ex conſortio charitatis in om̃es & ſingulas redũdantem. Licet enim inter eas quędam non fuerint virgines, ſed nuptæ vel viduæ, quia tamen affectu virginitatem ſingulariter amabant,(Quod ex eo patuit q ipſarum conſortio ſe adiungebãt) ideo omnes virgines dicuntur/extenſo nomine, vel etiam/quia iſta multitudo tam quo ad principales perſonas, q̃ quo ad numerum maiorẽ fuerunt virgines: nec in tanta multitudine modicum videtur viciare: nec debet communem denominationem variare,& hoc virtute charitatis/quę ex ſua natura habet ſe communicare & bonum opus cõmune facere. Declara in religione. Licet igitur iſtę adiunctæ non fuerint proprie virgines, fuerũt tñ proximę virginitati, vt de eis ex

D Multipliciter ſumitur virginitas.

ponatur illud Pſal. Adducētur regi virgines poſt eam.ſ.beatam vir-
ginem,vel Vrſulam. Et hoc quantū ad proprie virgines. Et quod ſe
quitur. Proximę eius,quod refertur ad coniunctas,q̄ dicuntur pro-
ximę virginum. Creditur tamen ꝙ oēs illæ vndecies mille,fuerunt
vere virgines,quantū ad ſuum numerū totalē. Aliæ aūt perſonæ nō
virgines,vt reginæ,& epiſcopi &c. non cōnumerantur illi numero:
ſed fuerunt ſuperadditę. Tertia virginitas eſt proprie dicta,quę attē
ditur penes omnimodā integritatē mentis & corporis: mētis quidē
eſſentialiter,carnis vero accidētaliter. Et ideo ē dare caſum quo cor
rupta integritate carnis,nihilominus remanet virginitas pura, ſcili-
cet ſi per violentiam opprimatur,vel per ſectionem cauſa medicinę
illud ſignaculum aperiatur,ſed nō eſt dare ꝙ corrupta mente ſit vir
E go,niſi redeat per pœnitentiā. ¶ Eſt ſciendum,ꝙ virginitas carnis
non ſolum conſiſtit in integritate illius ſignaculi, ſed attēditur in ex-
perientia ſeminalis reſolutionis voluntarie procuratæ, vel admiſſæ
qualitercunq;,ſiue per ſeipſum/ſiue per alium. Vnde qualitercunq;
aliqua voluntarie experiatur in ſe illam reſolutionem,& delectatio-
nem in ipſa reſolutione prouenientem,credo eam carnis virginitatē
amiſiſſe,nec reparare poſſe per pœnitentiam vt habeat aureolam:
F ſola autem mentalis corruptio reparatur. ¶ Prædicta igitur *triplex*
virginitas non eodem modo præmiatur. Præmium pri*marum eſt*
Aurea: præmium ſecundarum,quantum ad eas quas proximas ap
pellaui,eſt Aurea,cū aliquo ſigno expreſſiuo caſtitatis loco Aureo-
læ. Quale etiam ſignum datur oībus continentibus citra perfectam
virginitatem cuiuſlibet ſecundū gradū continentiæ ſuæ,quod nō eſt
Aureola,ſed aliud ei ſimile. Exemplū/ſicut ſanctis non canonizatis
depingitur diadema diſtinctū a diademate canonizatorꝝ. Tertia aūt
virginitas ſola meretur Aureolam,illa videlicet earꝝ q̄ nunq̄ volunta
rie expertę ſunt carnalem reſolutionem. Tertio videndū quibus vir
tuoſis exercitijs virgines decorentur,cum dicitur/ Exierunt obuiā.
Nobile exercitium eſt in omni opere ſuo ſemper obuiā ire Chriſto
quā intentionē virgines ſemper in mente gerere debēt qcq̄d agant.

¶ Sermo tertius ad idem,
& in numero. CCXLVII.

QVinq; prudentes virgines. &c. Matth.xxv. Quia ſecun-
dum Auguſtinum in ſermone de Virginibus. Per virgi-
nes non ſolum intelliguntur illæ virgines quæ in eccleſia
ſanctimoniales vocātur,ſed & vnaq̄q; anima Chriſtiana
abſtinēs ab illicitis ſenſibus/etiā ꝯiugati/virginis nomē hn̄t. Quapro
pter ꝑ iſtas quinq; virgines accipe poſſumꝰ.v.partitū genus hoim,q

virgines appellari poſſunt: quę etiam ideo dicuntur quinq;, propter quinq; genera virginum. ¶ Prima eſt virginitas carnis, quæ cõſiſtit in integritate ſignaculi corporalis. De quibus Hieronymus contra Iouinianum. Nonnullæ inquit, ſunt virgines carne non ſpiritu, quarum corpus corruptũ eſt & aĩa corrupta. Et hæc virginitas ſi ſola fuerit, ſcilicet ſine virginitate mentis, parum valet: dicente Augu. ſuper Pſal.xc. Quid prodeſt caro integra, mente corrupta? Vnde Iſido. in libro de Summo Bono. Virgo carne non mente, nullum præmium habet in repromiſſione. Et hanc virginitatem habent virgines ſeculi. Quarum tamen quædam ſunt prudentes, & quædam fatuæ. Prudentes ſunt, quę virginitatem carnis illibatam cuſtodiũt, nec aliqua ratione eam violari permitterent contra deum & honeſtatem ſuam propoſitum tamen perpetue ſic manendi non habent, ſed ſic ſtant vel ſuſpenſa mente an aliquando nubere velint an non, vel etiam cũ propoſito nubendi legitime cum ſponſus placitus occurrerit. Iſtę dicuntur virgines prudentes, pro quanto contra deum virginitatem amittere nolunt. Vnde & lampades bonorum operum habere poſſunt ex quibus ſaluentur, ſed aureolam non habebunt: quia cum ſua virginitate nõ vadunt obuiam ſponſo Chriſto, ſed potius alicui ſpõſo terreno. Fatuæ vero ſunt, quæ de ſola carnis integritate gloriantes in omnibus ſenſibus ſuis illecebroſis delectationibus, & obſcœnis ſui cordis cogitationibus ſunt corruptæ. Quarum etiam nonnullas a lenociniis timor dei non retraheret, ſi nõ timor humanus, vel periculum honoris, aut boni temporalis diſpendium eas prohiberet. De iſtis virginibus dicitur Threñ.ij. Abiecerunt in terram capita ſua virgines Iuda. Vtrẹq; hę virgines qdem ſunt materialiter, ſcilicet ſecundum carnis integritatem: ſed illud quod eſt formale in virginitate non habent, puta perpetuum propoſitum & propter deum. De quo habes ſupra in alio ſermone eiuſdem thematis proximo. A

¶ Corrumpitur autem hęc virginitas duobus modis. Vno modo p ſignaculi virginalis corporalem deflorationem, & hoc modo ſemel amiſſa eſt irrecuperabilis. Dicit Hierony. ad Euſtochium. Audẽter loquor, cum deus omnia poſſit, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam: valet quidem liberare de pœna, ſed non valet reparare corruptam. Alio modo perditur hęc virginitas per volũtatis conſenſionem, etiam ſi non perueniat ad actum: Iuxta illud in Euang. Mat. v. Qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam: iam mœchatus eſt in corde ſuo. Similiter dico de virgine, ſi viderit virũ, & ei conſenſerit ad actũ, iã corrupta eſt in corde ſuo: ſed hæc corruptio eſt recuperabilis per pœnitentiã. Secunda eſt virginitas mentis non carnis, ſicut in violentatis abſq; omni conſenſu ſuo. vñ ſancta Lucia. Nõ inq B

natur corpus ſine cõſenſu mẽtis. Tertia eſt virginitas carnis ſimul
& mẽtis, abſq; tñ propoſito ꝑpetuo/ſed non propter deũ. Quarta ẽ
cũ ꝓpoſito perpetuo/ſed nõ propter deũ. Quinta eſt virginitas car-
nis & mentis cum propoſito & voto continendi perpetuo/propter
deũ. Hanc vocat Orig. virginitatem perfectã, vt de his lucidius ha-
bes ſupra in Ser. Egredimini filię Sion, de. xj. millibus Virginum.

¶ Sermo quartus ad idem,
& in numero. CCXLVIII.

A EGredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonẽ in dia-
demate, quo coronauit eum mater ſua. Canti. iij. ¶ Ver-
ba hæc dupliciter exponi poſſunt. Vno modo de egreſſu
intellectuali intelligentiarum, vel intelligibilium ſpirituũ
a deo. Alio modo de egreſſu ſpirituali fidelis animæ a mundo. Pri-
mo modo exponendo/dicamus ꝙ filiæ Sion ſunt intellectuales ſpi-
ritus. Sion interpretatur ſpecula, & ſignificat altitudinem diuinæ ſa-
pientię: cuius filiæ ſunt intellectuales creaturæ ſimul cum verbo &
in verbo productę: vt verbum quod principaliter reſpicit in patrem
ſit filius. Creaturę autem quas verbum ex conſequenti & ſecũdario
reſpicit, dicantur filię ad ſimilitudinem generationis naturalis, quæ
principaliter intendit marem/ſecundario autem fœminam, q̃ ſecun
dũ Phm̃ eſt mas occaſionatus. Vel ſingulariter/ratiõe animę huma
nę dicunt̃ filię, quia Chriſto deſponſatę. Rex Salomon eſt ipſum ver
bũ, quod eſt filius patris. Salomon pacificus, qui alio nomine dictus
eſt Iditũ. i. ſaltator: quæ cõueniunt verbo tã in ſaltu æterno q̃ in tem
porali. Diadema eſt gloria diuinitatis, quam nullus cõmunicat, nec
cõmunicare poteſt, niſi ſit deus. Mater ſua eſt diuina fœcunditas, q̃
pater eodem verbo dixit filium. i. omnem creaturam. Et ſecundum
hunc intellectum in auctoritate propoſita/quatuor implicantur con
ſiderãda. Primum eſt intelligibilium ſpirituum a deo intellectualis
emanatio. Secundũ ipſorum ſupernaturalis cognitio. Tertium ipſo-
rum a verbo defectiua diſtinctio. Quartum originis ipſorum ꝓdu-
ctiua ratio. Primum notatur cum dicitur, Egredimini filiæ Sion. Se-
cundũ cum dicitur, Videte regem Salomonem. Tertiũ cum additur
B In diademate. Quartũ cum dicitur, Mater ſua. ¶ Circa primum cõ-
ſiderandum eſt, quale eſſe in tali egreſſu acceperint. Vbi ſciendum,
ꝙ duplex eſt egreſſus creaturarum a deo. Vnus quo creaturę egreſ
ſæ ſunt a patre in verbo. Alius quo egreſſæ ſunt per creationem in ꝓ
priam naturam. Cuilibet autem egreſſui correſpondet aliquod eſſe.
De egreſſu creaturarũ ad eſſe in verbo, dictum eſt in Sermone/Quo
niam eſtis filij dei. Ior. I. ¶ Et ex dictis ibi poſſumus elicere quinq;

concluſiones. Prima eſt, ꝙ tale eſſe non dicit rem aliam ab ipſo verbo. Quia quicquid eſt in deo, eſt deus, cum nullum accidens cadat in deum. Vnde omnia in deo ſunt vita, vt ibi habes. Secunda eſt, ꝙ tale eſſe addit aliquid ſupra deum puta reſpectum ad creaturam, qui eſt reſpectus rationis. Et hunc reſpectum importat verbum ſecundario & ex conſequenti. Quomodo autem in intellectu diuino ſit vnum verbum & pluralitas rationum, habes ibi. Tertia ꝙ tales rationes in deo quæ dicuntur ideæ, non ſunt verbũ, ſed differunt quadrupliciter, vt ibi. Item verbum vt eſt expreſſiuum creaturarum, nõ eſt imago creaturarum ſicut eſt imago dei, ſed potius exẽplar creaturarum. Quia imago dicitur quod fit ad ſimilitudinem vel imitationem alterius: ſed verbum diuinum non eſt ad imitationem creaturarum, ſed potius econuerſo. Verbum autem eſt imago patris. vnde Apoſtolus Coloſſ. j. dicit de verbo, Qꝫ eſt imago inuiſibilis dei. Quarta ꝙ licet tale eſſe in verbo ſit ſimilitudo rei & non res ipſa per eſſentiam: verius tamen eſt res in verbo q̃ in natura propria, quod dicitur ibi. Quinta concluſio eſt, quæ colligitur ex prædictis ꝙ tale eſſe creaturę in verbo eſt deus & non deus, creatura & non creatura deus & creatura, nec deus, nec creatura. Eſt quidem deus quantum ad eſſentiam quam ibi habet, quę eſt idem quod verbum: ſed nõ eſt deus quantum ad id ad quod eſt reſpectus. Eſt etiam creatura quantum ad id ad quod terminatur reſpectus: ſed non eſt creatura quantum ad ſubſiſtentiam in verbo. Eſt nihilominus deus & creatura diuerſa conſideratione, vt dictum eſt: ſed nec deus, nec creatura, ſcilicet tm̃: ſed eſt vt ſic, non eſt vt non &c. Declara. ¶ De ſecundo egreſſu videndum, quale eſſe acceperint in ſua natura propria. Et dicunt quidam, ꝙ quælibet intelligentia ſit ſubſiſtentia omnino ſimplex, non ſuſceptiua alicuius accidentalis, vel alicuius quod ſit extraneũ ſuæ ſubſtantiæ. Propter quod vt dicunt ſua operatio eſt ſua eſſentia, & econuerſo. Ratio, quia non habet partem & partem: ideo eſt ſic omnino ſimplex. Et dicunt etiam ꝙ quęlibet intelligẽtia habet ſubſiſtere ſuper ſeipſam, id eſt habet eſſe ex ſeipſa. Sed hic eſt ſenſus erroneus: quia ſubſiſtere ſupra ſe, vel ex ſe, eſt ſolius dei, & eius quod eſt infinitę ſimplicitatis, ſecundum Auguſtinum. Et illud habet ex ſe eſſe quod nõ dependet ab alia cauſa. Vnde iſte error eſt Pariſius damnatus. Et ꝙ dicunt, non habent partem, ergo &c. Dicendum, ꝙ hoc ſolum tenet in corporalibus & in quantis: in ſpiritualibus aũt eſt reperire compoſitionẽ & accidentalitatẽ. ꝑter hoc ꝙ habeãt partem & partẽ, puta ex poſſibilitate eſſendi, vel ex dependẽtia ad cãm primam. Quę ſecundum Auguſt. & Procl. ſunt cauſa compoſitionis & accidentalitatis in omni ſubſtantia creata. Tenẽdum eſt ergo, C

ſecundũ veritatem catholicam,ꝙ intelligentię ſunt ſpũs creati intel
lectualiter a deo confluentes:quarũ eſſe/eſt eſſe receptum & depen-
dens a libera volũtate dei,in tantum ꝙ non poſſunt per inſtans ſub
ſiſtere abſq; influentia dei.

¶Subſermo primus ad idem,
& in numero.CCXLIX.

VIdete regem Salomonem. Super hoc verbo quãtum ad
ſecundum principale videndum , qualiter intelligentiæ
naturaliter videant verbum æternum, quod per regem
A Salomonem deſignatur.¶Quidam dicunt,ꝙ ſicut in-
telligẽtia intellectualiter fluit a deo:ſic conuertit ſe intel-
lectualiter in idem a quo fluit,ſcilicet in deum,& hoc naturaliter:cũ
ipſa de natura ſua ſit quædam lux intellectualis. Et quia hæc intelle
ctualis conuerſio eſt ei per naturam,ideo naturaliter videt deum ſi-
ne medio:& per conſequens naturaliter eſt beata. Et dant exemplũ
de imagine in ſpeculo.Si enim facies mea in ſpeculo eſſet naturæ in
tellectualis/ex natura ſua me intellectualiter reſpiceret : & ita aſpe-
ctus meus eſſet illi faciei naturalis.Sic dicunt in propoſito,ꝙ intelli-
gentia eſt quædam naturalis ſimilitudo lucis increatæ,ſicut imago
in ſpeculo eſt naturalis ſimilitudo faciei meæ.Et quia intelligẽtia eſt
naturæ intellectualis,ideo naturaliter videt verbum. Et *quia in vi-*
ſione conſiſtit beatitudo,per conſequens naturaliter eſt beata abſq;
alio aliquo ſuæ naturæ ſuperaddito : ſed hic ſenſus eſt erroneus, &
Pariſius damnatus.Repugnat enim rationi/& ſacræ ſcripturæ,& p
conſequens fidei veritati. Rationi quidem,quia id quod eſt beatum
per naturam fruitur ſuo eſſe naturali: ſed illud eſſe qd fruitur qs bea
tifice, neceſſario includit bonitatem infinitam : ſed ꝙ aliquid crea-
tum habeat bonitatem infinitam/eſt impoſſibile,quia tale eſſet de'
& ſic eſſet creatum & non creatum,quod implicat contradictionem
Repugnat etiam auctoritati ſacri Canonis inſpirati a prima verita-
te.Dicit enim Apoſt.Gratia dei vita æterna.Roma.vj.Q; autem di
cunt ꝙ illa ſit naturalis operatio intelligentiæ / ꝙ intellectualiter ſe
conuertit in illud vnde emanauit:verum eſt ꝙ ſe conuertit ſecundũ
conuenientiam ſuæ naturæ.Sed quod ex hoc inferunt,ꝙ immedia
te deum videat per naturam,falſum eſt. Dicitur eñi in libro de Cau
ſis.Q; quicquid intelligentia naturaliter intelligit,intelligit p modũ
ſubſtantiæ ſuæ. Et quia ſubſtantia eius eſt creata,& in infinitum di-
ſtans ab eſſentia dei & eius ſimplicitate:ideo non poteſt nude reprę-
ſentare diuinam ſimplicitatem . Et ideo dicit beatus Auguſtinus,
ꝙ cognitio veſpertina,qua angeli cognoſcunt deum per ſubſtanti-
am propriam, non eſt immediata . Fuit autem mediata extraneita-

te proprię ſubſtantię. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ angeli non ſũt beati tali cognitione beatitudine perfecta. licet tñ poſſent dici beati quadam beatitudine participata, & naturali. Qualẽ etiam ſcd̃m Philoſophos, homo in hac vita acquirere poteſt, ſcd̃m ꝙ dicit̃ felicitas eſſe in operatione perfectiſſima, ad quã homo per naturã attingere poteſt: & quando homo pertingit ad illum ſupremum gradum cognitionis dei, qui ſibi per naturam eſt poſſibilis: tunc poteſt dici beat᷒. B

¶ Illa autẽ cognitio non eſt alia, niſi qualis per ſciẽtias ſpeculatiuas haberi poteſt. vt patet. iiij. Ethi. Aliã aũt beatitudinẽ ſupernaturalẽ Philoſophi inueſtigare non potuerũt: qui non niſi per viam motus, & ſenſus cognoſcunt. Et ideo in talib᷒ multũ a veritate deuiauerũt. propter quod ſenſus prędictus, qui Philoſophorum dictis innititur, nullo mõ eſt tenendus. Dico ergo, ꝙ talis earum ꝯuerſio naturalis imperfecta eſt, & non immediata, nec beatifica. imo ſi angel᷒ immediate deum vidiſſet: puta meritorie & beatifice, nunq̃ cecidiſſet. Ad exẽplũ de imagine in ſpeculo, Dicendũ, ꝙ nõ ẽ ſimile: quia illa imago eſſet eiuſdem naturæ cum facie mea: ſcd̃m hypotheſim illã, ꝙ vtraq; eſſet creata & finita, ſed ita nõ eſt hic: quia intelligentia nõ eſt eiuſdem naturę in aliqua proportione cum natura diuina: ſed longe imo in infinitum diſtans ab ea. ideo non poteſt perfecte repręſentare naturam diuinã, niſi diminutiue & participatiue, ergo &c. Tenendum eſt ergo ſecundum veritatẽ catholicã, ꝙ ad hoc, quod ſpiritus creatus videat deum immediate, nude & beatifice, idiget lumine ſupernaturali: ſcilicet gratię, vel glorię: quod dat̃ a libera volũtate dei.

¶ Subſer. ij. Ad idem: & in numero. CCL.

IN diademate. Super hoc verbo quantum ad tertium principale, Notandum, ꝙ diadema, vel corona eſt dignitas, ſiue perfectio regi Salomoni, ipſi ſcilicet verbo attributa: quibus dignitatibus ipſum verbum dicitur coronatum, iuxta illud Sapiẽtię. Sapiẽtia in perpetuũ A coronata triumphat. ¶ Huiuſmodi autẽ coronę verbi ſunt multæ, quas vidit Ioannes Apocalyp. xix. vbi dicitur. Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis, & verax. Et ſubdit. Et in capite eius diademata multa, habẽs nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. equus alb᷒ ẽ ſuppoſitum verbi. Verbum autem diuinum habet perſonale ſuppoſitum: per quod differt a noſtro verbo. Diademata multa ſunt multæ perfectiones, & excellentię verbo attributę, quæ poſſunt reduci ad nouem, vt ſint nouem coronæ, quibus verbum diuinum exitit coronatum. Quarum primæ tres ſumuntur penes ſubſtantiã.

alię tres penes intelligentiam/vel cognitionem. vltimę vero tres pe
nes puritatem/vel actualitatis ſimplicitatem. Et ī quolibet ternario
eſt reperire vnam coronam, ita ſingulariter propriam verbo, ꝙ non
eſt com municata, nec communicabilis alicui ſpiritui creato. ſingulę
autem reliquæ duæ ſunt communicatæ. Primæ ergo tres ſunt iſtæ
Subſiſtere in ſe, ſubſiſtere per ſe, ſubſiſtere ex ſe. Prima harum com
municata eſt omni ſpiritui intellectuali, tam angelis, q̄ animabus:
quia quilibet habet proprium ſuppoſitum. Secunda etiam corona
eſt communicata intelligentijs/vel angelis. Subſiſtere enim per ſe ē
non reſpectum habere ad corpus, vel non eſſe coniunctum corpori:
nec quantum ad eſſe, ſicut anima noſtra: nec quātum ad operationē
vel motum, ſicut anima cœli. Et quia intelligentię/vel angeli ſūt hu
iuſmodi, ergo. &c. Non autem communicata eſt hęc ſecūda corona
animabus, neq; hominum, neq; cœlorum: quia habent naturalem i
clinationem ad corpora. hęc quidem tanq̄ forma dans eſſe: illa vero
ſicut motor ad mobile. animę ergo ita ſubſiſtunt in ſe, & non per ſe.
Tertia autem corona nulli creaturę communicabilis eſt, ſed eſt pro-
pria ſolius dei. Et hæc incommunicabilitas non eſt ex defectu poiē
tię in deo: ſed ex defectu creaturę, quę non eſt ſuſceptiua talis perfe
ctionis: quia illud ſolum ſubſiſtit ex ſe, quod habet eē ex ſe, nec de-
pendet ab aliquo alio in quocūq; genere cauſę. Et tale eſt *infinitę p-
fectionis*: & in cuius eſſentia includuntur perfectiones omnium en-
tium, ſed nihil poteſt eſſe tale/niſi de⁹, ergo. &c. Alię vero tres coro-
nę ſūt hę ſumptæ ex cognitione, Cognoſcere ſeipſum immediate p
ſuam eſſentiā, agnoſcere ſeipſum ī alijs, & vt ſic quaſi mediantibus
alijs, cognoſcere ſuum originale principium immediate per ſuā eſſē
tiam. Prima iſtarū cōicata eſt itelligentijs/vel angelis/ qui cognoſcūt
ſeipſos immediate per ꝓprias eſſentias. Secūda cōpetit verbo meta-
phorice, iuxta quē ſenſū dicitur in libro de Cauſis, ꝙ oē ſciens eſſen
tiam ſuā eſt rediēs ad eſſentiā ſuā reditione ꝯpleta. ibi eīn reditio ac
cipit mediate. nihil eīn ꝓprie redire dicit, niſi prius exiuerit: ſed di
citur ibi reditio ad eſſentiā ſuā ſubſiſtentia rei in ſeipſa. Formę eīn ī
ſeipſis non ſubſiſtētes ſunt ſuper aliud effuſę, & nullatenus ad ipſas
collectę: ſed formę in ſe ſubſiſtētes, ita ad res alias effunduntur/eas p
ficiendo/vel eis influendo, ꝙ in ſeipſis per ſe manent. Et ſcd̄m hūc
modū deus maxime ad eſſentiā ſuā redit: quia omnibus prouidens,
ac per hoc quodāmodo ī oīa exiens/& ꝓcedens, in ſeipſo fixus & i
mixtus permanet. Vel poſſumus dicere, ꝙ de⁹ cognoſcit ſe in alijs
pro quanto. ſ. cognoſcens eſſentiam ſuā res alias intuetur: in quibus
ſuę eſſētię ſimilitudinē videt: & ſic quodāmō ad ſuā eſſētiā redit. Et
ſcd̄m hūc ſenſū dicit cognoſcere ſe ī alijs. Hęc aūt corona cōicata ē

animę humanę,q̄ ſe cognoſcit per alia. Tertia eſt propria ſolius verbi,nec alicui creaturę cōmunicabilis eſt,& patet. Vltimę tres ſūt hę, Puritas ab omni conditione materiali,a depēdētia corporali,ab omni extraneitate actuali. Prima cōmunicata eſt omni ſpiritui intellectuali,tā angelis,q̄ animabus. Secūda cōicata eſt intelligentijs/vel angelis,ſed non aniabus,neq; cœli,neq; hominū,quę habēt naturaliter inclinationē ad corpora. Tertia aūt corona eſt incōmunicata & icōmunicabilis. Nō eſt.n.poſſibile,q aliquod creatū ſit tantę ſimplicitatis, q ſua operatio ſit ſua ſubſtantia,& econuerſo. Et ideo nulli creaturę cōicari poteſt,q ſit actus purus,abſq; omni pœnalitate & actualitate. Per pdictas tres coronas ſoli verbo pprias/remouēt tres errores Per primā elidit error dicentiū,intelligētias ſubſiſtere ex ſe:de quo dictū eſt in prio principali. Per ſecūdā remouet error dicentiū,intelligentias naturaliter cognoſcere deum immediate,& eas naturaliter beatas:de quo dictū eſt in ſecūdo principali. Per tertiam elidit error dicentiū,intelligentiā eſſe tantę ſimplicitatis & puritatis,q in ea nō cadit accidēs.de quo etiam errore dictum eſt i primo principali. Ex quo patet,q tenentes hos tres errores ſpoliant diuinum verbū coronis ſuis regalibus ſibi proprijs. Et de inuentore iſtorum errorū cōqueritur Iob in perſona verbi,dicens.xix. Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronā de capite meo. His autem qui venerātur verbum in ſuis coronis confertur triplex fructus/vel vtilitas eis correſpōdēs Venerantibus quidem primam coronam datur firmitas conſtātiæ. Exemplum de beato Petro,qui domino quęrenti. Vos autem quē me eſſe dicitis? Reſpondit. Tu es Chriſtus filius dei viui.in quo dicto Chriſtum in prima corona veneratus eſt.eo eīn,q filius dei ſubſiſtit ex ſe:& licet filius non ſit ex ſe,ſed ex patre:ſubſiſtit tamen ex ſe non dependens ab alio tanq̄ a cauſa. Chriſtus autem ſtatim ei de hoc mercedem reddit,di. Et ego dico tibi:quia tu es Petrus:&ſuper hanc petram.&c. Per hoc enim,q dominus fundauit eum ſuper ſe, tanq̄ ſuper petram/ſibi præbuit firmitatem conſtantiæ. Venerantibus ſecundam coronam verbo propriam datur claritas intelligētiæ. Exemplum de regina Saba,q̄ cum veneraret regem Salomonē,meruit audire ſapientiam ſuā:qua ita repleta ē,q non remanſit in ea ſpiritus.ſic accidit animæ per contemplationem raptę.declara. Venerantibus vero tertiam coronam datur puritas cōſcientiæ. Exemplū de regina Heſter,quæ cum honoraret/& reuereretur regem Aſſuerum,oſculando ſummitatem virgę impetrauit,q mala cogitata Iudęis retractarentur. Sic hic declara/vt vis.

¶Ser.iij Ad idem:&
in numero, CCLI.

QVo coronauit eum mater ſua. Super quo verbo quan-
tum ad quartum principale, videndum quę ſit iſta ma-
A ter verbi diuini quę ipſum coronat. ¶ Et ſciendum, ꝙ
mater æternę generationis eſt fœcunditas diuina, qua
pater produxit verbū: & in ipſo oēs creaturas. hęc autē
fœcūditas eſt deo naturalis, & nō depēdens a libero arbitrio dei. vñ
deus produxit verbū ſimul, & omnes creaturas in ipſa naturali ſua
fœcunditate/non ex libera voluntate. Sed dices, ſi non voluntate er
go inuoluntarie, & ex neceſſitate, quod eſt abſurdum. Dicēdum, ꝙ
hæc inſtantia ſimilis eſt argumento cuiuſdam hęretici: de quo *Au-*
gu. in libro de Tri. q arguebat ſic. Pater/aut nolens/aut volēs genuit
filium: ſi nolens/miſer eſt: ſi volens, ergo voluntate genuit filiū *non*
natura. Ad hoc ſatis acute reſpondit quidā catholicus cōtra arguen
do in ſimili. Pater/aut nolens/aut volens eſt deus: ſi nolens/miſer ē.
ſi volēs, ergo voluntate eſt deus nō natura. Et licet hęc fuerit bona
reſponſio ad hominem, tamē reſpōdendo ad rem, quādo dicit, aut
nolens, aut volens. Dicendum, ꝙ actus voluntatis in propoſito po
teſt accipi dupliciter. Vno modo, vt ꝓcedens generationem verbi: &
ſic pater nō genuit filiū volens. Alio modo, vt cōmunicans & appro
bans: & ſic poteſt concedi, ꝙ pater genuit volens. Primo mō volun
tas diſtinguitur contra naturam. nā ſcđm illū modū pater *genuit ita*
filiū natura, ꝙ nō voluntate. Secundo mō volūtas diſtinguitur con-
tra neceſſitatem coactionis. vñ ſcđm iſtū modum, ita pater genuit fi
liū volūtate, ꝙ non neceſſitate. Poteſt ergo dici, ꝙ pater genuit filiū
voluntate, ſed nō ſcđm voluntatē: quia nō voluntate pręcedente, vt
B dictum eſt. ¶ Si dicas, cum i diuinis idē ſit volūtas & natura: ſi pater
genuit natura ergo voluntate. Dicendum, ꝙ voluntas & natura in
deo idem ſunt re, ſed differūt ratione, ſicut etiā ſcientia & voluntas.
vñ ſicut ſcientia dei extendit ſe reſpectu malorum, volūtas aūt nō:
& tamē ſcientia dei, & volūtas idē ſunt. ita aliquid cōuenit naturę di
uinę, quod nō cōuenit voluntati: licet ſint idem. Patet ergo, ꝙ pater
produxit verbum fœcunditate naturæ, non libertate voluntatis.
Qꝫ etiam eadem naturali fœcunditate produxerit omnem creatu-
ram in ipſo verbo, ſic eſt videre. Nam pater vno eodemqꝫ verbo di-
xit: quicquid in ſua ſcientia continetur: & eo modo quo ibi contine-
tur: alias verbum non eſſet vere correſpondens ſuo principio, nec
eſſet verbum perfectum. Sed in ſcientia patris continetur ipſe pater
& omnes creaturæ, & naturaliter: licet principaliter pater ſe cogno-
ſcat, & ex conſequenti alia: quia cognoſcit cognoſcēdo ſe: vtranqꝫ ta-
men cognoſcit naturaliter, & ſcit. Ergo deus pater naturali fœcundi
tate produxit omnes creaturas: & hoc quantum ad eſſe earum i ver

bo. Et hoc modo quęlibet creatura poteſt dici filius dei naturalis. il le idem vnigenitus, non alius. Vtrum autem deus produxerit creaturas in eſſe, quod habent in propria natura naturali fœcunditate/ vel voluntatis libertate: de hoc eſt diſcrepantia inter Philoſophos & Theologos. Philoſophi enim poſuerunt Intelligentias effluxiſſe a deo neceſſitate naturalis perfectionis, & non ex libertate voluntatis, ſicut nos ponimus de emanatione verbi, quod deus pater produxit non libera voluntate, ſed naturalis perfectionis fœcunditate, vt dictum eſt. Sic dicunt ipſi de emanatione Intelligentiarum, ꝙ in dei voluntate non fuit producere, vel non producere: ſed oportebat omnino eas producere. In iſtam poſitionem incidunt quidam qui dicunt, ꝙ de⁹ ex natura bonitatis ſuę ſe cōmunicauit: quia bonū ex natura rei eſt ſui diffuſiuum: ideo dicunt, ꝙ de⁹ ita poteſt eſſe ſine creaturis, ſicut creaturæ ſine deo: recte ſicut nos dicimus de patre & verbo. Sed iſtum ſenſum non tenet catholica veritas. quia ſecundum Auguſti. Intelligentia/& omnis creatura dependet a manutenentia liberę voluntatis dei: intantum, ꝙ abſqꝫ dei influentia ad ictū oculi ſtare non poſſet, niſi caderet in nihilum. Vnde dicit Apoſtolus Hebrę. j. de deo, ꝙ ipſe eſt portans oīa verbo virtutis ſuę. Ad motiua Philoſophorum, dicendum, ꝙ ipſi habuerunt vnum falſū principium: ꝙ deus non poſſet facere aliquid noui: puta facere nunc, qđ non fecit prius: niſi mutatione facta i ipſo. Et ex hoc principio i multos errores lapſi ſunt. Excuſantur tamen, quia per viā motus & ſenſus aliud inueſtigare non potuerunt. Nobis autem reuelata eſt veritas per ſacram ſcripturam. Ad aliud quod dicitꝰ de communicatione boni. Dicendum, ꝙ de illo bono, quod eſt augibile, & cui accreſcere poteſt aliquid, verum eſt, quod eſt naturaliter ſui diffuſiuū. Sec⁹ aūt de bono cui nihil accreſcere poteſt per ſui diffuſionem. bonitati aūt diuinę nihil accreſcit per eſſe creaturę, ſicut nec lineæ per additionē puncti. Et ideo, quia non eſt maius bonum deus cum omnibus creaturis, q̄ deus tm̄: hinc eſt, ꝙ bonum diuinum diffundi non poteſt Vel dicendum, ꝙ communicatio boni eſt duplex. Vna naturalis, & hac deus ab ęterno ſe cōmunicauit, ꝓducendo filium & ſpiritūſanctum. & quia naturalis fœcunditas in deo eſt ipſa eſſētia diuina ſimplex/& impertibus: ideo deus naturaliter ſe communicare non pōt: niſi communicet ſuam eſſentiam totam. Et hinc eſt, ꝙ illud cui cōmunicauit ſe deus pater cōmunicatione naturali eſt verus & perfectus deus, puta filius/& ſpiritusſanctus. Alia eſt communicatio volūtaria, qua ſcilicet aliquid ſe poteſt cōmunicare quando vult, cui vult, & qūo vult, & quantū vult. Et hac deus cōmunicauit ſe creaturis: & hęc diuinę volūtatis fœcūditas poteſt dici mater creaturarū: & quā

tū ad eē naturę/gratię/&glorię. Et de ſingulo horū dat vnicuiq; creaturę quātū vult:& omiſſo de eſſe naturę & gloriæ. ¶ Ad pñs dicere poſſum⁹, ꝙ diuina fœcūditas fœcundat, vel fructificat animam triplici fructu. Primo fructificat ſemen virtutū in anima. Exēplum de Sole fructificante ſemen occultatum i terra. De hac eſt figura in Rachel, Geñ. xxx. quę ſterilis fuerat, ſed diuina virtute fœcundata genuit Ioſeph. i. augmentum gratię & virtutum. Secundo facit aniæ deſipere oia tēporalia/vel trāſitoria. qa ſcdm Greg. Guſtato ſpū deſipit ois caro. Cuius etiā figura habetur ibidē. Rachel q̄ ſcdo genuit Beniamin/ q interp̄taṫ filius amaritudinis /& ob difficultatē pt⁹ hui⁹ filij Rachel mortua ē. Sic reuera anima cū ei tēporalia i amaritudine veniunt, moriṫ totaliter mūdo/& cōcupiſcentijs ei⁹. ſic erat mortu⁹ Apoſtolus, cum dicebat. Viuo ego iam non ego. Tertio fœcunditas diuina eleuat animam ad cōformitatem dei. Exemplū de Sarra, q̄ a deo viſitata in ſua ſenectute genuit Iſaac. i. riſū vel gaudiū, & ſignificat ſpirituale gaudium, quo anima ita abſorbetur, & in deum tranſfūditur: ꝙ totus mundus ei euaneſcit. ſic erat Auguſti. cum dicebat. x. Confeſ. Intromittis me introrſus ad neſcio quā dulcedinem. & poſt. Dñe quē tu reples. ſ. fœcūditate gratię tuę/ ſubleuas eū: & qm̄ tui plenus non ſum, oneri mihi ſum. ſic per oppoſitū qn̄ tui plen⁹ ſū fœcūditate tuę gratię in te eleuatus: tūc gaudēs/& iocund⁹ ſū. *Q d nobis.*

C Triplicem fructū cauſat fœcūditas diuina in anima.

¶ De quolibet Sancto/vel Sancta in generali, Ser. in numero. CCXLII.

ADiuro vos filię Hieruſalem/ſi inueneritis dilectum meū, vt annuncietis ei: quia amore langueo, Can. v. Verbū iſtd competit. N. quæ vel qui dominū ita tenere diligebat: vt amore eius langueſcere videretur, in quo notātur duo.

A ¶ Primo tangitur ei⁹ deuota oratio, ibi: Adiuro vos. Et ponitur hic adiuro pro oro: & eſt ſenſus. Adiuro vos. i. rogo vos. Secundo eiuſdem orationis explicatio: ibi, quia amore lāgueo. Sicut enim corporaliter infirmus torquetur corporis dolore: ita qui deum vehementer diligit/languet amoris feruore. Nota, ꝙ quidam ſunt amore dei viuentes, quidam feruentes, quidam languentes, quidam fruentes. Primi, ſcilicet amore dei viuentes/vocantur incipiētes. Nam anteq̄ homo habeat dei amorem/mortuus eſt coram deo. j. Io. iij. i Cano. ſua. Qui non diligit deum, manet in morte. & iſte non poteſt viuificari, niſi incipiat amare. vnde Hugo. Scio anima mea, quia vita tua amor eſt. Cum igitur homo incipit deum diligere, incipit coram eo viuere. & tales anteq̄ habeant dei amorem bene dicūtur mortui: qa ſicut mortuus homo non poteſt operari/vel membra extendere: ſic nec tales meritorie operari. Apoſtol⁹. j. Cori. xiij. Si diſtribuero. &c.

Sed qñ hõ incipit viuere per amorẽ dei,tunc adiurat illas filias Hierusalem.i.angelos cœleſtes & beatos:vt eius deſideriũ cœleſti ſponſo annũcient,& apud ipſum pro ſe intercedãt:tales ſolent pro trib' rogare. Primo inquam incipientes deo ſeruire rogant illos cœleſtes angelos/& beatos,vt detur eis virtus ad ſatiſfaciendum deo:ad qđ hõ p ſe nõ ſufficit,niſi dei miſericordia adiuuetur, Sap. Fili peccaſti ne adijcias iterũ:ſed de priſtinis depcare,vt tibi dimittantur. Secũdo rogant filios Hieruſalem,vt obtineant eis gratiã meritorie operandi.quia ſcdm Augu. ſine gratia fieri non poteſt,quæ eſt vita aniæ. Tertio,vt impetrent eis gratiã in bono perſeuerãdi. Indigẽt eñ pœnitentes magna gratia,vt in propoſito bono confirmentur:ne iterũ laqueis diaboli inuoluãtur. Vnde quidã i libro Maccabęo.iij. clamabat ad deum. Quomodo poterimus reſiſtere,niſi tu adiuues nos.

¶Secundo ſunt quidam amore dei feruentes,quales ſunt orationi vacantes. Feruor dilectionis nunq̃ melius accenditur,q̃ per meditationem/& dilectionem. ps. In meditatiõe mea exardeſcit ignis. &c. Pro iſto feruenti amore rogabat Auguſti.in libro Confeſ.dicens. O amor qui ſemper ardes,& nunq̃ extingueris charitas deus meus accende me. Tali amore feruebat. N. quia ſoli deo frequenter vacabat. Et iſti ſolent tres petitiones ipſi ſponſo per cœleſtes angelos ĩtimare. Quia eñ amore ardent,& tamen defectum adhuc in amãdo ſentiunt:ideo triplicem petionem cœleſtibus angelis committunt promouendam. Petunt,vt incipiant habere amorem indiuiſum/tranquillum/& ſolidum. Primo rogãt,vt impetrent eis gratiã apud deũ, vt ipſum ſolum amẽt. Qui eñ cũ deo aliquid amat,quod nõ ꝓpter deum:ille habet adhuc amorẽ diuiſũ,& ideo imperfectũ. Augu. Minus te amat,q tecum aliquid amat. Et ideo,quia tales ſentiũt ſe alieno amore impediri:rogant,ꝙ detur eis gratia,ꝙ deũ valeãt diligere toto corde:vt dicitur in Euangelio. Secũdo petunt,vt detur eis gratia,ꝙ poſſunt habere tranquillum amorem. Quidam enim ita negocijs ſeculi occupantur,vel aduerſitatibus exaſperantur:ꝙ nõ poſſunt habere pacificum cor ad ꝓximum,nec dulcem amorẽ ad deũ: ideo enim p̃cepit dominus,vt inimicos diligerem',vt eius amor p rãcorem nõ impediretur. vñ.j. Ioã.iiij Qui nõ diligit fratrem ſuum quẽ videt:deũ quẽ nõ videt,quomõ diligere poteſt. Tertio petunt, ꝙ eorum amor cõfirmetur. Q ñ eñ ſentiunt,ꝙ amor quẽ habẽt ad deum,ita,eſt mobilis & infirmus:frequenter timẽt,ne vel deũ offendant,vel eius amorẽ amittant:ideo petunt,ꝙ ab iſto timore liberẽť & in amore dei ſolidenť:vt poſſint dicere cũ Apľo Rom. viij. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti. Tertio ſũt qdã amore dei lãguẽtes/ de quib' dicił Can. Nunciate dilecto meo,quia amore langueo, Iſti

dicuntur amore dei lãguere:quia nihil eis placet,nec ſapit ĩ hoc mũ-
do/niſi deum amare,& ei ſeruire.de quo Chryſo. Perfectus amor/&
perfectum odium rerum iudiciũ non cognoſcit. hoc eſt dicere. Qui
perfecte amat in comparatione illius quod amat,oĩa alia ſibi diſpli-
cent. Et qui perfecte aliquid odit quantũcunq; bonum ſit/ non põt
ſibi placere. Et ideo qui perfectus eſt in amore dei,oĩa ſibi vileſcunt.
Et ideo poteſt dicere. Nunciate dilecto meo.

¶Subſer.j. Ad idem:&
in numero. CCLIII.

A
Amor dei lãguori cõparatur.

NVnciate dilecto meo.&c. Comparatur autem perfectus
amor dei languori corporali propter tria. ¶Quia lãguor
corporis ĩficit hominis guſtum,vt nihil ei ſapiat:facit ho-
minem amarum,vt nihil placeat:accendit hominis deſi-
derium,vt nihil aliud q̃ ſanari appetat.ita perfect⁹ amor dei. *Primo*
facit hominem languere:vt nihil ſibi in terrenis ſapiat.quia ſecũdũ
Grego. In cõparatione illius vileſcunt omnia:nihil in terrenis libet.
Secũdo amor dei facit hominem amarum ad omnia peccata:vt non
ſolum ſua,ſed etiã aliorũ mala deplãgat:quia quicquid videt/ vel au-
dit,qđ eſt cõtra deũ/ſi perfecte diligit,hoc eſt ſibi poena & amaritu-
do. Tertio amor dei perfectus ita hominem inflãmat:vt nihil aliud
deſideret,niſi deũ videre. p̃s. Sitiuit aĩa mea ad deũ. *&c. Talis fuit*
.N. Iſti ſic languentes tres petitiones ſolent cœleſti ſponſo per an-
gelos inſinuare:ſcilicet,vt ipſos de hoc mundo eripiat:ab inimico in
morte cuſtodiat:& a poena purgatorij liberet. Primo igitur rogãt,vt
cito de hoc mũdo eripiantur,ſicut Paulus dixit. Cupio diſſolui.&c.
Et Ioannes Euangeliſta. Quotiens rogaui,vt venirem ad te. Secũ-
do vt ab inimico cuſtodiantur in morte,ſicut Ioãnes Euangeliſta fe-
cit. Princeps inquit tenebrarũ non occurrat mihi. Et ſi ille perfectus
amator Chriſti ſic rogauit:nullus debet ita ſecur⁹ eẽ/quin oret deũ,
vt ipſum a diabolo cuſtodiat. Tertio/vt ab omni poena purgatorij li-
berentur. Cum enim nihil inquinatum in illam patriam valeat in-
trare. vt dicitur in Apocalyp. xxj. quis non timeret,ſi aliquid purgã-
dum haberet? Auguſti. Domine hic vre/hic ſeca/vt ſine oĩni poena
ad te valeam peruenire. Quarto ſũt quidam fruentes,ſicut ſũt bea-
ti,qui deo per amorem fruuntur. de quo dicit Augu. Frui eſt amore
inhęrere alicui rei propter ſeipſam. ¶Iſte amor tria facit in beatis.

B
Tres effectus amoris diuini ĩ beatis.

Quia creaturam rationalem ad deum copulat. Item ipſam inebriat/
& delectat. Item ipſam perficit,& quietat. Prio ergo amor diuinus
aĩam deo vnit,& copulat. vnde Dionyſius. Amorem dicimus vir-
tutem vnitiuam. Amor enim in præſenti vnit ſpiritum rationalem
cũ deo,ſed imperfecte. Ap̃ls. j. Corin. vj. Qui adhęret deo,vnus ſpi-

ritus eſt.Iſta vnio q̄ diu habet annexam fidem, tam diu eſt impfc̄ta quia habet cognitionis obſcuritatem quæ in futuro tolletur.ſ.obſcura cognitio. Tunc em̄ videbitur deus facie ad faciē,ſecundū Apoſt.j. Corin.xiij. Videmus nunc per ſpecu.&c.Secundo amor iſte creaturā rationalē inebriat & delectat.Prou.v. In amore eius delectare iugiter. Et qs amor poſſet magis delectare q̄ amor ſummi amoris?Tertio amor iſte diuinus deſideriū hois perficit & quietat,vt nullū aliud bonum amplius requirat. Augu. Vna &,tota virtus eſt ibi amare qđ videas,& ſumma felicitas habere quod amas.Bene ergo vita in fonte ſuo bibitur. quia ergo in præſenti vita amore dei viuebat, feruebat & languebat:ideo nunc perducta eſt ad ſponſum eius, cuius amore dulciſſime fruitur.Rogemus ergo dominum.

¶Sermo primus ad Religioſas perſonas,& in numero.CCLIIII.

Aſcendam in palmam & apprehendam fructum eius. Cātic.vij. Verba iſta ſunt ſcripta in Canticis.Et dicit amans anima ad laudem dei parata, Volo aſcendere in vitam pfectam,vt deum poſſim apprehendere:quod eſt aiæ poſſibile,ſed non comprehendere.Dicit ergo,Aſcendam. ¶In verbis iſtis conſiſtit magna aię perfectio,dūmodo deducātur ad opera. Et poſſumus in eis tria notare. Quantum ad primū nota,ꝙ palma ſignificat virtuoſam vitam vel perfectionem,& hoc propter tria.Primo quia radix palmæ eſt amara pro parte:ſic eſt principium bonoꝝ operū homini inexperto vel inexercitato.Vnde Apoſt.Hebrę.xij. Omnis diſciplina &c.Omnis præſens ſatiſfactio q̄ conſiſtit in bonis operibus videtur pœnoſa & amara,ſaltem inexperto:tamen dat fructum ſuauem ad vltimū qui eam portat.Secundo palma eſt inferius ſtricta & ſuperius lata,ſic eſt de anima: quanto magis in virtutibus aſcendit,tanto magis auget in ſe gratiam,& laudem dei dilatat. Tertio palmæ ipſius fructus eſt dulcis:ſic etiam fructus amantis animę dulcis eſt. Qđ ipſa fatetur Canti.ij. Fructus illius dulcis gutturi meo Quantum ad ſecundū videndum,quis ſit iſte fructus.Et qdem iſte fructus eſt feruēs charitas & dei laus:qui fructus eſt valde dulcis aię amoroſę.Et iſte fructus q̄rendus eſt in palma.Eſt enim cuilibet aiæ neceſſarius,vt.ſ.deū diligat & laudet.Vn̄ oportet nos aſcēdere in palmā perfectionis. ¶Qualiter aūt debeamus iſtam palmam aſcendere,quantum ad tertium ſciendum,ꝙ iſta arbor habet ſeptem gradus.Primus gradus eſt contemptus mundi,ad quem contemptum inducunt nos tria,vel triplex conſideratio. Primo vt conſideremus q̄ infidelis eſt,qui multa promittit,& modicum vel nihil ſoluit.Secū

do,vt videamus q̃ breue ſit,quod dat:quia non ſunt/niſi momenta nea reſpectu æternorum,quæ homo promeretur,vel demeretur cũ delectatione mundi. vnde Gregorius. Breue eſt/quod delectat,æternum/quod cruciat. hæc eſt peccati delectatio breuis:ſed pœna ẽ æterna. Tertio/vt videamus,ꝙ omnia dona ſua ſũt mixta pœnis/& amaritudinibꝰ. Prouerbiorum decimo quarto. Riſus dolori miſcebitur, & extrema gaudij luxus occupat. Hoc patet in omnibus, qui ſecuti ſunt mundum. Si aſcendimus iſtum gradum, hoc poſſumus ſcire per tria. Primum eſt,ſi mores mundi ſint nobis moleſti, & diſplicibiles,& contrarij,& ipſum/vel ipſos,ſcilicet mores fugimus Secundum eſt,ſi eſt nobis graue,& pœna eius gaudium,& ludus ad videndum. Tertium,ſi inuiti audimus de eo rumores. vnde quando ſumus,vbi rumores de eo dicuntur/debemus facere ſicut ſerpẽs, qui quando audit vocem incantantis, ſtatim replet vnam aurem cum cauda,& aliam cum terra. ſic nos debemus facere. Secũdus gradus eſt,vt homo neminem contemnat:ſed ſimus compatientes *omnibus*/& miſericordes. Ad hoc inducit nos triplex conſideratio, vel cogitatio. Prima eſt,vt conſideremus in homine dei imaginem/*dei* ſapientiam/& dei bonitatem. Secunda/vt conſideremus,quia forte fuimus,vel fieri poſſumus peiores illo:quia iudicia dei occulta. *Tertia* eſt,vt ſic cogitet. O miſer homo,q̃ ſæpe,& q̃ multo*tiens deus* eſt miſertus tui:cuius arma portat ille:& tu non debes ipſum contemnere:ſed compatiaris/& miſerearis. Iſtius gradus aſcenſus ſunt tria ſigna. Primum,ſi ſua tribulatio/vel paſſio tribulat cor noſtrum,vt dixit Iob triceſimo. Flebam ſuper tribulatum:& anima mea miſerta fuit ſuper pauperem. Secundum/ſi in hoc ſtudemus/vel diligẽtiam habemus,quomodo ſuum defectum ſuppleamus. Tertium/ſi nos libenter facimus noſtrum damnum,propter hoc,vt ipſe veniat de ſua miſeria in qua eſt. Tertius gradus eſt,vt ſeipſum contemnat ꝓpter d:um. Ad hoc monet dominus in Euãgelio,dicens. Qui vult venire vel me,ſequi illum oportet/ſeipſum dimittere/vel abnegare. ℭ Ad hoc monent nos tria. Primum eſt, vt nos poſſimus eſſe liberi in cordibus noſtris,& ſine magna cura. Si homo dediſſet mihi magnam rem ad ſeruandum:quãdo redderem ei,oporteret me habere magnam curam propter illam rem. Modo deus dedit mihi vnam animam/& vnum corpus:quando eam ſibi reddo,tunc bene poſſum viuere ſine cura. hoc facio quando meipſum dimitto,& relinquo propter ipſum. Secũdũ eſt,vt oſtendamus quãtum diligamus, qñ noſipſos relinquimus:tunc oſtendimus, ꝙ nos nihil ante amorẽ ſuum volumus habere. Tertium eſt,vt oſtendamus q̃ magnum

deſiderium habemus ad eum ſequendum.quia hoc eſt amoris pro priũ ꝙ vnus diligens libenter ſequatur quẽ diligit. ideo oportet vt abnegemus nos, vt ipſũ poſſim⁹ ſeq & frui ſua familiaritate. Si hũc gradũ aſcendimus/patet tripliciter. Primo ſi nõ plus eleuamur vel ſuperbimus in corde noſtro de gratia quæ eſt in nobis ꝗ ſi ipſa eſſet in alio. Scdo ſi non ſolũ deo nos humiliamus,ſed etiam omnib⁹ crea turis. Tertio ſi nos nõ turbamur propter cõtẽptũ noſtrũ:ſed ſi nos gaudemus propter hoc quia contemnimur. Quartus gradus eſt vt diligamus nos contẽnentes.ad hoc inducũt nos tria. Primũ eſt quia nos veſtiũt. Scdm quia nos cibant. Tertiũ qa ipſi reddunt nobis qđ nos pdidim⁹. Huiuſmodi dilectiõis vel gradus,ſume tria ſigna. Pri mum eſt ſi poſſumus ꝓ eis orare. Scdm ſi dulciter eis loqui poſſu mus. Tertium ſi ſeruiles eis eſſe poſſumus. Quintus gradus eſt cor dis mundicia. Hanc cauſant tria. Primum eſt vt videam⁹ opera no ſtra & totam conuerſationem noſtram bene conſideremus,ne aliqđ in eis ſit reprehenſibile vel deo cõtrarium. Secũdum vt totaliter cõ fiteamur quicquid de huiuſmodi in nobis inueniemus. Tertiũ vt demus nos cum ſtudio deuotę orationi:vt deus nos cuſtodiat ab il lis quæ ſibi diſplicent. Huiuſmodi gradus ſunt tria ſigna,quę ſimili tudinarie repeiuntur in vino claro,in mundo vaſe. Primo vinũ cla rum in mundo vaſe eſt perſpicuũ:ita ꝙ bene modicũ qđ in eo vide tur:ſic eſt de mundo corde,qđ cognoſcit in ſe modicam culpã:& vbi inuenit eã non negat:ſed reddit ſe reũ ſuo ꝯfeſſori. Scdo clarũ vinum non turbaṫ qñ tangiṫ:ſic eſt de pura conſcientia:non turbat ſe quic quid incõmodi ei reſiſtit. Tertio clarum vinũ eſt delectabile ad vidẽ dum qñ effunditur:ſic eſt mundum cor qñ cognoſcitur delectabile Sextus gradus eſt exterior diſciplina & illa quæ pertinet ad deum. Quõ poſſet homo ſeruare cor ſuũ mundũ:niſi vellet ſe exterius cu ſtodire:& ſe in ſpũali diſciplina exercere? Ad hãc inducunt nos tria. Primũ eſt ꝙ nos cõſideremus ꝗliter cũ illa ſanctos Angelos lętifica m⁹,qꝛ gaudẽt qñ vident bonos geſtus in nobis. Scdm eſt ſi ꝯſidera m⁹ ꝙ ꝓximus noſter emẽdaṫ. Tertiũ eſt qa ſpũalis diſciplina cõfert in homine gratiam. Hui⁹ diſciplinæ ſpũalis ſunt tria ſigna. Primum eſt vt hõ humiliet in ſe oĩbus operibus ſuis & geſtis. Scdm eſt ſi hõ eſt dulcis in verbis ſuis. Qui eñ plane vel dulciter loquitur & reſpõ det:ille eſt deo & hominibus dilectus. Septim⁹ gradus ẽ dei dilectio. Ad dilectionem dei inducunt nos tria. Primum eſt,quia ipſe dile xit nos/diligit & diliget.qui huiuſmodi conſiderat/ipſum reamabit. Secundum eſt quia ipſe ſol⁹ diligibilis eſt ſuper omnia:& iſtud quaꝛ re aliquid diligitur:hoc millesies/imo infinities eſt in eo. Tertium ẽ qui ſe exercet in eius dilectione/ille eſt virtuoſus. Hanc declarant

tria. Primum eſt ſi nobis ſit contrarium:& conturbet qđ eſt contra
deum. Secundum ſi dimittimus/patimur/facim⁹ qđ debem⁹ & poſ-
ſumus/propter eius dilectionem. Tertium eſt ſi cor noſtrū eſt para-
tū vt omnem creaturam trahat ad laudem dei vt patet.

¶ Sermo. II. ad idem. Et in
numero. CCLV.

IBunt de virtute in virtutem:& videbitur deus deorꝫ
in Sion. ps. lxxxiij. In verbis iſtis tangunt̃ duo q̄ cōpe
tunt aię cōtēplatiuę:quorū vnū ſe habet in ratiōe me
A riti. aliud ſe habet in rōne pmij. ¶ Primū eſt in virtutū
exercitio gradualis aſcēſio:qđ notat̃ in eo qđ pmittit̃
Ibūt de virtute in virtutem. Scđm eſt diuinę viſionis
finalis aſſecutio:qđ notat̃ in eo qđ addit̃. videbit̃ deus deorꝫ i Sion.
Quantū ad primū ſciendū ꝙ aīę contemplatiuę nouē gradus ppo-
nuntur quibus in deum tenditur. Primus gradus & infimus/eſt car
nalis conuerſationis abolitio. Anima enim quæ deſiderat aſcende-
re in montem iuſtitię, debet ſe primo excutere a pōdere carnalis cō-
cupiſcentię & a mundano honore. vnde Eſa. lij. Eleuare/eleuare/cō-
ſurge/conſurge Hieruſalem:ſolue vincula colli tui filia Sion. Debet
eleuari de dilectione omnium temporalium ad amorem quo *pie de*
um diligat & proximum. Debet etiam cōſurgere de *criminū* pulue-
re ad amaritudinē pœnitentię. Secundus gradus huic proximus eſt
omnis mundanę conſolationis contemptus. Quia nō ſolum ſufficit
animę ſua relinquere:imo non debet de hinc in aliquibus *creaturis*
ſolatium quęrere:ſi vult in puritate cōſcientię perfectius condeſcen
dere:ne reprehenſionis diuinę habeatur digna/ſolatium quærens
in tēporalibus, vt populus Iſraeliticus q: Aegyptū ſatis volūtarie de
ſeruit, ſed de hinc cibaria Aegyptiaca deſiderauit. De hac eleuatio-
ne dicit Eze. iij. Leuauit me ſpiritus & aſſumpſit me & abij amarica
B tus in indignatione mea. ¶ Et hic tangit tria animæ ad contemptū
mundani gaudij neceſſaria. Primum eſt ꝙ ſpiritus debet eleuari ſu-
pra omne humanum gaudium:& ſupra omnia mundana deſidera-
bilia:ſupra pulchritudinem creaturarum:ſupra dulcedinem earum
ita ꝙ omnia velut ſtercora reputet/vt ſolum Ieſum lucrifaciat. De-
bet enim anima eleuando ſe cogitare, ꝙ Ieſus ſit pulchrior cunctis
ditior vniuerſis, ſuauior multis. Debet homo cogitare ꝙ pius Ieſus
animæ fœlicis ſponſus ſit candidus/quo ad innocentiam : rubicun-
dus/quo ad amoris flagrantiam . Debet etiam cogitare, ꝙ ſpon
ſus electus ſit ex millibus & totus deſiderabilis . Vnde in Can-
ticis . Dilectus meus candidus & rubicundus. Debes autem ſic
eleuari/vt etiam aſſumaris, ſecundum qđ dicit propheta. Sed non-

ſic homines mundani. Hi ſi eleuantur interdũ, raro tñ vel nunq̃ in dulcedinem diuinæ conſolationis aſſumuntur. Hi ſimiles ſunt Balaam, de quo ait gloſſa ſuper Eze. ſuper eodem verbo, Eleuauit me ſpiritus. &c. Balaam ſpiritu prophetiæ eleuatus erat, quia futura & diuina myſteria longe præuidebat: aſſumptus tamen non erat, quia mentem a terrenis deſiderijs pure non vertebat. Tertium q̃d Propheta ponit, puritati cordis neceſſarium eſt, q; abijt. Vnde dicit, Abij amaricatus. Ecce habes, qualiter ab omnibus ire debes, qa amaricatus. Omne eñ quod infelici animę in hoc mundo dulceſcit, hoc aiæ contemplatiuę amareſcit. Vnde ait Dauid. Renuit conſolari anima mea. ❡ Tertius gradus eſt fuga ſollicitudinis huius mundi. Vnde dixit beatus Paulus. Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Debet enim fidelis anima pondus deponere omnis ſollicitudinis, vt ſic conſcendat in montẽ tranquillę contemplationis. Iob. xxxix. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuũ. Aquila eſt fidelis anima, quæ ad præceptum domini eleuatur per cõtemplationem: & in arduis ponit nidum ſuum, quęrens per fugam terrenorum locum domino ſeruiendi habiliorem. Quia qui terrena cõtemneret & a terrenis fugeret, occaſionem facillimam non haberet Impoſſibile eſt enim in igne ambulare & ignis ardorem non ſentire Vnde Neem. dicitur. Q; ignis virtute ſua in aqua agebat. Cuius miraculi ſimile videmus, vt deuotiſſimi & in amore terrenarum delectationum frigidiſſimi, calore ignis reſoluebantur: & modo inhiabant terrenis deſiderijs, quos ſuccenderat longe ante ardor diuini amoris. Contingit ſæpe, vt etiam ferrum duriſſimum amore ſeculi emolliatur. Cuius exemplum habemus in Dina, Geñ. xxxiiij. quę egreſſa foras, ſtatim honore fuit priuata. Quartus gradus longe eſt altior tribus, propterea pauci iam in hoc gradu inueniũtur. Hic gradus nõ ſolũmodo eſt in hoc mũdo, imo eſt huius mũdi oĩmoda poſtpoſitio. Vnde Ambroſius. Humanus animus niſi ex ſe terrena deſideria remoueat, ęterna nõ impetrat: ſed tanto perfectius inuiſibilia conſpicit, quãto fortius viſibilia cõtẽnit. Multi ſunt q contẽnere volunt, ſed obliuiſci nolunt. Vnde Salomon Prou. xiij. Vult & nõ vult piger. &c. Pſal. Obliuiſcere domũ patris tui. ❡ Quintus gradus eſt cæteris p̃dictis magis proximus, ſcilicet inueſtigatio ſecretorũ dei. Iſte gradus optime quatuor illos gradus ſequitur: quia cum fidelis anima terrenorum obliuiſcitur, cœleſtia perſcrutatur, vt exemplum habemus in Paulo, qui percuſſus poſtq̃ vitam priſtinam obliuioni tradidit, ſtatim fideliter columbina voce reſpõdit. Domine, quid me vis facere? O felix gradus q perducit animã ad ↄſummatã iuſtitiam Vñ Salo. Dñe noſcere te, conſummata iuſtitia eſt. Hic gradus facit

C

D

aiam meditari/nō de angelis,nō de creatura aliqua:qa in hoc gradu
non ſolū terrena in anima vileſcunt,imo omnis creatura:ſed de ęter
næ felicitatis ſocietate:de iocunda dei intermiabili felicitate:de ne-
xu amoris quo temporalia ęternis conſtringuntur. Ad hunc gradū,
imo ad huius gradus felicem celſitudinem beatus Paul' in cœlum
raptus peruenerat:tunc perſpexit,quod poſtea hominib' loqui nō
licebit. In hoc felici gradu vidit Ezechiel gloriam domus dei,q ait.
Introduxit me rex in atrium domus dei interius. Et ecce gloria dei
repleta eſt domus dei. In hoc gradu fuit ille virgineus vir Ioannes.
Vidi inquit agnum in medio throni ſtantem tāq̄ occiſum. Sext' gra
dus eſt inueſtigatorum cognitio ſecretorum. Magnanimitas eſt, ꝙ
tantus princeps hominum in limo huius miſerabilis vitæ conſtitu-
to,dignatur impertiri ſuorum ſecretorum inueſtigationem. Credo,
ꝙ in hac fuit conſtitutus beatus Auguſtin',vir vtiq; omni laude di-
gnus:& beatus Benedictus amicus dei ſynceriſſimus. Hi i huiuſmo
di gradus celſitudine proculdubio ſteterant ſecretorum dei ſecretio
ribus dulcedinibus repleti,cum tam regulares vias & ſemitas ſine
diuino ad cœlum animas dirigentes adinuenerunt.de quib' accipe
re poſſumus illud Eſa.liij. Q̄ ſpecioſi pedes euangelizantium.&c.
Et illud. Aſcende tu qui euangelizas Sion, exalta vocē tuam,noli ti
mere. Septimus gradus/alijs nobilior eſt prægustatio diuinæ dulce-
dinis:ſi non corporis tamen mentis cognitione & fruitione angeloꝝ
choris intereſſe/cum beatiſſimis ſpiritibus.&c. Grego.in Homilia.
Quomodo autem hæc prægustatio acquiritur in Apocalyp.xij.edo
cetur.vbi dicitur. Datę ſunt mulieri duæ alæ:vt volaret in deſertū,
& ibi aleretur. Mulier oſtenſa Ioāni eſt fidelis anima:de ſub cuius
pedibus luna:quia talis anima conculcat omnia ſecularia deſideria.
Hæc amicta Sole dicitur:quia cum contemnit propter Ieſum omīa
per cognitionis lucem redduntur. Huic mulieri datæ ſunt duæ alæ:
quæ ſunt corporis & mentis expurgatio:pro qua prægustatio hau-
ritur.quod ſignificatur per cœlum,ſiue per deſertum:quia dicit,ꝙ
datæ ſunt ei duæ alæ,vt volaret in deſertum:id eſt, in cœlum.
¶ Sed nota,ꝙ cum felix anima ad hūc gradum venerit tria ſibi ſu-
E pra modum vtilia inuenit. Primum eſt,quia anima prægustato be-
neficio illuminatur,quod figuratum eſt.j.Regum.xiiij.in Ionathā,
qui poſtq̄ guſtaſſet fauum mellis, illuminati ſunt oculi eius. Secūdā
prægustatio omnes virtutes i anima creſcere facit. vn̄ Apl's.j.Pe.ij.
Sine dolo lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutem. ſi tamen gu
ſtaſtis q̄m ſuauis ē dn̄s. Tertia p̄guſtatio aiam dono dei p̄cipē facit.
vn̄ Paulus Hebrę.vj. Guſtauerunt donū cœleſte,p̄cipes facti ſunt
ſp̄ūſancti. Octauus gradus eſt ſponſi & ſponſę amplexus mutuus

de quo accipere poſſum⁹ illd nobile verbū in Ezechiele. Leuauerūt cherubin alas & gloria dñi erat ſuper ea. Per cherubin accipere poſſumus ſcientiam animę contemplatiuę iam ad amplexus ſponſi raptę. Alę Cherubin ſunt intellectus & affectus: ſuper quæ gloria dñi eleuata replet intellectum ſui occulta viſione, & ſatiat affectū ſui fruitione. Hūc quia pauciſſimi in hac vita aſcendunt: ꝓpterea Salomō ammirans ait. Quę eſt iſta quæ aſcendit per deſertū delicijs affluēs inixa ſuper dilectum ſuum? Ecce tria requirit de tali anima. Primū quia heu iam totus mundus nititur ad terrena deſcendere, decept⁹ creaturarū dulcedine propter raritatē aſcenſus āmirans ait. Quę eſt iſta q̄ aſcendit? Secundo dicit delicijs affluens. Multę animæ inueniuntur plenę.ſ.amore parentum: ſed paucę inueniuntur animæ plenę dulcedine deitatis. ꝓpterea āmirans ait, delicijs afflūes. Tertio requirit, q̄ eſt iſta innixa ſuper dilectū ſuū. Hoc vtiq; opus magnæ ammirationis immenſitate dignum eſt. Omnis eñ creatura ſub pedibus dei conſtituta humiliter deo ſuo ſubijcit. Sola aūt fœlix aīa cōtēplationis dulcedine dedita ſuper ſponſum ſuū innixa dicitur. Cum anima fœlix tātæ dulcedinis guſtu immergitur in ſeipſa ipotens tantæ ſuauitatis voragine abſorberetur: niſi cum dulcedine robur ſponſi animę in fulcimentum virium animę infunderetur. Neceſſe ē igitur vt contemplatiua anima a dilecto inuitetur, & ſic dulcedine eius fulciatur. vnde Dauid quaſi in dulcedine abſorptus clamauit ad dilectū, Defecit cor meū. & beatus Paulus Gal.ij. Viuo ego iā nō ego viuit vero in me Chriſtus. Ab iſto gradu ſepe cadit aīa. & hoc qñ brachia laxat tepiditas, quæ conſtrinxerat charitas. ¶ Nonus grad⁹ eſt ſponſi & ſpoſę vnio. Hęc in iſta vita inchoatur: ſed in futura fœliciter conſummatur. De hac vnione loquit pius ſpōſus Ieſus dicēs ad patrē cœleſtē, Ioā.xvij Rogo vt mecū vnū ſint ſicut ego & tu vnum ſumus. O q̄ fœlices qui ad hunc gradum perueniunt. bene enim tales homines Seraphici ſunt, eo q amoris igne ſucceſi ardeant: & cū choro Seraphico vultui diuinę viſionis mentaliter ſemper aſſiſtant. Tales enim vere vident deum deorum in Sion, id eſt in ſpeculo diuinę contemplationis: hic in via quadam prelibatoria pręguſtatiōe, & poſtea in patria clara deitatis fruitione. F

¶ Sermo. III. ad idem. Et in numero. CCLVI.

Poſuit dñs ſtellas in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram. Gen.j. In verbo præmiſſo ſecūdum q de religioſis exponit, q ſunt vel eſſe debent more ſtellarū ornamētum firmamenti moralis eccleſię. ¶ Religioſus cōparat ſtellæ A

propter quattuor cõditiones/id eſt ꝓprietates q̃ in ſtellis reperiũtur
q̃ debent eſſe in ipſo. Primo ſtellę habent in ſitu ſublimitatẽ. Sũt eñ
locatę in cœlo. Sic quilibet religioſus/licet ſit in terra corpore, debet
eſſe in cœlo p deſideriũ & affectũ. Ad hoc eſt ratio naturalis. Nã q̃li
bet res naturaliter tendit ad locũ ſecundum naturam ſibi debitum
vt ignis quia leuis/tendit ſurſum, terra quia grauis/deorſum. Cũ er-
go aĩa rõnalis ſit agillima quia ſpiritualis & icorporea, de natura ſua
habet ꝙ tendat ſurſum verſus deũ. Scđo ſtellæ habẽt in lumine cla
ritatẽ: ſcđm qđ dicit propheta & ꝓbat Dionyſius. Oĩa corpora illu-
minantur a Sole. & ideo ſtellę lumen qđ a Sole recipiunt iſtis inferio
ribus partiunť. Sic debet hõ religioſus & q̃libet Chriſtianus eſſe cla-
rus & luminoſus: vt lumen gratię dei a Chriſto vero Sole acceptum
oſtendat in bono opere exteriori. Et hoc ratio requirit. Lucerna eñ
q̃ in domo poneretur vt domũ illuminaret, & lumen non diffunde
ret, inutilis diceretur. Sic religioſi qui ſunt lucerna ſup candelabrum
poſita: niſi lumen ſuũ diffundant/ſunt inutiles. & ideo debent oſten-
dere lumen bonorũ operum ſecundũ illud Matt. v. Luceat lux vr̃a.
Tertio ſtellę quo ad viſum hñt apparentẽ paruitatẽ. Sed dicunt phi-
loſophi & probať i Aſtronomia/ꝙ minima ſtellarum notabilium ẽ
maior tota terra: & tñ reſpectu terrę minima apparet. ſic ſancti reli-
gioſi quantũcunq; ſint magni/debent ſe reputare paruos *per humili*
tatem: ſicut arbor onuſta pomis plus inclinatur ad terram. vñ nõ de
bent ſuperbire de bonis ſiue naturalibus ſiue gratuitis. & ad hoc ẽ
ratio. in hoĩe eſt duplex natura/ſcilicet corpus & aĩa. Quantum ad
corpus cõſidera quid fuiſti, quia ſperma fœtidum. Quid es, quia ſac
cus ſtercorum. Quid eris, quia eſca vermium. Itẽ quãtũ ad aĩam q̃a
aut eſt plena virtutibus: ex tunc non habet a ſe. aut vicijs, & tunc ẽ lo-
cus fœtens. Et ideo ſancti viri non quęrunt gloriã de operibus ſuis:
nec laudem humanam: ſed tenent ſe clauſos per humilitatẽ. ¶ No
B ta ꝙ qñ hõ ſcit ꝙ quęritur ad mortẽ ab aduerſario/libenter claudit
portas domus ſuæ. Et certe diabolus quęrit quemlibet interficere
& ideo debet homo claudere portas domus ſuæ, oculos a malo viſu
os a malo verbo: & ſic de alijs ſenſib⁹. iiij. Reg. vj. Videte cum vene
rit nuncius eius/claudatis oſtiũ ei, nec ſinatis eũ introire. & Neem.
vj. dicitur Claudamus portas ędis, ne qui venturi ſunt/interficiant
nos. hinc eſt ꝙ Noe incluſus in arca/nõ periit aquis diluuij, q̃a oſtiũ
fuit clauſum: ſed vagantes extra opprimunť a diabolo. Exemplũ
in Dina. Geñ. xxxiiij. Quarto ſtellæ habent in motu celeritatẽ vel
regularitatem. De motu ſtellarum eſt contrarietas per ſe vel per ac
cidens: ſed quocunq; mõ moueanť, conſtat ꝙ mouentur ſecundum
ordinem a deo inſtitutũ. Sic religioſus & quilibet ali⁹ debet moueri

ſecundum ordinẽ ſuę perfectionis,vel ſecundum ordinem ratiõis & hoc ratio quęrit.Si enĩ iſta inaĩata & irrationabilia motum ſuæ naturę inditum ſeruant & cuſtodiunt:quãtomagis homo ratione prædit⁹ cũ adiutorio naturæ & rõnis ſemp debet moueri ſcd̃m motum naturę & rationis.Et tunc mouetur res naturaliter,qñ moueẽ ſcd̃m naturam.ſicut ſi lapis tendat deorſum.vnde ſi lapis feratur vel moueatur ſurſum/talis motus eſt violentus & cõtra naturam.Sic ſi homo contra rationem moueatur vel contra ſuæ perfectionis ordinẽ: talis mot⁹ eſt contra naturam.& ideo inquantũ hõ ſemp debet agere ſecundum rationem.Domus dicitur bene ordinata,qñ dñs impe rat & familia obedit.ita religioſus quando ratio ſubditur deo & eius voluntati.Sed tunc eſt male ordinata qñ ſerui dñanẽ.ſ.qñ membra hominis non ducuntur ratione.Et hoc accidit,quia ratio nõ eſt ſubdita deo.Videmus enĩ ꝙ qñ exercitus eſt bene ordinat⁹,hoſtes magis timent:ita diabolus qñ videt hominem bene ordinatum/terribilis eſt dæmonibus,vnde Canticorum ſexto dicitur de anima bene ordinata.Terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata.Quæ poteſt dicere illud Canticorum ſecundo.Introduxit me rex in cellam vinariam/id eſt in ſtatum religionis vel collegium.vbi dicitur eſſe cellarium/id eſt abundantia deuotionis.ordinauit in me charitatem/ id ẽ quando homo diligit quod eſt diligendum,& odit quod eſt odiendum.Tunc homo incipit curſum in paradiſum,quando intrat religionem vel aggreditur pœnitentiam.Et ideo oportet ꝙ maneat in curſu ſuo.multi aliquando bene incipiunt ſed impugnati per aliquã tẽptationem ſtatim deficiunt.Non ſic Apoſtolus qui dicebat. Curſum conſummaui.

¶Sermo.IIII.ad idem.Et in numero. CCLVII.

Renuit cõſolari anima mea.memor fui dei & delectat⁹ ſum.p̃s.lxxvj.Hæc verba loquiẽ Dauid propheta in perſona illius qui mundum reliquit,qui nec conſolationem nec delectationem quęrit nec deſiderat quærere in terrenis.Sed quia aggreſſus dei ſeruitium ſolũ quærit hoc in deo & in his quæ ad deum ſpectant dicens.Renuit.

¶Vt autem ſciamus qualiter hæc verba ſint intelligenda. Notãdũ A ꝙ aĩa quæ ad ſimilitudinem dei eſt creata,quę vt dicit Auguſtinus non eſſet laudanda ſi reciperet p̃mium ſine ſuo merito.Ideo voluit deus vt mediante ſuo merito ad pręmiũ deueniret:ſed quia non potuit mereri niſi libero vteretur arbitrio.ꝙ ſi ad bonum neceſſario cogeretur:non valens aliquatenus declinare,bonum opus nõ ei in meritum reputaretur:ſed potius illi qui eam ad illud cogeret.Ideo

deus animę rationali liberum arbitrium contulit / & ipſam corpori vniuit: ac inter duo bona poſuit. Vnum bonum eſt ſupra ipſam / ſcilicet bonum ſupremum, qđ eſt deus. Aliud bonum eſt infra ſeipſam qđ ē bonum temporale. Anima igitur corpori vnita & inter hęc duo bona locata / vtitur libero arbitrio: quo mediāte ſi vult applicat ſe ad bonum qđ eſt ſupra ſe: ſcilicet ad deum, in ipſo quęrens ſuas conſolationes. Si vult etiam applicat ſe ad bonum quod eſt infra ſe / in illo ſimiliter quærens ſuas delectationes: & ita eſt anima inter has duas conſolationes poſita: ꝙ ſimul eas habere non poteſt. Bernardus. Sicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt: ita delectationes carnales & ſpirituales ſe inuicem non compatiuntur. quia ergo Dauid vidit ꝙ anima in his duobus bonis ſimul conſolari non valeret: loquens in perſona religioſæ animæ in verbis propoſitis / dicit: ꝙ conſolationem terrenam vult renuere: vt cœleſtem valeat obtinere. dicit ergo. Renuit conſolari anima mea / ſupple in terrenis: quare memor fui dei & delectatus ſum. & quia hæc eſt differentia inter carnales delectationes & ſpirituales: vt dicit Gregorius, ꝙ carnales habitæ cito generant faſtidium. Spirituales autem guſtatę augmentant animæ deſiderium in mente dum ſatiant, quia quāto earum ſapor magis percipitur: tanto ab anima auidius amantur. ideo quādo anima ſe exercitat in iſtis ſpiritualibus delicijs, eius deſiderium vehementer accenditur, & optat vt in toto recipiat quod hic in parte deguſtat. Sed quia in tali exercitatione anima vehementer accenſa intra ſeipſam conſiderat: q̄ diu eſt carni vnita / non poteſt plenarie ad illas delicias pertingere. Et quia corpus qđ corrumpitur aggrauat animam: ideo præ nimio deſiderio quaſi in ſeipſa aliquando deficit hinc ei gemitus & ſuſpiria, & aliquando clamores cohibere non poteſt. Et hoc eſt quod dicit: Exercitat⁹ ſum & defecit ſpiritus meus.

B ait ergo: Renuit conſolari. ❡ Et poſſunt hic tria conſiderari. Primum eſt qui ad ſpirituales delicias vult pertingere: quid pro eis debet renuere, ibi. Renuit. Secundum eſt: quid pro eis obtinendis debet agere, ibi. Memor fui & cætera. Tertium eſt, quid ad iſtas delicias ſequitur, quia inde animæ deſiderium augmentatur, ibi. Exercitatus. Circa primum nota ꝙ anima religioſa quæ oſtendit in habitu exteriori ꝙ has terenas delicias dereliquit, cum ſtudio debet ſpirituales quęrere, quia ſine omni conſolatione d u eiſe non poteſt. Nam & ideo primo a deo creata fuit / vt æternas delicias poſſideret. Et eſt ſignum manifeſtum ꝙ in ſuis operibus anima deo placet & ꝙ in eius conſpectu gratiam inuenit: quādo videt ꝙ eam frequenter iſtis delicijs ſpiritualibus viſitat. In cuius ſignum dixit Ruth ad Booz, Ruth ſecundo. Nunc ſcio domine ꝙ inueni gratiam

in oculis tuis, quia conſolatus es cor ancillæ tuæ, Hieremiæ trigeſimoprimo. Conſolabor populum meum /ſcilicet ad me conuerſum. Conuerſis enim vere ad deum non abſunt deliciæ, ſed mutantur in melius. Bernardus. Abſit, vt tanta ſit delectatio in vitijs quanta eſt in virtutibus. Nota ꝙ aliqui videntur conuerſi ad deum in ſuperficie, qui tamen non ſunt ad deum conuerſi vere: quia non corde. Et tales ſunt, vt dicit. B. Bernardus, qui ſub habitu conuerſo portant cor peruerſum. Vtrum autem aliquis ſit talis in religione /poteſt illud ſic de ſeipſo perpendere. Quando enim fuiſti in mundo quæ mundana fuerunt dilexiſti /ſcilicet honores vt faciunt ſuperbi: pecuniam, vt auari: delicias carnis, & voluptuoſi. Quando autem veniſti ad religionem aſſumendo habitum humilem: oſtendiſti ꝙ volebas relinquere mundanos honores. Aſſumendo habitum pauperum /oſtendiſti ꝙ volebas relinquere mũdanas diuitias. Aſſumẽdo habitum aſperum /oſtendiſti ꝙ volebas relinquere carnis delicias. Si ergo exiſtens in religione portans habitum in cõuerſione: ad huc hæc diligis quæ oſtendiſti te per habitum reliquiſſe: certus eſſe potes ꝙ portas cor peruerſum ſub habitu conuerſo. Et ideo quia talis es /non es vere conuerſus: quare ad has delicias peruenire nõ potes. Oportet igitur primo renuere carnales delicias & mũdi conſolationes: ſi ad ſpirituales vis peruenire. Vnde diuitibus dicit dominus Lucæ ſexto. Væh vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationes veſtras. Duplici ratione dicit eis væh. Vna vt dicit Apocalypſis decimooctauo. Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit: tantum datur ei in inferno de tormento & luctu. Alia, quia ad ſpirituales delicias quas habent hic electi /peruenire non poſſunt. vnde Bernardus. Delicata eſt diuina conſolatio & non datur admittentibus alienam. Primo ergo ille debet terrenam conſolationem renuere, qui vult ad ſpirituales delicias peruenire. ¶ Sequitur ſecundo quid pro his adipiſcendis debet agere: quod notatur cum dicitur. Memor fui dei & delectatus ſum. Nota ꝙ qui ad ſpirituales delicias peruenire deſiderant /tria circa Chriſtum in memoria habere debent: ita ꝙ ad illa ſe conforment. Debent enim in memoria habere humilitatem Chriſti natiuitatis: mundiciam ſuæ conuerſationis: & acerbitatem ſuæ paſſionis. Nam tales qui ſe conformant ad iſta tria per eius compaſſionem, recipiunt ab ipſo Chriſto conſolationem. Primo ergo nota ꝙ conſolantur humiles, Iudith octauo. Expectemus humiles conſolationem eius. Iſta humilitas eſt conformanda humilitati Chriſti: qui humiliauit ſe in eius natiuitate. Quãtũ ad locum, quia natus in diuerſorio & reclinatus in pſepio. Quantũ etiam ad ſocios, quia locatus inter bouem & aſinũ. C

Quantum ad habitum, quia indutus vilibus pāniculis, vt facto nos
inſtrueret: ꝙ hoc triplici modo nos humiliare debemus. Hāc humi-
litatem, quā ſit facto in eius Natiuitate oſtēdit, poſtea verbo docuit,
dicēs Mat. xi. Diſcite a me, q͂a mitis ſum. Nā vera hūilitas opis ꝓce
dit ab hūilitate cordis. Sicut eñ prudētia Magiſtri relucet i diſciplina
diſcipuli: ſic humilitas cordis, ſiue ipſū cor, eſt magiſteriū oſtendēs
in membris. vnde gloſſa Prouer. vj. ſuper illud: ānuit oculo, dicit. In-
terior cuſtodia eſt, quæ ordinata ſeruat exterius membra: quia q ſta
tum mentis perdidit: foris in icōſtantiam motionis fluit. Hęc humi
litas cognoſcitur: quando patientia in illatione iiurię ſeruatur. Vnde
Grego. Per facile eſt velum ante oculos trahere: demiſſo capite in-
cedere. Virū eñ hūilē patiētia probat iniuriæ. Qui igiꝭ circa Chriſtū
humilitatem ſuæ natiuitatis memorantur: & ad hanc ſe conformāt
ab ipſo conſolantur. ꝑs. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea.
D ¶ Secundo conſolatur illos, qui memoriam habent mundiciæ ſuæ
conuerſationis: & ad hanc ſimiliter ſe conformant. vnde Iob. xxix.
Cor viduę conſolatus ſum: id eſt, a viro diuiſę. Non enim ſufficit, ꝙ
corpus mundum ſeruetur ab operibus: niſi etiam cor ſimiliter ſepa
retur ab immundis cogitationibus. Et ad hoc, ꝙ hęc mundicia ha-
beatur, mediante qua ad dei conſolationem peruenitur: neceſſe eſt,
ꝙ magna diligentia adhibeatur. Sicut enim ſi precioſiſſim⁹ *liquor*,
aut alia res magni precij portaretur in vaſe fragili: neceſſe eſt, ꝙ vas
a fractura ſollicite cuſtodiretur. Sic eſt de mundicia, quę inter alia bo
na eſt magni precij & maximi. Vnde ab eius voto nullus Epiſcop⁹
abſoluitur. nec ab iſta ſolet domin⁹ Papa diſpēſare: quia immediate
ad dei viſionem mētem diſponit. hæc ē valde ſolicite cuſtodiēda, q͂a
portatur i corde, q̄d ē vas fragile. Vnde nota, ꝙ ad hoc, ꝙ hęc mūdi
cia cordis & corporis, bñ i corde cuſtodiaꝭ: neceſſe eſt, ꝙ oculi depri-
mantur a viſus vanitate: linguę colloquium, a perſonarum familiari
tate: & ipſum corpus totum a cibis ſuperfluis, & veſtimentorū mol-
licie. Per hęc enim tria, ſolet mundicia impediri. De oculis dicit Iob
xxxj. Pepigi fœdus cum oculis meis. Per oculos enim raptor & ini-
micus noſter diabolus intrare nititur, & hunc precioſum theſaurum
mundicię rapere. Vnde Grego. Ne lubrica in contagione verſemus
non eſt tutum intueri, quod non licet concupiſci. Vt enim mens mū
da ſeruetur in cogitatione, a laſciuia voluptatis ſuę ſeruandi ſunt ocu
li, quaſi quidam raptores ad culpam. Vnde Auguſt. de illis qui male
cuſtodiunt oculos ſuos, dicit. Ne dicatis vos habere cor pudicum, ſi
habeatis &c. vſq;, in nullam figantur. De ſecundo, ſcilicet mulieris
colloquio, quantum ad familiaritatem fugiēdam, dicitur Eccleſiaſt.
xj. Speciem mulieris alienę multi admirati, reprobi facti ſunt. *Collo*

quiſ͂ enim illiusquaſi ignis exardeſcit. Sicut enim ſtuppa ſiue fœnum iacet in periculo cõbuſtionis ſi ponatur iuxta ignem: ita & vir ſi frequenter colloquatur ad mulierem: ſi etiam confidens es de te ipſo vt ferrum: cogita etiam ꝙ ignis ferrum emollit. Hieronymus: Ferreas mẽtes libido domat. Sicut em̃ ex duob' lapidib' ſi ad inuicẽ collidãtur/exit ignis: ſic ex familiaritate duarũ perſonarum, q̃ quaſi lapideę videntur per diutinam caſtitatem, exit ignis luxurię/ſiue ignitę cogitationes ipſius carnalis concupiſcentię. Inſuper ſicut lapis niueus ſiue albus a candela iuxta ſe poſita, & ſi non comburitur tamen denigratur: ita caſtus & ſi ex colloquio mulieris non comburatur/tamen per imaginatiões mulieris & diuerſarum cogitationum interius denigratur, vnde Hieronymus. Crede mihi, non poteſt cum domino toto corde habitare: qui fœminarum acceſſionib' copulatur. Debent ergo qui mundi eſſe volunt/familiaritates fugere nam & aues ſylueſtres plumas habent ęquales & pulchras: ſi vero domeſticę fiant deturpantur. vnde timiditas & ſollicitudo ac verecundia ſunt in muliere ſigna virginitatis. Vnde ſolent virgines/quæ vere virgines ſunt, ſemper eſſe pauidę & nunq̃ eſſe ſecurę. & vt caueant timenda: ſolent etiam tuta pertimeſcere. ſic ergo mundicia acquiſita poteſt conſeruari, ſi oculi reprimãtur & familiaritates fugiãtur. Tertio valet ad hoc aſper victus & veſtitus: nam per hoc fomes debilitatur & concupiſcentia minuitur. vnde Bernard. Periclitatur caſtitas in delicijs Eze. xvj. Hęc fuit iniquitas zodomę, ſuperbia, ſaturitas panis. Hiere. v. Saturaui eos & mœchati ſũt. Nam vt dicitur Prouer. xxvj. Qui delicate nutrit ſeruum ſuum: poſtea ſentiet ipſũ contumacem. quare dicit Bernar. Memento ꝙ aſperior cardo pannum facit leniorem. ſicut enim fricatio cum panno aſpero facit, vel valet ad mundationem ſcyphi: ſic vitę aſperitas ad mundiciam ſpiritualem. Exemplum in Ioanne Baptiſta, Matthæi. iiij. Exemplum etiam in roſa quę ſuam pulchritudinem q̃ diu moratur inter ſpinas conſeruat. Qui igitur ad dei conſolationem vult peruenire: iſtis mediantibus ſe debet in mũdicia cuſtodire/ad exemplum Chriſti. Tertio peruenitur ad iſtam conſolationem per memoriã dominicę paſſionis. & hoc per compaſſionem. quia vt dicitur. ij. Corinth. v. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ſic per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Item: ſi fuerimus ſocij paſſionum &c. Vel dic ꝙ diuia conſolatio acquiritur. Primo per timorem, Actuum. xvj. Eccleſia ędificabaẽ ambulans in timore domini: & conſolatione ſpiritus ſancti replebatur. Secundo per lachrymationem ſiue lachrymarum deuotionem. Matthæi. v. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabunẽ Tertio per tribulationum ſuſtinentiam. Apoſtolus. ij. Cor. j. Pater

miſericordiarum & deus totius conſolationis,vſq;/ tribulatione no
ſtra.Quarto per ſui humiliationem.Quinto per terrenę conſolatio
nis vitationem.require ſupra.Sexto per ſupernorum contemplatio
nem.Eſa.lj.Conſolabitur dominus Sion,quod interpretatur ſpecu
la.Idem.In Hieruſalem erit conſolatio noſtra.Ad quã nos pducat.

¶Sermo.V.ad idem.Et in
numero. CCLVIII.

Vm quem diligit anima mea vidiſtis?Canti.iij.A vigilibus
ſic quęrit quędam de dilecto & duas rationes aſſignat.
A ¶Quarum vna eſt quia quęſiuit eum in lecto & non inue
nit eum.Alia eſt quia quæſiuit eum per noctes.Quicũq; enim quæ
rit deum in lectulo non inuenit illum.per lectũ ſignificaẽ quies mũ
dana:ĩ qua nõ inueniẽ dilectus:q ſemp vult laute comedere & bibe
re abundãter ,vſq; ad diem dormire,veſtiri ſplendide,nõ iuenit di
lectũ,quia quęrit eum in lecto.Item q quęrit eũ per noctes non in
uenit.per noctem ſignificatur peccatũ mortale.Quicũq; quærit in
peccato mortali/non inuenit.Verũtñ ppter hoc nõ deſperes anima
q in nocte peccati es:ſed ſurge de lectulo p vicos & plateas quęre/ſi
cubi inuenias quẽ diligis,quęre a cuſtodibus ciuitatis/ſicubi eum vi
derint.Interroga Gẽtiles/Iudęos/Chriſtianos/ſicubi eum viderint
quem amas.Eſt ne aliquis ĩter Gẽtiles q indicet mihi *quem diligit*
anima mea?vtiq;.quis ẽ ille?Ariſto.Vidiſti quẽ diligit anima mea?vi
di inquit.vbi eum vidiſti?idicabo eũ tibi a remotis,quia & eum ego
video a remotis in libro de cauſa & cauſato.Effectus cauſatorum &
mirę operationes creaturę ſunt nobis via & ſemita p quas attingẽdꝰ
eſt creator a nobis:qñ enĩ video creaturã,creatorẽ lego in ea.Eſt ne
ſatis ſic te vidiſſe quem diligit anima tua?Quid q̃ris vltra?Nõ ſuffi
cit mihi ſic eũ videre a longe:adhuc video eũ extra:deſidero eũ vi
dere intrinſecꝰ in corde quẽ diligit aĩa mea.Ergo ſi ſic eum videre
deſideras,procede vlterius ad cuſtodes.Quęre de hoc etiam a Iu
dęis.Nam Gẽtiles conſuluiſti.Eſt ne inter Iudęos quiſq̃:qui idicet
mihi quẽ diligit anima mea?Eſt.Quis eſt ille?Eſaias.Nũquid Eſa
ia vidiſti quem diligit anima mea?vidi.Dic ergo qñ & vbi quõ vidi
ſti eum.Quãdo?in anno quando mortuus eſt rex Ozias,vidi domi
num.Eſaiæ ſexto.Et vbi?in templo.quomodo?ſedentem ſuper
ſolium excelſum & eleuatum.ergo in ſpecie regis,quia ſolium eſt
regum.Vnde ibidem ſubiungit.Regem dominum exercituum vi
di oculis meis.Vis ergo o ſponſa videre eum in corde:occide prius
in te leproſum regẽ Oziam:qui regnat in tua Hieruſalem/id ẽ in aĩa
& ſic videbis.Per leproſum regem ſignificatur diabolus.Sicut enĩ
leproſi ſeparantur a communione hominum:ſic diabolus ſeparatꝰ

eſt a communione dei & Angelorum,& habitat in domo ſeparata,
ſcilicet in inferno.Sic enim de Ozia legitur,ſecundo Paralip. viceſſi-
moſexto.Habitabat Ozias in domo ſeparata plenus lepra ,ob quã
electus fuerat de domo domini. q̃diu diabolus viuit in te cum ſua
familia/ſcilicet ſuperbia/ira/inuidia/auaritia/acidia /gula /luxuria:tã
diu non videbis dominum in templo/id eſt in corde.Si quæris quo
modo occidam:pœnitentia tua eſt mors ſua.Habe pœnitẽtiam de
peccatis & occidiſti:& tunc videbis eum in templo / id eſt in corde.
Videbis autem eum ſuper ſolium excelſum & eleuatum,quia pœ-
nitentia vera non locabit dominum in infimo:ſed in ſummo ſolio.
Vis autem ſcire quomodo aliquid altius ſedeat in corde tuo q̃ deus.
Quicquid homo magis in corde amat,hoc in corde ſuo ſedet altius
Si homo res magis amat q̃ dominum,in corde res altius ſedent q̃
dominus.Si hominem magis amat,homo altius ſedet. Si ſeipſum
magis amat,ipſe in ſeipſo altius ſedet q̃ deus. Tũc autem deus ſe-
det ſuper ſolium excelſum & eleuatum in corde:qñ ſuper oia amatᷣ. C
Pœnitentia vero ſic ordinat ſedilia in corde.¶ Prio in ſummo loco
locat & ordinat deũ,vt diligas deũ ſuper oia.Scdo aiam ꝓpriã quã
debes poſt deũ diligere.poſt aiam tuã aiam ꝓximi tui.poſt aiam ꝓxi
mi tui corpus tuũ.Sed nunqd locandum eſt corpꝰ meũ proximo lo
co poſt aiam meã?Nõ:ſed poſt aiam tuam & aiam ꝓximi tui corpꝰ
tuũ.Aiam eñ tuã plus teneris diligere q̃ corpꝰ tuũ.Corpus eñ tuũ
tradere deberes vt aiam proximi de morte liberares.Poſt corpꝰ tuũ
corpus proximi eſt diligendũ.poſt corpus proximi tui bona tua. nã
corpus proximi tui plus teneris diligere rebus tuis. Q̃uo ſi aliquis
damnare vellet innocẽtem,teneris eũ redimere bonis tuis ſi potes
anteq̃ ꝑmittas innocentem cõdemnari. Vides ergo o ſponſa ſancta
in tẽplo cordis tui ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatũ quem
diligit anima tua.nunquid ſufficit tibi?Nõ:ſed adhuc eum altius vi-
dere deſidero.q̃diu eñ nõ expleui tẽpus planctꝰ:q̃diu triſtis ſũ de
peccatis:nec ſecura de dimiſſiõe eoꝶ:tãdiu video eũ vt regẽ & ſicut
iudicẽ,ſicut dñm:ſicut & Eſaias vidiſſe ſe dicit. Dñm exercituũ ocu
lis meis vidi.q̃diu inquã ſic video,tamdiu timeo potentiã ſummi re
gis/iudiciũ iuſti iudicis/excellentiã tanti domini.¶ Appeto ergo eũ D
videre tranſfiguratũ.q̃uo?vt quẽ nũc video in forma regis & iudicis
& dñi,tranſfiguretur coram oculis animæ meę,vt videã eum in for
ma dilecti,in forma familiaris amici,in forma ſpõſi. Nam vt ait Ber
nardꝰ. Adeſt dilectꝰ,amouetᷣ magiſteriũ,dignitas exuitᷣ, res diſpa-
rent,reuerentia poſtponitur:cedit quippe faſtus,vbi inualeſcit affe-
ctus. Faſtus eñ /id eſt excellentia vel maioritas,q̃a dilectio vel inue-
nit pares vel facit pares. Ergo ſi tranſfiguratũ eum cupis, roga Pe-

trum/Ioannem/& Iacobum,vt te ſecum ducant in montem:vbi dominum tuũ videas transfiguratum.legitur eñ Mat.xvij.& .Luc.ix. Q̃ Ieſus aſſumptis Petro/Iacobo/& Ioanne aſcendit in mõtem & transfiguratus eſt ante eos:& reſplẽduit facies ei⁹ ſicut Sol,veſtimẽta eius fuerunt alba ſicut nix. Et reſpondens Petrus dixit. Domine bonum eſt nos hic eſſe. Si ergo vis dñm de rege in dilectũ mutatum videre:aſcende in montem/id eſt in eminentiam virtutũ.q̃ diu enim parua es in virtutibus:non videbis eum vt dilectum,vt familiarem vt ſponſum,cum quo familiariter loquaris & familiariter delecteris Aſcende ergo ad perfectionem virtutum,& videbis. Virtutes perfectę ſunt:ſequi conſilia:diligere nõ ſolum amicos,ſed etiam inimicos:diligere deum propter deum:non deum propter commodum proprium & multa alia. Poſtq̃ ergo eminẽtiã virtutum aſcenderis. roga eum vt tibi appareat tranſfiguratus.qũo hactenus apparuiſti mihi domine in ſpecie regis & iudicis:quia iudicium & potentiã ex paui,tranſfigura te,& appare mihi in ſpecie dilecti amici. hactenus oſtendiſti mihi vultum turbulentum,cum de peccatis meis timui, tranſſigura te,& appare mihi,& oſtende vultum ſerenum:ſicut oſtẽdiſti te Petro & ſocijs ſuis/ cum reſplẽduit facies tua/ſicut Sol.hactenus fuiſti mihi extraneus:tranſſigura te vt familiaris fias..hactenus terruiſti me:tanſſigura te,& conſolare me.hacten⁹ *cum venires ad* animam meam ferebas tecum ſpiritualem amaritudinem:trãſfigura te,vt feras tecum ſpiritualem dulcedinem. Quando autem ania ſic eum tranſfiguratum viderit/dicet illud quod dixit Petrus domino. Domine bonum eſt nos hic eſſe.q.d.Bonum eſt perſeuerare *in* tua dulcedine:in conſolatione ſpirituali.vnde ſi vis faciam⁹ hic *tria* tabernacula. Vnum patri,ſecundum filio,tertiũ ſpiritui ſancto. Tres enim ſunt partes animæ non integrales,ſed potentiales:ſcilicet vis iraſcibilis,rationalis,concupiſcibilis. Faciamus patri in iraſcibili:filio

E in rationali:ſpiritui ſancto in concupiſcibili. ¶ Quando ergo anima ſponſum ſuũ non in forma regis & iudicis,ſed in forma dilecti aſpexerit,tunc non ſolum ſufficit ſibi vt videat,niſi etiam apprehendat Vnde ſequitur poſt verba prędicta,Tenui eum,nec dimittam. Tũc

Nota figurã pro cõtẽplatiuis.

enim incipit luctari cum eo ſicut luctabatur Iacob cũ eo. Gene.xxxiij. Ibi enim dicitur,ꝙ traductis omnibus vltra vadum, Iacob ſolus remanſit:& ecce vir luctabatur cum eo vſq; mane. Per luctum Iacob cum angelo,ſignificatur lucta animę cum deo. Q̃ enim luctetur cũ deo ait Sapiens,Eccſ.vlt. Anima mea luctata eſt cum ſapiẽtia, id eſt cum filio dei. Hæc lucta contingit in contemplatione,quãdo anima apprehendit deum,ꝙ propter dulcedinem nimiam videtur ei ꝙ eũ intra ſe habeat,tunc videtur ſuperaſſe. Quãdo vero poſt paululum

ſubtrahit ſe:quia in tali conſolatione non diu perſeuerat:tunc videt deus ſuperaſſe.In hac autem lucta benedicit deus animæ.Non em̃ prius dimitit eum,niſi benedixerit ei:ſicut etiam fecit Iacob. Hæc autem benedictio eſt,ꝙ talis anima per guſtũ huius dulcedinis adeo confortatᷣ:vt in dei ſeruitio ſemꝑ ſit fortior,& conſtãtior,& firmior q̃ aliæ animę huius ſolatij inexꝑtes.quomodo autẽ poſt hęc facit dominus:tangit vnum pedẽ ipſius animę,& illũ facit marceſcere:quia anteq̃ anima ad contemplationis dulcedinẽ & perfectionẽ ꝑueniat/incedit duobus pedibus: vnus pes eſt amor/quo amat ſeculũ: alius eſt amor/quo amat deum:quia anteq̃ ad talem perfectionẽ veniat: nec ſeculum deſerit propter deũ:nec deum propter ſeculũ. Cũ autẽ tam familiariter cũ deo luctari cœperit,& didicerit,& dilectionis guſtum ſenſerit,iam vnus pes marceſcere incipit:ſcilicet amor/quo dilexit ſeculum:& tũc niſi vno pede incedit:ſcilicet amore quo dilexit deum.Et nota,ꝙ Iacob dixit.Non dimittã te/niſi bene dixeris mihi.Sponſa dicit ſimpliciter:tenui,nec dimittã.q.d.Etiam ſi bñ dixerit mihi nõ dimittam eũ.nõ em̃ teneo eum propter ſua,ſed propter ſe.Vt autem videamꝰ eum per oĩa,ſicut eũ vidit,& inuenit hęc ſpõſa/pręſtare nobis dignetur.

¶Ser.vj.Ad idem:&
in numero.CCLIX.

AScende in montem Abarym:& contemplare terram quã daturus ſum filijs Iſrael.Numeri.xxvij.Verba iſta quę dicta ſunt ad Moyſen/poſſunt ſpiritualiter dici ad religioſos, qui debent aſcendere montem:id eſt,ſtatum perfectiõis, in quo debent contemplari terram quam dominus daturus eſt filijs Iſrael:id eſt,illis qui vident eum deuotione mentis.¶Sed notandũ, A
ꝙ quidam montem deſcendunt,quidam circũeunt,quidam ad radicem montis ſtando ſiſtunt,quidam in monte orando quieſcunt, quidam ad verticem montis pertingunt.Primi qui deſcendunt,ſũt miſeri,qui a virtutum culmine recedẽtes ad modum cãcri retrogradi eunt.de quibus dicitur Ioã.vj.Multi ex diſcipulis eius abierũt retro:& iam non cum illo ambulabant.De deſcenſu talium dicitur Iudicũ.ix.Cũq; vidiſſet populum Galaad dixit ad Zebel.Ecce multitudo deſcendit de mõtibus.Bñ dicit multitudo:qa multi peccando in gratia deficiũt.His dat dominus exemplũ,de quo legitur Mat. Aſcendit ergo in montem,vt non deſcendat/diffidendo:ſed aſcendat ſperando.¶Secundi montẽ circũeunt.hi ſunt negligentes/ſimiles lapidi molari,qui tota die currendo mouetur:& tamen ĩ eodem loco veſpere inuenitur. Tales ſignificantur per filiam Ieptę,quæ montem circuiuit,Iudicum.xj.dicens ad patrem. Dimitte me vt B

circũeam mõtes,& plangam virginitatem meam. Et ſequitur. Cũq; abijſſet, flebat virginitatem ſuam in montibus,& reuerſa eſt ad patrem. Hoc plures faciunt, qui bona facere diſponunt & cogitant, & ſic cogitationibus circũeunt, ſed montem virtutum bona perficiendo non aſcendunt. Talibus ſimiliter domin⁹ dat exemplum. Nam
C montem aſcendit laborioſe/nõ circũiuit ocioſe. ¶ Tertio aliq ad radicem mõtis ſtant. hi ſunt timidi & incipientes. de his dicitur Exo. xix. Cunq; eduxiſſet Moyſes populum in occurſum dei de loco caſtrorum: ſtetit ad radices montis. Moyſes aquaticus interpretatur & ſignificat gratiam ſpiritusſãcti, quę eduxit hominem de peccato. cum homo bona agere incipit/ſiue inchoat, ſed vſq; ad perfectum inſtare formidat: hic ad radices montis peruenit: ſed adhuc mõtem non aſcendit: & hunc Chriſtus ſuo exemplo erudit, qui montẽ aſcendit, & ad radices montis non ſtetit. Quarto alij quidem in montem aliqualiter aſcendunt, ſed vſq; ad verticem montis non perueniunt. Tales ſunt deuoti & proficientes. hi ſignificantur per Heliã, de quo dicitur. ij. Regum. xx. Qui ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus/& quadraginta noctib⁹/vſq; ad montẽ Oreb. Oreb interpretatur ardor, & ſignificat feruorem deuotionis, ad quem orãtes quandoq; peruenerunt; ſed ad altitudinem contemplationis nõ pertingunt: ſed tm̃ in deuotionis oratione quieſcũt. *vnde ſequitur.* Cunq; Helias veniſſet illuc: ſcilicet ad montem Oreb. manſit in ſpe
D lunca. ¶ Sed nota, q̄ volentes in deuotione ꝓficere, duo dñt neceſſario facere: ſcilicet tabulas cordis pręparare, & omnia ĩpedimenta a ſe remouere. Primo ergo debent tabulas cordis pręparare, vt i eis mandata ſcribantur. hoc bene ſignatur, Exo. xxxiiij. vbi dicitur. Q; Moyſes conſurgens aſcendit in montem portans tabulas: id eſt affectiones/& voluntates pręparatas ad ſuſcipiendam dilectionẽ dei & proximi: in manibus: id eſt, in perfectione operũ/& nõ ore. j. Io. iij. Non diligamus verbo/neq; lingua, ſed opere & veritate. Secundo debent omnia ſubtilia a ſe remouere, ne impediantur in deuotione. ij Regum. xv. Cunq; deſcendiſſet de monte Dauid in quo adoraturus erat dominũ: occurrit ei Chuſi. Et dixit ei Dauid. Si veneris mecum, eris mihi oneri. ſi autem in ciuitatem reuerteris. Dauid manufortis/& vultu delectabilis eſt homo in oratione continuus. Huic tamẽ quandoq; occurrit Chuſi, quod interpretatur tenebroſitas/vel feſtinans: quia multa occurrunt, quæ cedũt & feſtinationem orationis ĩducunt: & illa ſunt remouenda. vnde Chuſi dixit Dauid. Si ve
ij. Reg. xv neris mecum, eris mihi oneri. Quo repulſo venit Syba portans Dauid panẽ cõfortationis, vinum iocũdę conſolationis/ſiue dulciſſimę delectationis: quia iſta hoi contigũt ĩ oratione: ſed q̄ cõfortat/iebria

tur delectatur. ¶ Nec tamē eſt ibi manendum, ſed in altitudinem contemplationis Chriſtus aſcendit. vnde & dominus aſcēdit in mō tem, & ſic vocat ad culmen omnis perfectionis. Exod. xix. Vocauit dñs Moyſen ad cacumen montis. Qui ſic perueniūt ad verticē mō tis, hi perfecti & diligentes cœlos ſunt. tales ſignificantur per Moy ſen. de quo dicitur Deutero. xxxiiij. Aſcēdit Moyſes de campeſtris Moab in montem Nebo in vertice Phaſga cōtra Hierico: oſtēditq; dominus ei omnem terram. & ſequitur. Mortuus eſt ibi ſeruus dñi. In hac auctoritate inſtruitur volens pertingere culmen virtutum in mundo: quia debet carni & diabolo contradicere, ore, corde, & pfeſ ſione. Vnde & Moyſes aſcendit in mōtem Nebo, qui interpretatur latrans, ſiue latratus: quia quilibet perfectus debet latrare contra vi tia. & debet etiam totaliter mori mundo. propter quod ibi dicitur. Mortuus eſt Moyſes ſeruus dei, non ſeruus carnis, nec mundi, nec diaboli. & per hoc quilibet perfect⁹ duo bona conſequitur: videlicet ſecretorum reuelationem, & æternorum ſpeculationem. Hæc duo tanguntur. Secretorum reuelatio tangitur in eo, ꝙ Moyſes venit in vertice Phaſga, quod interpretatur aperiens ſubito: quia contemplā tibus ea ſubito aperiuntur, quæ ignorantibus, & alijs diu excludun tur. Item æternorum ſpeculatio exprimitur per hoc, ꝙ oſtendit do minus Moyſi omnē terram ſecundū ꝙ ei promiſerat, Exo. xxxiij. Ego oſtendam tibi omne bonum. Hic eſt, ꝙ i figura cōtemplatiuo rum Iacob fugiens Eſau, vidit regnum dei, Sapiē. x. Oſtendit illi re gnum dei. quia q de contēplatiuis verſatur mente circa terrena non intuetur ęterna. vnde Augu. de Paulo ait. Dum deū videbat, cętera nō videbat. Aſcendit ergo Ieſus in montem dans exemplum aſcē dendi: ne diffidant deſcendentes, ne corruant negligentes, inſiſtant incipientes, vt proficiant proficientes, vt perueniant ad perſeue rantes.

¶ Ser. vij. Ad idem: & in numero. CCLX.

SI ignoras te o pulcherrima mulierum, egredere, & abi. Sic loquitur ſpōſſanct⁹ p os Salomonis. ¶ Egre dere, & quęre ab omni creatura in mūdo, ab angelo in cœlo, a ſūmo deo in throno. Siquęris a creatura in mūdo, Rñdent oēs, ꝙ ſis dña & magiſtra earū, ꝙ ſis digniſſima in mundo oim creaturarū. Oēs eñi creaturæ dicūt. Tibi datę ſumus, tibi obediemus, tibi ſeruiemus dūmō tu ſeruias creato ri tuo: ſicut de⁹ aiam creauit ſibi in laudē & gloriā & i ſeruitiū: ſic oia animalia creauit hoi in ſeruitiū. Si quer is ab angelis. Reſpōdēt. O fe lix anima, tibi in adiutorium, in eruditionē, in protectionem dati ſu

mus, tibi libenter miniſtramus, a te ſi vis nunq̄ ſeparabimur. Si inquiris a deo ſummo. Reſpondet. Felix anima ad imaginem Trinitatis ſummæ te creaui, pro te ſanguinem meum fudi, tibi omnia bona regni mei pręparaui. Nota, ꝙ deus felicem animā in duodecim plus omnib⁹ creaturis honorauit: ſcilicet tripliciter i creatione: tripliciter in recreatione: tripliciter in cuſtodię adhibitione: tripliciter i glorificatiōe. Primo honorauit eām tripliciter i creatione: ſcilicet primo in imaginis diuinę impreſſione. pręomnibus mūdi creaturis impreſſit homini ſuę imaginis ſpeciem. nobiles ſunt beſtię terrę, ſed nobiliores ſunt aues aeris. ſed nobiliſſimę ſunt ſtellę firmamenti & pulcherrimę: nec tamen ita nobiliſſimę, vt hō. vnde Greg. dicit, Homo quodammodo eſt omnia. Ariſto. Hō quodāmodo eſt finis omniū. Geñ. j. Vidit deus cuncta q̄ fecerat, & erant valde bona. ſed inter oīa bona mundi melior eſt hō. Secundo in creatione contulit de⁹ hoi, vt eſſet dominus omniū/dicens. Terror veſter ſit ſuper cuncta animantia, quę mouentur ſuper terram. Et iterum. Dn̄amini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs terrę. deus enim adeo diligit animam, vt appellet eam chariſſimam in ſuplatiuo gradu. Vnde q̄ pulchra es chariſſima in delitijs tuis. Credo, ꝙ deus itantum diligit animam, ꝙ vnicam animā magis inuite perderet, q̄ oēs volucres cœli piſces/& beſtias. vñ Eccle. xxvj. Nō eſt digna ꝑponderatio *contineñtis* animę. Tertio honorauit animas pręcęteris in immortalitate, ſic vt cum deo ęternaliter ſubſiſtant. Item honorauit eā tripliciter in recreatione. Primo i recreatiōis beneficio. ꝙ Chriſtus frater noſter factus eſt/caro noſtra/& ſanguis noſter. Gaudeamus, quia pars maſſę corporis noſtri in cœlo eſt. Secūdo in paſſionis obſequio animā copquauit ſuo ſanctiſſimo ſanguini, cum vnum pro alio: ſcilicet ſanguinem pro aīa daret. Vnde Chriſtus ſapientiſſimus nō fecit, vt ſtult⁹ mercator: qa dedit nobile ꝓ ignobili: imo vt larg⁹ & hilaris dator dedit meli⁹ pro bono.

B ❡ Tertio honorauit eā in refectione: quia dedit animę felici corpus ſuum in cibum: & ſanguinem ſuum in potum, quod non fecit cæteris animalibus/quibus ſufficiunt gramina: ſed felici animæ non ſufficit cœlum, neq; terra, ſed ſolus ſponſus poteſt eam replere. Si deus daret terram cum omnibus animalibus, firmamentum/cum omnibus ſideribus, cœlum/cū omnibus ſanctis: hęc omnia anima pro nihilo haberet/q̄diu ſponſo careret. Greg. Cętera vileſcunt, vt ſolus deus ſapiat.

C ❡ Itē honorauit eam in cuſtodię adhibitione, & hoc tripliciter. Primo dedit homini in cuſtodiam prædicatores, qui homini ambulanti lucem doctrinæ præponant. Confeſſores qui errantem corrigant. Sacerdotes qui debilem & laſſū in via ſacramentis eccleſię reficiant. Secūdo dedit in cuſtodiam angelicum

ſubſidium,quo in via huius mundi vita protegatur:quo diabol⁹ ab oībus dñicis arceatur:quo homo exiẽs de mundo ad cœlum dedu catur. vnde Dauid. Angelis ſuis mandauit de te:vt cuſtodiant te i oībus vijs tuis.quo ad pręſentem vitã.In manibus portabunt te.quo ad futuram.Tertio dedit homini protectionẽ benedictę crucis ſuæ, cuius beneficio contra diabolũ triumphat. vnde ſanctus Martinus. Ego ſigno crucis,non clypeo.&c.Dedit etiam homini in cuſtodiam propriam matrem,quę apud filium ſuum proprijs precib⁹ deuotis nos ꝓmouet,& a diaboli impulſione defẽdit.Nam cõtra hoſtes eſt terribilis,vt caſtrorũ acies ordinata.Item honorauit de⁹ hominem plus alijs creaturis in glorificatione.Licet enim angeli ſint i magna gloria & dignitate:tamen anima eſt in maiori quantum ad corpus. Sicut enim princeps nobiliter veſtitus duplicem laudem poſſidet, & gloriam,ſic anima.Prouerbio.vltimo.Omnes domeſtici eius,veſtiti ſunt duplicibus.O deus,ſi remunerator omniũ bonorum terram remunerabit,quæ oſſa noſtra pauit,& animã cum corpore tulit:ſi Solem & lunam,quæ corpori lucem miniſtrauerunt:ſi angelũ cuſtodem corporis remunerabit:quomodo remunerabitur anima, quę corpus ſuſtentauit,quę omnia membra corporis ad ſeruitiũ dei hortis omnibus inſtigauit?ſi gaudium eſt angelis ſuper conuerſione vnius peccatoris:quantum erit gaudium ſuper ſuſceptione vni⁹ felicis animę?Dañ.xij.Erit tempus ex eo quale non fuit,ex quo gẽtes eſſe cœperũt.Eſa.lx.Pro eo ꝙ fuiſti derelicta,& odio habita/ponã te in gaudium per mille generationes.&c.

¶Ser.viij.Ad idem:&
in numero, CCLXI.

INtroduxit me rex in cellam vinariam/ordinauit in me charitatem.Canti.ij.¶Verba iſta pro themate ſumpta, ſunt cuiuſlibet animę per contemplationẽ in cellam vinariã:id eſt,in ſecretum cognitionis itroductę:cui propinat triplex vinũ.ſ.vinũ patris,vinũ filij,& vinũ ſpũſſācti.Pater ꝓpinat animę vinũ forte:id eſt,gratiã/ipſã animã iam deo patri dilectam in virtutibus fortificans.Filius ꝓpinat animæ vinum clarum/ipſam iam ſibi prædilectam illuminans. Spirituſſanctus propinat animę vinum dulce,animã ſibi dilectiſſimam pręomni ſuauitate dulcorans.Hoc triplici vino Petrus in monte/cũ domin⁹ trãſfiguratus eſſet ante eum,deſiderabat refici,cum dixit. Faciam⁹ hic tria tabernacula.&c.Tabernaculum dicit a taberna.Volebat autem Petrus,ꝙ ibi fuiſſent tres tabernę:in quibus fuiſſet huiuſmodi triplex vinum.ita ꝙ pater habuiſſet ſuã,filius ſuã,ſpirituſſanctus ſuã, A

vt ipſe vino patris confortaretur, vino filij illuminaretur, vino ſpiri
tusſancti in gratia dulcoraretur. Primo dico, ꝙ vinum eſt ipſam ani
mam fortificans. Confortat enim omnes potentias animæ. Primo
rationalem, quę eſt reſpectu veri, quia ipſam illuſtrat lumine primę
veritatis. Secundo iraſcibilem inflammat: quæ eſt reſpectu ardui
quia ipſam eleuat ad culmen excelſę maieſtatis. Tertio concupiſci
bilem viuificat, quæ eſt reſpectu boni: quia ipſam allicit dulcedine
ſummæ bonitatis. & de his poteſt exponi illud quod dicitur Prouer
bio. viceſſimotertio. Q; in huiuſmodi refectione replebuntur cella
ria vniuerſa: id eſt, omnes vires & potentiæ animæ. Et quia deus ſū
me ſuauis eſt & bonus, ideo omne vinum, quod ab ipſo fluit, ſapi
dum eſt & optimum. vnde Pſal. Inebriabuntur ab vbertate domus
tuę, & torrente voluptatis tuę potabis eos. ideo cum intellectus cœ
perit in agnitione veri dilatari, ſtatim guſtus animæ: hoc eſt interior
affect⁹ incipit quodam ſpirituali ſapore icognito delectari. & ſic qđ
in ſolo intellectu fuit ſcientia accedente ſapore affect⁹ fit ſapiētia: id
eſt, ſapida ſcientia. tunc enim anima incipit ſapere quæ dei ſunt. O
q̃ nobile vinum, quod ſic animam a terrenis inebriat: vt eam ad cœ
leſtia ſobriam faciat. Caſſianus. Ebrietas felix, ſatietas ſalutaris: quę
quanto copioſius ſumitur, tanto plus mentibus ſobrietatis dona lar
B gitur. ¶ Secundo dico, ꝙ propinat filius vinum clarum. *de quo in*
Apocalyp. Oſtendit mihi dominus fontem viuum ſplēdidum tāq̃
cryſtallium: procedentem de ſede dei & agni. Quid per fontē ſplen
didum: niſi claritas deſignatur qua charitate illuſtratur: vt virtute
lucis ęternę & ſpeculum ſine macula ferre valeat, quod ſpeculatur
contemplādo. Vnde dicitur de eo. In lumine tuo videbimus lumē.
Ex puris enim naturalibus claritatem dei ferre non poſſumus: *quia*
diuina viſio excedit cognitionem intellectus creati. ſed quia intel
lectus noſter ſecundum ſuam naturam eſt aliqualiter a materia ele
uatus. ſeparatur eñ ab hoc tanq̃ perpetuum a corruptibili: ſecundū
Philoſophum. ij. de Anima. Ideo poteſt vltra ſuā naturā ad aliquid
altius eleuari: ita ꝙ ex diuina gratia emanat ei virtus itelligendi. Et
hoc augmentum virtutis intellectiuę, dicit̃ illuminatio intellectus:
ipſum vero intelligibile dicitur lux. Et illud eſt lumen, de quo dici
tur in Apocalyp. ꝙ claritas dei illuminabit eam. i. animam contem
platiuam. Eſt ergo filij vinum ſummo neceſſarium: quia illuminat
animam ad diuinam claritatem contemplandam: vt ſic anima clari
tate reſplēdeat, & lux viſum illuminet: ꝙ hmōi claritatem ferre va
leat. De hoc vino dicit̃ Hiere. xxiij. Factus ſum quaſi vir ebrius, &
quaſi homo madidus vino a facie decoris glorię dñi: illuminato vul
tu filij, qui eſt ſplendor & figura ſubſtantię eius. Hæc aĩa ducta eſt

in cellam vinariam,& ante dolium poſita hauſit,& inebriata eſt.di-
cit enim gloſ.q̃ cito guttur meum dulcedinem gratię ei⁹ attingit:ita
me recreatam ſpiritu ab amore ſeculi i ſuperna tranſlatam ſentio:ac
ſi in cellã vinariã ſim introducta,& noui vini odore refecta. ¶Tunc C
ergo anima iam dudum in cellam vinariam introducta vino filij refi
citur: cũ iam vino patris inebriata exceſſum dilectionis ſupra ſe pati
tur:& in contemplatione rapitur:& gloriam dei per mentis exceſſũ
ſpeculatur:cuius intellectus excitatur ad aſpectum contemplatiõis,
voluntas ad affectum dilectionis,memoria ad amplexũ compaſſio
nis.vt ſic plene reformata imagine/per memoriã conformetur pa-
tri æterno:per intelligentiam,filio ſempiterno:per voluntatem,ſpi-
ritui ſancto patri & filio coęterno. Imago eni dei i anima in his trib⁹
potentijs conſiſtit:ſcilicet in ratione,memoria,& voluntate:& q̃diu
illæ non ſunt deo ex toto impreſſæ,non eſt anima deiformis. For-
ma eñ animę deus eſt:cui debet imprimi,ſicut ſigillo ſignatum: vt
illud Pſal.de ea verificet̃.Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui
domine.Quod nunq̃ plene fit:niſi cum ratio perfecte ſecũdũ capa-
citatem ſuam illuminatur ad cognitionem dei,quę ẽ ſũma veritas:
& voluntas perfecte afficit̃ ad amantiſſimam bonitatẽ: & memoria
plene abſorbetur ad fruendam,& intuendã ſũmã felicitatẽ. Huiuſ-
modi anima Trinitate inſignita in cellam introducitur,& vino ine-
briatur.Sed quid clamat anima in pœnitentia,& contritione poſita
nondum vino inebriata?Certe clamat cum Propheta.Sitiuit anima
mea ad deum fontẽ viuũ. Quęrã quẽ diligit anima mea. Sequitur.
Quęſiui & non inueni. Non eñ inuenit̃:niſi cũ perſeuerantia expe
tatur Qui eñ perſeuerauerit,hic ſaluus erit.Ipſa enim perſeuerãs,
& adhuc non inueniens iterum clamat Adiuro vos filię Hieruſalẽ:
vt ſi inueneritis dilectum meum,vt annuncietis ei,quia amore lan-
gueo.Hiero.Anima pœnitens adeo ſe indignam reputat,vt nõ per
ſe p̃cari audeat,ſed lachrymabili p̃conio adiurat filias Hieruſalem.i.
cœleſtes virtutes/& choros omnium ſanctorum,vt dignentur auri-
bus dilecti lamentationem eius intimare:quatenus errantem reuo-
cet,percuſſam cõſoletur,vulneratam reſanet,expoliatam reueſtiat,
quia amore langueo.Sponſus quidem ei⁹ Ieſus Chriſtus:cui delitię
ſunt eſſe cum filijs hominum/eam benigne recipit, dicens.Oſten-
de mihi faciem tuam,ſonet vox tua in auribus meis.Vox quidẽ tua
dulcis:& facies tua decora. Aperi mihi ſoror mea,amica mea,co-
lumba mea,immaculata mea. Soror:quia cohęres.amica: quia ar-
canorum conſcia . columba : quia iam ſpiritu ſancto illuſtrata. im-
maculata:quia dei aſpectu digna. Hæc iterum anima in cellam itro-
ducit̃,& animabus conuiuantibus ſociatur. ¶Tertio p̃pinat ſpũſſctũs D

vinum dulce omni ſuauitate mellitlua affluens. Hui⁹ vini dulcedo
eſſe probatur:quia quanto plus bibitur,tanto magis concupiſcitur.
Vnde dicitur Eccle.xxiiij.Qui bibunt me,adhuc ſitient. Indulcora
tur anima vino ſancti ſpiritus refecta.& ita dulcedine trahitur:vt tã
dem per amorem connectatur:& ſpiritus ſpiritui ita coniungitur,ꝙ
vnus ſpiritus efficitur.Qui enim adhęret deo,per Apoſtolum: vn⁹
ſpiritus eſt cum eo.non in eſſentiæ vnitate:ſed voluntatis conformi
tate.Nam amor cum intelligentia conditus inebriat mẽtem ab ex-
terioribus abſtractam,ſua virtute deo conglutinat/& coniungit.&
quanto amor vehementior/& intelligentia lucidior: tanto validius
mẽtẽ i ſe rapit.quouſqꝫ tandẽ oĩm q̃ ſunt ſub deo plene oblita/in ſolo
diuinæ cõtẽplationis radio libere figaꝛ: ſed quãto plus mẽs ſobria ẽ
ad iſta inferiora cogitãda/vel tractanda:tãto plus ab inferioribus elõ
gaꝛ.& quãto feruẽti⁹ ab iferioꝝ memoria/affectu & intellectu ad ſup
na ſuſtollitur: tãto deuotius & perfectius contemplatur.Hęc Greg.
Non enim eſt hominis in hac vita ſublimior ꝑfectio,q̃ ita vniri deo:
vt tota anima cum omnibus potentijs/& viribus ſuis in deum colle
cta/vnus ſpiritus cum eo fiat:& nil meminerit/niſi deum:nil ſentiat
vel intelligat/niſi deum:& omnes affectus in amoris gaudio vniti ĩ
ſola fruitione conditoris quieſcãt.Sic & tu chariſſime debes cor tuũ
vnire cum deo,& ĩ ipſum tranſformare:vt poſtq̃ deficit virt⁹ tua nõ
habeas cor/niſi cor Chriſti:vt totus in ipſum per amorem conuerta
ris.vt poſſis dicere cũ Propheta.Defecit caro mea/& cor meũ:de⁹
cordis mei:& pars mea deus in æternum.Sic primo cor inflammaꝛ.
Pſal.Inflammatum eſt cor meum. Secundo liqueſcit,& reſoluitur.
Pſalm̃.Factum eſt cor meum tanq̃ cęra liqueſcens. Tertio vnitur,
Actuum Multitudinis credentium erat cor vnum,& anima vna in
domino.Reuera/ſi in huiuſmodi amore inuentus fueris,eodem vi
no frueris quo anĩa in cella reficitur:quæ ita deo cõiungitur,& amo-
E ris vinculo connectitur,vt vnus ſpiritus cum eo efficiatur.¶Sed cũ
ſecundum.Auguſti.amori competat tranſformare amãtem in ama
tum,& ponere ipſum extra ſe,& in amato collocare: quid tunc cha-
riſſime ſentis de anima in huiuſmodi amore poſita:& cum omnib⁹
potentijs & viribus ſuis in cellam vinariam intro ducta,vino ĩebria-
ta,vinculo amoris liq̃facta,in ſpiritum ſanctum tranſlata,& ipſi ſan-
cto ſpiritui coniuncta & vnita?Vbi ſentis eam eſſe?Non extra corp⁹
cum corpus viuere dicatur,moueri videatur,ſonum dare concedaꝛ:
quod totum eſt ab anĩa/qua corpus anĩaꝛ.Nec eſt in corpore,cũ ex-
tra corpus rapiꝛ:& per ignem amoris ſurſum ducitur,& ſpũi ſancto
coniungitur,& quid vnum cum eo efficitur.Sed cum ſpiritus ſimul
in pluribus locis eſſe prohibeatur:ſi tunc ſpiritus eſt in ſpiritu,in ſuo

corpore eſſe non dicetur. A dño factū eſt iſtud & eſt mirabile in ocu-
lis noſtris. Quid ergo adhuc ſentis de anima in cellam vinariam in-
troducta? Dic ꝙ anima in contēplatione poſita/ ſit in cœlo & in ter
ra. In terra inquam competit ei eſſe ſecundū ꝙ eſt forma: & aliquo
modo ſecundū eſſe cōmune: quia ſicut ſe habet ꝗlibet forma ad ma
teriam ſuam/ꝙ dat ei eſſe,& tale eſſe propter quod eſt ibi vbi corpꝰ
ſuum exiſtit: ſed eſſe in cœlo per appetitū intellectiuū competit ei ſe
cundū eſſe ſpeciale/in quantū eſt intellectualis naturæ. igitur verius
eſt in cœlo ꝗ in terra, quia ſic eſſe cōpetit ei ſcđm eſſe magis ſpecifi-
cū. Rurſum eſſe quod habet in cœlo / eſt nobilius ꝗ eſſe quod habet
in terra: quia in cœlo eſt ſcđm voluntatem quod eſt nobilius in aīa,
& ideo verius eſt ibi, qa eſt ibi ſecundū nobiliorē partē. Et quantum
ad hoc verū eſt ſcđm Augu. & Bern. ꝙ anima verius eſt vbi amat ꝗ
vbi animat, quia eſt ibi ſecundū nobiliorē partem. ſ. ſcđm mentē. Et
quia talis amor ſiue contemplatio facit nos habere amorem & ſapo
rem ad diuina, propterea dici poſſumus nō eſſe in hoc mundo. Ideo
bene dictum eſt ſecūdum Aug. Cum æternum mente capimus, nō
in hoc mundo ſumus. Et omnium iuſtorum ſpūs & adhuc in carne
viuentium, in quantum diuina ſapiunt, in hoc mundo non ſunt. Et
inde eſt, ꝙ præ debilitate potentiarū exiſtentium in anima corpori
coniuncta caro a ſenſibus deficit: & ea quæ circa carnem ſunt penitꝰ
interim ignorat: tamen ipſa per potentias fortiores, puta per memo
riam, voluntatem, & intellectum iam cœlum intrauerit, & a ſuo eſſe
in ſupermundanū & vere pluſꝗ mundanū ſtatū tranſierit, vt ipa iam
non ſit ipſa, eo dūtaxat īpe quo incipit dño altius inhęrere. Qui eñi
adhęret deo/vnus ſpūs eſt cū eo. Et pſallere poteſt qui hmōi eſt. De
fecit in ſalutari tuo anima mea. Hæc autē contemplatio ſiue animæ
eleuatio in hac vita raptim fit. i. per modum tranſeuntis. In æterna
vero vita per modum permanentis. Contemplationis acumine po
teſt æterna claritas videri: non tamē videbit eam homo & viuet: qa
ſi ſapientiam quæ deus eſt videt, huic vitæ funditus moritur/ne eiꝰ
amore teneatur. j. Corin. xiij. Sed cum venerit quod perfectum eſt,
tunc euacuabitur quod ex parte eſt. Et tunc ſimiles ei erimus: & erit
manifeſta viſio, plena cognitio, vera dilectio, firma cōiunctio, ſocie-
tas indiuidua, ſimilitudo pfecta, vita beata in ęternū & vltra. Quā.

¶Sermo nonus ad idem, & in numero. CCLXII.

Epties in die cadit iuſtus. Salomō dicit verbum iſtud ad
terrorem omnium bonorū, vt nullus de viribus proprijs
præſumat. Cadit enim omnis homo propria fragilitate
ſed reſurgit diuino iuuamine. ¶Nota ꝙ tria genera ho-

A

De triplici caſu hoim.

minum cadunt. Primi cadunt a gratia. Secundi in gratia. Tertij per
gratiam. Primus caſus eſt horribilis: ſecundus recuperabilis: tertius
deſiderabilis. Primus caſus ad gehennam ędificat: ſecundus ad pur
gatorium: tertius ad æternam dulcedinem præparat. Primo dico,
ꝙ quidam cadunt a gratia, vt meri peccatores / qui poſt baptiſmalē
gratiam labuntur in fœtidam peccatorum maculam. Et quia pecca
ta ſunt multiplicia, ideo cadunt miſeri peccatores multipliciter vt po
ma arboris. Quia quidam cadunt ab arbore innocentiæ, in aquam
auaritię rerum temporalium, quæ ad modum aquæ fluunt & reflu
unt: quidam in lutum luxuriæ: quidam in ſpinas & vrticas inuidiæ,
qui alios ſemper nituntur pungere quia punguntur. De hoc caſu di
citur in Euangelio Luc. viij. vbi parabola de ſemine proponitur. Et
licet omne peccatum procuret miſeræ animæ caſum, tamen quatu
or ſunt q̄ prę cæteris omnibus cadere faciunt. & prę omnibus pecca
tis huius mundi cœlum euacuant, dæmones lętificant. Primum eſt

Su͞pbia, auaritia, doloſitas linguæ, & luxuria p͞cipue caſus p͞curãt in mundo.

radix omnium malorum ſcilicet ſuperbia. Hoc peccatũ primo fuit
a creatura commiſſum. hoc peccatum quantum eſt in anima magis
tanto deijcit profundius: vt patet in dæmonibus. Inter quos illi qui
plus in cœlo exaltare ſe voluerant, tanto profundius detruſi ſunt,
& maiori deformitate puniti. Secundum peccatum multũ eſt gra
ue, ſcilicet auaritia. Hoc peccatum fuit primum in mundo, *ſicut*
ſuperbia in cœlo. Voluit enim Adam plus dignitatis rapere q̄ poſſet
comprehendere: & ideo merito, quia alienum ſtulte affectauit, pro
prium perdidit. Hic caſus altus fuit, cecidit enim a ſui ipſius, a crea
toris ſui / & omnium creaturarum cognitione. Hoc peccato heu ho
die multi cadunt & nũq̄ reſurgunt. Exemplum in primo rege Saul. j
Regũ. xv. qui illicita contra dominum rapuit, & ideo æternum re
gnum cum temporali perdidit. Sic cadunt clerici & laici. Vnde Pro
pheta Here. vj. A minimo vſq; ad maximum omnes ſtudent auari
tiæ. Hic eſt funiculus cum quo innumeras animas trahit aduerſari⁹
noſter furum, raptorum, vſurariorum ad infernum. Vnde Apoſt. j.
Timo vj. Qui volunt diuites fieri, incidũt in ten. &c. Tertium pec
catum quod facit cadere / eſt lingua mendax. Hoc defecit Cayn, q req̄
ſitus de fratre / dixit Gen̄. iiij. Neſcio dn̄e, nunq̄d &c. O q̄ multi labũ
tur hoc peccato, quia iã omnes mœchanici, & omnes negociatores
Propheta. Omnis homo mendax. Forte dicis, dn̄e miſerabile eſſet
nimis, ꝙ miſericors deus tam nobilem creaturam / nobili & precio
ſo ſanguine ſuo emptam, pro vnico mendacio damnaret. Rn̄deo ti
bi, ꝙ licet ſit miſericors, tamen iuſtitia ſua cogit eũ damnare pecca
torē: ſcd̄m illud Eſa. j. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. Quartũ
pc̄t̄m quod maxime facit cadere / eſt luxuria, alijs nociuor, quia hęc

generalior. Ipſa em̄ deijcit & deiecit de om̄i natione q̄ ſub cœlo eſt,
vt patet. Dicto de caſu iniquoꝝ, dicendum de caſu bonoꝝ. ¶ Notā B
dū ergo, q̄ iuſti ſepties cadunt in die, teſtante Salomone, vt audiſtis De ſeptu
Cadit em̄ iuſtus per neligentiā confitendi: per tepiditatem operan plici caſu
di: per defectum patiendi: per leuitatem loquēdi: per immaturitatē iuſtorum
conuerſandi: per omiſſionē faciendi: per negligentiā docēdi. Primo
dico q̄ q̄n̄q; valde iuſtum contingit cadere in gratia p negligentiam
confitēdi. Multi em̄ ſunt, qui propter ſuam perfectionē peccare nul-
lo mō volunt: ſed q̄a peccata minutiſſima in culpis dicendis recolli-
gere nolunt, ſæpe in pctā maiora cadunt. Peccata em̄ venialia quan Pctm̄ ve-
tumcūq; parua, duo ſupra modū magna mala animæ inducunt. Pri niale eſt
mū eſt, quia animam erectam ad lapſum inclinant. Secundū eſt, q̄ multū no
procurant duriſſimū purgatoriū. Tertium poteſt addi, q̄ procurant ciuū aiæ.
gehennam. Quia ſecundum Aug. omne quod eſt contra conſcien-
tiam ædificat ad gehennam. Et ponit exemplum de arena & naui.
Planum eſt, q̄ vnico grano arenæ nauis non ſubmergitur, ſed mul-
tis congregatis. Secundo cadunt per tepiditatē operandi. Sunt mul-
ti etiam valde iuſti, qui cum in ſeruitio ſponſi ſui tepeſcunt, in gra-
tia cadunt: vt dicit̄ Eſa. xl. Iuuenes in infirmitate cadunt. De hac te
piditate dicitur Apocal. iij. Vtinam eſſes calidus aut frigidus: ſed q̄a
tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Hęc tepiditas occaſio
eſt valde magni mali. Quia vt ait gloſſa ibidem. Tepidus de ore euo
mitur, quia aut per interiora labitur, aut mala morte moritur. Ter-
tio iuſti ſæpe cadunt per defectum patiendi. Sunt multi, qui amore
dei accenſi peccare nolunt. Hi velut apri verbis vel factis puniti, vt̄
tacti, vindictę ſtatim inſiſtunt, nō attendentes patientiam Ieſu Chri
ſti, quia multa & plura maiora ſuſtinuit: nec promiſſum, qui ait per
Prophetam Deute. xxxij. Mihi vindictam, & ego retribuam. Nec
mandatum dominicum Lu. vj. Orate pro perſequentibus vos. De
his Eccli. ij. Metuētes dominum ſuſtinete eius miſericordiam. i. tri
bulationem: per miſericordiam eius vtiliter nobis admiſſam vel im
miſſam. Sequitur. Ne cadatis. Quarto ſępe cadit iuſtus in gratia per
immaturitatem conuerſandi. Multi enim ceciderunt propter nimiū
riſum, & nimietatem iocorum, & familiaritatem mulierum vel viro
rum. Sic Dina virginitatem perdidit, Gen̄. xxxiiij. quia egreſſa cum
alienigenis iocari voluit. ¶ Et licet nullus in hac vita perfecte ab ho C
minibus cognoſci valeat, docebo eum dono dei ſeptem cauſas qui-
bus vere omnis religioſus cognoſci habet. Primum ſignum viri re Septem ſi
ligioſi eſt collatio, ſcilicet q̄ libentiſſime de deo loqui audiat: q̄ Chri gnis ꝯnoſ-
ſto ſeruientes diligat: q̄ de voluntate ſui ſuperioris ſemper perquiꝛ cit̄ religio
rat, & huiuſmodi. Libenter enim audimus de amico noſtro. Item ſitas hoīs

ſimilis diligit ſimile. Item amicus quaſi animi cuſtos. Vnde diligẽs prælatum quaſi vicarium dei, cuſtodit animum ſuum. Secundum eſt, ꝙ quicquid homini aduenit ſi ſine querela viuit, & ſi de bonis / & malis ſemper deo laudem dicit, ſi omnia ſibi aduenientia / dono dei aſcribit, vt aſſimiletur Paulo, cum cæteris Apoſtolis. Nam dicitur in Actibus Apoſtolorum, Actu. v. Ibant Apoſtoli gaudentes. &c. Chariſſime, cum talem videris / deum collaudando dicas: Ecce homo ſine querela, verus dei cultor. &c. Tertium ſignum eſt, quã do homo nititur diebus ſingulis gradum altiorẽ religioſitatis aſcendere, & de virtute in virtutem ire. Et ſicut dicitur Eſaiæ. ij. Aſcendamus ad domum dei Iacob, & docebit nos vias ſuas. &c. De talibꝰ ſcilicet religioſis perſonis, dicit Propheta. Ibunt de virtute in virtutem. Et Paulus Philip. iij. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Quartum ſignum veri religioſi eſt mũdicia / & puritas. In religioſo peſſimum ſignum eſt aſtutia / & negociatio fraudulenta circa ſecularia. In puritate cordis elegit deus omnes ſanctos. Et multum commendat puritatem cordis, dicens Matthęi. v. Beati mundo corde, quoniam ipſi deũ videbũt. Immo omnibus operibus bonis præponderatur puritas cordis: vt ait Salomon Eccli. xxvj. Non eſt digna ponderatio cõtinentis animæ. Vnde Petrus. i. Pe. j. Sancti. i. mundi in omni conuerſatione ſitis. Et ipſe dominus ait, Leuiti. xix. Sancti *eſtote, quoniam* ego ſanctus ſum dominus deus veſter. Hęc quatuor ſigna ſupra dicta / ſunt ad ſeipſum, alia tria / quo ad proximum. Quintum ergo ſignum in ordine, & primum quo ad proximũ eſt, Q; religioſus in omnibus locis, in omnibus temporibus, in omnibus ſocietatibus ſemper exemplarem ſe oſtendat, vt Sol in firmamento omnibus ſideribus luminoſum & obſequioſum ſe præbet. Vnde Paulus ad Timothęum. j. Tim. iiij. Eſto exemplum fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Sextum ſignum boni religioſi eſt, non ſolum coram bonis exemplariter viuere, immo & inimicos diligere, & inimicorum defectus æquanimiter tolerare: eorũ culpas miſericorditer excuſare, nullius facta aggrauare. Vnde Petrus ait. j. Pe. ij. Obſecro vos. Et ſequitur. Conuerſationem inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detractant de vobis tanq̃ de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent deum. Septimum ſignum eſt, vt ſciat humiliter obedire, exemplo Chriſti / qui factus eſt obediẽs vſq; ad mortem. Vñ. j. Pe. ij. Serui obedite dominis veſtris, non tm̃ bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis. His ſeptẽ ſignis quilibet religioſus habet cognoſci, vtrum ſit vere talis / an nõ. Quinto ſępe cadunt viri valde perfecti per omiſſionem faciẽdi. Legitur in Euange. Lu. xiiij. ꝙ dñs nuptiarum fecit vocari multos, ſed

plurimi ex vocatis excuſantes ſe venire neglexerunt. Sic heu hodie multi ad vitam religioſam vocati, mutantur diebus ſingulis ad gradum altiorem. Hi modicis operibus cõtenti ſtare ſe mediocriter credunt: & tales ſtultiſſimi ſunt, quia impoſſibile quærunt. Dicit enim Iob, Iob.xiiij. Nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Hoc vtiq; verũ eſt: qa vł oportet creſcere, vel deficere quẽlibet. Sexto cadunt viri iuſti in gratia p negligentiã docẽdi. Hic caſus eſt multiplex. Aut qa docent qđ non intelligũt: ſic cadunt in ſeipſis & in alijs: quia multos hæreticos faciunt. De quibus Salomõ Prou.xxv. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Aut quia perfectionis verbum p̃dicant, ſed pfectionis ſigna hominibus in factis proprijs non oſtendũt. De qbus dicitur in Euangelio. Dicunt & non faciunt. Et iterum. Alligãt onera grauia & importabilia &c. Aut quia verbum ratione cõmoditatis corporis ſui ſubtrahunt & proprium commodum quærunt, & ſalutem multorum negligunt. His quod alijs ſubſtrahunt ſępe ſubtrahitur, & gratia denegatur. ¶ Septimo cadunt viri iuſti & ſatis perfecti per leuitatem loquendi. Hoc vitium tam pagani q̃ ſapientes, laici & clerici deteſtati ſunt. Eccli.xiiij. Beatus qui non eſt lapſus verbo. O quantum quilibet religioſus deberet abſtinere a ſuperfluis verbis: & hoc propter multa. Primo, quia per nimiæ loquacitatis vitium perdunt religioſitatis beneficium: licet ferant in conſpectu hominum veſtem religioſorum. Vnde Iacobi.j. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenãs linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Secundum malum quod loquacitas operatur eſt, ꝙ loquax cum verecundia incredibili ſtabit ante examen diſtrictiſſimi iudicis Et hoc cũ de oibus verbis ocioſis & ſuperfluis cogetur ſiue velit ſiue nolit, reddere rationem. Sicut dicit omnium religioſorum ſanctificator Ieſus in Euangelio Mat.xij. De omni verbo ocioſo. &c. Tertium malum loquacitatis eſt, ꝙ ipſa loquacitas nimia aut nunq̃ fit ſine aliorũ perturbatione, aut cum ſcandalo. Vnde Salomon. In multiloquio peccatum non deerit. Quartum eſt, ꝙ continue loquacitatem ſequitur paupertas. Lingua enim plena multis verbis ſignum dat circunſedentibus certiſſimum, ꝙ pauper ſit ſcientia & virtutibus. Vaga enim lingua vagi cordis eſt nuncia: ſicut dixit Ieſus, cui omne cor patet. Ex abundantia cordis os loquitur. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius, ſecundum Aug. In cuius ſignum dicitur Deute. Vas non habens cooperculum immundũ erit. Salomõ. Vbi plurima ſunt verba, ibi frequenter egeſtas. Bernar. Pœnitet me locutum eſſe, tacuiſſe vero nunq̃. ¶ Hic pone exemplum de quodam milite depauperato, qui habuit tres filias: quarũ ſenior optauit diuitias: media pulchritudinẽ: iunior collũ gruis. & hoc ideo fecit, ne vnq̃

D

Sex mala loquacitatis.

E

verbum inordinatum ꝓferret:qa quod ſemel emiſſum/ manet irre uocabile verbum. Quintum malum eſt,quia loquax flagellũ eſt dia boli. Diabolus enĩ per vnius linguæ flagellũ turbat integrũ collegiũ. Iaco. Lingua tertia multos cõmouit. Sextũ malũ qa loquacitas mul tos amicos hominibus aufert familiares: nec aliquis audet quicq̃ ſe creti loquacitati ꝯmittere:nec etiam audet aliquis loquacẽ ꝓ exceſſi bus ſuis corripe,ſed in ſuis defectibus pſeuerãs deũ perdit & hoies Vnde Eccl̃. Lingua imprudentis,ſubuerſio eius. Et patet.

¶Sermo decimus ad idem,
& in numero. CCLXIII.

QVis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo & requi eſcam? Pſal. liiij. Verba iſta ſunt amoroſæ animæ a præ ſenti incolatu huius miſeriæ exul cupientis:agnoſcentis in iſtis tranſitorijs nec puram/nec firmã habere poſſe de lectationem,quę per feruorem deſiderij volare nititur ad amplexũ ſummi boni,vt ibi perfecte quietetur:attendens illud Boetij, Tu re
A quies tranquilla pijs.&c. ¶Et ideo dicit. Quis dabit mihi pennas, &c. quaſi diceret. Tanto pondere ipſius accendor,tantum vinculis amoris illius aſtringor, ꝙ non egreſſu/nec curſu,ſed volatu ad am plexum eius aſpiro. In quibus verbis anima deuota tria petit. Pri mo ornatus ſpecioſitatem,ibi/Quis dabit mihi pennas. *Nam hæc* eſt columba de qua Cantic. vj. Vna eſt columba mea,perfecta mea, vna eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ. Quæ bene dicitur vna: quia per affectum vnita & conglutinata :a matre ſua Eccleſia/vnice ama ta,& vnica vnico vnice copulata. Secundo petit volatus ſublimita tem,ibi/Et volabo. Quod neceſſarium eſt:quia ſicut auis quæ cir ca terram volitat/cito rapitur laqueis aucupis: Ita anima niſi fuerit per affectum ſublimata,laqueos concupiſcentiæ vitare non poteſt. Ad quod hortatur Prouer. vj. Eruere quaſi damula de manu aucu pis. Tertio petit loci vel ſitus felicitatem,ibi/ Et requieſcam. Et hoc conuenienter. Non enim in iſtis temporalibus anima poteſt quieſce re:quia nec in eis inuenit ſynceram ſuauitatem,ſed multis amaritu dinibus reſperſam. Prouerb. xiiij. Riſus dolore miſcebitur. Nec ple nam ſatietatem,ſed omnem vacuitatem. Hieremi. Aſpexi terram, & ecce vacua erat,& plena nihili. Cuius ratio eſt:quia omnia tempo ralia eo ſolum bonũ ſunt,quo imaginem & vmbram veri boni præ tendunt. Et ideo ſicut vmbra panis hominem non ſatiat, quia ſi ge rit panis ſimilitudinem,tamen non retinet ſubſtantiam. Sic tempo ralia ſolum per ſimilitudinem delectant mentem, non autem ſicut ſummũ bonũ realiter illabuntur. Vñ Aug. Carere fame nõ poteſt,q pictum panẽ lingit. Itẽ nec inuenit in eis perfectam ſtabilitatẽ,cũ oĩa

ſunt in continuo fluxu, ideo quietare non poſſunt. Quia ſcdm Gregorium, qui labenti innititur, neceſſe eſt ꝙ cum labente labatur. Sed quia deus eſt quietus, ideo dicit/Quis dabit mihi pennas. ¶ Vbi primo petit ornatus ſpecioſitatem, quæ ornatus ſpecioſitas conſiſtit in pennarum varietate. Vnde iſtius columbæ pennas legimus quaſdam eſſe niueas, quaſdam argenteas, quaſdam deauratas. Pſal. Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri, dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam niue dealbabuntur. Et ſecundum iſtam pennatum varietatem / triplex ei congruit volatus. Nam per pennas niueas volat in altum puritatis & innocentiæ, per cordis mundiciam. Per pennas deargentatas volat in altum veritatis & intelligentiæ, per mentis perſpicacitatem. Per pennas deauratas volat in altum charitatis eximiæ, per voluntatis eminentiã. Et per hunc triplicem volatum/anima tripliciter quietatur. Nam p primum volatum anima quietatur in patris potentia. Per ſecũdum in filij ſapientia. Per tertiũ in ſpiritus ſancti bonitate & clementia. Quilibet autẽ iſtorum volatuum duplici ala perficitur: & ita cum ſit triplex volatus, anima quæ ſic volare diſponit, ſex alas neceſſario requirit: ac p hoc anima deuota figuram ſeraphin in ſe gerit. De quo Eſa. vj. Seraphin ſtabat/ſuper illud ſex alæ. &c. ¶ Primus ergo volatus ad conſcientię puritatem duplici ala perficitur, & quælibet ala tribꝰ pennis integratur. Prima ala poteſt dici perfectus mundi contẽptus Secunda ſollicita diſcuſſio ſui. De prima patet. Anima enim quę ſuã nobilitatem attendit, delectabiliter omnia tranſitoria contemnit. Cuius ratio eſt: quia in ea contra ſuam naturam inclinatur. quod patet. Cum eñ vnumquodq; naturaliter inclinetur in ſibi ſimile. Anima autem cum nihil ſimile habeat niſi ſummum bonum, ad cuius imaginem & ſimilitudinem condita eſt, conſtat ꝙ contra eius naturã & generoſitatem eſt ad hęc vilia inclinata. Quęre alibi de contẽptu temporaliũ. Hęc autem ala tribus pennis integratur ſecundum Bernar. Prima eſt eorum qui ſolum neceſſarijs contentantur. Tales namq; incolatus ſui miſeriam deplangentes & ſe peregrinos agnoſcentes, ſolo victu contenti/alijs onerari nolunt. Et talibus ſecundum Gregorium, affluentia onerosa eſt. Secunda eſt eorum qui nec in neceſſarijs delectantur: & iſti totaliter ab actibus terrenis alieni exiſtũt, & quaſi mundo/& mundialibus mortui. De quibus Apoſtolus Coloſſ. iij. Mortui eſtis &c. Mortuo ſi quid defuerit/non ſentit: Sic anima in ſuis affectibus mortificata/laudẽ & obprobriũ, pecuniã & defectũ equaliter accipit. Et qa nõ viuit in ſe, neceſſe eſt ꝙ viuat i Chriſto. Vñ poteſt dicere. Gal. ij. Viuo aũt iã nõ ego. acſi diciat. Ad oia qdem alia mortuus ſum, non ſentio nec attendo: ſi q̃ vero ſunt Chri

B

Nota de triplici volatu aię cõtẽplatiuæ

C

ſti/hæc viuunt iu me,illa ſentio,illa concupiſco. Tertia penna eſt eorum q etiam vſu neceſſario affliguntur & cruciãtur. Tales cũ Apoſtolo vſq; ad tertiũ cœlum rapti, & cœleſti nectare inebriati, dicere poſſunt cũ Apoſt. Gal.vj. Mihi mũdus crucifixus eſt,& ego mũdo. Tales nãq; non ſolum ſunt mũdo mortui quia mũdana non ſentiũt, ſed etiam mundo crucifixi:quia omnia velut ſtercora arbitrantur.

D ¶ De ſecunda ala patet. Deut.iiij. Cuſtodi temetipſum,& animam tuam ſollicite. Hæc ſollicita cuſtodia figurata eſt.j. Macha.xij. Cum audiſſet Ionathas quoniam egreſſi ſunt principes Demetrij cum exercitu multo,vt pugnarent contra eum, præcepit Ionathas ſuis vigilare,& eſſe paratos in armis ad pugnam:& poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum. Demetrius interpretatur vehementer perſequẽs ſignificans ſenſualitatem,quæ concupiſcit vehemẽter aduerſus ſpiritum. Ionathas interpretatur colũba domini, ſiue columba veniẽs ſignificans aĩam deuotam:quæ ſemper debet eſſe parata ad reſiſtendum motibus ſenſualitatis,& ponere cuſtodes per circũitum caſtrorum.i.in quinq; partes ſenſuũ. Nã ſicut caſtrum materiale protinus capitur,ſi porta aduerſarij aperiatur:Sic caſtrum virtuale diminuit, ſi per portas ſenſuum aditus aduerſario præbeatur. Taliter cuſtodiebat Abacuch.ij.cum dixit. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem/vt videam quid dicatur mihi:& reſpondebo ad arguentem me. Debet enim anima ſuper cuſtodiam ſuam ſtare.i. vigilare & non dormitare. Quia non dormitabit neq; dormiet qui impugnat eã:ſicut columbæ reſident iuxta fluẽta, vt ex vmbra figuram accipitris p̃cognoſcant & periculũ caueant. Quia ſecundũ Greg. Minus eñi iacula feriunt q̃ præuidentur. Et videre qd dicatur.i.quæ & quot oblectantia ſibi offerantur. Nã tot verbis mihi mundus loquitur,quot delectationibus me demulcet. Debet etiã videre quid arguenti reſpondeat.i. quomodo ſponſo ſuo complaceat,& quibus ab eo argui poſſet/abijciat. Hæc ala triplici penna integratur:quia tunc eſt cuſtodia perfecta, quando anima diligenter obſeruat ne quid cogitatione/nec appetitu irrepat,quod oculos diuinæ maieſtatis offendat. Vnde ſic cuſtodita orto clauſo comparatur. Cantico.iiij. Ortus concluſus ſoror mea ſponſa:ortus concluſus, fons ſignatus. Et ſignanter orto clauſo comparatur:quia cõcludi debet triplici muro,ſcilicet propriæ circunſpectionis,angelicæ defenſionis,& diuinæ gubernationis. Dicitur etiam fons ſignatus:quia ſicut in fontem ſignatum nihil poteſt cadere quod aquæ cõturbet claritatem tot muris circumſeptam, ſic nihil inquinatum poteſt incidere quod eius diminuat charitatem. Quo autem ſignaculo claudi debeat iſte fons,patet Canti.viij. vbi Chriſtus dicit. Pone me vt ſigna-

culum ſuper cor tuum. Bene autem Chriſtus comparatur ſignaculo quia ad modum ſigilli eſt foſſus literis indelebilibus, ſcilicet clauis. Quod ſignaculum, ſcilicet acerbitatem Chriſti, ſi quis cordi ſuo im preſſerit, leuiter omnem delectationem incitantem contemnit. His alis ad faſtigium puritatis & innocentiæ volauerat qui dicebat, Iob xxvij. Non reprehendit me cor meum in tota vita mea. Et Eſa.lx. hunc volatũ admirans, ait. Qui ſunt hi qui vt nubes volant? ¶ Vbi nota, ꝙ volatus ſpiritualis animæ proprie aſſimilatur volatui nubiũ quia ſicut nubes non ex ſe, ſed ex ſola vi caloris ſolaris ſurſum agũtur & in aere ſuſpenduntur: Sic anima ex efficacia luminis inſpirati/ diuinum volatum aſſequitur. Sed dicitur anima columba volans ad feneſtras ſuas: quia ſicut columba in feneſtra ſua ſecura pace perfruitur / & quietatur. Quod optime figuratum habetur Gene. viij. vbi Noe emiſit columbam per feneſtram, quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in archam. Noe interpretatur quieſcens, ſignificans deum patrem: qui ſemper ab æterno quieuit in ſe, & ſine ſui immutatione omnia mutabilia produxit. Boeti⁹ Tu ſolus ab ęuo &c. Archa in qua ſunt omnia genera animalium viuentium, ſignificat mentem paternam, in qua omnia genera entiũ ſecundum rationes ſuas ideales cauſales / & vitales ab æterno extiterant: a quibus poſtmodum in eſſe profluxerunt. Feneſtra quoqꝫ quæ eſt pars archæ ſuperior, ſignificat rationem illam idealem cęteris perfectiorem: ſecundum quam anima / & cæteri ſpiritus intellectuales in eſſe profluxerunt. ¶ Ab hac feneſtra columba emiſſa nõ inuenit vbi requieſceret pes eius, ſed iterum in archam reuertitur: quia ſpiritus rationalis in nulla creatura quietatur, quouſqꝫ ad exemplar ſuum perducatur a quo originaliter eſt ductus. Cuius ratio eſt, quia quælibet res appetit ſuam perfectionem. Perficitur autẽ in vnione ſui ad primũ. & hinc eſt, ꝙ quælibet res appetit naturaliter deo vniri modo ſibi poſſibili. Et ſi talem vnionem ad ſui principium appetunt creaturæ inſenſibiles, ſicut aqua quæ nunq̃ quieſcit quouſqꝫ ad mare decurrat, & Sol quouſqꝫ ad punctum ſui motus deueniat: quanto magis debet appetere natura rationalis, quæ illius vnionis ſublimius cæteris noſcitur eſſe capax. In hac autem vnione anima tanta luce perfunditur, ꝙ in ipſum transformata / a ſtatu ſuo funditus concutitur, & in mentis exceſſum deducitur: vbi ſibi reuelatur quomodo pater verbum æternaliter concipit & producit: & quomodo in mente ſua omnes rationes ideales ſimpliciter & vniformiter comprehendit: & quomodo eadem natura eſt in patre tota innaſcibiliter, & tota in filio naſcibiliter: & tota in ſpiritu ſancto ꝑ ceſſionaliter. Quibus viſis / anima in totalem ſui, & aliorum obliuio E F

nem deducitur. Et hoc eſt, Moyſen intrare in caliginem in qua erat deus: quia ex inſpectu claritatis diuinę incipit caliginari oĩs creatu-
j. Cori. xij. ra: adeo etiam vt ipſa mens ſe ignoret. Exemplum in Paulo, q ignorauit, an in corpore, an extra corpus raptus fuerit. Tunc verificatur in anima illud Apoſtoli. j. Corin. xiij. Tũc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Et tunc poterit cantare illud ſecure iubileum. In pace in idipſum, dormiam & requieſcam. quia Hæc requies mea in ſeculũ ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Et quia q̃plures ſermones p̃miſimus de religioſis, ideo hic etiã notandum eſt, ꝙ ad religioſos ptinet, non ſolum obſeruare p̃cepta: ſed etiam conſilia. Eſt autem cõ-

De differẽtia inter cõſilia & p̃cepta. ſilium perſuaſio melioris boni, q̃ pręcepta contineant: ad quę neceſſario non obligamur. Differunt autem conſilia a pręceptis: quia ad pręcepta neceſſario obligamur, ad conſilia vero non: quia pręcepta ſunt neceſſitatis: conſilia vero voluntatis. Item lex vetus dat pręcepta: euangelium vero perſuadet. & ſuperaddit conſilia. Sunt autem tria conſilia proprie ad religioſos pertinentia: ſcilicet paupertatis, caſtitatis, & abdicatio propriæ voluntatis. quæ tria ſingulariter diſponunt hominem ad perfectionem vitę. Nam de primo conſilio paupertatis hortatur dominus Mat. xix. dicens. Si vis perfectus eſſe vade, & vende om̃ia quæ habes, & da pauperibus: & veni ſequere me. Item Lucæ. xiiij. Niſi quis renunciauerit omnib' q̃ poſſidet, nõ põt eſſe meus diſcipulus. De ſecundo conſilio caſtitatis proponit iterũ dominus, Matth. xix. dicens. Sũt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Item Mat. v. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis: hoc eſt pręceptum. Ego autem dico vobis, q viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Hic oſtenditur, ꝙ non ſolum damnabilis eſt cõſenſus ad opus mœchię: ſed etiam conſenſus ĩ delectationem. Vnde Apoſtolus. j. Corin. vij. dicit. De virginibus pręceptum domini non habeo: conſilium autem do. De tertio autem conſilio: ſcilicet obedientia, iterum dicit dominus Lucæ. ix. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. hoc eſt, propriam volũtatem reſignet. Hæc tria conſilia proprie pertinent ad religioſos, & denudant hominem ab omnibus quę habet, vel habere põt: ſcilicet a rebus, corpore, & anima. Ad quam. &c.

¶ Subſer. j. Ad idem: & in numero. CCLXIIII.

VOlabo, & requieſcam. Magna legentium (vt dicit Gregorius) debet eſſe diſcretio: vt ĩ ſacro eloquio cum vnuſquiſq; ſermo dicit, nõ ſẽp vnã eãdẽq; rẽ ſignare credat. Nã vn' atq; idẽ ſermo plat' vnã ſignificatonẽ auditui

igerit,& aliã cordi iprimit:p qđ docemur vt tãto fidẽlius ad iterioꝛẽ ſenſum recurratur:q̃to euidẽnı⁹ claret ꝙ quis per exteriorem ſenſũ minime ędificaẽ:& quanto minus eſt qđ ſonat exterius,tanto dili genti⁹ q̃raẽ qđ latet interi⁹.Scđs igiẽ volatus ad intelligẽtiæ claritatem ſimiliter duplici ala perficitur.Prima ala eſt naturę perſpicacia. Secunda eſt gratię efficacia. ¶De prima in pſ. Signatum eſt ſuper nos &c.Sicut enim ſecũdum glo. ab vna facie ſimilitudo reſultat in diuerſis ſpeculis oppoſitis:ſic a verbo ęterno quod dicitur vult⁹ patris,quia patrem perfecte repręſentat/lumen intellectuale diffũdiẽ in creatura rationali:qđ nihil aliud eſt niſi q̃dam ſimilitudo & parti cipatio lucis increatę:in quo anima diſcernit quicqđ naturaliter cõprehendit.Hęc aũt ala triplici penna integratur qua mentis perſpicacia dilatatur:prout poteſt colligi ex Richar.v.de contẽplatione.c. iij.Pria eſt artis ipſius pceptio ſiue acquiſitio.Nam quanto ampli⁹ q̃nto ſubtilius aliq̃ didiceris:tanto ad profundiora capiẽda copioſi⁹ dilataris,vt ibidem dicitur.Secunda eſt eiuſdem artis frequens exercitatio.Experimento enim videmus ꝙ quęlibet ars & vſu & exercitatiõe roboraẽ & dilatatur,atq; perficitur.Vnde Poeta.Ars certos, vſus promptos &c.Et ideo ſi in auditis bene te exercitaueris, tunc ſecundam pennã in ala figis.Inde eſt ꝙ ſolum illud aĩal ſcđm legẽ mundum eſſe diſcernitur qđ ruminat & vngulam findit:quia illi ſoli mundiciam mẽtis conſequunẽ,qui diſcrete audita per crebrã memoriã & exercitatiõnẽ iteiãt & reuoluũt.Vñ Poeta.Sæpe rogare & rogata tenere &c.Tertia pẽna eſt ipi⁹ exercitij diligẽs & ſtudioſa intẽtio.Nã hoc experimur ꝙ in vno eodẽq; ſtudio in quo eruditi ſum⁹ mõ perfectius:modo imperfectius elicim⁹:ſecundũ ꝙ ipm cũ maiori conatu & intentione facimus.Ex quo patet ꝙ ſcđm modũ attẽtiõis creſcit pſpicacia mentis.De prio.Hiere.xxxj.Statue tibi ſpeculã:dirige cor tuũ in viam rectã.Tũc aũt ſcđm Berñ.ſpeculã ſtatuim⁹ q̃n audiendo & meditando nobis contemplandi ſcientiam comparamus.De ſecundo Abac.ij.Sup cuſtodiam meam ſtabo. Vbi nota ꝙ ille dicit ſpeculam,iſte dicit cuſtodiam:quia propter publicam vẽ priuatam cuſtodiam nobis ſolemus ſpeculas erigere:vt inde pſpiciẽtes longe poſſimus imminentia pericula pręuidere.Quid eſt aũt ſuper cuſtodiã ſtare & gradũ figere:niſi ſpeculandi ſcientiã vſu firmare.De tertio incedat mittite & cõſiderate diligenter. ¶De ſecunda ala patet.Nam illi diuinitus reuelantur animę dono gratię,ad quæ nulla mentis perſpicacia : nulla artis induſtria valet conſcendere,vt dicit Richar.Hoc expreſſe patet Ezechie.viij.Eleuauit me inquit me ſpũs inter cœlũ & terrã:& adduxit me in Hieruſalẽ i viſiõe dñi Efficaciam huius alæ experimur in Ioãne Euãgeliſta:qui piſcator

A

B

exiſtens ad tantam ſublimitatem p ipſam volauit, ꝙ oīa cacumina montiū, & oīa aſtra & curſus ſiderum, & vniuerſam creatuam trāſiens, ipſum Solē ęternū irreuerberatis oculis velut aquila coeleſtis contēplat⁹ eſt/dicēs. In principio erat verbū &c. Hęc ala triplici penna integrat. Prima qñ intelligentia humana diuino lumine irradiata ſubleuatur ſupra ſcientiam: vt cum ex diuina reuelatione cognoſcit ꝙ modū proprię intelligentię vel ſcientię excedit. Secunda eſt qñ ſubleuatur ſupra virtutem & induſtriam. Nā multa excedūt induſtriam & virtutem hominis, quę non excedunt virtutem Angeli. & qñ ab his anima illuſtrat, tunc ſupra induſtriam & virtutem ſuam erigitur. Tertio eſt quando eleuatur ſupra naturam, cum ſcilicet humana intelligentia adeo diuinitus irradiatur, ꝙ nō ſolum humanæ ſed etiam cuiuſcūq; creaturę metas tranſgreditur. cuius rō eſt ſublimitas diuinę eſſentię, quæ omnem creatum intellectū excedit. Prima ergo eleuatio appropriate pōt dici fieri vſq; ad eē Angelicū, qđ i ſua puritate a nulla ſciētia hūanitus inuēta capit. Scda vſq; ad cognitionem futurorum, q̄ nullę creaturę pura pōt dici naturaliter. Cuius rō eſt, qa cognitio oīs creaturę terminat ad obiectū alicui⁹ entitatis determinate. Futura vero cōtingētia anteq̄ eſſe in ſe habeant/non ſunt huiuſmōi. Tertia vſq; ad eēntiā diuinā, q̄ oēm intellectū creatū improportionabiliter excedit. De prima. ps. Accedet homo ad cor altū & exaltabitur deus. De⁹ eñ q in ſe ęqualiter ſemp eſt ſublimis: tūc in corde noſtro exaltatur, cum deo reuelāte aliquid de celſitudine diuinę maieſtatis nobis oſtenditur: qđ modū ſcientię noſtrę excedere videtur. De ſecūdo Deutero. xxxij. Expandit alas ſuas & aſſumpſit eū atq; portauit in humeris ſuis. Certe non eſt humanę virtutis velidu ſtrię per aera iter agere. Cum ergo per radium gratię perducimur in illud faſtigiū ſcientię qđ nulla noſtra virtute attingere poſſum⁹: tunc ſup noſtrā induſtriā ſubleuati ſum⁹. De tertia, Eſa. xlij. Qui ſperāt in dño mutabunt fortitudinē, aſſument pennas vt aquilę terræ. Super omnem creaturam rationalem eſt pennas habere. Quid ergo ē pennas quaſi contra naturam aſſumere & pro voluntatis arbitrio ad alta volare: niſi miram quandam contēplandi efficaciā ex virtute poſſidere: vt poſſis cum volueris, in ſecretioris ſcientię abdita & toti naturę inuia perſpicacię penna penetrare? ¶ Vñ nota ꝙ ſcđm Richardū. iiij. de contēplatione. c. xxiij. Quidam ad ſecretum contēplatiōis

C vel exceſſum mentis ſola gratia vocante perducuntur. Et iſti ſignificantur per Moyſen: q non ex arbitrio, ſed vocante dño arcana p nubem in monte meruit videre. Quidam vero hoc totum quaſi ex virtute poſſident: qui vt hoc poſſint ſibi per induſtriam comparant cum gratiæ cooperatione. Et iſti ſignificantur per Aaron: qui in po

teſtate habuit quotiẽs illud ratio poſcebat, & Sanctaſanctorũ intrare & inter ipſum velum arcana dei videre. Sic ergo alis formatis volare contingit ad intelligentiæ claritatem. Modus autem huius volatus exprimitur nobis Eſa.vj. vbi poſtq̃ Propheta viderat dñm ſedentẽ ſuper ſolium excelſum: ſubdit. Seraphin ſtabãt ſup illud, ſex alę vni & ſex alæ alteri, duabus alis ſe velabant. Duæ alæ quibus Seraphin volant ſcd̃m Bern̄. ſunt naturę pſpicacia, & gratiæ efficacia, ſicut viſum eſt. Duabus aũt dicũtur velare caput, p quod intelligitur altitudo diuinę potẽtię, ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas: quę duplici ala debet velari. ſ. ala humiliationis & venerationis, vt inſpecta eius magnitudine & excellentia velut monte quodam vmbroſo & ꝯdenſo aĩa ex proprię paruitatis recognitione humilieť, & illã ſublimitatẽ venereť. Nec tñ pſumptuoſe ſcrutetur: quia q ſcrutator eſt diuinæ maieſtatis, opprimetur a gloria. Duabus etiã velabãt pedes/ per quas intelligũtur pfunda iudicia eius, & inſcrutabilis abyſſus ſapientiæ, q̃ ſimiliter duplici ala velari debent: ala. ſ. cõformationis, vt in om̄ibus occultis iudicijs conformemus nos diuinę voluntati, etiã ſi foris appareant q̃ nos ſcd̃m hominẽ conturbant. Itẽ ala admirationis, vt occulta dei iudicia non cum temeritate rimemur, ſed potius cũ Apoſtolo dicamus Ro.xj. O altitudo diuitiarũ. &c. Sic ergo velato capite & pedibus reliquis alis. ſ. naturæ perſpicacia & gratiæ efficacia volare contingit. ¶ De quo volatu Eſa.xl. Qui ſperant in dño nihil ſibi vel ſuis viribus aſcribentes/ mutabũt fortitudinem, aſſumẽt pennas &c. vſq;, deficient. Volabunt vtiq;, non niſi ad filij ſapientiã in qua perfecte quietabuntur. Cum enĩ verbum ſit exemplar oĩm pductorũ, & ſpecialiter creaturę rationalis. Exemplati aũt pfectio in hoc conſtat, vt ſuo exemplari conformeť & vniatur. Hinc eſt ꝙ ſpiritus rationalis nõ pficitur quouſq; ſuo exemplari perfecte vniatur. De hoc volatu Hiere.xlviij. Ecce quaſi aquila volabit & expandet alas ſuas ad Moab. Moab interpretať ex patre vel de patre, & ſignificat verbum æternũ quod incõprehenſibiliter eſt a patre genitũ/ & conſubſtãtiale & coęternũ exiſtens: ad quod aĩa deuota p gratiã ſublimata alas ſuæ contemplationis extendit, conſiderans eius conſubſtantialitatẽ, eius coæternitatẽ, poteſtatis ęqualitatẽ, & diſtinctã eius pſonalitatẽ: in quibus quaſi in foraminibus petrę noſtra colũba delectabiliter congeſcit. Ipſa enĩ dicitur columba propter ſimplicitatem ſed dicitur aquila propter volatus ſublimitatẽ. ¶ Sed cum quietari in ſummo bono ad actũ fruitionis pertineat, & tribus perſonis ſit tm̃ fruendũ vnica fruitione & non tribus, non videtur conuenienter diſtingui ſpm̃ rationalem ſigillatim quietari nunc in patris potẽtia, vt in primo proceſſu dicebatur, nunc in filij ſapientia: vt iã dictũ eſt.

Pro.xxv.

D

E

Dicendum, ꝙ ſicut ſimplici eſſentię diuinę non obuiat, quin exiſtēte vnitate in ea cōcipiatur multiplex ratio perfectionis ſcd̄m diuerſam appręhenſionē, ſic non obſtante vna bonitate reali ſcd̄m quam deo eſt fruēdum: per quam etiam quietat omne deſiderium / adhuc in illa bonitate diuerſa ratio quietationis poteſt ſumi differens ſecūdum rationem. Sub cōi ergo dei bonitate pōt ſumi diuerſa ratio ſecūdū ꝙ eſt in patre ſub attributo potētię, & in filio ſub attributo ſapiētiæ: & ita ſummum bonum ſecundum rationem diuerſum dicitur appetitum rationalem quietare diuerſimode. Et hoc de ſecundo.

¶ Subſer. ij. Ad idem: & in numero. CCLXV.

VOlabo / & requieſcam. Tertius etiam volatus ad charitatis eminentiam duplici ala perficitur. Prima eſt ala amoris ſuperferuidi. Secūda / eſt amoris caſti. De prima patet. Nam ſicut aquila ſuperferuida fertur ex ſe in ſe: nulla ratione valens quieſcere: quia ſe non capit, nec ſcit habere modum. quia ſecundum Bern̄. Modꝰ charitatis / eſt non habere modum. Poeta. Neſcio quid ſit amor. &c. vſq; neſcit habere modum. Ita anima vi amoris ſuperferuidi mouetur ſupra ſe, iactatur extra ſe, nec quietatur in ſe, nec in aliqua creatura. Vn̄ poteſt dicere Eccle. xxiiij. In oībus requiē quęſiui. &c. ſupple non inueni. Hęc ala triplici penna integratur. Prima eſt affectionum mundialium deſiccatio. Charitas enim ad iſtar ignis omnem grauitatem cupiditatū deprimentium: & humiditatē carnalium deſideriorum abſorbet i anima. p̄s. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Secunda eſt coeleſtium deſideriorū feruens aſpiratio. Sicut enim virtꝰ ſolaris vapores ſubtiliat, ſubtiliatos eleuat, & eleuatos inflammat: ſic charitas mentem ſimplicitat, ſimplicitata & purificata totum affectum rapit in deum per amoris flagrantiam. Tertia eſt diuinæ dulcedinis prægustatio. Exemplum in Maria Magdalena: quæ per triginta annos quolibet die choris angelicis itererat: & diuina dulcedine fruebatur. Hæc autem pręguſtatio ſecundum Bernar. nihil aliud eſt, q̄ deſiderij irritatio: quia æſtuādi deſiderio nihil ſatiſfacere pōt: ſed quanto magis bibit, & dulcedinem dilectionis guſtauerit: tanto magis ſitit. Vnde talis anima ī nullo gradu familiaritatis contenta / ſemper conatur intima penetrare, ſicut res ſuperferuida ſemper vult magis / & magis ſurſum ferri. Vn̄ ſponſus ab ea ſe vulneratum profitetur, Canti. v. dicens. Vulneraſti cor meū ſoror mea. Secūda ala triplici penna integraꝫ. Pria ē, ſi ipſū bonū vnice diligas: quod ſit / ſi nihil pręter vnum cōcupiſcas, ſi vnū ſolum ſitias, ſi ſolum ſit vnum in quo te reficias, ſi ſolum ſit vnum in quo inflammaris, ſi tibi nihil dulceſcat: niſi hoc vno cōdiatur. Se

cunda penna eſt:ſi ſingulariter ipſum appetas.hoc fit ſi ipſum tm̃ ſ
ſe,non autem in ſuis donis concupiſcas/dicens cum ſponſo,Canti.
j.Oſculetur me oſculo oris ſui.quaſi diceret.Non contentor,non ſa
tior in dono alicuiꝰ createę gratię:niſi mihi exhibeas plenitudinem
tuę p̄ſentię.Auguſtinus in libro de verbis dñi.Quiſquis a deo p̄ter
deũ aliquid quęrit:non ſingulariter & caſte deũ quęrit.Tertia pẽna
eſt:ſi ipſi inſeparabiliter adhęreas.Amor enim caſtus adeo inſepara
biliter aiam cum deo ligat,ꝙ de alijs rebus cogitare aut neſciat/aut
nõ valeat.Hunc amorẽ caſtũ deſiderabat Aug.cum dixit.Quis mi
hi det vt venias in cor meũ,inebries illud amore tuo,& vnũ bonum
amplectar te.His aũt talis ſic formatis animę deuotę cõgruit qd̃ ſcri-
bitur in p̄s.Aſcendit ſuper Cherubin.Iam enĩ ſenario numero alaꝝ
conformata Seraphin/merito ſuper Cherubin aſcẽdit, quia dilectio
dei potior eſt q̄ cognitio,teſte Apoſt.j.Corin.xiij.Si habuero inquit
omnem &c.Et per hunc volatũ anima conſcendit ad amplexũ ſum
mę bonitatis,quæ ſpiritui ſancto attribuitur.Vnde hæc caſti amoris
brachijs dilectum aſtrinxerat,& ad eius amplexum volauerat quã-
do dixit.Tenui eum nec dimittam.Notanter autem dicit:nõ dimit
tam,quia ipſum ſibi triplici vinculo vniuit:tota ſcilicet memoria/to-
ta intelligentia/tota concupiſcentia.Nam in hac ſublimi vnione ani
ma non recolit niſi deum,nec intelligit niſi deum ,nec concupiſcit
niſi deum.Horum volatuum ſublimitatem & beatę fruitionis quie
tationem nobis concedat.

¶Sermo pro Sacerdotibus.in numero. CCLXVI.

VOs eſtis genus electũ,regale ſacerdotiũ,gens ſancta ,po-
pulus acquiſitionis.j.Petri.ij.Beatiſſimus Petrus primꝰ
Apoſtolorũ princeps egregius,a quo ſacerdotalis ordo
incepit:ſacerdotalem dignitatem in verbis propoſitis at
tollit quo ad quattuor.¶Primo quo ad iuſtificationis initium cum A
dicit.Vos eſtis genus electum.Secundo quo ad ſublimationis faſti- De digni-
gium cum dicit,regale ſacerdotium.Tertio quo ad ſanctitatis emi- tate Sacer
nentiam in eo ꝙ dicit,gens ſancta.Quarto quo ad vtilitatis euidẽ dotali.
tiam:in eo qd̃ ſubdit,populus acquiſitiõis.Et hęc quattuor cõp̄hen-
dit beatus Chryſo.in vna auctoritate in libro de dignitate ſacerdota
li lib.ij.vbi ſic dicit.Sacerdotij aſpice dignitatẽ,non homo,non An-
gelus,non Archangelus,non creatura aliqua:ſed ipſe ſpiritus ſanctꝰ
immo tota trinitas hoc munus inſtituit. Ecce primum/ſcilicet ſuæ
inſtitutionis principium , quia ſunt a deo electi . Et addit . Non
agitur in terra:ſed eorum officiũ cœleſtibus negocijs continetur. Ec
ce ſcd̃m/ſcilicet ſuæ ſublimatiõis faſtigiũ,quia ex officio in cœlum

ſublimati ſunt. Et ſubdit. Atq; ad huc manentes in carne miniſterio
fungi pręſtitit Angelorum. Ecce tertium/ſcilicet ſanctitatis eminen-
tia, quia Angelis comparati. Et ſubiũgit. Per ipſos enim Chriſtum
induimus, per ipſos dei filio coniungimur, per ipſos membra Chri-
ſti capitis efficimur. Ecce quartum/ſcilicet vtilitatis euidentia, quia
per ipſos multa bona conſequimur. Primo ergo ſtatus ſacerdotum
attollitur quo ad initium ſuæ inſtitutionis, cum dicitur/Genus ele-
ctum. Vere ſacerdotes & vniuerſaliter clerici ad ſacerdotium ordi-
nati/ſunt genus electum, quia a deo omnes ſũt electi: vt dicitur . xij.
quęſt. j. duo. Vnde & clerici ſunt nuncupati ſiue nũcupantur. Cleros
enim græce ſors eſt latine. Inde dicuntur clerici quaſi ſorte electi: vt
Iſidorus vij. Etymolo. Dicuntur autem ſorte electi, quia Matthias
ſorte electus eſt: quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum
vt ponitur xxj. diſt. Clericos. Vos ergo ſacerdotes eſtis gen' electũ.
Vnde vobis dicere competit illud Actuum. xvij. In ipſo ſcilicet deo
viuimus, mouemur, & ſumus. Ipſius enim genus ſumus, & genus
electum de mundo. ſ. & de ſtrepitu temporaliũ. Quia ſcd̃m Hiero.
ipſum genus ſacerdotum eſt mãcipatum diuino officio & deditum
contemplationi & orationi, quos ceſſare conuenit ab omni ſtrepitu
temporalium. Vnde coronam portant in capite in ſignum regni qđ
B n Chriſto expectatur, de quo ſequitur. ¶ Secundo ſtatus *ſacerdotũ*
attollitur quo ad ſuę ſublimationis faſtigiũ: in eo qđ dicitur, regale ſa
cerdotium, qđ alludit ei qđ dicit̃ Exo. xix. Vos eritis mihi in regnũ
ſacerdotale. Et ſignanter in veteri teſtamento ponebatur regnũ in
ſubſtantiuo: ſacerdotale in adiectiuo, quia tunc regnum p̄ualebat ſa
cerdotio. Nunc autem in nouo teſtamento Petrus tã q̃ princeps no
ui teſtamenti ſacerdotium ponit in ſubſtantiuo tanq̃ p ſe ſtans & in
recto. Regnũ aũt ponit adiectiue tanq̃ alteri adiacens. ad innuẽdũ ꝙ
modo in nouo teſtamento ſacerdotium pręualet regno. Et ſine du-
bio eminentior eſt dignitas ſacerdotalis q̃ regalis, vt. xcvj. di. Et pro
pter hoc in nouo teſtamento ſacerdotiũ ponit̃ vt per ſe ſtans: regale
vero vt adiacens. Et inde eſt ꝙ modo ſacrę leges non dedignantur
ſacros canones imitari. vt. ij. q. iij. Eufemiũ. & extra de Iudi. Clerici.
Tantũ em̃ ſacerdotalis dignitas pręfert̃ regali/quantũ aĩa & ſpirit'
corpori, dies nocti, fontana lux Solis lunari ſplẽdori, vt extra. de ma
io. & obedien. ſoli te. Vnde ſanctus Gregorius Nazianzen' ſcribens
Imperatoribus Conſtantinopolitanis/comparat imperium carni/&
terrę, & rebus humanis. Sacerdotium autem cõparat ſpũi, cœlo, &
rebus diuinis. Signanter ergo ſanctus Petrus loquens ad ſacerdotes
ait. Vos eſtis regale ſacerdotium. Vnde ipſi cum hoc ꝙ ſũt ſacerdo-
tes ſubſtantiue, poſſunt etiam dici reges adiectiue. Reges inquã nõ

a regnando,quia vt ſic regnum eorū non eſt de hoc mundo. vt ipſe
Chriſtus ſummus ſacerdos de ſe fatebatur:ſed dicuntur reges a re-
gendo vel a recte agendo. Vnde Iſidorus.viij. Etymolo. & aſſumit
eū Magiſter Sententiarum li.iiij.diſtin.xxiiij. Reges a recte agēdo
vocati ſunt.ideoq; recte faciendo regis nomē tenetur,peccādo amit
titur. Recte ergo illi reges vocantur,qui tam ſeipſos q̄ ſubiectos bn̄
regendo modificant. Hec Iſidorus. Et Hieronym⁹ dicit. Reges ſūt
ſe & alios virtutibus regentes . & ita in deo regnum habent. Tertio
ſtatus ſacerdotum attollitur quo ad ſanctitatis eminentiam:cum di-
cit,gens ſancta. Digne gens ſacerdotū dicitur ſancta:q̄ a ratione ſuæ
ſingularis ſanctitatis & Angeli & dij nuncupantur.xj.q.j. Sacerdoti
b⁹. Vnde Dionyſius de Angelica hierarchia.capi.xij. Homines in-
quit hierarchiç nō ſolū vocantur Angeli/ſed & dij.viros enī dei amā
tiſſimos & ſanctos:quales debent eſſe ſacerdotes , vocat theologia
deos. ¶ Circa q̄d notandum q̄ ſacerdotes ſancti non ſolum Angeli
ſunt:ſed etiam ſunt ſuper Angelos a deo exaltati. & hoc in quattuor
Primo in dominici corporis conſecratiōe. Angeloꝶ quidē eſt ſacer-
doti conſecranti aſſiſtere & hoſtiā conſecratā deo offerre. Petri autē
& ſacerdotū eſt panem in corpus Chriſti conuertere:q̄d nulli Ange
lo eſt donatum. Vnde non Angelis:ſed ſolis ſacerdotib⁹ dictum eſt
Lu.xxj. Hoc facite in meā cōmemorationē. Scdo i peccatorū remiſ
ſione. Angelorum quidem eſt peccatores ſuis inſpirationib⁹ a pecca
to auertere:& ſuis orationibus ſibi dei miſericordiam implorare. Pe
tri autem & ſacerdotum eſt ſibi confeſſis peccata remittere . Vnde
non Angelis:ſed ſolis ſacerdotibus dictum eſt, Ioā.xx. Quorum re
miſeritis peccata &cæ. Et quia hoc officiū eſt ſolius dei.ſ.peccata re
mittere:ideo dij vocantᷣ.ꝑs. Ego dixi dij eſtis &c. Tertio in clauium
collatione. Angelorum quidem eſt animas ad cœlum ducere. Petri
& ſacerdotum eſt animabus ianuā aperire. Vn̄ non Angelis:ſed Pe
tro dictū eſt, Mat.xvj. Tibi dabo claues regni cœlorum. Ad ſacerdo
tem pertinet abſoluere & ligare:vel abſolutio & ligatio culparū. Pec
cator quidem habet ſuper ſe cœlū clauſum : infra ſe infernū apertū
intrare non habet gratiā ſed culpam:cui⁹ rōne perdit meritoꝶ par-
ticipationē. Poteſt aūt ſacerdos peccatorib⁹ aperire cœlū ,Mat. xvj.
Quodcunq; ligaueris ſuper terrā &c. Poteſt claudere infernū. ibidē.
Et portę inferi non prçualebunt &c. Pōt ſpiritū ſanctū dare, Actuū
viij. Tunc imponebant man⁹ ſup illos &c. Pōt peccatum remittere.
Ioā.xx. Quorum remiſeritis peccata &c. Et per ꝯſequēs pōt meri-
ta ſanctorum communicare.ij.Coꝛ.ij. Cui aliqd donaſti & ego &c.
Quarto in iudiciaria poteſtate. Angelorum quidem eſt iudicandos
ad iudicium colligere,collectos ab inuicem ſeparare, ſeparatos ma-

C
Sacerdotes ſūt ſuꝑ Angelos exaltati.

los in ignem proiſcere, Petri & ſacerdotum eius eſt ipſos iudicare. Vnde non Angelis ſed Petro & ſacerdotibus ſucceſſoribus ſuis dictum eſt, Mat. xix. Amen dico vobis q vos q reliqſtis omnia & ſecuti eſtis me. ¶ Quarto ſtatus ſacerdotum attollitur quo ad vtilitatis euidentiam: in eo q dicit populus acquiſitionis. Et hoc non ſolū paſſiuę ſic ut cęteri fideles populares ſunt deo p fidem acquiſiti: ſed etiā actiuę alios verbo doctrinę & exemplo bonę vitę Chriſto acquirendo. Vnde ei conuenit illud Ioan. xv. Ego vos elegi de mundo vt eatis & fructum afferatis: aīas videlicet Chriſto acquirēdo: ac p hoc ſibiipſis ſingulare pmiū in cœlo acquirendo. Nā pręter ſubſtantiale pmiū aureę, qd ipſi ſacerdotes cum alijs ſanctis habēt cōe/ dabit eis de9, ſi docēt vt debēt, pmiū aureolę: hoc vtiq; magnū eſt. Licet em Angel9 ſemp doceat/aureolę tn̄ gloriam nunq̄ habebit: quā ipſi ſacerdotes ſunt habituri. & hoc ratione laboris viæ. Ecce quantum diligit dominus ſacerdotes qui deo animas acqſiuerunt. Vnde dicit quidam ſanctus. Nullū ſacrificium tantum deo placet, vt zelus animarum. Pro lucro em̄ animarum Angelos de cœlo deſtinauit, de cœlo perſonaliter deſcendit, mortem duriſſimam pertulit, intimos amicos ſuos/ſcilicet Apoſtolos/morti expoſuit: pdilectos ſuos doctores infinitis tribulationibus addixit: & propter hoc ſingularem & magnam gloriam ipſis doctoribus repromiſit/dicens Mat. v. Qui fecerit & docuerit/hic magnus vocabitur in regno cælorum. Bn̄ autē iſta gens ſancta ſacerdotū dicta eſt populus/propter nobilitatē ſui ſtat9. Nam ſecundum Iſidorum libro Etymolo. Populus in hoc differt a plebe, quia popul9 eſt collectio nobilium ciuitatis. & dicitur a polys qd eſt pluralitas. Sed plębs ē collectio ignobilium, qui plębei appellantur. Igitur quia ſtatus ſacerdotalis maximę nobilitatis & dignitatis exiſtit: vt patet ex præmiſſis: et quia eorum plures ſunt in eccleſia dei: ideo eorum collectio nomine populi a beato Petro hic exprimitur. Dicuntur populus acquiſitionis: vt tactum eſt tam actiuæ q̄ paſſiuę. Paſſiuę inquam, quia ipſe præ alijs fidelibus precio Chriſti ſanguinis ſunt ſingulariter acquiſiti: & ipſis eiuſdem ſanguinis precioſi conſecratio & diſpenſatio eſt commiſſa. Actiuę etiam, quia ad eorum officium pertinet aliorum animas Chriſto acquirere: & fructum in dei eccleſia afferre: ac per hoc ſibiipſis in cœlo pręmium cumulare: vt dictum eſt. Concludendo igitur quo ad omnia quattuor præmiſſa dignitatem iſtius nobilis populi ſacerdotum beatus Bernardus in vna auctoritate cōprehendēs: dicit ſic. O veneranda ſacerdotum dignitas: in quorum manibus dei filius velut in vtero virginis incarnatur. o fœlices ſacerdotes ſi ſacerdotaliter vixeritis. o cœleſte myſterium quod per vos pater/& filius/& ſpiritusſanctus tam

mirabiliter ineffabili miniſterio veſtro operatur, ꝙ vno eodemq; momento idem deus qui pręſidet in cœlo/in manibus veſtris eſt in ſacrificio.cœlum miratur,horreſcit infernus,contremiſcit diabol⁹, reueretur q̃ plurimum Angelica celſitudo.Quid retribuam domino:vt taceam de omnib⁹ quæ retribuit mihi:pro tam ſingulari bono ſacerdotij mihi impenſo:qđ eſt donum optimum & datum perfectum/videlicet ꝙ qui creauit me ſine me/creatur mediante me,& ſi fas eſt dicere/dedit mihi creare ſe.O venerabiliũ ſctitudo manuũ O fœlix exercitiũ/vbi Chriſt⁹ tractat Chriſtũ,ſacerdos dei filiũ:cui⁹ delicię ſunt eſſe cum filijs hominum.Quarum deliciarum nos participes fiat Chriſtus dei filius. Amen.

ℭ Sermo de Militibus. in numero. CCLXVII.

Abora ſicut bonus miles Chriſti.ij.Timo.ij.Bonus miles q bñ vult agere in campo quãtumcũq; delicatus vł nobilis/non poteſt parcere membris:ſed oportet corp⁹ & vires expendere ſi vult placere, ſicut beatus Martinus,vt patet in legenda ſua. ℭ Notandũ aũt ꝙ ſunt triplices milites.ſ.mundi/dei/& diaboli. Milites mundi portant clypeum triãgularem propter duo:vt oſtendant ſe credere trinitatem. Item vt ſub clypeo pupilli viduę & eccleſię contineantur. Item portant gladiũ ex vtraq; parte acutum:vt iudici ſpirituali & ſeculari aſſiſtant vtrũq; defendendo.Sed heu quos deberent defendere/inuadunt. Item portant pallium apertum:ſub quo confluant omnes pauperes. Milites dei portant etiam clypeum triangularem propter fidem trinitatis,vt dixi.Quorum vnus angulus/ſcilicet medi⁹,ad terram porrigitur.quia perſona media ad terram deſcendit. Hunc quidem cõtemnunt recipere:vt Iudęi & Gentiles.& ideo in iudicio condemnabuntur:quibus tunc non loquetur Chriſtus:eo ꝙ iam iudicati ſunt. Quidam recipiũt ſed vt ruſtici pueríe ducũt.vt hęretici q fidẽ Chriſti recipiunt ſed male viuũt. Quidã recipiunt & recte ducunt oĩa credentes:ſed ſegniter ſub clypeo agunt.vt accidioſi Chriſtiani & mali. Quidam accipiunt,bene ducunt,& fortiter agunt,ſed ante victoriã proijciunt:vt q deſerunt bonam vitam. Quidã vero vt beat⁹ Martin⁹ recepit/bene duxit/& fortiter & mirabiliter perſeuerauit. hi debent habere quattuor excellentias quas beatus Martin⁹ habuit in ſe.ſ.morum honeſtatem,donoꝝ largitatem,animi ſtrenuitatẽ, curię familiaritatem. De primo nota ꝙ iſta honeſtas ſpiritualis militię conſiſtit maxime in ſenſuum diſciplina. vt carnis oculos & linguam ſub diſciplina contineat caſtitatis:& a carnalibus deſiderijs abſtineat,quæ militant aduerſus animam. Secundo donorum

A Nota de triplici genere militũ/mundi dei,& diaboli.

largitatem habeat in eleemoſynis faciendis & hoſpitibus recipien-dis:& pro pauperibus placitando:vt fecit ille qui dictus fuit refugiũ pauperum.Sed dedecoroſi milites inhiant pecunijs congregandis, rapinis,extorſionibus,bona ſua ruſticis ſuis nimis care & precioſe committendo & huiuſmodi.Contra quos dicit Apoſtolus.j.Timo. ij.Nemo militans deo,implicat ſe negocijs ſecularibus.Quidam em̃ heu tantum ſe implicant,ꝙ vix etiam a ſapientibus poſſunt expli-cari:hi ſignificantur per milites Pilati,qui ꝑ modico lucro veſtimẽ-torum Ieſum crucifixerunt:ita adhuc multi ſunt rurſum Ieſum crucifigentes in pauperibus. Declara melius. Tertium eſt animi ſtrennuitas,vnde hic. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Milites quando bene laborauerunt in campo,honorantur in palacio coram

B principe,quia vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet. ¶No-ta ꝙ quando nobiles dominæ & pulchrę mulieres eorum facta ſpe-culantur:tunc vt eis pulchrius faciant ſpectaculum fortius agunt,& viuacius in armis ſe oſtendunt.Ecce domini angeli/ & domicellę cœ-leſtes vidẽt omnia facta noſtra.vnde ſi vis eis placere fortiter age. Item aliqui milites eligunt aliquam/vel aliquas eis magis placẽtes: pro qua/vel pro quibus magis agũt.Ita & tu elige pulcherrimã inter omnes domicellas cœleſtes:ſcilicet Mariam.& omnes actus tuos,

C & vitam tuam in amorem eius ordina.¶Quartum ẽ curię familiari-tas.Generoſi enim milites frequenter ſe ingerunt curijs dominoꝝ: & ſe ſuis dominis repręſentãt.ſicut beatus Martinus,qui oculis/ac manibus in cœlum ſemper erat intentus Sic nos ſumus domini fa-miliares,quæ familiaritas habetur operib⁹ miſericordię,& maxime per hoſpitalitatẽ:propter quã fiet tibi deus adeo familiaris.ꝙ tria bo-na conſequeris ab eo:ſcilicet bonorum temporalium multiplicatio-nem,a morte æterna conſeruationem,& ſuiipſius:ſcilicet dei rece-ptiõem.De prima patet in illa vidua quę Heliã hoſpitio recepit:cui farina & oleũ nõ defecerunt.De ſecundo patet Ioſue in Raab,q̃ rece-pit nuncios filiorum Iſrael:& ideo a morte liberata fuit.Per Raab in-telligitur peccator,per nuncios Chriſti prædicatores,qui vocãt nos ad cœleſtẽ curiam & lętitiam.Talis liberabitur in die iudicij a morte ęterna:q̃n dicet̃ ei:Hoſpes fui &c.Venite ergo benedicti &c.De ter-tio patet in diſcipulis euntibus in Emaus.Item patet alio exemplo. Fuit quidã pater familiasqui multũ fuit hoſpitalis:quadã die cũ mul-tos recepiſſet peregrinos/ quibus cũ funderet aquã ſuper man⁹,in-ter alios vidit vnum qui habebat perforatas manus ad modũ cruci-fixi.Et ecce defecit ei aqua in pelui:qui cum vellet aliam aquam re-ferre & reuerſus fuiſſet,non inuenit eum.Tandem cum eſſet ſolus in nocte & ſuper hoc miraretur,apparuit ei dñs dicens.Alijs diebus

me in membris meis recepiſti/heri aũt meipſũ in hoſpitio habuiſti.

¶De Nobilibus.Sermo.in numero CCLXVIII

DEbitores ſumus.In his verbis conſiderare poſſumꝰ qd ſuperiores/ſcilicet nobiles & milites debeãt inferioribꝰ & quid inferiores ſuperioribus, & quid vterq; deo.

A

¶Primo ſuperiores & nobiles non debẽt inferiores & ignobiles contemnere:cum ſint de eadem materia facti:& de eodem precio redempti,ad eãdem gloriam vocati, ab vno deo creati.Secundo debent eis clementes eſſe.vnde Bernardꝰ. Nobilis eſt canis qui homines non mordet ſed lupum: ſic parcere ſubiectis & debellare ſuperbos,gloria principis eſt.Qd docet natura,q̃a dux apum non habet aculeum.vnde Ioannes Baptiſta requiſitus a militibus quid facerent,Reſpondit. Neminem cõcutiatis,ſed faciat quiſq; &cæt.Sic milites in ſignum clementiæ. Nam talibꝰ dominis qui non ſunt clementes decem mala eueniunt,quæ pręoſtenduntur .iij Regum.xij.Vbi dicitur ꝙ mortuo Salomone omnis populꝰ fuit congregatus ad inſtituẽdum Roboam filium eius in regem pro patre dicentes.Imminue nobis parum de imperio patris tui.tota hiſtoria exponatur vſq;.Feſtinus abijt in Hieruſalem.Roboam eſt rector,qui habet ſecum conſiliarios bonos & malos Boni qualitercũq; res ſe habeat,conſulunt ꝙ domini ſint clementes ſubditis & ſine exactionibus:quod ſi fecerint,ſemper fœliciores ſunt in ſe & hæredibus & acceptiores coram deo & hominibus.Sed mali/ſcilicet filij diaboli,conſulunt dominis ꝙ ſubditos grauent:eo ꝙ ſubditi multa lucrentur.Qui bonos conſiliarios ſequuntur, habebunt multa bona hic & in futuro.Qui vero malos,vt Roboam,decẽ bona perdunt & non remanent eis niſi duo parua bona ſicut duę tribꝰ.Primo decreſcunt eis res:vt qui apes nimis ſpoliant melle ſe priuant .Secundo decreſcit eis fauor ſubditorum,vt minus doleant de aduerſitatibus ſuperiorum & minus ſint eis fideles.Tertio decreſcit eis in hominibus,quia recedunt ab eis tranſeunt ad alios dominos.Quarto quia poſt iſta tria ſequitur ꝙ decreſcit eis honor.quia qui perdit res perdit honores:& fama minuitur.Quinto ſpernuntur & nullus declinat ad illos.hæc quantum ad temporalia Sexto gratiam dei perdunt.quia propter hoc deus & omnes ſancti inimicantur eis .Septimo perdunt corpus Chriſti,quo fiunt indigni. Octauo perdunt miſericordiam Chriſti,quia vix vel nunq̃ reſipiſcũt.Et ratio eſt ,quia ſicut ſunt immiſericordes ſubditis,ſic deus ei,quia Matthæi ſeptimo,& Marci quarto.Qua menſura menſi fuerint,&cætera.Nono

Iſta mala ĩcurrũt domini crudeles.

quia hoc peccatũ ſępe ſequitur perditio fortunę,quia ſuſcitat eis de⁹
infortunia,vt bella,inſterilitatem terrę:& quandoq; capiũtur.ſic vin
dicat deus in præſenti hoc peccatum.Nota de Salomone.Decimo
perdunt vitam ęternam.Et ideo non remanent eis niſi duo/ſcilicet
nomen dignitatis cum victu quotidiano,ita parco ꝙ vix veniũt cũ
rebus ſuis de anno ad annum Secundo manet in eis adulatio,vt ſic
placeant ei quemcunq; honorant,qđ faciunt ex timore vel ꝑ quęſtu
vt canes vel lupi & vultures q ſequuntur cadauera.Tertiũ qđ debẽt
ſubditis,eſt vt ſint boni iudices & diligenter exerceant officium ſuũ
vt qlibet fidelis dñs debet ſemper laborare vt faciat pacem in terra
ideo iudex vicem dei gerit in terra,quia debet ei cõformari in trib⁹
ſcilicet in potentia/ſapientia/& bonitate. Exodi. xviij. Prouide
ex omni populo viros &cæt. Primo in quibus ſit veritas legum &
iuris notitia.Secundo qui ſint timentes deum.Tertio q oderint aua
ritiam:& in quibus ſit poteſtas vt habeant auctoritatem.Sapientiã
.i.experientiam iuris in rectitudine iudicandi.tales multũ merẽtur
& debẽt cauere ne abſtrahat eos iniuſt⁹ timor/amor/odiũ vel cupidi
tas.hic pone exemplum ſi ſcis. ❡Subditi debent ſuperioribus tria.

B
Quid debẽt ſubditi ſuperioribus.

Primum vt ſint eis fideles in corpore ne eos tradant,quia hoc ẽ pec
catum Iudæ. Secundo in anima,vt nihil mali dominis conſulant,
ſicut Angeli:qui ſemper nunciant alijs & habent *magnam glori*-
am:ſed mali conſiliarij propter mala conſilia/habebunt æternam
pœnam.Tertium eſt vt dominos ſuos debito ſeruitio nõ defraudẽt.
debitos dico ex parte corporis,quia ad ſeruicia quæ ſunt contra ani
mam/deum & proximum,non tenentur.Exemplum de tribus pue
ris.Dañ.iij.Et nihil debent dominis auferre:vt officiales quidam &
alij:qui quandoq; ex vna parte extorquent a ſubditis,& ex alia par-

Dñi & ſubditi qđ debẽt deo in cõmuni.

te non dant dominis:ſed partem ſibi tenent.Tria communiter tam
domini q̃ ſubditi debẽt exhibere deo.Primũ eſt ꝙ fidem quã vtriſ-
q; commiſit ſibi conſeruent fideliter inuiolatam,Apoca.ij.Eſto fi
delis vſq; ad mortem &c.Secundum eſt vt ſicut Angeli in cœlo ſi-
bi ſeruiunt cum munda vita:ita ipſi in terra.vnde petimus.Fiat vo-
lũtas tua ſicut in cœlo & in terra.& hoc tam domini q̃ ſerui. Tertiũ
eſt ſi vitam ſuam cum mortalibus inquinauerunt,per pœnitentiam
eam abluant.

❡De Mercatoribus.Sermo.In
numero. CCLXIX.

NEgociamini dum venio,Lucæ.xix. Qđ dixit pater fami-
lias ſeruis ſuis,Homo ſcilicet quidã nobilis qui abijt in re
gionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti. hoc
dixit Chriſtus bonis mercatoribus ſuis & negociatoribus

exhortans eos ad ſequendum negociationem ſuam: & annuncians
eis ſuum aduẽtum ſiue reditum. & hoc eſt negociamini dum venio,
id eſt donec venio. ¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum ꝙ bonus A
negociator fuit Chriſtus & viri iuſti: malꝰ vero negociator eſt diabo
lus & viri iniuſti. Chriſtus fuit bonꝰ negociator, qui ad modum
negociatoris in mundum veniens patriam cœleſtem quodammodo
reliquit, Ioan. xvj. Exiui a patre & veni in mundum: in quo mundo
multum & diu laborauit. Deinde vęnalia ſua propoſuit/ſcilicet cœ-
leſtem delectationem, quę erit in fruitiõe & quadam inebrietate di
uinitatis: & in dulcedine humanitatis/dicẽs, Eſa. lv. Emite abſq; vl-
la commutatione vinum & lac. Has enim merces nullus expertꝰ in
alias commutaret. his enim/ſcilicet vino & lacte, nihil vilius cõemũ
tur, nihil precioſius cum poſſidentur, nihil delectabilius cum guſtã-
tur. Deinde ſcilicet ſcarlaticium ſuę mũdiſſimę carnis purpureo ſã-
guine ſuo tinctum pro redimẽdis animabus noſtris dedit, Prouer.
vlt. Guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eius. Guſtauit vilita-
tem huius ſeculi & exilij amaritudinem fellis & aceti: & vidit quoniã
bona negociatio eius/dare ſcilicet corpus proprium pro animabus
redimendis. hoc erit ad vtilitatẽ generis humani. Cum ergo empti
ſimus precio magno/multum habet conqueri cœleſtis ille negocia
tor cũ reuerſus fuerit in nouiſſimo die, ꝑ eo ꝙ vendidimus nos dia
bolo pro modica delectatione. Reliquit etiam Chriſtꝰ bonos nego-
ciatores in mundo, ſcilicet viros iuſtos: qui animas lucrãtur Chriſto
quas auferant diabolo. bonus autem negociator exit de patria, quæ-
rit vęnalia, diſcernit noxia, emit vtilia. Primo exit de patria relinquẽ
do carnis voluptatem: quia in hac patria nutriti & nati ſumus: & hic
motus carnales quaſi cognatos habemus. Exeamus ergo patriam
iſtam, commutemus merces huius patrię i meliores, ſicut negocia-
tores faciunt. Secundo quærit vęnalia. Cum eñ videamus multos
mercatores ſeculi tã ardenter laborare pro pecunia acquirenda: quã
ta confuſio negociatoribus Chriſti, ſi non laborent propter merita
acqrẽda? Et ideo ſi viderimꝰ in aliquo fulgere virtutẽ aliquã aut do-
nũ gratuitũ, inferamus illud cordibus noſtris ad ipſiꝰ imitatiõis exẽ
plũ. Hęc eſt eñ ſapientia bonoꝝ mercatoꝝ, vt ſint ſemꝑ attenti ad
lucrũ, Prouer. Melior eſt acqſitio ſapientię negociatione auri & ar-
genti. ¶ Tertio diſcernit noxia. Nõ eñ emit cuprũ ꝓ auro, nec plũ- B
bũ ꝓ argento. ꝑs. Nõ timebis a timore nocturno: a ſagitta volãte in
die: ab incurſu, & dęmonio meridiano. Hęc eñ q̃tuor ſũt periculo-
ſa negociatoribus, q̃ diſcreti non timẽt. Timor nocturnꝰ eſt illa occul
ta deceptio, q̃ ꝓuenit ex quadã obſcuritatis ambiguitate. Sicut eñ
in eis qui faciũt ſigna dubia & nutꝰ equiuocos, ſicut dicit de quodã

Chriſtus bonus negociator.

Sancti ſũt boni negociatores.

Nota quatuor periculoſa negociatoribus.

q cum aliquis vellet emere equũ oculum parũ claudebat, & quoſdam nutus æquiuocos faciebat:& poſtmodum ſi ille qui equũ emerat inueniebat,q eſſet malus, ille peſtifer dicebat. Non ne bene innui vobis ne emeretis. ſi bonus inueniebatur,dicebat. Ego bene innui vobis/vt emeretis.Eccle.xxvij. Annuens oculo fabricat iniqua. Sagitta volans in die/eſt adulatio blanda q̃ omnibus applaudit,omnibus ſalue dicit,laſciuos dicit curiales,garrulos affabiles, obſtinatos conſtantes,pigros maturos.Hæc ſagitta leuiter volat,& cito infigitur:quia adulatores valde libenter recipiũtur. Negocium perambulans in tenebris/præcipue pertinet ad venditores pannorum:qui nolunt exponere merces ſuas,niſi in loco opaco,& obſcuro, auferentes lucem,ne eorum panni cognoſcãtur:luce æterna carituri ne ipſa fruantur.& aliquando tenebras lucem ponũt:dũ corruptiones mercium abſcõdũt:& qd bonũ eſt,ſuperficialiter oſtẽdũt:quia pãnos fricatos vendunt.Item equos graciles & macie confectos/poſtq̃ duobus diebus non biberunt,ſitientes ad aquas ducunt,& ita implentur q groſſi & pingues videntur. Ad hoc negocium perambulans in tenebris pertinet,cum aliquid latet in re venali,quod ab emptore nõ poteſt percipi,& venditor ſciens non dicet ei.& econuerſo/quando aliquid oſtenditur exterius quod in veritate non habetur interius. Incurſus dæmonij meridiani,eſt negociatio peſſima vſurarij:quia ſimulat ſe blandum & amicum. Niſi inquit,accommodaſſem *tibi, incurriſſes* maximum damnum.Qui tñ ſemper habet oculum ad ſuũ lucrum,non ad ipſius damnum releuandum. Et bene dicit/dæmonio quia vſurarius maxime aſſimilatur diabolo : q a neq; de die, neq; de nocte dormit:& ſemper,ſcilicet die/noctuq; lucratur. Et ſicut diabolus vult omnes ſpoliare,ita vſurarius bona omnium ſibi appropriare. Vnde multi ab eis ſpoliati/facti ſunt fures:vxores,& filiæ meretrices.Quarto emit vtilia,ſcilicet cœleſtia.Vnde Grego. Qui cœleſtis vitæ dulcedinem/inquantum poſſibilitas admittit,perfecte cognouit,ea quæ in terris amauerat/libenter cuncta dereliquit:in comparatione illius vileſcunt omnia,deſerit habita. Vnde Cantico.viij. Si dederit homo omnem ſubſtãtiam domus ſuæ pro dilectione quaſi nihil deſpiciet eam.Si enim omnia pro illius dilectione qui eſt ſup omnia/relinquimus,merito tanq̃ nihil ducimus & deſpicimus. Et

C hæc de bono negociatore,ſcilicet Chriſto,& viris iuſtis. ¶ Ad malos autem negociatores idem verbum conuertendo: hoc idem verbum quod dicit Chriſtus negociatoribus & mercatoribus ſuis/diabolus dicit ſuis. Ipſe enim negociator peſſimus habens ſub ſe negociatores ſuos qui negocia faciunt donec in morte ad eos veniat:& ſecundum q mercati ſunt/ſtipendia reddat. Primo dico q diabolus

eſt malus negociator,q̄ in primo foro ſuo totum perdidit per ſuperbiam,& irrecuperabiliter:nõ em̃ poteſt reuerti ad gratiam ſicut homines per pœnitentiam. Nunc alios ad participium lucri ſecũ allicit ſed malus eſt ſocius cum quo ſemper perdimus,& cum quo lucrari non poſſumus. Et vt magis alliciat/ad vſuram accommodat & tribuit. Parum enim delectationis falſe oſtendit,& pœnam infinitam exigit,nolens computare in hoc ſeculo:ſed expectat ꝙ ꝑeat tps &;qñ ſoluere non poterimus/computabit nobiſcum in inferno. Secure autem accõmodat,quia bonum vadium habet.ſ.peccatoris animam & bonum priuilegium.ſ.dei iuſtitiam:per quę certus eſt,ꝙ niſi vadium ſuum redimat peccator ante mortem ſuam,erit ſuum in perpetuũ. Vltimo cũ debitorem ſuum nudum ſpoliauerit ita ꝙ ſoluere non poſſit,incarcerabit eũ & tunc pctõr lachrymas inefficaces emittet ꝙ totũ ꝑdidit, & ad ciuitatẽ in qua iterato negociari valeat/redire nõ poterit. A cuius negociatoris poteſtate,nos eripiat Chrs. Diabolus fuit malus negociator.

¶De Scholaribus ſermo,in numero.CCLXX.

STultitia colligata eſt in corde pueri,& virga diſciplinę fugabit eam. Prou.xxij. Pueros ſtultitiæ deditos ſiue laſciuiæ,neceſſe eſt in iuuẽtute diſciplina caſtigari,& ad rectitudinis viam quodam rigore perduci. ¶Notantur ergo tria in verbo propoſito. Innocentia puerilis,cum dicitur/Pueri. Stultitia actualis,cũ additur/Stultitia. Diligentia magiſtralis,cũ poſtponitur/Virga diſciplinæ.& bene. Nam informatur aĩa pueri per innocentiam:deformatur per ſtultitiam:reformatur/per diligentiã. Notaẽ ergo primo innocentia puerilis vel iuuenilis,q̄ debet eſſe in pueris,Lu.xviij. Sinite paruulos venire ad me,taliũ eſt enim regnũ cœlorum. Hanc innocentiam quatuor conſequuntur:munditia caſtitatis,quantum ad ſeipſum:concordia charitatis,quãtum ad proximũ: gratia maturitatis,quantum ad mundũ:obedientia magiſtralis ſiue humilitatis,quantum ad magiſtrũ. De mũditia caſtitatis dicitur Daniel.i. Introducti ſunt coram rege pueri,in quibus nulla erat macula. Et ideo ſequitur. Q; pueris illis dedit deus gratiã,ſcientiã,& diſciplinã:& in omni libro ſapientiã. Quia ſicut homo ſapiens nõ ponit libenter electuariũ bonum in vaſe immundo, ſic nec deus ſapientiã in corde luxurioſo. Sed pueros q diligunt caſtitatẽ,& ſeruant ſuã virginitatẽ,deus docet veritatẽ:ſicut apparuit i puero Samuele.j. Re.ij. Puer Samuel miniſtrabat ante faciẽ dñi accinctus ephod lineo.i.veſte munda & candida,ſignantẽ carnẽ vel vitã caſtã & mundã. De cõcordia charitatis quantũ ad proximũ. Lu.xviij. Quicũq; nõ acceperit regnũ dei ſicut puer,non intrabit in illud. Et bñ dicit,ſicut puer, qa pueri diligunt pueros,& puer nõ ꝑſeuerat in iracundia,Ieſus non

A

meminit:videns pulchram mulierem/non delectatur:innocens eſt non aliud cogitat & aliud loquitur. Sed nos niſi talem habuerimus innocentiam & charitatem,regnū dei nō intrabimus De gratia maturitatis Tob.j.Cum eſſet iunior Tobias oībus in tribu Neptalim, nihil tñ puerile geſſit in opere. Et cū irent omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam fecerat,hic ſolus fugiebat conſortia oim:& pergebat in Hieruſalem ad templū dñi,& ibi adorabat dñm. Et ſequitur. Hæc & his ſimilia ſcdm legem dei puerulus obſeruabat valde mature.Sic debent exire pueri & fugere conſortia prauorū puerorum, qui eos incitant ad malum. Sicut eñ dens putridus ab ore extrahit ne alij corrumpantur:ita debent ipſi ab eorū conſortio illos excludere,qui volunt eos ad peccandū inducere,& ita animas eorꝫ occidere Non vadant ad ſpectacula intuenda:ſed ad eccleſiam,ad eccleſiaſtica officia frequentanda.Non ſe mature gerunt qui iurant,periurāt & blaſphemant/& alia peccata ꝯmittunt.Vnde narrat Gregorius de puero quinquennio,qui dei maieſtatem blaſphemare conſueuerat, & parentes non caſtigabant eum.Dum pater eius eum ęgrotantē in ſinu teneret,malignis ſpiritibus aduenientibus puer tremēs clamare cœpit,Obſta pater,nigri homines veniunt q me tollere volunt.Illis autē dicentibus ꝙ non, puer more ſolito nomē dei blaſphemare cœpit,& ſtatim aīam in manus dæmonum reddit.Nec eſt excuſatꝰ propter pueritiam:quia malitia ſupplet ætatē.Ideo.j.Corint.x.Nolite pueri effici ſenſibus,ſed malitia paruuli eſtote:ſenſibus aūt pfecti ſitis.Hoc eſt quod alibi dicitur ad Ro.xvj.Volo vos eſſe ſapientes in bono,ſimplices in malo.De obedientia humilitatis quantum ad magiſtrū,habemus exemplum in Samuele.j.Reg.iij q puer dormiebat in templo dñi,& ſurgens abijt ad Heli,credebat autē ſe vocatum ab ipſo.Exemplum etiam humilis obedientiæ habemus in Hieremia,qui humiliter ſe excuſabat,eiuſdem primo dicens.Puer ego ſum,& neſcio loqui:nec tñ obedientiam recuſabat.Debet enim puer ſubiectus eſſe magiſtro ſuo,docilis ingenio,attentus exercitio & beneuolus animo Anima eñ pueri carni recenter infuſa cōtrahit ex carnis corruptione/caliginem ignorantiæ in intellectu,putredinē concupiſcentiæ in affectu:& his medicina eſt ſcientia literalis.q̄ illuſtrat intellectum & regit affectū:& ideo debent magiſtris obedire & adhęrere q in ſcripturis eos docent.Hiero.Ama ſciētiam ſcripturarū,& vitia non amabis.¶Sed prohdolor,caſtitas degenerat & eneruatur per immunditiam luxuriæ:charitas/per diſcordiam iracūdię:
B maturitas/per ignorantiam laſciuiæ:humilitas/per proteruiam ſupbię.De primo.iiij.Re.ij.Duo vrſi lacerauerunt pueros,hoc eſt puériles carnales lacerantur,& luxuria & gula q ſunt duo vrſi diligētes

dulcia. Quoniã eñ virginitas eſt bonum incompẽſabile, quia in voto virginitatis & continentiæ non conſueuit etiã ſummus Pontifex diſpenſare. Et eſt bonum incomparabile, quia virgines ſequuntur ſponſum. Habent aureolam quantum ad capitis ornamentũ, & veſtem byſſinam quantum ad corporis indumentũ. Et dicunt canticũ nouum. Et eſt etiam bonum inenarrabile, cuius dulcedo nequit exprimi ſermõe. Et eſt bonum irrecuperabile, quam ſi quis amittat/de cætero non recuperat. Quia ſi ceciderit filia Iſrael, nõ adijciet vt reſurgat, Amos. v. Vñ læſa pudicitia nulla reparabilis eſt arte: nec deº poteſt de corrupta facere virginem, ſecundũ Hiero. Ideo tãta dignitas diligẽter a pueris eſt ſeruãda, adeo q boni pueri nec videre mulieres, nec a mulieribus videri velint: quanto minus tangere eas vel ab eis tangi: immo etiam pueri debent procurare vt iaceãt ſoli, & ſecundũ q ſuſtinere poſſunt, iacere in fœmoralibus vel camiſijs ſuis, & obdormire in aliqua bona cogitatione/ vel in dominica oratione. Sic Salomon impetrauit ſapientiam, quam dñs infudit ei domiẽdo Ego inquit, ſum puer paruulus & ignorans egreſſum & introitum meum: dabis ergo ſeruo tuo cor docile. iij. Regum. iij. Charitas eneruatur per diſcordiam iracũdiæ. Eſa. xl. Deficient pueri & laborabũt & iuuenes in infirmitate ſua cadẽt. Deficiũt pueri iracũdia ſua innocentia: quia nihil poſſunt ſuſtinere vel pati: & laborãt pro fienda vindicta, & ita cadunt a gratia. Vnde frequenter pugnant inter ſe, & inuoluuntur excõmunicatione/quod eſt ſatis periculoſum: quia multi excõmunicati ſunt: & non faciunt ſe abſolui: ſed irregulares fiunt cũ ſe promoueri faciunt. Eſa. xv. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem. Quia ſæpe litigant contra ſuos ſuperiores, & credunt ſe eſſe meliores ſi ſunt genere nobiliores. Maturitas eneruatur per ignorantiam laſciuiæ. Eccl's decimo. Væ h tibi terra, cuius rex puer eſt: & cuius principes mane comedunt. Rex mane manducans/eſt puer laſciuiæ vacans, qui mane ſuæ iuuentutis exponit laſciuijs/ & delitijs. In cuius figura filij Iob mortui ſunt, cũ eſſent in conuiuio. Ex hac laſciuia vacant ocio: addiſcunt ludere ad talos: intrant tabernas & proſtibula: quæ parentibus non corrigentibus & magiſtris/imputanda ſunt. Sicut de filijs Heli legimus. j. Regum. v. Qui dormiebant cum mulieribus veniẽtibus ad tabernaculum. Et quia guloſi erant & delicati, ideo carnes ſacrificiorũ accuratius decoquebant. vñ dicitur ibidẽ. Erat pctm̃ puerorum grande coram dño. Humilitas eneruatur p ꝓteruiã ſuperbiæ. volunt eñ mali pueri facere voluntatem ſuã. Contẽnunt parẽtes/& ꝓprios doctores ſed ſicut dicit̃ Prou. xxj. Puer qui relinquit̃ proprię volũtati, ꝯfundit matrem ſuã. Nolũt eñ ſubijci/ſed vagari: & ſi corriguntur, proterue

& ſuperbe reſpondent:fugiunt ſcholas:nolunt addiſcere:remanent
illiterati:dant magiſtris ſuis munera,vt obtineant licentiã euagatio-
nũ:verſus ſuos dato precio faciunt fabricari. Et breuiter dico. Ma-
giſtri grauiter peccant,qui cupiditate corrupti/permittunt pueros vi
uere prout placet eorum voluntati,per quos potius deberent corri-
gi & corripi. Quanto eñ tpe puer paruulus eſt,nihil differt a ſeruo:
ſed eſt ſub tutela,vt humiliter exęquatur doctoꝝ & ſuperiorũ ſuorũ
C pia monita. Gal.iiij. ¶ Sequitur ſecundũ principale/Stultitia. In his
ergo deformatur puerilis innocentia/& apparet ſtultitia,per quã de
ſpiciunt ſapientiã. Prou.j. Sapientiã atq; doctrinã ſtulti deſpiciũt. Se-
quuntur ineptam lætitiam. Eccl'ſ. vij. Cor ſapientis/vbi triſtitia,cor
ſtultorum/vbi lætitia. habent mentis inconſtantiã. Eccle. xxvij. Ho
mo ſanctus permanet in ſapientia ſicut Sol:nam ſtultus ſicut Luna
mutatur. perduut æternam gloriam. Pſal. Simul inſipiens & ſtultus
peribunt. Luc. xij. Stulte hac nocte repetent aĩam tuã a te. Sequitur
tertium principale. Tertio reformatur puerilis innocentia per magi
ſtralem diligentiam. Vnde dicit, Virga diſciplinæ fugabit eam. Pue
ri enim virga ſunt diſciplinandi,ne remaneant indocti & ſtulti. Pro
uer. xxiij. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam. Si percuſſeris eũ vir-
ga,non morietur: tu virga eum percuties, & animam eius de infer-
D no liberabis. ¶ A hanc autem diſciplinam quatuor pertinent. ſ. eru-
ditio legendorum:emendatio morũ:exhortatio verborum:inflictio
verberum. De eruditione legendorum ſic patet. Diſciplina dicitur a
diſcendo,vbi requiritur ordo in legẽdo. Pſal. Diſciplina tua ipſa me
docebit. Primo ergo doceãtur regulæ artis Grammaticę in conſtru
ctionibus,barbariſmis,in ſolœciſmis,tropis,ſchematibus,& accen-
tibus:q̃ ſunt ſcientiaꝝ oĩm fundamenta. aſſumantur materiæ ad ver
ſificandũ,& ſic de alijs. Non debent ſtatim tranſire ad Dialecticã. &
anteq̃ etiã fundentur in Dialectica,quidã volare volunt ad ſubtiles/
& difficiles quæſtiones naturales. Icarus dũ elatus iuuenili ætate fer-
tur in cœlum volando/fluctibus marinis immergitur. Et dum ſe in
artibus eleuant,cadunt. De emendatione moꝝ ſic patet. Peccãt eñ
multipliciter pueri,quare oportet eos emendari p diſciplinã:ne dica
tur de eis illud Baruch. iij. Viã diſciplinę neſcierunt,propterea perie
runt. Ephe. vj. Vos patres nolite ad iracundiã ꝓuocare filios veſtros
ſed educate illos in diſciplina & correctione. Peccãt eñ frequẽter cõ
tra ꝑcepta parentum & magiſtroꝝ agentes. Peccant in appetitu lau
dis,mendacijs,prauis conſortijs,iniurijs,pugnis,furtis,inobediẽtiis
furantur de domibus parentũ,de cellarijs,granarijs,menſis, iurant
nominant diabolum:frangũt pomœria: iactant ſe frequenter feciſſe
quod non fecerunt,ne reputentur inter ſocios viliores,eo ꝙ fuerunt

caſtiores. Et ſicut dicit Aug. Excreſcũt vepres libidinũ: & nulla iue
niſ eradicãs man⁹ vel parẽtũ vel magiſtrorꝝ. De ãmonitiõe verbo
rũ ſic patet. Virgę diſciplinã debet pcedere cõminatio & exhortatio
ſicut excõicatiõis ſnia; pcedit ãmonitio: q̃ multũ valet i pueris igenu
is & morib⁹ gñoſis. Generoſus enĩ animus facilius duciẽ q̃ trahaẽ.
Et licet in principio non videatur doctor pficere: nõ tñ debet ab ex
hortatione ceſſare, quia vt ait Ouidi⁹ primo de arte. Tempore diffi-
ciles veniunt ad aratra iuuenci. Tpe lata pati frena docenẽ equi. Fer
reus aſſiduo conſumitur annulus vſu. Interit aſſidua vomer adunc⁹
humo. licet de quibuſdam dicatur, Hieremię. xv. Obdurauerũt cer-
uicem ſuam ne audirent me: & ne acciperent diſciplinã. De inflictio
ne verberum ſic patet. Sicut ignis purgat metalli impuritatem, & vir
ga ſegregat a tritico paleam: & lima a ferro tollit rubiginẽ: ita virga
diſciplinę & ictus verberũ tollunt a puero peruerſitatẽ. Prouerb. iiij.
Via vitę cuſtodiẽti diſciplinã: q aũt icrepatiões relinqt errat. Infligã
tur aũt hęc verbera ex dilectiõe, nõ ex ira & furore, & moderate & lo
co & tpe. Qui enĩ aſinini ſũt, aculeo & calcarib⁹ idigẽt. Eccl. xxxiij.
Cibaria & virga & on⁹ aſino, panis & diſciplina & op⁹ ſeruo. Debẽt
etiã hęc verbera recipi ſine murmure, vt diciẽ Eccl. xj. Vir prudens
& diſciplinat⁹ nõ murmurabit correct⁹. Teſta vacua ad ignẽ crepat
plena nõ: aqua parietẽ luteũ diſſoluit, marmoreũ lauat & pulchriorẽ
reddit: ita mali ſub virga murmurant/ maledicũt & calcitrãt. Exẽpli
grã. Plutarchus philoſoph⁹ habebat ſeruum ſed cõtumacẽ: ſed libe-
ralibus eruditiſſimũ. contigit autem vt ei detrahi tunicam cędiq; eũ
iuberet, cum tñ ipſe diceret ſe nihil deliquiſſe. Poſtremo cũ nihil pfi
ceret rogando veniã, vociferari cœpit & inter verbera ſeria & obiur
gatoria loqui: non ita Plutarchum vt philoſophum deceret iraſci,
turpe eſt ei pręſertim qui de malo irę ſępius diſſeruerat: librũq; pul-
cherrimũ de patiẽtia ſcripſerat: adijciebatq; plurosũ q doctrinã mo-
ribus impugnabat: qui a mentis integritate plapſus & puolutus in
iram, plurimis plagis mulctaret innoxiũ. Ad hæc Plutarchus lente
leniter & cũ ſumma grauitate rñdit. Nũquid inquit q vapulas tibi
iraſci videor? eſt ne mea ira ſi a me debitũ recipis? ex vultu ne meo
an ex voce, an ex colore, an ſaltem ex verbis ira me corruptũ intelli
gis, an correptũ? mihi quidem neq; oculi (vt opinor) truces ſũt, neq;
os turbidũ, neq; immaniter clamo, neq; in ſpumã ruborẽq; freneſco
neq; pudẽda dico aut pœnitẽda, neq; omnino trepido ira aut geſtio
hęc oĩa qppe ſi neſcis/ irarũ ſigna eſſe ſolẽt. Et ſimiliter ad eũ q cede
bat conuerſus, interim inquit dũ ego & hic diſputamus: tu hæc age
& ſine iracundia mea retunde ſeruilem conſcientiã, & iniquum pœ-
nitere doceas potius q̃ pugnare.

¶ De Clericis, Sermo. In numero. CCLXXI

A Q Vi ſunt hi qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, Eſa. lx. ¶ Sicut dicit Aug. ij. lib. ad Ianuariū: q̄n aliqd myſtice & ſimitudinarie ꝓponiť plus diligiť & pl⁹ mouet, plus delectat, & plus honorať: q̄ ſi verbis ꝓprijs aptiſſime dicereť. Idcirco voleſtes ſacerdotū & clericorū dignitatē attollere: ſermonē noſtrū a metaphora exordimur. Sed q̄a ſcđm Chryſ. de dignitate ſacerdotali lib. xxj. Sacerdotiū quidē agiť i terra ſed officiū cœleſtibus negocijs contineť. Ideo eoꝝ ſimilitudo non a terrenis & inferioribus rebus: ſed a ſublimibus accipienda eſt. Vñ ipſi i ſacra ſcriptura dij & Angeli nuncupanť, vt. xl. q. j. Sacerdotib⁹ Aliq̄n etiā noie cœli: aliq̄n noie Solis & ſtellarū deſignāť: ſic etiā noie nubiū nōnunq̄ figurāť. q̄m ſicut nubes ſup terrā exiſtūt eleuatę, ſic ſacerdotes & clerici quo ad ſtatū ſunt ſup oēs hoies exaltati. Vñ ipſi dicunť regū & principū oim q; fideliū pr̄es & mgr̄i. vt. xcvj. di. Quis dubitet. Videns ergo Eſa. tantam ſacerdotū & clericoꝝ ſupereminentem dignitatem / applauſu ammiratiuo in eorum commendationē ꝓrupit di. Qui ſunt hi &c. Et nō eſt exponendū dubitatiue & interrogatiue ſed ammiratiue & applauſiue. In quib⁹ quidē verbis ſacroſancti ſacerdotes & deo amabiles clerici attolluntur, quo ad tria. Quo ad ſtatus eminētiā & ſublimitatē: quo ad vitę innocētiā & ſimplicitatē: quo ad morū luculentiā & exēplaritatē. Per primū ordinantur ad deū. Per ſcđm ad ſeipſos. Per tertiū ad proximos. Primū inuit nubiū ſublimitas, ſcđm notat colūbina ſimplicitas, tertiū deſignat

B feneſtrarū luminoſitas. ¶ Primo ergo attolluť quo ad ſtat⁹ eminētiam & ſublimitatē cū ꝓmittitur. Qui ſunt hi qui vt nubes volant. Figurantur autē apte clerici per nubes volantes quadruplici ratiōe ſumpta ex quattuor cauſarū nubiū cōſideratione. Ex quib⁹ ei⁹ diffinitio cōtexiť, q̄ ꝑt colligi ex proceſſu libri Meteo. Nubes eſt vapor aqueus, materia, calore Solis eleuatus, efficiens, circa mediū aeris interſtitiū ꝯdenſat⁹, forma, ad irrigationē terrę naſcentiū, pulſus, finis. Cōuenit ergo nubi ex efficiente caloris Solaris incorporatio: ex parte materię de aqs exhalatiua ſegregatio: ex parte formę mot⁹ & ſit⁹ ſublimatio: ex parte finis iſtoꝝ inferioꝝ irrigatiua fœcūdatio. Quæ q̄ttuor ꝯuenientiſſime ad nubes myſticas & ſp̄uales transferre poſſum⁹: vt dicam⁹ ꝙ nubes ſp̄uales. i. clerici dn̄t ex parte efficiētis calore diuini Solis inflammari. Ex pte materię de aqs terrenę fluxibilitatis eleuari. Ex pte formę i ſublimitate cœleſtis vitę collocari. Ex pte finis toti⁹ eccľię defectib⁹ ſuffragari. Primū fit p charitatē q̄ oim virtutū mr̄ eſt & dn̄a. Scđm p paupertatē, quæ virtutū eſt cuſtos & fami

Nota officia q̄ttuor clericoꝝ ꝑ ꝯparationem ad nubes.

lia. Tertium, per ſanctitatē: q̄ virtutum eſt vniuerſalis copula. Quartū, per paſtoralem dignitatem: quæ in ſubditis eſt virtutum rectrix, & regula, ita vt ſint dei & proximi amatores quantū ad primū: mūdi cōtemptores, quantū ad ſecundū: cœleſtiū contēplatores, quantū ad tertiū: & ſubditorū curatores, quantū ad quartū. Primo inquā ſacerdotes & clerici debent eſſe calore diuini Solis inflammati per charitatē. Cuius ratio eſt in promptu per ſimilitudinē nubis. Nā cū vapor de ſe ſit naturæ aqueæ & grauitate naturaliter deorſum tendat, quaſi pars aquæ. Quia ſcd'm Phm̄. iiij. Phi. &. j. de Cœlo. Idē motus eſt & locus terræ & glebæ, aquæ & guttæ: ideo non pōt de ſe eleuari ad altitudinē regionis nubiū, niſi calore ſolari inflāmetur & ſubtilieť & p ꝯn̄s ſurſum agatur: quia calidi & ſubtilis & ignei propriū eſt aſcēdere. Sic ſacerdotes & clerici, licet natura hūanæ fragilitatis ſint graues, groſſi, & terreni, virtute tn̄ diuini Solis debent eſſe feruore charitatis præ cęteris igniti. In cuius etiam figura legitur Iudicū. xiiij. ꝙ Manue immolante victimam, angelus in igne deſcendit. Quia ſacerdos qui angelus dicitur. Mal. ij. & ponitur. xj. p. j. Sacerdotib⁹. vt ſupra allegatum eſt. cuius eſt immolare bn̄dictā hoſtiā Ieſu Chriſti, debet in igne charitatis aſcendere, vt loco ſuperioris & ſtatui dignitatis, reſpondeat eminētia gradus charitatis: al's em̄ viliſſimus eſt reputandus. Quia vt dicit Canon. j. q. j. Reuera. Qui ad hoc ordinanť vt cæteris præſint, ſicut præordināťur dignitate, ſic præeminere debent ſanctitate. Et ſubditur. Viliſſimus computādus eſt, niſi p̄cellat ſcientia, & charitate, qui eſt honore pręſtātior. Et bn̄ dicit, ſcientia & ſanctitate. Hęc em̄ duo ſunt integrantia perfectionem clerici, & neutrum eorum ſine altero ſufficit ſacerdoti. Scientia enim ſine charitate inflat. j. Corint. viij. Sanctitas ſine ſcientia plęrumq; nocet. Hiero. in prologo Biblię: & ponitur. ij. q. vij. Sancta. Sancta ruſticitas ſibi ꝓdeſt. & quantum ex vitæ merito ædificat eccleſiam Chriſti, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtit. Sicut igitur duo cauſant calorem naturalem ſecundum Commētatorē cœli & mundi, videlicet lumē & motus, Sic duo ſunt quæ perfectū faciunt clericum: lumē ſciētiæ, & motus inſpirationis diuinæ. Sed heu hic calor non eſt incorporatus quibuſdā nubibus: qa charitas nō regnat in quibuſdam ſacerdotibus: niſi forte dicitur. A caro carnis quæ arctatur metro ſecus illa Quales ſunt celebrantes cū inuidia & rancore, quorū ſacrificiū abijcitur, & a deo nullatenus acceptatur. Vnde dicit Chryſoſt. ſuper illud Mat. v. Si offers. &c. Ecce inquit, a diſcordantibus deus non vult accipere ſacrificium. Hinc ergo perpendite quātum malum ſit diſcordiæ, propter quod & illud abijcitur, per quod culpa relaxatur. Secundo debent de aquis terrenæ fluxibilitatis eleuari per paupertatem.

cuius ratio patet per ſimilitudinē nubis. Sicut eñ nubes eſt quidem de aquis generata per materialem originē: tñ ē lōge ſup aquas, & ab aquis eleuata per impreſſā leuitatē: Sic clericus licet de mundo trahat originem: alte tñ ſupra mundū debet eſſe eleuatus p paupertatem, & mundi deſpectionem: in cuius figura legitur Numeri. x. Qṛ in egreſſu filiorum Iſrael de Aegypto eleuata eſt nubes. &c. ſic clerici. Niſi eñ quis renunciauerit. &c. vſq; diſcipulus dicit Chriſtus Lucæ. ix. Diſcipuli Chriſti debent eſſe clerici ex ſtatu: ipſi enim tenent locum diſcipulorum, vt. xxj. di. in nouo. vnde ſpecialiter ad eos pertinet iſtud cōſiliū. ¶ Qualiter aūt clericus relinquere teneat oīa quę

C poſſidet, non omnes capiunt. Propter quod ſciendū, ꝙ oīa bona q̄ i mundo poſſidemus, vel ſunt bona naturę, vel bona fortunę, vel bona media vtriuſq; participatione. Bona naturę ſunt, q̄ natura cōtulit, vt ſanitas, pulchritudo, & ſimilia. Bona fortunæ ſūt, q̄ fortuna cōceſſit, vt honores, diuitię, & ſimilia. Bona vero media ſūt, q̄ partim ſūt a natura, & partim a fortuna, vt ſanguinei & propiqui: quos licet nobis natura cōtulit per identitatē naturalem ſanguinis, magis tñ plærūq; nobis cōfœderant ſucceſſu fortuitę pſperitatis, q̄ naturalis conſanguinitatis: & magis ſunt amici fortunę, q̄ naturę. Hęc igiẽ tria bona mundi qlibet clericus, & maxime curatus ſupgredi debet, qui ad modū nubiū ab aquis ad ſtatū clericalē digne vult eleuari. Debet in quā primo bona naturę propter Chriſtū contēnere: & vitā ſuā morti exponere amore iuſtitię & veritatis, quia pellē p pelle. Iob. ij. & hoc eſt debitū neceſſitatis, qñ. ſ. impugnanẽ iura & libertates: vel etiā laudabiles conſuetudines eccleſię. Tunc eñ quilibet curatus debet ex aduerſo aſcendere, & pro domo dei ſeipſum tanq̄ murū opponere, & nō ſicut mercennari⁹ fugere. vt legitur. vij. q. j. Aduerſitas: quod tñ exaudio, vbi fides quęritur, vel iura eccleſię impugnanẽ, vt dictū eſt. Secus aūt ſi ſit perſecutio pſonalis: tunc eñ caute faciunt fugiendo, & vitam ſaluādo, Exemplo Apoſtoli, qui ſubmiſſus fuit per murū in ſporta, & ſic euaſit manus prępoſiti Damaſcenorum. ij. Corinthio. xiij. Certe Chriſt⁹ fugit in Aegyptum a facie Herodis, Mat. ij. Prout hoc pulchre proſequitur Augu. pertractans illud Pſal. Ecce

D elongaui fugiens. & ponitur. vij. q. j. ca. hoc ſeruandū. ¶ Debet ſecūdo bona fortunę contemnere vſq; ad temporalium renunciationē. Ignominia enim eſt ſacerdoti proprijs ſtudere diuitijs. vt dicit Hiero. & ponẽ. xij. q. ij. gloria. Et ſignanter dicit, pprijs ſtudere, nō dicit propria habere: quia habere propria non eſt omniquaq; illicitum clericis: & ſi aliqua iura hoc dicūt. vt. xij. q. j. p totū, exaudio de reb⁹ eccleſię. Pñt eñ habere peculiū, de quo etiā teſtari pñt: & maxime de peculio aduētitio, ſiue quaſi caſtrēſi: licet nō de peculio pfectitio. Et

hęc patent,extra de pe.Cle.p totū.habere ergo ꝓprium nō oino illicitum eſt:ſed ſtudere ꝓprijs, ignominiā Hie.dicit eſſe.Rurſū non dicit abſolute ſtudere diuitijs:quia oib⁹ diuitijs eccl'ię ſtudere poſſūt, abſq; ignominia:dūmō tali ſtudio non inſiſtant ex cupiditate,ſed ex pietate:vt accedat,qđ dicit Canō.j.q.ij.ſacerdos.Sacerdos cui diſpēſationis cura cōmiſſa ē:nō ſolū ſine cupiditate,ſed etiā cū laude accipit a populo diſpēſanda,& fideliter diſpenſet accepta. Vñ & Chriſt⁹ dicit loculos habuiſſe,& a fidelib⁹ oblata ꝓ ſuis,& alioꝝ neceſſitatibus cōſeruaſſe. vt legit. xij.q.ij.dñs.Et talis ſacerdos quātūcūq; abūdet diuitijs,verus tñ paup ē,inquātū.ſ.ipſe res eccleſię nō vt ꝓprias attractat:ſed vt cōes pauperibus erogat/& diſpēſat. Et ita reuera debet eſſe:quia res eccleſię nō ſunt ꝓprię clericorum,nec ipſi ſunt earū dñi & poſſeſſores,ſed miniſtri & diſpenſatores:vt ipſas in ſuos & pauperū vſus diſpenſant. Vñ tātū eſt eoꝝ quātū probabili rōne cōſumūt. vt dicit. xij.q.j. Expedit. vñ & hoc notat Io.iiij.q.c.res eccleſię. Quicquid(inquit)habes ſup illud qđ tibi ſufficit/violenter detines. ſed in quo tibi ſufficit, hoc exprimit beatus Berñ.dicens. Quicquid pręter victum tenuem,ſimplicēq; veſtitū de altari retinens/tuū non eſt,rapina eſt,ſacrilegium eſt. Eſt autē illud ſupfluū in vſus paupeꝝ erogandū. Timeant ergo ſibi illi qui pauperes & mendicātes aſpernant/& faſtidiūt:& oē patrimoniū pauperū totum in ſuis leuitatibus diſtrahunt/& cōſumūt. Contra quos clamare hñt pauperes,vt dicit Berñ.ſcribens ad Archiepm Senoñ. Clamant(inquit)nudi,clamant famelici. Dicite clerici/quid facit aurū in freno/quid cōfert ūt tot mutatoria/vel extenſa in perticis/vel plicata in manticis/noſtrū ē quod effunditis/nobis crudeliter ſubtrahitis, qđ inaniter expēditis. Nos eñ fratres veſtri,plaſmatio dei,redēpti ſanguine Chriſti,noſtris detrahitur neceſſitatibus,quicquid veſtris acccedit vanitatibus. Debēt tertio tranſcendere bona media propinquitatis.ſ.& amicitię,veritatis prę oibus amicitijs ꝑponderatione. Duobus eñ exiſtētibus amicis ſanctū ex ꝑhonorare veritatē. vt dicit in Ethi. Amicus quidē Socrates,magis amica veritas. & ſcđm Aug. Non ē quis verus amic⁹, niſi ſit veritatis amicus. ¶ Eſt autē triplex veritas. Iuſtitię,vitę,doctrinę:quę triplex veritas pręcipue clericis cōuenit. Ad quos etiam ſpectat veritatē defendere & docere.xj.q.iij.nolite. Sed heu hodie multi ſequūtur carnē & ſanguinē magis q̄ veritatē. Vnde rarus eſt iā in eccleſia dei,cui dicitur Mat.xvj. Beat⁹ es,quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi. Supra iſta ergo oia clerici debent eē electi exēplo Moyſi. Tertio clerici debēt eē i ſublimitate cœleſtis vitę collocati:& hoc per ſimilitudinē nubis:quę ſituat in alto,ſic ꝙ ſit propinqua cœlo. Qualis fuit ille q dixit. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē, Hebręo.

E
Triplex veritas cōuenit clericis.

xiiij. Et noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Philip.iij. De tali nube ſic ele
uata dicitur Exo.xvj. Gloria domini apparuit in nube. Gloria ſecun
dum Iſido. in libro Ety. dicitur quaſi claria. vnde gloria claritatē indi-
cat. Tūc ergo gloria dñi apparet in nube, quando in clericis relucet
claritas intellectualis ſpeculationis, & exēplaris cōuerſationis. Hu-
iuſmodi typus pceſſit in Moyſe. de quo legitur Exo.xxxiiij. q ex
cōſortio eius ad deū tanta claritate reſplēduit facies eius, q filij Iſrael
non poterant vultū eius abſq; velamine reſpicere. ſic ſacerdos & cle
ricus propter familiare conſortium, quod habēt cum deo, legendo i
ſcripturis ſacris, & tractādo myſteria diuina, tanta debent fulgere cla
ritate vitę, & doctrinę: q populus rudis, nec ad plenum doctrinā eo-
rū capere, nec vitā ad perfectū valeant imitari. vñ hæc eſt nubes illa
candida, ſtatus videlicet clericorū, quā vidit Ioā. Apocalyp.xiiij. Vi
di inquit, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimi
lem filio hominis. Sed heu quidam ſūt, ſicut nubes obſcura, & tene
broſa. de quibus dicitur in Pſal. Tenebroſa aqua in nubibus aeris.
Quales ſunt, qui nec doctrina, nec vita aliquos illuminant: & vtinā
non ſcandalizarent. Et iſti tot mortibus digni ſunt, quot perditionis
F exempla ad alios tranſmittunt. xj.q.iij. pręcipite. ¶ Quarto debent
vtilitati ſubditorum ſuffragari, quod poteſt colligi ex effectu & vtili-
tate nubium. Ex nubibus fulgura & tonitrua generantur, terrę naſcen
tia per pluuias irrigātur, omnia viuētia a feruore *Solis* ad refrigeriū
obūbrantur. Ex quibus prouenit triplex vtilitas in inferioribus. Vti
litas primi ſcdm fabulas Pythagoricas eſt terror malorū in barathro
exiſtentium. Vtilitas ſecundi eſt profectus & incrementum terrę na-
ſcentium. Vtilitas tertij eſt pręſeruatio animę a feruore tabeſcentiū.
ſic nubes ſpirituales & myſticę hanc triplicem vtilitatem debent ef
ficere in ſuis ſubditis. Debent enim plerūq; fulgura & tonitrua durę
increpationis, & correptionis producere, vt mali terreantur. Debēt
etiam pluuias doctrinę, & ſpiritualis irrigationis effundere, vt boni
fœcundentur. Debent nihilominus ſe quaſi vmbram protectionis
ſuper ſubditos expandere: vt ab æſtu temptationum, & feruore iræ
dei pręſeruentur. Cōcordantias omitto propter breuitatem: ſed heu
quidam ſunt, vt nubes, in modico, vel in nullo vtilitati eccleſię ſerui
entes. Quidam enim, & ſi quandoq; tonent, & fulgurent per tyranni-
cas comminationes & oppreſſiones: non tamen pluunt per pręedica
tiones, & alias conſolationes. Et ſcitis, q tunc tonitruum formidan
dum eſt, cum pluuia non imitatur. ſic hic. de talibus. xv. di. cū beatus.
Nec etiam quidam ſubditos obumbrant, interponēdo ad modum
nubis ad temperandum irę dei feruorem: ſed potius impediunt lu-
men gratię & ſplendorem. Nubes lucidę ſic inter Solē, & nos ponū-

tur:vt lumen quidem non tollant,ſe eſtum feruoris prohibeat. Qd conuenit bonis clericis.qui lumen ſolis & ſtellarum:id eſt,Chriſti & ſanctorum percipiunt,& in ſubditos tranſfundunt. Et nihilominus eſtum feruoris Solis temperant:quia iram dei ſuis p̃cibus auertũt/ & placant:ſic fecit illa nubes eximia Moyſes,qui dicente ſibi domino.Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra populũ,ipſe ad impetum dei iraſcentis ſe opponens,ait.Aut dimitte eis hanc noxam/ aut dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.vt ſcribitur Exo. xxxij.& ad propoſitum noſtrum aſſumitur.xlv.di.diſciplina. Econtra mali clerici ſunt,quaſi nubes nigre & obſcure:quia peccatis turbulente lumen predictum,nec recipiunt,nec tranſfũdunt:imo eius tranſfuſionem impediunt,prout lamentatur Hiere,Threñ.iij Oppoſuiſti nubem nubi ne tranſeat.Et hoc eſt,qd dicit Boetius i fine primi de cõſolatione in metro.Nubibus atris fundere poſſunt Abdita nullum ſidera lumen.Iſti etiam nec feruorem ire dei p̃cibus refrigerant:imo plus excitant & prouocant.quia ſicut dicit Grego.in Paſtorali.& habetur.xlix.qui interceſſores.Solicite formidandum eſt,ne qui placare poſſe iram dei creditur:hanc ipſe p̃prio reatu mereatur.Cunctis em̃ liquide nouimus:quia cum is qui diſplicet ad intercedendũ mittitur,irati animus ad deteriora prouocatur.Econtra autem,vt habetur.j.q.j.Ipſi boni ſacerdotes peccata populi ſuis p̃cibus delent/ & conſumunt:q quanto digniores ſunt,tanto felicius a dño noſtro exaudiuntur:adiutore Chriſto Ieſu:q cum patre & ſancto ſpiritu ſit benedictus in ſeculorum ſecula. Amen.

Sic felicem ſumpſere periodum.

❡SERMONES PERVTILES DE SANCTIS:COLLEcti a fratre Iordano de Quedelinburg, lectore Magdeburgẽſi:ordinis fratrum eremitarũ ſancti Auguſtini:ac opus Dan ab ipſo appellati.inſuper opera,& impenſis honeſti viri Damiani Higmam, in alma Pariſiorum academia, per Ioannem a Prato calcographum i vico olearũ nuper impreſſi:necnon a plurimis mendis,quibus ſcatebant/vindicati. Anno domini Milleſimo quingenteſimo.xxj. Die vero decimaquinta Menſis Iunij.

fr. hieronimus

7-2-2